9
2 M
20

Digitized by Google

9-2-M-20

C. CRISPI SALLVSTII

DE CONIVRATIONE CATILINAE, ET DE BELLO IVGVRTHINO HISTORIAE;

IN M. TVLLIVM CICERONEM ORATIO,
M. TVLLII CICERONIS AD SALLVSTIVM RESPONSIO.
EIVSDEM CICERONIS IN L. CATILINAM ORATIONES IIII.
PORCII LATRONIS DECLAMATIO IN L. CATILINAM.
FRAGMENTA QVAEDAM EX LIBRIS HISTORIARVM SALLVSTII.

Laurentij Vallæ in Catilinarium, & Ioannis Chriſoſtomi Soldi Brixiani in Bellum Iugurthinum commentaria.

Bartholomæi Marliani in idem Catilinarium & Bellum Iugurthinum commentaria, nunc primum excuſa atq; in lucem edita.

[redacted] Caſtigationum libri ij. primus nempe in hiſtoriam de coniuratione Catilinæ, alter uero in Iugurthinum Bellum. Item in fragmenta hiſtoriarum Salluſtij, eiuſdem Riuij caſtigationes.

[redacted]ci Glareani Annotationes in Catilinam, in Iugurthinum Bellum, in Orationem Salluſtij in Ciceronem, & in eam qua Cicero Salluſtio reſpondet.

Franciſci Syluij Ambiani commentarius in eandem Salluſtij in Ciceronem Orationem, & in ipſius Ciceronis ad Salluſtium Reſponſionem.

Eiuſdem Syluij commentarius in iiij. M. Tullij Ciceronis in Catilinam orationes.

Iacobi Crucij Bononienſis, in Catilinam, & Iugurtham Salluſtij, annotatiunculæ.

Indices duo, quorum alter hiſtoriarum Salluſtij memorabilia, alter ea quæ ab interpretibus annotata ſunt planè demonſtrat.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venetijs apud Hieronymum Scotum.
M D XLVI.

EX LIBRIS PET CRINITI DE HISTORICIS AC ORATORIBVS LATINIS

Salluſtij vita.

Caius Criſpus Salluſtius Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Athenienſium urbs à L. Sylla deuicta atq; uaſtata eſt, ut Romani annales referũt. Ex nobili Salluſtiorũ familia ortus ē, quæ diu in ſcdo ordine dignitatem ſeruauit. Idem in urbe educatus creditur, & à teneris annis operam ac ſtudium impendiſſe optimis diſciplinis. Sed cum in ea tēpora incidiſſet, quibus corrupti ciuium mores uarijs partibus atq; factionibus forent, neq; uirtuti præmia aut bonis ingenijs adeſſent: in tã deprauata ciuitate, quod idem Salluſtius fatetur, uictum eius ingenium uoluptatibus facile ſuccubuit. Itaque cum ad Remp. pro ætate foret delatus, propter ciuium improbitatē & factiones multa aduerſa pertulit. Nam tum præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas æſtuabat. Conſtat ex ueterum commentarijs, Salluſtium ipſum ingenio fuiſſe acri, & in ſtudijs literarum accurato, tum maxime in ſcribenda hiſtoria. Præceptorem habuit inter alios Ateium Prætextatum, qui Philologum ſe appellauit, & ab eo edoctus eſt de ratione recte ſcribendi, ut à Suetonio Tranquillo traditur: qui & Aſiniũ quoq; Pollionem ſcribit ab eodem Prætextato eruditum, atq; inſtructum. Maxime aũt M. Catonis ſtudioſus fuit, ex cuius cōmētarijs uerba excerpſit, & uelut breuiarium ad uſum proprium habuit: quod Octauius quoq; Auguſtus in epiſtola ad M. Antonium refert: in qua ipſum Antonium ceu inſanientem increpat, quòd ea ſcribere uellet quæ mirētur potius homines, quàm quæ intelligant. Sed interim ad Salluſtij commētarios, Hiſtoriam compoſuit de Lucij Catilinæ coniuratione contra Romanum Senatum, & item de bello Iugurthæ, qui Numidiæ Rex factus, diu contra Romanos ſtrenue rem geſſit. Hiſtoriam præterea de Romanorum geſtis, ut de Mario, & Sylla, necnon de Pompeio contra regem Mithridatem: quod opus libris aliquot à Salluſtio abſolutum traditur. Et adhuc ſuperſunt quædam ueluti abſolutiſſimi opis reliquiæ, in quibus Salluſtij diligentia in hiſtoria deſcribenda, atq; grauitas apparet. In parte operis de rebus Punicis tanto animi ſtudio incubuit, ut à quibuſdam ſcriptum ſit eã regionem adiſſe, ac maxima ſolertia perluſtraſſe, quo maiore fide, atq; officio ueritatem exploraret. Anienus certe Ruffus plurimum Salluſtij diligentiam atq; ſtudium commendauit. Sed & Gellius,

Gell. lib. 4. cap. 35.

uir Romanus, qui ueterum eruditionis Ariſtarchus habetur, ita de Salluſtij oratione diſſerit: Elegãtia, inquit, Salluſtij, uerborumq; facundia, & nouandi ſtudium, cum multa prorſus inuidia fuit. Plures non mediocri ingenio uiri, conati ſunt reprehendere pleraq;, et obtrectare: in quibus plura inſcite aut maligne uellicant. Quin & hunc propietatis ſeruantiſſimum uocat. Titus autem Liuius tam iniquus Salluſtio fuit, ſicut ab Annæo Seneca ſcribitur, ut quædam ex hiſtoria Thucydidis translata, & eleganter aſſumpta, uelut deprauata & corrupta illi obiecerit. Idq; ipſum non in Thucydidis gratiã effecit, ut Arellius Fuſcus dicebat: uerum putauit ſe facilius Salluſtium uincere, ſi prius Thucydidem ipſum præferret. Aſinius quoque Pollio librum ſcripſit quo Salluſtij ſcripta reprehenderet, quòd in ijs nimia quadam affectatione antiquitatem ſequeretur. Fabius uero Quintilianus, uir maturo & graui iudicio, aſſerit oratione Salluſtij atque breuitate nihil fieri poſſe perfectius præſertim apud uacuas & eruditas aures. Neque ueritus eſt idem Fabius authori Thucydidi in ſcribēda hiſtoria apud Græcos principi, Salluſtium ipſum opponere, ſicuti T. Liuium Herodoto. Quo factum eſt, ut cum plures uoluerint dicendi genus Salluſtianum ſequi minime ſint aſſecuti. Eſt enim eius oratio tam abſoluta, tam caſta & innocens, ut merito ab eruditis diuina breuitas cenſeatur. Nam & Aruntius, qui belli Punici hiſtoriam ſcripſit, Salluſtio tantum conceſſit, ut eius orationem maximo ſtudio ſequeretur. quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, conſueuiſſe Salluſtium magno labore ac ſtudio ſcribere, ut nihil non abſolutum atque perfectum uideri poſſet: quod ex ipſa lectiōe facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina & ingenio nobiles, ut Cornelium Nepotem, Meſſalam, et Nigidium Figulum, qui periſſe in exilio traditur. Iulium præterea Cæſarem magno ſtudio dilexit: à quo etiam, ut creditur, dignitate præfecturæ honeſtatus eſt. Illud item à Suetonio refertur, Lenæũ grammaticum Pompeij libertum, ſatyras contra Salluſtium compoſuiſſe, eumq; mordaci & uirulento carmine laceraſſe, ut qui lurconem illum, popinonemq;, & nebulonem, ac laſtaurum appellarit, tum uita ſcriptisq; monſtroſum, ac M. Catonis furē ineruditiſſimum quod ipſum non alia ratione à Lenæo factũ creditur, quàm ut ſtudium ſuum atque officium erga patronum Pompeium probaret: quem uirum Criſpus Salluſtius ore probo, animo autem inuerecundo eſſe ſcripſerat. Itaque mirandum non eſt, ſi tam acerbe atq; ſatyrice libertus Lenæus contra Salluſtium aciem ſtyli exacuit. Quantum odij atque inimicitiæ inter hunc & M. Ciceronem extiterit, notiſſimum eſt: quod utriusq; uiolētæ atque acerrime orationes ita demonſtrant, ut neuter uideri poſſit ſatis ſui rationē habuiſſe, dum alteri malediceret. Qua in re non ſunt multa referenda, cũ ex Hieronymi ac Fabij authoritate conſtet eos hoīes longe aberraſſe, qui confictas magis orationes ab alijs, quàm à Salluſtio & Cicerone habitas crediderint. Et ſanè tam corruptis moribus Salluſtius, ingenio tam procliui ad luxum fuit, ut paternam domum uiuente adhuc patre turpiſſima ratione uenalem haberet: quod illi inter alia uitia à M. Cicerone exprobratur. Sed à Varrone etiam & Gellio traditum eſt, eundem fuiſſe in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loriſq; cæſum, ac data pecunia dimiſſum. Qua ratione factum eſt ut M. Cicero appellare illum non dubitauerit mēſarum aſſeclam, cubiculorum pelliceē, & adulterum. Dignitates publicas geſſit, et quæſturæ ac tribunatus honorem aſſecutus eſt, ſed nulla quidem laude aut cōmendatione, adeo libidine magis q̃ ratione & publice & priuatim uixiſſe. nam & bis uocatus eſt in iudicium, & ad iudicum ſubſellia attractus, fortuna extrema, ut inquit Cicero, ſtetit. Scribunt autem grammatici ea cauſa de ſenatu eiectum fuiſſe à cenſoribus, quòd ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Salluſtio relatum eſt, patrocinio & fauore C. Cæſaris conſecutum fuiſſe præturam Africæ interioris: ex qua di-

…ubē rediret, pretioſiſſimos atque amœniſſimos tone ad malum punicum comparauit, ac Tiburti uilla… Cicerone itidem illi obijcitur. Neque deſunt qui ſcri… Terentiam Marci Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam, Sal… nupſiſſe, ac deinceps Meſſalæ Coruino, uiro in eloquentia clariſſimo. quod etiam ſuo loco ſcripſimus. Sciendum eſt fuiſſe plures Salluſtios. Nam & Cneus à M. Tullio celebratur in Salluſtiorum familia inſignis, & M. Ciceroni, ac Cn. Pompeio maxime familiaris. quod ex ijs epiſtolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticum ſcribit. Qua in re imprudenter quidam decepti ſunt cum Salluſtij Empedoclea ignorarent, ut alibi demonſtraui. Sunt qui tradant ad annum ſecundum & LX. eum uixiſſe, & in patria annis aliquot poſt obitum C. Cæſaris diem extremum obijſſe. quod ex ueterum commentarijs colligitur. Illud præterea de hoc ipſo Criſpo Romæ circumlatum eſt, ut multi teſtantur.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

RVRSVS ALIA SALLVSTII uita, incerto authore.

CRiſpus Salluſtius genus ex Amiterno Sabinorū agro duxit C. Salluſtio patre genitus. Ex liberalibus artibus, in quibus educatus erat, præter eruditionē nihil accepit. Omnibus uoluptatibus turpiſſime indulſit: paternā domum uendidit, ut crimine adulterij ſe redimeret. Ex quæſtura & tribunatu nullam laudem eſt aſſecutus. Fauente C. Cæſare prætor Africam ſortitus prouinciam expilauit, & exhauſit: tantumq; inde pecuniarum reportauit, ut amœniſſimos hortos ſub Quirinale extra pomerium ad Collinā portam titulo ſui nominis empto loco habuerit, atque adornauerit, non uulgares illius ſeculi et poſteriorum ætatibus delicias atque ſeceſſum: uſque ad exactam ætatem libidinis auidus, & potens in amicitia uarius, & inconſtans. Sepius tamen liuido dente momordit. Habitus eſt ore improbo, & animo inuerecundo. Manes Pompeij magni, exiſtimans hac ita ſe Cæſari gratiorem fore, lacerare auſus eſt. Vnde in Salluſtium Lenæus Pompeij libertus ſcripſit, moresq; eius ſigillatim paucis uocabulis expreſſit, nebulonem, lurconem, popinonem, & laſtaurum appellans. uox poſtrema indicat fuiſſe hominē ualidæ libidinis. Scripſit ſtylo non abhorrente à ueteribus. Extat coniuratio Catilinæ, & bellum Iugurthinum, & quædam cōciones è libris bellorum ciuilium. Vt ſecreta inimici fidelius intelligeret, Terentiam à Cicerone repudiatam duxit uxorem, quæ tertio nupſit Meſſalæ Coruino.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac D. D. Ioanni Epiſcopo Miſnenſi IOANNES RIVIVS Atthendorienſis. S. D.

POſtquam te Reuerende præſul collapſas incuria maiorum inſtaurandi ſcholas conſilium cepiſſe intellexi, cum & ipſe quidem incredibili ſum gaudio affectus, et alacer atque lætus hanc pubi ſtudioſæ gratulari fortunam cœpi, tum uero, quantus ad illam priſtinam meam erga te beneuolentiam, qua te propter ſingulares in omni genere uirtutes tuas, ſum mirifice ſemper complexus, hac re uelut cumulus acceſſerit, non mehercule uerbis conſequi ullis poſſum. Quanquam enim & hæc profecto de te, et alia item maiora, poſt ſuſceptum Epiſcopi munus expectabamus omnes, quicunque ſumus tuæ gloriæ ſtudioſi, & honori dignitatiq; fauemus: tamen ut tam ſubito nobis tanta ex improuiſo daretur fortuna, & hæc tanta nec opinantibus lætitia oboriretur, uix dū iſto magiſtratu eccleſiaſtico inito, quis tādem erat uel optare auſus? Itaque quo magis præter ſpem nobis derepente hoc tantum bonum eſt obiectum, eo & gratius & iucundius omnibus accidiſſe ſcito beneficium tuum. Quāquam autem me ampliſſime Præſul, communes cum alijs ad tibi gratulandum cauſæ impellunt, ſunt tamen & peculiares quædam cur hoc officij mihi ſuſcipiendum eſſe duxerim. et illa quidem cum primis, quod è Valentino Hertelio noſtro, de amplitudinis tuæ propēſa in me uoluntate, ſtudio, fauoreq; ſum perſæpe certior factus. Itaq; facere non potui, quin quātum ex inito atque inſtituto nuper inſtaurandarum ſcholarum cōſilio tuo uoluptatis ceperim, hoc loco tibi declararem. Idq; amplitudinem tuā optime Præſul bonam in partem accepturam eſſe, ſingularis iſta naturæ tuæ bonitas atq; facilitas ut ſperem facit. Illud omnibus uotis Deum Opt. Max. comprecabor, ut proſperos & felices cōſilijs tuis euentus atq; ſucceſſus dare uelit. ut quod iampridem magna cum ſpe es ingreſſus, id efficere etiam atq; exequi uſq; ad extremum poſſis. Quid enim aut Deo ipſi gratius, aut tibi glorioſius, aut tuæ commiſſo fidei populo conducibilius atq; utilius facere poſſis, quàm ſi neglectam miſere hactenus iuuentutem, pietate, moribus, & quæ ad percipiendam colendamq; uirtutem adiuuant, literis optimis & ingenuis artibus cures inſtituendam? Hoc demum enim uere eſt Epiſcopum agere, ſummam cum primis habere primæ ætatis rationem, & honeſto ſalario conducere qui ſibi traditos in diſciplinam pueros fideliter doceāt, qui aſſiduis cohortationibus ad ueram pietatem, ad Dei cultum, ad uirtutes Chriſtianas incitent, qui ciuilitate morum imbuant, qui arceant à uitijs, qui denique aut errātes, ut fit, in uiā reducāt, aut luxu diffluētes ad bonā frugē reuocēt. Quòd ſi corruptos deprauatosq; populi Chriſtiani reformare et corrigere mores uelimus, nimirum hic maxime uigilemus, et huc neruos oēs cōtendamus oportet, ut iā inde à teneris annis iuuentus honeſtis diſciplinis erudiatur. E ludis enim literarijs ferè proficiſcuntur, qui publica munera obeant, qui magiſtratum gerant, legesq; ac iudicia adminiſtrēt, qui Principibus in conſilijs adſint, qui rebus gerendis præficiantur, qui gubernādis eccleſijs præſint, qui ſacras ad populum conciones habeant, quiq; alijs hoc genus officijs muneribusq; perfungantur. Quàm tandem igitur deo rationē reddent, qui hic deſerunt officij ſui partes. atq; adeo qui indignam cura ſua hanc rem iudicant? Quo magis tuum ampliſſime Præſul conſilium probo, qui antiquius hac re chariusq; habeas nihil. Neque uero deerit optima conanti Deus, nec operam ſuam tā pia in cauſa negabunt eruditi. Ipſe quidem certe, quanquam nihil egregij de me promittere ac ſpondere auſim, ſi quid tamen hæc ingenij mei exiguitas, & doctrinæ quantulæcunque mediocritas poterit, id pro uirili operam dabo, ut ſanctiſſimos iſtos in promouēdis ſtudijs conatus, qua re cunq; poſſum, iuuem. Cuius rei gratia noſtras in rerum Romanarum florētiſſimum authorem (ſic enim Tacitus appellat) C. Criſpi Salluſtium caſtigationes, dicare nomini tuo conſtituimus, rati nimirum et amplitudini tuæ gratū acceptumq; nos, et iuuentuti perutile dicaturos munus. Tu uero accipias quæſo læta & ſerena fronte Salluſtium ipſum, iam ab innumeris penè mendis & erratis, quibus antea cum iniuria temporum, tum libra-

riorum

riorum incuria ſcatebat, repurgatum, & in priſtinam ferè integritatem, abſit invidia dicto, uindicatum. Hic eſt Salluſtius ille ampliſſime Præſul, quē acerrimi uir iudicij Quintilianus opponere Thucydidi, non ueretur. At cuiuſmodi tandem hiſtorico? Quem ita crebrum eſſe rerum frequentia teſtatur Cicero, ut uerborum propè numerum ſententiarum numero conſequatur. ita porro uerbis aptū & preſſum, ut neſcias utrum res oratione, an uerba ſententijs illuſtrentur. Hic eſt inquam, quo de uere atq; eleganter Martialis,

Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Nec uero conſequi ullis uerbis poſſum, quātis hæ caſtigationes mihi laboribus conſtiterint. Qua in re permagna quoque Georgio Fabricio debetur optimo ac doctiſſimo adoleſcēti gratia. Is enim cum exemplar nobis Salluſtianum in pergamenis deſcriptum, quo non facile uetuſtius ullum extare hodie crediderim, dono dedit, tum uero in perquirendis alijs præterea uel manuſcriptis uel impreſſis uoluminibus, quibus inſtructi paratiores ad hoc negotium aggrederemur, operam mihi ſtrenuam nauauit. Quo de adoleſcēte quid futurum augurer, cur hic uerear dicere? Nam in ijs hic aliquando numerabitur optime Præſul, ſi nō deſit Mecœnatis alicuius fauor, q præceptores ipſi ſuos lōge & ingenio & doctrina uicisse ferantur. Eſt enim in aptonarium artium ſtudijs et diſciplinis liberalibus iam inde à puero uerſatus, neque ab harum ſtudio res ulla unquam auocare illum aut retardare potuit. Sed & eos iam in literis cum latinis tum græcis, ut pro hac ætate, progreſſus fecit, uix ut parē ex æqualibus inueniat quēquam. Nam ſtylo quantum ualeat, quāq; præclare eloqui cogitata poſſit, ut nullus dicam, res ipſa nimirum indicat. Quòd ſi propter eximiam formā Dianæ, ut Poeta canit,

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:

qua me tandem affici uoluptate par eſt, cum talem noſtro è ludo profectum diſcipulum uideo, cuius egregiæ laudes ad præceptoris gloriam redundent? Sed ut ad ſuperiora reuertar, nos ampliſſime Præſul in his Salluſtij hiſtorijs non aut mendoſa ſolum emendauimus, aut correximus deprauata, ſed et diuerſam ſæpe diſcrepantēq; à uulgata lectionem indicauimus, non iudicium ubiq; interponentes noſtrum ſedi integrum ſæpe relinquentes admonito lectori ſuum. Quoſdam etiam locos, uel obſcuros illos ac difficiles, uel in quibus quāuis apertis & illuſtribus, lapſi tamen interpretes eſſent, obiter explicauimus. Illud non mehercule dici poteſt, quàm ubique fuerit moleſtum, adnotare identidem inuerſionem immutationemq; ordinis uerborum. Quod ipſum quidem ita crebro faciundum fuit, interdum ut conniuere in leuioribus quibuſdam nobis permiſerimus. Cum interim quiuis mediocri doctrina præditus norit, quātum uel ad perſpicuitatem rerum, uel ad elegantiam & uenuſtatem orationis, uel ad ſonitum iucundiorē, uel ad effugiendā duritiē & aſperitatem cōpoſitionis, uel deniq; ad numerū ipſum quem uocant, collocatio apta ſeriesq; uocū faciat. Iam uero cū permulta hodie ſint exēplaria Salluſtiana, uarijs in locis aliud alio correctius impreſſa, faciundū nobis fuit, uti ad unū aliqđ potiſſimum è tam multis, qđ & recens editum, & maxime omniū ſtudioſæ pubis manibus teratur, cætera ferè, quæcunq; nanciſci potuimus, conferremus. Tale eſt qđ Ioan. Gymnicus anno proximo excudit. Vſi autem manuſcriptis inter alia duobus ſumus, altero è bibliotheca Merſeburgenſi, altero cuius facta nobis à Fabricio noſtro copia, atq; adeo quod ab eodem eſt dono nobis datum. Quo in exemplari uetus illa ſcribendi ratio quā ὀρθογραφίαν uocant, eſt diligentiſſime obſeruata. Vnde facile colligas, ipſum bene eſſe uetuſtū. Sic paſſim ibi ē, inhoneſtus, inbellis, inmaturus, inmenſus, inpunitus, inprobior, Item, inpudentia, inpunitas, atq; hoc genus alia, in ſuo quodq; genere, numero, caſu. Sed & præpoſitiones ubi nō mu[illegible] ſunt, adcuiſſe, adtendere, adquirere, adſequi, adpropinquare, adgredi, inrūpere, conlocare. in ſua quodq; pſona, numero tpe, & modo. Sunt alia præterea non pauca, quæ non operæpretium eſt omnia enumerare. Iam & Sulla ſemper, pro Sylla. & Sullam uolues ibidē nec unquam ferè aliter. & proinde, ubi hodie perperam, Perinde, nō quin ſic quidē ēt dicatur (neq; enim hoc in dubiū uenit) ſed quòd alterum ueteribus fuerit uſitatius atq; tritius. Qua de re prolixius eſt à nobis in Caſtigationibus Terentianis actum. Quin & intellegere & neglegere, ab hisq; deducta tempora, participia, nomina, ubique per E ſcripta inuenias, nunquam aliter. & Adhoc ferè, ubi Adhæc perperam in recentioribus. Sed & Carthaginienſis paſſim, ubi hodie uulgo, Carthaginenſis. & Transductus præpoſitione integra. pro quo hodie Traductus Sic ab ſtirpe, ab ſenatu, ab Thuſcis, ab latere, ab Iugurtha, ab Numidis, ab nobilitate, et alia pleraq;, quæ ferè aliter ī noſtris. Quin & aſpirationis ſignum quibuſdam in uocibus eſt ueteri more omiſſum. cuiuſmodi ſunt. carus, lacrymans, Graci, atq; alia nōnulla. Iā pene abſolueram Caſtigationes haſce Salluſtianas, cum ecce à doctiſſimo atq; humaniſſimo uiro D. Ioāne Cochlæo exēplaria ad me duo in pergamenis deſcripta mittuntur, quæ magno mihi uſui fuere. id quod locis ſuis non diſſimulauimus. Ignoſces optime atque humaniſſime Præſul, quòd tam familiariter tecum agam, & propemodū in publica cōmoda peccem, dū te longo adeo ſermone detineo ac moror. Sed ſi quid hic pecco, ſingularis & eximia quædam generoſæ iſtius naturæ tuæ bonitas atq; facilitas, quæ à multis bonis doctisq; uiris uno ore prædicatur, cauſam omnem ſuſtinet. Bene ualeat amplitudo tua, nosq; ſibi, ut facit, cōmendatos habeat. E Fribergo XII. K L. Maij. ANNO M. D. XXXVIII.

PRISCAE AC VERAE NOBILITATIS insignisq; eruditionis uiro D. Ioanni Vuerubero à Riſchach, Domus Teutonicæ Friburgi Briſgoæ Commendatori,

Henricus Clareanus. S. D. P.

CVm hac noſtra ætate in emendādis optimis authoribus doctiſſimi quique in omni arte uiri certatim ſatagant, laborent, deſudent, quòd germana lectio eorundem indigna temporū iniuria deprauata, tandem priſcam recipiat lucem, ac in integrum reſtituatur; quod in Liuio, Cicerone, Plinio, alijsq; multis & fecimus ipſi, & alios feciſſe uidemus: nequeo hercle ſatis admirari, cur in Salluſtium, tam ueterem, tam frugiferum, tantæ poſtremo exiſtimationis apud omnes claſſicos authorem, ut Quintilianus Thucydidæ comparare non dubitarit, nemo hodie dignum lectu, quod ſciam, quicquam tentarit, quo ſanaret tot uulneribus à Barbarie diutina cōfoſſum, tam mutilum, tam lacerum, ut ſi mortuus hodie reſurgat, ſuorum ſcriptorum fragmēta agniturus quidem fuerit, ſed haud abſque lacrymis inſpecturus. Collegerunt quidam floſculos ex eo, uerbis eis ſæpe corrupte citatis: ut editio nupera florum in hunc authorem, quæ Hutteno aſcribitur. Quæ ſi eius eſt, leui, ut dici ſolet, ille brachio ſibi fortaſſis luſit, non in hoc ut ederetur. Cuius indicium mihi facit primus ſtatim in Schollorum ueſtibulo flos, ubi ait: Studere ſe. Deinde continuo confirmādæ rei gratia, Salluſtij uerba ſubinfert: Qui ſtudēt ſeſe præſtare cæteris animantibus. quaſi accuſatiuus ſeſe, ad ſtudēt, & non ad præſtare referatur. Quod, ne uideamur hic Gramma-

111

... ... [illegible] doctiori aſcenſenſium relinquo. Idem dico de Commen
tario in Catilinam, qui ratio quidem ſplendide, nec abſurde rheto-
ricatur, ut exiſtimes propémodum uel Vallæ, uel nõ indoctioris eſ
ſe: at in poſterioribus deinde commentationibus uix alicuius docti
uiri putabis, tantum abeſt, ut Vallæ uideri poſſit. Tranſeo nũc Sol
di eiuſdem, ac Badij longiſſima commenta, multis in locis nec cœ
lum, nec terram attingentia: ut locorum, quæ plurimi hic corrupti
ſunt, difficultates nihilominus uexent ac turbent lectorem. Male
me habuit, ut uerum fatear, cum quotidie in ſcholis prælegatur, in
ore oĩum, in manibus uerſetur, denique nemo ſit, qui illum non deuo
raſſe uideri uelit: interrogati tñ multi de locis aliquot deprauatis,
ne uerbũ quidẽ dignũ, οὐδὲ γρὺ, rñdere queãt. Quapp, q̃ñ in alijs
authoribus, nunc ſæpe id laboris haud ſuſceperim, nec eius rei ha-
ctenus pœnituerit, ẽt hic me ſtudioſis opæpretiũ facturũ exiſtima-
ui, ſi quæ in hoc authore ſciolorum ignorantia, et longa uetuſtas
deprauarit, pro uirili reſtitueremus. Ad quæ nõ nudã duntaxat cõ
iecturã adferimus, ſed hiſtoriæ apud alios authores collationem, co
dicumq; ueterum fidem. Inter quos peruetuſtus unus Iulij Gothi,
adoleſcentis eximiæ ſpei, & nobis in primis familiaris fuit quem
ipſe è Biturigibus, cum illic ſub Alciato doctiſſimo uiro, iuris pru-
dentiæ ſtrenue operã nauaret, huc attulerat, ex Italia tamen antea
in Galliam delatum. Aldus Manutius Venetijs ante aliquot annos
editionem exhibuit, ut tum putabat, ſatis emẽdatam: laudãdã certe,
ſi ad prioris ſeculi exemplaria edita conferatur; uerum ſi penie-
tius introſpexeris, Dij boni, quantum illic reperias errorum. Eam
tamen noſtræ ætatis librarij certatim, tanquam ſimiæ, à uiginti
nunc annis imitati, ne latũ quidem digitum ab ea diſceſſerunt. Vnde
factum eſt, ſi quis ſecus, quàm ea habebat, legeret, ut indemidem
audiret impudenter obgannientes: Aliter atq; tu legis, habet litera
Aldina. Quaſi piaculum commiſiſſet, qui nõ ſtatim illi acquieuiſſet.
Non exiſtimo opus eſſe, ut adoleſcentes ad hunc frequentiſſime le-
gendum inuitem. Vino uendibili, ſecundum prouerbiũ, non eſt opus
ſuſpenſa hedera. Hoc unum tamen, ſtudioſo adoleſcenti maiorem ex
hoc authore fructũm eſſe ad firmandum conſolidandumq; ſtylum,
quàm ut paucis dici queat. Certe epiſtolaris anguſtia in tam exi-
gua opella nos plura dicere non patitur. Benignitati tuæ inte-
gerrime uir, ac nobilitatis antiquæ ingens decus, hoſce labores no-
ſtros offero, haud neſcius maiora tuam decere clementiã. Sed à par
uo cliẽte magnus patronus parua ſperare poteſt, magna haud ſcio
deſiderarẽne potius an ſperare. Bene uale. Friburgi Briſgoæ, Cal.
Nouẽbribus, Anno à natali CHRISTI, M. D. XXXVII.

IACOBI CRVCII BONONIENSIS IN Catilinam Saluſtij Annotatiunculæ.

IN Catilina Iugurthaq; Criſpi Saluſtij quædam
uelociter tranſcurrentes annotamus. In primis il
lud ex Gellio exponentes, quod in præfatione ita
legitur. { At mihi, tametſi haudquaquã par glo-
ria ſequatur ſcriptorem & authorem rerũ: tñ in
primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. } Arduum hic poſitum
Gell. lib. 4. eſt non pro difficili tantum, ſed pro eo quoq; quod Græci δύσχε-
cap. 15. ch. 1. uer. 25. ρὲς, aut χαλεπὸν uocant: quod eſt tum difficile, tum moleſtum
quoque, incommodum, & intractabile.

Gell. lib. 2. Ex eodem legendum. { Satis loquentiæ, ſapientiæ parum. } Nõ
cap. 15. eloquentiæ, ut uulgus ſolet. Nam ſi cum Cicero de ijs uerba face-
char. 15. ret, qui arte dicendi abutebantur, in malo non eſt auſus eloquentiã
nominare, ut obſeruauit Victorinus rhetor clariſſimus, tanquam
eloquentia ut dixit Cælius ſit quædam innocentia, nec niſi in bonã
partẽ poſſit deflecti: cumq; Catonis illa notiſſima definitione Ora
toris, omniumque opinione rhetorum comprobatum ſit eloquentiã
tantum uiro bono innocentiq; conuenire: Saluſtius clariſſimus di-
cendi magiſter ac artifex ſubtiliſſimus duo hæc haud miſcuiſſet pe
nitus diſcordia, eloquentiam, et malignitatem. Audacter igitur tum
A. Gellij authoritate, tum magis ratione, ſatis loquentiæ legendũ,
non eloquentiæ, ſcdm pphanũ atq; imperitũ uulgus grãmatiſtarũ.

Nedum illi corruptis moribus, uictoriæ obtemperarent. } Legi ch. 6. 2.
mus ex Priſciano Auguſtinoq; locum hunc citantibus. Nedum pro
ſaltem poſitum eſt. Et hic ſenſus. Saltem neceſſe fuit milites hos tã-
ta indulgentia imo licentia imperatoris corruptos uictoriæ obtẽ
perare: quod eſt p libidine ipetuq; uictoriam citra modũ exercere.

Libido ſtupri ganeæq;, cæteriq; cultus non minor inceſſerat. } ch. 9. 15
Cultũ accepimus pro elegantia: quæ apud ueteres pro uitio ſæpius
reponebatur: quod Catonis authoritate probat Gellius, ſcribens
elegantem, dictum antiquitus, non ob ingenij elegantiam, ſed qui ni
mis læto amœnoq; cultu eſſet. Cultus ad hoc apud ueteres nunc in
bonam, nunc in malam partẽ accipiebatur. Horatius: Mundus erit
qui non offendet ſordibus: atq; in neutram partem cultus miſer.

Sed antea item pauci coniurauere contra Remp. in quibus fuit ch. 22. 34.
Catilina: de quo quàm veriſſime potero dicam. } Quia plerıq; de
quo legunt: nec hoc relinquimus. De qua igitur legatur, non de quo,
ex antiquo & fideli codice. Hic enim, ut ait Diomedes locum hunc
exponens, eſt ſecunda anaphora: per q̃ elocutio non conuenienter
rñdens, aliud infert occulte. De qua enim, intelligẽdũ coniuratione.

Nunquam Hiſpanos præterea tale facinus feciſſe. } Notanda ch. 11: 26.
hic uox iſta præterea: quæ hoc in loco tempus præteritum ſignifi-
cat: quod annotauit Agretius: quod rariſſime inuenies.

Atq; eo dictãte feciſſe, quo fidi magis iter ſe fierẽt. } Sic paſſim ch. 13. 38.
legitur: Nos aũt putamus ſic emẽdari poſſe. Atq; eo dictãte feciſſe.

Q. Martius rex & Q. Metellus, nam uterq; ad urbem im- ch. 14: 35.
peratores erant, } Quid uerbum hoc, ad urbem, ſignificet, elegan-
ter exponit Aſconius his uerbis: Oĩs enim magiſtratus qui intra-
muranus non eſt: ẽt ſi adminiſtrator Romæ eſt, ad urbem dicitur.

Et quia mentio facta eſt de hac præpoſitione ad: obiter
& in tranſcurſu ponatur differentia inter ad, & in, non
mediusfidius ſpernenda: quippe quæ particulæ non unum idemq; ſi
gnant, ut uulgo creditur. Nam in forum ire, eſt forum intrare. Ad
forum autem ire, in locum proximum foro: ſicut etiam non unum
eſt ex theatro & à theatro uenire. nam qui ex theatro ſe uenire di
cit, ex ipſo uenit theatro: qui uero à theatro, nõ ex ipſo theatro,
ſed ex loco qui proximus theatro eſt.

Cæteræ multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ch. 19. 24.
ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis } Legẽ-
dum, ante quam: ita ut quam relatiuum nomẽ ſit. Et hic eſt ſenſus:
Præſcriptus eſt dies cæteris ante quem diem poſſent ab armis im-
pune diſcedere, ſine periculo ac noxa, exceptis condemnatis. Fraus
autem hic pro periculo ponitur: in quam ſignificationẽ ueteres iu-
riſconſulti ſæpius uſurpauere: ut ait Seruius illud Virgilij exponẽs,
Quis deus in fraudem. Ad hoc, præter condẽnatis, dictum eſt p cõ
demnatos, quã rem obſeruauit Priſcianus in libris de cõſtructione.

Apud eundem in oratione Cæſaris menda eſt, { Hi corpere peſ char. 26: 9.
ſimum quenq; & omnibus inuiſum indemnatum necare. Ea . ge po
pulus lætari. } Lege, dictio expungatur, tum ex antiquo codice, tum
maxime ſenſu. Nulla enim legis hic facta eſt mẽtio. Ad hoc, ea, ac-
cuſatiuus

cuſatiuus eſt: quod etiam Priſciano authore aduertimus hunc locum citante.

ch. 29. 38. In oratione Catonis inualuit error & macula in omnibus codicibus etiam uetuſtiſſimis, ubi legitur. { Vereor ne iſta uobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeria conuertatur. } Næ, hic poſitum eſt pro nimis, unde uereor, particula expungenda, Donato authore locum hunc ita citante: Ne iſta manſuetudo & miſericordia in miſeriam conuertetur. Næ hic pro nimis poſitum. Cicero: Næ iſti uehementer errant. ſic ergo legatur: Næ iſta manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam conuertetur.

ch. 30: 19. Ac ſicut effœta parentum multis tempeſtatibus haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit. } Sunt qui putant legendum, effœta parente. Cæterum cum omnes codices parentum habeant: nihil immutando ſenſus ita explicari poſſe uidetur, ſicq; ordinandum puto, haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit: ſicut effœta, ſubaudi Reip. & erit ablatiuus abſolutus, effœta dico magnis tempeſtatibus parentum, hoc eſt calamitatibus maiorum, per quod innuere uidetur bella ciuilia & diſcordias inteſtinas in cauſa fuiſſe, ut nullus tam multis ſeculis clariſſimus emerſerit.

ch. 34. 18. Illud etiam in fine Catilinæ ita legendum arbitramur. { Pauci quos medios cohors prætoria diſiecerat, paulo diuerſi alis alibi ſtantes, omnes tamē aduerſis uulneribus ceciderant, } Alis enim antiquitus dicebatur quod nunc alius, authoribus eodem Diomede ac Priſciano.

IN IVGVRTHAM.

ch. 46: 12. IN Iugurtha ad hoc primum illud occurrit. { Nunc uero exul patria domo, ſolus, atque omnium rerum honeſtarum egens, quos accedam, aut quos appellem? } Ex Donato corrigēdum eſt: Quos accidam. Accidere enim eodem authore eſt geſtum corporis oſtendere in humilitatem cadentis: quod eſt iuxta cadere. Tranquillus in Claudio: Et præ metu ad genua ſibi accidentem imperatorem ſalutauit: non accedentem, ut paſſim legitur.

ch. 51: 30. In eodem in Africæ deſcriptione illud eſt. { Prima Cyrene Colonia Theræon. } Vbi interpres in ſole caligat, hallucinaturq; pueriles nugas blacterans. Sic enim inquit, Colonia Theræon nomina ſunt ciuitatum. Ordo autem eſt, prima eſt, Cyrene Colonia Theræon, id eſt, Thereorum. Eſt enim Theræon genitiuus Græcus: ſicut Philænon aræ, pro Philænorum, ſi Latine proferantur, Cyrene uero ob hoc Theræorum colonia dicitur, quoniam Theræi eā condidere: qui ex Laconia profecti Theram inſulam coluerunt: de qua Callimachus:

Nomine Caliſto primum, ſed poſt modo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

ch. 74. 16. Illud quoque ita legendum putamus. { Cum interim Metellus ignarus hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicatur. } non, ut uulgo, conſpicitur. Hoc quoque ex Donato.

ch. 81. 20. Dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur. } Imperandum expone, ut ei imperaretur. Eſt enim modus gerundij in ſignificatione paſſiua. Quod annotauit Seruius in Buc. Virgilij illud exponens: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Virg. ad hoc alibi; Vritq; uidendo Fœmina, quod eſt, dum cantatur, & uidetur. Verum in hac uoce imperandum, legendum, & alia id genus rarenter inuenies ſignificationem paſſiuam, Nos tamē in epiſtolis Ciceronis obſeruauimus dictū, Ad ſuccedēdum, i. ut ei ſuccederetur.

Quæ poſtquam modo glorioſa, neque patrandi belli cognouit. } Ita legendum ex Priſciano, abſque uerbo cauſa, dum id oſtendit, quomodo Latini ſæpius hac prætermiſſione utantur in huiuſmodi genitiuis ſeu uocibus, ut ſubaudiatur cauſa: ut cum dicimus, populi ſeruandi laborat: & Reipub. defendendæ periclitatur, deeſt cauſa.

Comperio Bocchum magis fide Punica. } Comperior legēdum, ch. 108: 9.
tum ex antiquo codice, tum ex priſciano locum hunc allegante: paſſiua enim uox eſt in ſignificatione actiua, iuxta illud:

Et pictis bellantur Amazones armis, Et illud:
Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.

Illud etiam penè in calce Iugurthæ ſic ab omnibus legitur ferè, ch. 108. 19.
{ Ego flumen Muluchā, quod inter me et Micipſam fluit, non egrediar. } Tu autem periculo meo Mulucha legito. Mulucha nanque genere neutro pronunciatur. Vt enim ait Caper, duo barbara neutri generis lecta ſunt apud Salluſtium, Mulucha, & Duria.

FRAGMENTVM ORATIONIS

Ciceronis pro M. Cælio, in quo mores Catilinæ tanquam penicillo exprimuntur.

HAbuit enim Catilina, ſicuti meminiſſe uos arbitror, permulta maximarū non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. Vtebatur hominibus improbis multis: & quidem optimis ſe uiris deditū eſſe ſimulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli, ac laboris. Flagrabant uitia libidinis apud illum: uigebant etiam ſtudia rei militaris. Neque ego unquā fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnātibus naturæ ſtudijs cupiditatibus conflatum. quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? quis tetrior hoſtis huic ciuitati? quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Illa uero, Iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat, ſeruire temporibus ſuorum oīum, pecunia, gratia, labore corporis, ſcelere, etiam ſi opus eſſet audacia, uerſare ſuam naturam, & urgere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cum triſtibus ſeuere, cum remiſſis iucunde, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere. Hac ille tam uaria multiplicíq; natura cum omneis omnibus ex terris homines improbos audaceſq; collegerat, tum etiā multos forteis uiros & bonos ſpecie quadam uirtutis aſſimulatæ tenebat: neque unquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus extitiſſet, niſi tot uitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.

QVO SIT GENERE NATVS CATILINA.

NOn fuiſſe de gente Cornelia Catilinam (id quod & falſo Salluſtij interpres affirmat, & à Gymnico perperam eſt in margine libri adnotatum) inter alia eſſe indicio poteſt, quòd P. Lentulus qui ſine controuerſia de hac gente fuit, non apud Salluſt. modo, ſed & apud M. Tullium, regnum Romæ tribus Cornelijs por-

rex fatis Sibyllinis & aruſpicum reſponſis confirmet, in quibus antea Cinna Syllaq; fuerit, tertius ipſe ſit, cui fatum foret urbis potiri. Quòd ſi Catilina de gente Cor. fuit, cur P. Lentulus ſe tertiũ eſſe ait, ad quem regnum urbis atq; imperium peruenire eſſet neceſ ſetcitur ibi de Catilina nihil, ſi de eadem gente fuit! Nos igitur è Sergiorum familia uetere atq; illuſtri, quæ ab Sergeſto illo Troiano (cuius in Aen. 5. meminit Virg.) nomen accepit, Catilinam fuiſſe dicimus. Atq; huiuſce rei teſtes habemus locupletes atq; idoneos C. Velleium Paterculũ, C. Plinium Secũdum, Amianũ Marcel. C. Iuliũ Solinũ, Papinianũ iuriſconſultum, Eutropium hiſtoricum. Ex recẽtioribus Raphaelem Volaterranũ & Feliciũ Durantinũ. Nã Velleius quidem Pat. quo loco Cic. meminit, Conſil. inquit, Serg. Catil. Lentuliq; & Cethegi & aliorum utriuſq; ordinis uirorum coniurationem ſingulari uirtute, conſtantia, uigilia, curaq; eripuit. Videsne, ut Sergium Catil. dicat? Facit cum Velleio Plinius Secundus. qui libro natur. hiſt. 7. ca. 28 de fortitudine agens, è Sergiorum familia Catil. fuiſſe obiter innuit. M. Sergio, inquit, nemo quẽquam hominum iure prætulerit. licet pronepos Catilina gratiã nomini derogaret Nec diſſentit Ammianus Marcel. 25. Super his M. Sergiũ, inquit, qui


uicies

uicies & ter uulneratus eſt in uarijs pugnis, ut fertur. eidus poſteritatis ultimus Catilina, claras gloriarũ adoreas ſempiternas maculis obumbrauit. Habet eadem ipſum ferè uerbis cap. 4. Solinus. nam de M. Sergij fortitudine agens, inter alia ibidẽ. Beatus profecto, inquit, tot ſuffragijs gloriarum. niſi heres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina, tantas eius adoreas laudum octo damnatis nominis obumbraſſet. Sed & digeſt 48. Tit. 4. Papinianus, in quæſtionibus, inquit, læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur. &, Coniurationẽ denique L. Sergij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tulliũ Cos. indicio ſuo inſtruxit. Eutropius quoq; rerum Rom. 6. Sergium Catilinam dicit. unde quiuis facile, è Sergiorum familia Catilinam fuiſſe colligere poteſt Facit nobiſcum è recentioribus, ut dixi, Volaterranus, qui & ipſe in Anthropologia Sergium Catilinam dicit. & Felicius item Duran. qui pronepotem M. Sergij illius cuius uirtutem tot bellicæ laudes teſtentur, Catilinam fuiſſe cõfirmat. Qua in re Plinium eſt authorem ſecutus.

F I N I S.

LAVRENTII VALLAE IN C. CRISPI SALLVSTII CATILINARIVM COMMENTARII.

OMneis homines} Patritia gēte Criſpus Salluſtius Romæ natus, poſt Remp. ciuili diſcordia concuſſam, cum nulla illius adminiſtrandæ ratio bonis ſupereſſet amplius, ſe ad ſcribendi otium contulit: in quo genere Quintiliani iudicio, qui eũ Thucydidi in hiſtoria eminentiſſimo oppoſuit, præcipuam inter eos, q res Romanas literarum monumentis tradidere, eſt tandē adeptus. Etenim, quo Thucydides eſt Herodoto maior, cui ſecundæ tribuuntur partes: eo certe cui noſtro Liuio præſtantior, quem Herodoto ille cōparat. Accedit & Martialis urbaniſſimi poetæ carmen; Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum, Primus Romana Criſpus in hiſtoria: quo haud dubie apparet doctorum hominũ iudicio Criſpum cæteris Romanarum rerum ſcriptoribus prælatum. Quòd ſi tantorum uirorum teſtimonio primum hiſtoriæ locũ obtinet: ſumma nos ope niti decet, ut præclara eius monumēta, ſi qua adhuc reſtāt, non tantum ipſi ſtudio condiſcamus, ſed ſi fieri etiam poſſit, q̃ plurimis noſtra induſtria omnibus ſint ex parte conſpicua: atque id ipſum hoc enixius præſtandum: quòd poſt tantam noſtratium literarum iacturam, quãtam Gotthicis temporibus factam fuiſſe conſtat, pauciſſima quædam ueſtigia, ne fragmēta dicã, ac illa ipſa penè eua neſcētia ex locupletiſſima Criſpi ornatiſſimaq; hiſtoria ad hæc tempora peruenere: & qđ iniquius ferat aliquis, fuerunt hæc progymnaſmata quædam, ut græco uerbo caſtiſſimæ illius Mineruæ, quæ nobis reliqua cum temporis, tum hominum fecit iniuria. Nam q̃ pleniſſimam Criſpus ſcripſerit hiſtoriam, quæ res Romanas non ſolum, ſed externarum etiam gentium ſit complexa, abunde conſtat: uerum à Catilinæ coniuratione quaſi ingenij experientiam daturus, cum uideri poteſt, auſpicatus, & ipſum operis procœmium haud dubie demonſtrat: cui ad ſtili conſummationem credibile eſt Iugurthæ bellum ſubieciſſe. Sed quanti illa momenti fuerint, quæ prorſus interiere ex his, quæ hodie extant; facilis eſt coniectura: quippe cum nulla poſſit uirtus in hiſtoria elucere: cum non in hac, uel illa meditatione facile recognoſcas, ſed quo eius ſunt uirtutes altiores, minusq; uulgo proximæ: eo maiore nobis ſtudio, ut dixi, eſt nitendum: ne illæ noſtra, uel inertia, uel negligētia diutius in obſcuro ſint. Etenim quàm cognitu ſint difficiles, uel ex eo poteſt intelligi, quòd non pauci, ut uideo in procœmij fronte hallucinati dant illi uitio, quòd nefarium Catilinæ ſcelus ſcripturus, inde potiſſimum ſit exorſus, ut diceret, animum corpori, & ingenium uiribus præſtare: uelut nihil magis ab eo, qđ dicturus erat, alienum dici potuiſſet: ſed accurate omnia dixit, ac magis erudite, quàm uerbis explicari poſſit. Redditurus namq; ſui conſilij rationem, q à rep. digreſſus ſe ad hiſtoriã ſcribendam contuliſſet, nulla potuit honeſtior cau a demonſtrari, quam eo ſe conſilio id feciſſe oſtenderet: ut ea parte corporis uteretur, quæ potiſſima in homine eſſet; nec ita multo poſt non magis, ſe ratione quàm neceſſitate, ut id conſibj caperet, adduci oportuiſſe demonſtrat: quoniam ambitione malisq; artibus ciuitate corrupta, nullus uideretur innocētiæ locus huic, qui ad eam capiendam accederet, relictus. Verum, quia præclara ingenia aut domi conſulendo, ſuorũq; ſacta illuſtrãdo, aut foris rempub. adminiſtrando patriæ uideri poſſunt utilia: ſublata optimatium adminiſtratione, omniq; recte uiuendi ratione mutata, merito unum hoc ſcribendi officium, quod reliquum erat, quia & potuit et debuit non minori ingenio quàm pietate patriæ, cuibiſque ſide optime de ea bene meritis præ



C. CRISPI SALLVSTII IN HISTORIAM DE CONIVRATIONE Catilinæ procemium.

OMNEIS homines, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animantibus, ſumma ope niti decet, ne uitã ſilentio tranſeant, ueluti pecora, quæ natura prona, atque uentri obedientia finxit. Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum commune cum belluis eſt. Quo mihi rectius eſſe uidetur ingenij, quàm uirium opibus gloriam quærere: et quoniam uita ipſa, qua fruimur, breuis eſt, memoriam noſtri quàm maxime longam efficere. Nã diuitiarum & formæ gloria, fluxa atque fragilis eſt; uirtus clara æternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortaleis certamen fuit, ui'ne corporis, an uirtute animi res magis militaris procederet. Nam & priuſquam incipias, conſulto; & ubi cõſulueris, mature facto opus eſt. Ita utrunq; per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperij id primum fuit) diuerſi, pars ingenium, alij corpus exercebant. Etiam tum uita hominum ſine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; ſatis placebãt. Poſtea uero quàm in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij, & Athenienſes cœpere urbeis, atq; nationes ſubegere: libidinem do

minãdi cauſam belli habere,maximam gloriã in maxi
mo imperio putare. Tum demum periculo atq; nego-
tiis compertum eſt,in bello plurimum ingenium poſſe.
Quòd ſi regum, atque Imperatorum animi uirtus, in
pace ita,ut in bello ualeret,æquabilius, atque conſtan-
tius ſeſe res humanæ haberent:neque aliud aliò ferri,
neq; mutari,ac miſceri omnia cerneres. Nam imperiũ
facile his artibus retinetur, quibus initio partum eſt.
Verum ubi pro labore deſidia, pro cõtinentia & æqui
tate libido atque ſuperbia inuaſere,fortuna ſimul cum
moribus immutatur. Ita imperium ſemper ad optimũ
quenq; à minus bono transfertur. Quæ homines arãt,
nauigant,ædificant,uirtuti omnia parent. Sed multi
mortales dediti uentri atque ſomno,indocti,incultiq;,
uitam ſicuti peregrinantes tranſegere:quibus profecto
contra naturam corpus uoluptati,anima oneri fuit. Eo
rum uitam ego mortemq; iuxta æſtimo,quoniã de utra
que ſiletur. Verum enimuero is mihi uiuere demum at
que frui anima uidetur,qui aliquo negotio intẽtus,præ
clari facinoris,aut artis bonæ famam quærit. Sed in
magna copia rerum,aliud alii natura iter oſtendit. Pul
chrum eſt benefacere Reipub. Etiam benedicere haud
abſurdum eſt,uel pace,uel bello clarum fieri licet, &
qui fecere,& qui facta aliorum ſcripſere,multi laudan
tur. Ac mihi quidem tametſi haud quaquã par gloria
ſequatur ſcriptorem,& authorem rerum,tamẽ in pri
mis arduũ uidetur res geſtas ſcribere. Primum,quòd
factis dicta ſunt exequanda. Dehinc,quia pleriq; quæ
delicta reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta
putant. Vbi de magna uirtute, atque gloria bonorum
memores,quæ ſibi quiſq; facilia factu putat, æquo ani-
mo accipit,: ſupra ea,ueluti ficta pro falſis ducit. Sed
ego adoleſcẽtulus initio,ſicuti pleriq; à ſtudio ad Rem
pub. latus ſum,ibiq; mihi aduerſa multa fuere. Nam
pro pudore,pro abſtinẽtia,pro uirtute,audacia,largi-
tio,auaritia, uigebant. Quę tametſi animus aſperna-
batur,inſolens malarum artium,tamen inter tanta ui
tia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. Ac
me cum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilo-
minus honoris cupido eadem, quæ cæteros fama atque
inuidia uexabat. Igitur ubi animus ex multis miſeriis,
atq; periculis requieuit, & mihi reliquam ętatem à
Repub. procul habendam decreui:non fuit conſilium
ſocordia,atq; deſidia bonum otium cõterere: neq; uero
colendo agrum,aut uenando,ſeruilibus officiis intentũ
ætatem agere. Sed à quo incepto,ſtudioq; me ambitio
mala detinuerat,eodem regreſſus,ſtatui res geſtas po-

,mus Criſpus. Præſtare.} datiuo & accuſatiuo iungitur: ut præſto illi, & præſto illum.
Præſtare,}excellere. Ceteris animantibus.} ſcilicet brutis animalibus. Summa ope.} ſumma poſſibilitate, & uiribus ſummis.nam opis ſignificat poſſibilitatem. Virg. Aeneidos.lib. primo, Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ Dido.i. poſſibilitatis. Veluti pecora.}quæ ſilẽtio uitã trãſeũt.
Prona}.i.prona. Obediẽtia uẽ.}q̃a aĩalia ſuos appetitus ſequũtur:& tm̃ pñs tẽpus cõſiderãt:nõ ãt futurũ, nec præteritũ uident.ut Cicero primo off.ait.
Sed omnis noſtra. Quoniam igitur nos diſſimiles cæteris animantibus eſſe debemus: uideamus quibus in rebus occupati eſſe debeamus. Duæ autem res ſunt,quibus clari eſſe poſſumus. ſ.uel uiribus ingenii:uel uiribus corporis: ſed uideamus utrum magis præponderet. Noſtra uis}ſcilicet humãna. Sita:}poſita. In animo et corpore}.i. uiribus animi & corporis continetur. Magis quam ſerui.} ãius qdẽ impat: corpus aũt ſeruit. Alterũ.}ĩnpuum aĩ, Alterũ.}uidelicet ſeruitium corpis. Diis.} nam memoria, & intelligentia, & prouidentia diuinæ uirtutes ſunt. & diuino quodam numine traditæ ſunt.
Commune cum belluis.} nam quemadmodum ſentiunt et appetunt belluæ: ita homines & ſentire: & appetere poſſunt:ſed homines & meminerunt:& intelligunt:& cæteris,prouident: quod animantibus protinus negatur. Ergo cõſtat animum quidem cum diis eſſe commune: corpus uero cũ belluis communitatem habere.
Quo mihi rectius} Ecce ipſe ſuam ponit ſententiam. Quo mihi rectius.} Cum igitur poſſumus magnam nobis gloriam comparare: aut corporis uiribus,aut ingenii:ſine dubio debemus ad gloriam inuti uiribus animi potius quàm corporis,et

uidetur mihi rectius. Opibus.}auxiliis. Ingenii.} ſcilicet uiribus. Quã fruimur:} Non ſine ratione dixit qua fruimur:quia etiam ſi uita,qua utimur,longa ſit:tamen uita, qua fruimur eſt breuis:quia utimur rebus uſu.fruimur uero fructu: ſed in fructu dicitur eſſe,cum aliquid egregium facimus:ergo ille uita fruitur, qui uiuendo fructum ex uita capit:ille uero uita utitur, qui uiuit nec aliquid pulchrum facit:itaq; uita, qua fruimur,breuis eſſe ſolet. Fruimur:cum aliquid dignum uirtute efficimus,ex quo fructum capimus bene geſtæ rei. Efficere longã.} ſi aliquid egregium facinus ſuſcipiamus: ut apud poſteros memoria noſtri porrigatur. Nam diuitiarum.} Et quia dubitare poſſet aliquis, quomodo memoria noſtri longa fieri poſſit,declarat ipſe dicẽs. Fluxa:} labilis, & ppea nõ debẽt hoĩes ĩ his elaborare, nec gloriã quærere in diuitiis inquit: & forma nihil diuturnũ: ideo nihil ĩmortale cõſeq pñtat que perpetuũ. Virtus clara:} uirtus autem clarum nomen efficere poteſt: ergo immortale.
Sed diu magnum.}Nunc aliã ponit dubitationem: dubitaſſe immortales,&c. Certamẽ:} contentio. Ne:}pro an. Viribus corporis.}ſcilicet. Nõnulli dicebant uires corporis uictoriam comparare. alii dicebant ingenium uictoriam facere.
Nam prius:} & reddit rationem:cur homines ita dubitauerint. Nam ſine conſilio factum nihil ualet:nec cõſilium ſine facto multum prodeſſe poteſt: & conſilium ad uires pertinet, & factum ad corpus. Cõſulto} id eſt pro conſulere. Dicit Seruii.apud hiſtoricos: participiũ præteriti temporis pro infinito poni ſolere. Facto:}ad corpus. Conſulto.}ad conſilium.
Indigens:}nõ plenum eſt: nec conſilium ſine facto:ſequitur q alterum auxilio alterius indigeat. Eget cõſilio alterius.}
& quia

puli Romani carptim, ut quęq; memoria digna uidebantur, perſcribere: eo magis, quòd mihi à ſpe, metu, partibus Reipub. animus liber erat. Igitur de Catilinę coniuratiõe, quàm uerißime potero, paucis abſoluã. Nam id facinus in primis ego memorabile exiſtimo ſceleris, atque periculi nouitate: de cuius moribus pauca prius explanãda ſunt, quàm initiũ narrandi faciã.

& quia factum conſilium: & conſilium factum deſiderat: nec alterum ſine altero eſſe poteſt.

Igitur initio. } Superius uidimus: quomodo dixerat magnã cõtentionem inter homines fuiſſe. Vtrum res militaris magis ne augeatur uiribus corporis, an uirtute animi: } & concludit utrũq; per ſe imperfectũ eſſe. *Alterum alterius auxilio indiget.* } Nunc dicit quid ex ea re ſecutum fuerit. Nam dicit homines certaſſe uiribus corporis. et uirtute animi gloriam comparaſſe: ideo in primis temporibus alij corpus: alij ingenium exercebant. *Igitur:* } quia dubitabatur plus'ne ualeret res militaris. ideo in primis temporibus alij corpus: alij ingenium exercebant. *Igitur:* } quia dubitabatur. quamobrem dicit reges. *Nam in terris:* } et eſt parentheſis: id eſt interpoſitio.

Primum nomen imperij: } quia primo omnes qui imperabant, reges appellabantur. Sed poſtea appellati ſunt principes, ſatrapę, conſules, imperatores, & tribuni. *Imperij:* } dominationis. *Primum fuit:* } quia reges omnes appellabantur. *Diuerſi.* } Pulchra prolepſis: reges diuerſi eſt totum pars, & alij ſunt partes & cę.

Diuerſi } .i. uaria opinione. *Et iam tum:* } eo quoque tempore: quo reges appellabantur omnes, qui imperitabant. i. illis etiam temporibus nondum libido animos hominum inuaſerat cupiditate regnandi quã ſatiari mortales non poſſunt. *Cupiditate.* } ſ. dicet regnandi, uel rerum alienarum. *Agitabatur,* } exercebatur, ducebatur. *Sua cuique ſatis placebant* } .i. ſuis quiſq; contentus erat: nec aliena appetebat. *Poſtea uero.* } quia primo quidẽ, cum nuſquam gentes bella gererent: certabant homines, utrum ingenium plus ualeret uiribus corporis: ſed poſtquam bella florere cœperunt in Gręcia & Aſia: tum uero expertum, & experientia magiſtra cognitum eſt: uires animi preſtare corporis uiribus. *Vero* } pro ſed. *Vrbes & nationes ſubigere.* } eſt alia prolepſis.

Cœpere. } ſcilicet homines. *Cyrus:* } i. Aſia &c. *Subigere.* } uincere, & expugnare. *Nationes.* } gentes. *Libidinem dominandi cauſam belli habere.* } ita quòd nulla alia cauſa eſſet belli: niſi q̃ regnare cupiebant: quia etiam ſi nullę interceſſiſſent iniurię: libido dominandi homines ad bellum incitabat. *Libidinem.* } cupiditatem. *Maximam gloriam in maximo imperio.* } uidelicet: ſi q̃s maximum imperium haberet, hic apud omnes glorioſiſſimus eſſet & clarus. *Tum demum.* } tum denique. *Periculo.* } belli. *Negotij.* } id eſt rerum gerendarum. *Compertum eſt.* } inuentum, & exploratum eſt. *Quòd ſi regum* } Si inquit ea modeſtia eſſent reges, atque imperatores in pace, quã ſunt in bello: res iuſtiores eſſent, & propterea firmiores. ſed cũ in bello continentes, parci, inedię, ſitis, frigoris, atque caloris, & omnis denique laboris patientiſſimi ſint: poſtquam tranquillis iã rebus in pace uiuere incipiunt, molliores, ac effœminatiores, prodigi, ac impatientiſſimi efficiuntur: hinc eſt quòd mutatis moribus, regna etiã mutantur. Hinc eſt illud Valerij libro ſeptimo. Appium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus: negotium populo Ro. melius quàm otium committi: non q̃ ignoraret: quàm iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet: ſed quòd animaduerteret prępotẽtia imperia, agitatione rerum, ad uirtutem capeſſendam excitari: nimia quiete in deſidiam reſolui: & ſanè negotium nomine horrendum ciuitatis noſtrę mores in ſuo ſtatu continuit: blandę appellationis quies plurimis uitijs re-

ſpe: ſit. *Virtus animi.* } imperatorum ac regum. i. uirtus animi. quam reges & imperatores habent in bello. *Valeret.* } ualida, & firma eſſet. *Aequabilius:* } iuſtius. *Conſtantius.* } firmius, & ualidius, & ſtabilius. Vnum ſequitur ex reliquis: nã quia iuſtiora eſſent humana, ideo eſſent firmiora.

Humanę. } hominum. *Haberent.* } ſe regerent. *Neque cerneres* } .i. non uideres. *Aliud aliò ferri.* } id eſt non uideres modo in hunc locum, modo in illum transferri imperium. *Neque mutari, ac miſceri:* } non uideres mutationem, atque diſiunctionem omnium rerum fieri. *Miſceri.* } confundi. *Nam imperium.* } quamobrem non mutarentur imperia: quia &c. *His artibus.* } non moderatis artibus: ut ſunt labor, continentia, ęquitas &c. *Quibus artibus.* } quia honeſtis, modeſtisq; artibus paratur imperium. *Artibus.* } moribus. Nam artes in plurali numero pro moribus ſępe ponuntur. *Initio.* } id eſt in principio. *Partum.* } adeptum, acquiſitum. *Verum ubi pro labore.* } Tantam uocabulorum proprietatẽ hic Salluſtius ponit ut nullus ſcriptor alius melius ponere uideatur, nec poſſit facile cognoſci quid ſit deſidia, quid libido &c.

Labore. } hoc loco opponitur deſidię. ergo labor & deſidia ſibi contraria ſunt. *Pro continentia & ęquitate. libido atque ſuperbia.* } Hoc loco opponit libidinẽ continentię & ęquitati. *Superbia* } ergo proculdubio cognoſcitur quid ſit libido, quid continentia, quid ęquitas, & quid ſuperbia. *Pro labore* } belli. *Deſidia.* } pacis. *Pro labore.* } metus, atq; periculorum. *Superbia.* } licentię eſt. Licentia in pace generat ſuperbiã principibus: ut quiſque faciat pro libidine, quod uoluerit. *Pro labore deſidia.* } poſt q̃ in locum laboris deſidia, in locum continentię libido inceſſerunt.

Inuaſere. } inceſſere. *Fortuna ſimul.* } fortuna regnandi. Nam qui pro ambobus moribus & labore regnum ceperant, poſtea deſides facti regnum amittunt, & hęc eſt cauſa mutationis. *Ita imperium.* } amittitur imperium, & ad alium meliorem ſepſo trãſfertur. ſ. imperium. *Virtuti omnia parent.* } id eſt uirtuti omnia ſubiecta ſunt. *Quę homines arant, & cętera.* } id eſt uirtus dominatur terrę, dominatur & mari. *Quę homines arant, ędificãt,* } id eſt terra. *Nauigant.* } maria. Nihil aliud uoluit dicere: niſi uirtutem omnibus rebus dominari. *Sed multi mortales.* } Superius uidiſtis, quomodo Salluſtius dicebat imperiũ ſemper à minus bono ad quoſque optimos transferri: & ob eam rem plerũq; mutari regna, nec in eodem ſtatu permanere: & cum bonis artibus comparatum ſit regnum, ideo eiſdem manere perpetuum: ſi uero mutatę fuerint, imperium facile amitti. Nunc dicit: quãuis omnia uirtuti ſubiecta ſint: tamen multos homines eſſe, qui contempta uirtute, ſe otio, & uoluptati dederunt &c. Sed aduerſatiua eſt: aduerſatur hoc modo, quo dixi, omnia uirtuti ſubiecta ſint: ſed &c.

Multi mortales. } multi homines. *Dediti uentri atque ſomno.* } id eſt qui omnes ſuas curas in cibo, & ſomno poſuerunt. Nam hi uentri deditι dicuntur eſſe: qui ſuos omnes appetitus ſequuntur, uel edendi, uel bibendi, uel alterius uoluptatis comparandę. *Indocti.* } ſine aliqua bona arte. *Inculti,* } id eſt ſine exercitatione, non exercitati. *Indocti.* } ad animum, inculti ad corpus transferre potes, quia animum, nec corpus ad aliquid exercuerunt. *Peregrinantes.* } ſicut homines incogniti. Nam quemadmodum pere-

grini ignoti ſunt ita & hi qui uentri indulgent & ſomno, incogniti
efficiuntur. Nam peregrinantes dicuntur, qui in alienis ciuitatibus
uerſantur: & quia in alienis, ideo ignoti: & quia ignoti, ideo obſcu
ri. Et ita homines, qui tantum uoluptatibus dediti ſunt: in obſcuritа
te perpetua manent, & obſcuram, ignotamq; uitam conſequuntur: ſi
cuti peregrinantium nomen ignotum, & obſcurum eſt. Contra
naturã, } quia ſuperius dixit: animi imperio, corporis ſeruitio ma-
gis utimur: ergo iſti mutata natura rerum, non committuntur, ut
animus corpori imperitaret: ſed ipſi corpori obediunt. Corpus
uoluptati. } nõ animo ſeruit. Anima fuit oneri. } quia animam: quia
ſi ſeruam habuere. i. fecerunt animam corpori ſeruire. Iuxta. } ſi-
militer. Vitam, mortem }. i. tanti pretij uitam eorum exiſtimo, quã
ti mortem, ſed mortem nullius pretij exiſtimo: ergo nec uitam alic
uius pretij facio. Quoniam de utraq;. } Et reddit cauſam. i. tam
uita quàm mortua in perpetuo ſilentio permanent. Verum enim
uero, } pro ſed. Eſt enim coniunctio expletiua, & ornatus cauſa
ponitur: ualet autem tãtum quantum Sed. quaſi dicat: huiuſmodi ho
mines omittamus, qui uoluptatibus dediti ſunt. Sed ad hos ueniа-
mus, qui egregium aliquod gerunt. Hi demum probandi ſunt: quos
aut corpore, aut animo egregium quid facere delectat. Præclari
facinoris. } quantum ad corpus, id eſt alicuius egregij facti: quod
corpore geratur. Bonæ artis. } ſcientiæ & eruditionis. Vnum
ad res geſtas: alterum ad eruditionis ſcientiam referas. Sed
in magna copia rerum & cæ. } Sed cum multæ ſint res, quibus
homines ſibi laudem poſſunt comparare: aut uirtute corporis, aut
uirtute animi ſibi gloriam quærere debent. Sunt nonnulli, qui ualẽt
uiribus corporis: alij animi uirtute Ergo qui ualent corporis uiri
bus, egregium gerant facinus: qui uero uiribus animi preſtant, hi
ſcientiæ indulgeant, atq; optimis artibus ſe dedãt. Copia. } multi-
tudine. Benefacere reip } Ecce qtũ ad res geſtas. Benedicere: }
quãtum ad bonas artes: quia de aliqua re ſcribere, quam aliquis
geſſerit, laudabile eſt atq; probatũ. Abſurdum: } inconueniens.

Vel pace }. ſ. uel benedicendo: Vel bello. } benefaciẽdo. Fece-
re: } in bello. Scripſere: } in pace. At mihi quidem. } Nunc
captat beniuolentiam ab incommodis ſuis. Nam, ut ait Cicero, à
noſtra perſona beneuolentiam colligimus, ſi noſtra incommoda
proferemus. Incommodum ſuum exponit, cum dicit, ſe ſcriptorem
qualem magnum laborem ſuſcipere: parum autem gloriæ cõſequi:
eo q & c. Sequatur ſcriptorem & authorem. } quia plus gloriæ
conſequantur, qui faciunt res, q̃ qui ſcripſerint eaſdem. Arduum }
difficile. In primis: } ante omnia. Facta dictis } ideſt, tam illuſtrã
da oratione res ſcribendæ ſunt, quàm illuſtres fuerunt. Nam ſi res
fuerint illuſtres, & illuſtri & præclara oratione erunt notandæ. i.
pro qualitate rerum uerba ſint accommodanda. Deinde quòd. }
duas alias incommoditates exponit: quæ ſcriptori accidunt: nam
& cætera laudant uel reprehenduunt & c. Vbi. } pro poſtquam
uel quãdo. Supra ea. } ſupra ea: quæ facilia factu putat. Ficta }
ſimulata. Pro falſis. } loco falſitatis falſa exiſtimant nonnulli
cum plus laudaueris, quàm ipſe ſe facere poſſe exiſtimet. Sed
ego adoleſcentulus } Vide quẽadmodum per inductionem ad id pue
nit. Sallu. quod intenderat. ſcilicet q omiſſa reipu. adminiſtratione
recte ſe ad ſcribendum contulerat. Primo quidẽ dixit apud mor
tales contentionem fuiſſe: utrum res militaris magis procederet
uiribus corporis: an uirtute animi. Deinde cũ bella geri cœpiſſent,
cognitum eſt uires ingenio preſtare: poſtea uero duobus modis
homines claros fieri poſſe: uidelicet in bene gerenda rep. uel in be-
nedicendo quæ geſta ſunt. Deinde oſtendit difficile eſſe benedicere:
eo q ſcriptores aut inuidia & maleuolentia damnari ſolẽt, aut fal
ſitate. Nunc ergo redit ad ſeipſum dicens. quanquam difficillimum
ſit res geſtas ſcribere: ſtatui tamen benedicendo reipub. prodeſſe,
& eo clarum fieri. Adoleſcẽtulus. } admodum adoleſcens: adhuc
teneræ ætatis. Initio. } ideſt in principio. A ſtudio literarum. }
quia uſq; ad quartumdecimum annum literis operam dabant. &
miranda eſt induſtria Romanorum adoleſcentium: qui antequam
ad decimumquintum annum peruenirent, omnia bonarum artium
ſtudia percurrebant. tantum ſtudij ac diligentiæ adhibebant.
Pleriq;. } ſcilicet adoleſcentes ſunt delati. Ibi. } ſcilicet in republi-
ca. Multa fuerunt aduerſa & c. Pro pudore & c. } Ecce q̃ di-
ligenter uocabulorum proprietatẽ ſeruat Salluſtius: ut legentibus
multum prodeſſe uideatur, ſi proprietates uerborum inſpicere uo-
luerint: nã ſingula ſingulis opponenda ſunt. Nã audacia opponitur
pudori: largitio opponitur abſtinẽtiæ: auaritia opponitur uirtuti:
& nõ ſine cauſa auaritia oppoſita ẽ uirtuti. Nã q auarus ẽ, nullã
unquã uirtutẽ conſequitur. Auaritia: } pro uirtute. Virtus eſt ge-
nerale nomen ad omnes uirtutes: ergo pro uirtute liberalitate.
Vigebant. } florebant: & erant in uigore. Quæ. } uitia. Aſpna
batur: } remouebat, & alienus erat. Inſolẽs malarum artiũ. } in
ſuetus, non ſolens: & eſt conſtructio: qua utimur: ſicut dicimus,
amans uirtutis, & inſolens malarum artium. Tamen inter tan
ta uitia. } Excuſat ſe Salluſtius hoc modo duobus modis. primo
cum tanta eſſent mala: quibus occupata, & corrupta Reſpu. eſſet:
nec me quoq; poteram ſeruare. Præterea iuuenilis ætas erat et im
becilla: ut facile corrũpi poſſet malis artibus. Nã iuuenes pcliuio-
res ſunt in uitia: q̃ uiri, aut ſenes. Tametſi. } q̃uis eſſet inſolẽs mala
rum artium Tanta uitia. } quibus occupata erat ciuitas. Corru
pta ambitione: } quia ego quoq; mihi quærebam honores: quẽad-
modum cæteri. Meciũ: } duæ partes ſunt. Reliquis malis mori. }
uidelicet ab auaritia, largitione, ab audacia. Honoris cupido. }
Ordo eſt. Eadem cupiditas honoris: quæ uexabat cæteros: fama in
uidia uexabat me. Fama. } propter famã. quia fama mea inuidia
ſæpe laborauit. Inuidia. } quia quærebam mihi famam: odium, &
inuidiam populi fugiebã: ut ſuffragijs eius poſſem ad hunc honorẽ
puenirẽ, quẽ ego quærebam. Igitur ubi animus: } quandoquidem ui
debã tot uitijs remp. eſſe corruptam. Vbi. } poſtquam. Animus
requieuit }. i. poſtquam animus liberatus eſt his miſerijs: quas in rei
pub. adminiſtratione ferebam, quia ego ambiendo: me ſubijciebam
populo, ut eius beneuolentiam captarem, & inde mihi ſuffragium
præſtaret. Et bene miſerijs dixit: quia nihil miſerius eſt cupiditate
honoris. infimos quoſq; precibus rogare. Non fuit conſilium. }
non cepi hoc conſilium. Secordia. } ſcilicet animi. Deſidia. } ſcili-
cet corporis. Nam ſecordia eſt inertia animi: deſidia ẽ inertia cor-
poris. Conterrere } conſumere. Seruilibus officijs. } quæ ſunt il-
la ſeruilia officia. ſ. colendo agrum, & uenando. Et qui uenari offi-
cium dicunt eſſe liberale, magnopere falluntur. Nam officium ap-
pellatur à Sall. & c. Sed à quo incepto. } cum me prius reipub.
adminiſtratio à ſtudio remouerit: nunc ita reipub. corruptio me ad
ſtudium regredi coegit. Eodem. } ad idem ſtudium. Regreſſus. }
cum rediſſem. Ambitio detinuerat. } quia ambitione detentus
eram. Ambitio. } cupiditas honoris. Ambire proprie eſt illud: qđ
uulgo dicitur practicare: hic ambitio. id eſt practica honoris. Car
ptim. } membratim non perpetuam hiſtoriam ſcribere ſed membra-
tim. Noluit inquit ab urbe condita hiſtoriam ſumere, & perpetuam
ſcribere hiſtoriam. ſed eam tantummodo excerpere, quæ mihi me-
moratu digna uideretur. Eo magis. } ideo magis. uel tanto magis

ſtatui

ſtatui facere hoc. A' ſpe.} non ſpèrabam honores. Metu.} non timebam ignominiam. Spe.} honorum. Metu.} ignominiæ, quia animus meus liber erat, & nulla ægritudine afficiebatur. Spe, & metu, {appoſitiue. Partibus reipub.} uel in partibus reipu. ſcilicet ſpe & metu. nam ſpe & metu cõtinetur omnis reſpublica: uel quia, nec huic, nec illi factioni fauebam. Igitur.} quandoquidem. Exponit cauſas, quibus adductus ſe à repub. ad ſtudium literarum contulerit. incipiam inquit Catilinæ ſeditiones præſcribere. Abſolutam paucis.} hiſtoriam Catilinæ perficiam paucis uerbis. & attẽtionem captat ab auditoribus: quia dicit breuiter hiſtoriam Catilinæ eſſe peracturum, & etiam, quia dicit ſe de re magna, & ingenti dicturum: exponit etiã quibus de rebus dicturus ſit. Nouitate.} magnitudine: nam nouus dicitur magnus. inde nouitas. i. magnitudo. Pauca explananda.} pauca prius explananda ſunt, quæ pertinent ad uitam eius. Initium narrandi.} priuſquam incipiam narrare hiſtoriam eius. Explananda.} declaranda.

BARTHOLOMAEI MARLIANI IN C. Criſpi Salluſtij de coniuratione Catilinæ Commentaria, Nunc primum in lucem edita.

Vantã in hiſto. aſſecutus fuerit laudem Sallu. his Auguſtinus in lib. de ciuita. dei demonſtrat uerbis, Salluſtius nobilitate ueritatis inſignis hiſtoricus. De huius uita multi alij. Propterea illotis manibus illam mactam ſinã. Et ad alia me accingam. Hiſtoricus in hiſtoriarum compoſitione, hæc debet ſeruare: Ordinem temporum ſ. quo tempore illa quæ literis mandat facta fuerint, locorum deſcriptionem, conſilia. i. actus, & euentus. i. quo conſilio faciat, contrarium. i. caſus & temeritatem, & ſingularum perſonarum deſcriptiones. Præterea ut ſit compoſitio lenis, & fuſa quæ oſtendat ſe, & quæ non habeat aculeos. i. ſuſpiciones. Similiter ut ſit celeritas intelligendi, & uarietate figurarum diſtincta: et modo ad altiorem dicendi materiam modo ad mediocrẽ tendat, prout res & perſonæ requirent. quæ omnia obſeruaſſe Sal. nemo ueretur: ut etiam mediocriter literatus in ipſo opere percipere poteſt. Omnis homines præſtare.} id eſt anteire iungitur ẽt accuſatiuo. Virg. Vel magnum præſtet Achillem. Idem lib. 12. cum genitiuo, ô præſtans animi iuuenis. Cum datiuo, Dij immortales homo homini quid præſtat? Terentius in Eunucho. Silentio.} id eſt ingloriam, inhonoratam. Aut Auguſtinus, Romani ardentiſſime gloriam adamarunt, propter hanc uiuere & mori non dubitarũt. Vnde dicet Sal. Diuitias mediocres gloriam ingentem malebant. Prona.} id eſt curua & flexa in terram. Ventri obedientia.} pro obaudiẽtia legit Priſcianus minor lib. ultimo. i. ſequentia appetitum. Imperio animi.} Quia, ut ait Ariſtoteles, corpus ex ſe nõ agit, ſed quod agit, id ita imperante animo. Nam ſine animo nulla eſt actio, ſed potentia in corpore, uidendi, audiendi, guſtandi, palpandi ſunt operationes animi, nec cauſatur ab ipſis inſtrumentis. Itaque acies non oculo ſed animo impellitur: ut de baculo qui percutit, nõ ipſi baculo ſed ei qui utitur, attribuitur cauſa: nam inſtrumẽtum illud de neceſſitate agit, nec poteſt non agere; unde operatio non inſtrumenti ſed animi eſt, ut in problematibus ait Ariſto. Animi.} quia quicquid agit corpus, impellẽte animo agit, qui diuini eſt particeps. Fruimur.} Auguſtinus ait frui ea re, eſt, quæ propter ſeipſam expetitur: & delectat, ut in temporalibus. Efficere.} ſcilicet uidetur rectius. Breuis eſt.} unde Horatius, Vita ſumma breuis ſpẽ nos uetat inchoare longam. Et Franciſcus Petrarcha, Vita breuis tempus inſtabile furtim nullo pedũ ſtrepitu inter ſomnum et iocos effluit, ſæpe nec cogitantibus finis adeſt. Nã diuitiarum.} Plutar. i. uita Euagoræ. Et nos uiros magnanimos honoriſq; cupidos non ſolum laudes ſuas pulchritudini & diuitijs anteponere, ſed pro uita honeſtam mortem optare reperimus, maiuſq; ſtudium de ſua gloria q̃ de uita habere, denique omni cura atque diligentia eniti, ut eorum immortalem memoriam derelinquant. Infeſtus dicet Sallu. laudis auidi. Nam diuitiarum.} Valerius Maxi. lib. 6. cap. ultimo. Caduca nimium & fragilia, puerilibuſq; conſentanea crepũdijs ſunt iſta: quæ uires atque opes humanæ uocantur, effluũt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos ſublime extulerunt, improuiſo receſſu deſtitutos, in profundum cladium miſerabiliter immergunt. Itaque non debent exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorũ malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicãt. Fluxa.} i. fugitiua, declinat ueluti umbra. Frãci. Petrarcha. Atqui cunctis ex qualitatibus, quæ mortali cum corpore fugiũt, nulla uelocior quàm forma, quæ mox ut amœnum floſculum oſtenderit, ipſos inter oculos mirantium atque laudantiũ euaneſcit: breuis hunc pruina percuſſerit, leuis hunc aura decuſſerit &c. Clara.} id eſt honorata. Aeterna.} quia uiuenti & mortuo firma eſt poſſeſſio. Procederet.} i. ſuccederet. Conſulto.} id eſt conſulere. Facto.} id eſt facere ſic legit Priſcianus minor. Plutar. in Annibalis uita. Quocirca ſapientes uiros & optimos rerũ pub. gubernatores finem, magis in rebus humanis quàm initium ſpectari, & priuſquam ad arma belláq; prorumpant experiri omnia conſilio decet. Virtute animi.} id eſt conſilio et rei militaris ſciẽtia. Facto.} i. actione. Mature.} i. cito priuſquam hoſtes proripiant conſilia tua. unde imperator, quod fieri debet tractato cum multis, ubi audiueris cum pauciſſimis ac potius ipſe tecũ. Cyrus in Aſia.} lege Iuſtinum lib. primo. Conſtantius.} quia non mutarentur regna. Ferri alio.} i. nec regnum de gente ingentem trãſferetur. Vnde Seruus in Atreo apud Sen. ſic loquitur. Vbi non pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile regnum, hæc nõ ſeruare reges in pace, notum eſt, propterea regnum quod bonis operibus aſſecuti fuerant, illis mutatis in malis, una etiam mutatur regnũ. Ideo ait Cice. regẽ ferre oportere in æſtate plus ſolis, ĩ hyeme plus frigoris, in elaborando plus laboris. Inuaſere.} ſ. reges. Ita imperiũ ab optimo.} qa animus bonus facile mutatur cũ fortuna. i. ſuperueniente aliquo magiſtratu. Ea.} ſcilicet quæ homines &c. Paret.} i. quia ĩ omnibus præſtat ipſa uirtus. Indocti.} id eſt inſcientes rerum. Peregrinantes.} quia permultas tranſeũt urbes, nec cognoſcuntur. Contra naturam.} quæ uoluptate animi quàm corporis magis gaudet. Ordo, quibus pfuit corpus, fuit uoluptati, & anima fuit oneri contra naturam. Eorum.} id eſt talium. Aeſtimo.} i. iudico, aliq̃ exiſtimo legunt. Deditiuentri.} ait Tullius, Turpe eſt illis qui ſeipſos teterrima culina ſepeliũt. Et Hil. Nihil eſt quod tã ſepeliat mentem quàm crapula. Somno.} Plin. ait; Horis quibus dormimus, uiuere non dicimur. Frui anima.} id eſt delectari uita ſua. Et qui fecere.} Plin. in Epiſt. ſcribens ad capitonem, hanc tangit ſententiam lib. quinto. Fecere.} ſcilicet aliquid preclarum. At mihi quidẽ.} Ordo eſt. At quidem tñ uidetur mihi ĩ primis. i. ante oĩa arduũ ſcribere res geſtas, tametſi par gloriæ haud quaquã ſequatur ſc. &c. A' nonnullis mordetur hoc in loco Sallu. ſed tuetur à Gellio lib. quarto cap. 15. Par gloriæ.} Senſus eſt: Quãuis parua laus ſit illud qui aliorum geſta ſcribit, tamen multum laboris impenditur. Exæquanda.} i. ornanda

EX LIBRIS PET CRINITI DE HISTORICIS AC ORATORIBVS LATINIS

Salluſtij vita.

CAius Criſpus Salluſtius Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Athenienſium urbs à L. Sylla deuicta atq; uaſtata eſt, ut Romani annales referũt. Ex nobili Salluſtiorũ familia ortus ẽ, quæ diu in ſedo ordine dignitatem ſeruauat. Idem in urbe educatus creditur, & à teneris annis operam ac ſtudium impendiſſe optimis diſciplinis. Sed cum in ea tẽpora incidiſſet, quibus corrupti ciuium mores uarijs partibus atq; factionibus forent, neq; uirtuti præmia aut bonis ingenijs adeſſent: in tã deprauata ciuitate, quod idem Salluſtius fatetur, uictum eius ingenium uoluptatibus facile ſuccubuit. Itaque cum ad Remp. pro ætate foret delatus, propter ciuium improbitatẽ & factiones multa aduerſa pertulit. Nam tum præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas æſtuabat. Conſtat ex ueterum commentarijs, Salluſtium ipſum ingenio fuiſſe acri, & in ſtudijs literarum accurato, tum maxime in ſcribenda hiſtoria. Præceptorem habuit inter alios Ateium Prætextatum, qui Philologum ſe appellauit, & ab eo edoctus eſt de ratione recte ſcribendi, ut à Suetonio Tranquillo traditur: qui & Aſiniũ quoq; Pollionem ſcribit ab eodem Prætextato eruditum, atq; inſtructum. Maxime aũt M. Catonis ſtudioſus fuit, ex cuius cõmẽtarijs uerba excerpſit, & uelut breuiarium ad uſum proprium habuit: quod Octauius quoq; Auguſtus in epiſtola ad M. Antonium refert: in qua ipſum Antonium ceu inſanientem increpat, quòd ea ſcribere uellet quæ mirẽtur potius homines, quàm quæ intelligant. Sed interim ad Salluſtij commẽtarios, Hiſtoriam compoſuit de Lucij Catilinæ coniuratione contra Romanum Senatum, & item de bello Iugurthæ, qui Numidiæ Rex factus, diu contra Romanos ſtrenue rem geſſit. Hiſtoriam præterea de Romanorum geſtis, ut de Mario, & Sylla, necnon de Pompeio contra regem Mithridatem: quod opus libris aliquot à Salluſtio abſolutum traditur. Et adhuc ſuperſunt quædam ueluti abſolutiſſimi opis reliquiæ, in quibus Salluſtij diligentia in hiſtoria deſcribenda, atq; grauitas apparet. In parte operis de rebus Punicis tanto animi ſtudio incubuit, ut à quibuſdam ſcriptum ſit eã regionem adiſſe, ac maxima ſolertia perluſtraſſe, quo maiore fide, atq; officio ueritatem exploraret, Anienus certe Ruffus plurimum Salluſtij diligentiam atq; ſtudium commendauit. Sed & Gellius, uir Romanus, qui ueterum eruditionis Ariſtarchus habetur, ita de Salluſtij oratione diſſerit: Elegãtia, inquit, Salluſtij, uerborumq; facundia, & nouandi ſtudium, cum multa prorſus inuidia fuit. Plures non mediocri ingenio uiri, conati ſunt reprehendere pleraq;, et obtrectare: in quibus plura inſcite aut maligne uellicant. Quin & hunc propietatis ſeruantiſſimum uocat. Titus autem Liuius tam iniquus Salluſtio fuit, ſicut ab Annæo Seneca ſcribitur, ut quædam ex hiſtoria Thucydidis tranſlata, & eleganter aſſumpta, uelut deprauata & corrupta illi obiecerit. Idq; ipſum non in Thucydidis gratiã effecit, ut Arellius Fuſcus dicebat: uerum putauit ſe facilius Salluſtium uincere, ſi prius Thucydidem ipſum præferret. Aſinius quoque Pollio librum ſcripſit quo Salluſtij ſcripta reprehenderet, quòd in ijs nimia quadam affectatione antiquitatem ſequeretur. Fabius uero Quintilianus, uir maturo & graui iudicio, aſſerit oratione Salluſtij atque breuitate nihil fieri poſſe perfectius præſertim apud uacuas & eruditas aures. Neque ueritus eſt idem Fabius authori Thucydidi in ſcribẽda hiſtoria apud Græcos principi, Salluſtium ipſum opponere, ſicuti T. Liuium Herodoto. Quo factum eſt, ut cum plures uoluerint dicendi genus Salluſtianum ſequi minime ſint aſſecuti. Eſt enim eius oratio tam abſoluta, tam caſta & innocens, ut merito ab eruditis diuina breuitas cenſeatur. Nam & Aruntius, qui belli Punici hiſtoriam ſcripſit, Salluſtio tantum conceſſit, ut eius orationem maximo ſtudio ſequeretur. quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, conſueuiſſe Salluſtium magno labore ac ſtudio ſcribere, ut nihil non abſolutum atque perfectum uideri poſſet: quod ex ipſa lectiõe facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina & ingenio nobiles, ut Cornelium Nepotem, Meſſalam, et Nigidium Figulum, qui periiſſe in exilio traditur. Iulium præterea Cæſarem magno ſtudio dilexit: à quo etiam, ut creditur, dignitate præfecturæ honeſtatus eſt. Illud item à Suetonio refertur, Lenæũ grammaticum Pompeij libertum ſatyras contra Salluſtium compoſuiſſe, eumq; mordaci & uirulento carmine laceraſſe, ut qui lurconem illum, popinonemq;, & nebulonem, ac laſtaurum appellarit, tum uita ſcriptisq; monſtroſum, ac M. Catonis fure ineruditiſſimum quod ipſum non alia ratione a Lenæo factũ creditur, quàm ut ſtudium ſuum atque officium erga patronum Pompeium probaret: quem uirum Criſpus Salluſtius ore probo, animo autem inuerecundo eſſe ſcripſerat. Itaque mirandum non eſt, ſi tam acerbe atq; ſatyrice libertus Lenæus contra Salluſtium aciem ſtyli exacuit. Quantum odij atque inimicitiæ inter hunc & M. Ciceronem extiterit, notiſſimum eſt: quod utriusq; uiolẽtæ atque acerrimæ orationes ita demonſtrant, ut neuter uideri poſſit ſatis ſui rationẽ habuiſſe, dum alteri malediceret. Qua in re non ſunt multa referenda, cũ ex Hieronymi ac Fabij authoritate conſtet eos hoĩes longe aberraſſe, qui confictas magis orationes ab alijs, quàm à Salluſtio & Cicerone habitas crediderint. Et ſanè tam corruptis moribus Salluſtius, ingenio tam procliui ad luxum fuit, ut paternam domum uiuente adhuc patre turpiſſima ratione uenalem haberet: quod illi inter alia uitia à M. Cicerone exprobratur. Sed à Varrone etiam & Gellio traditum eſt, eundem fuiſſe in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loriſq; cæſum, ac data pecunia dimiſſum. Qua ratione factum eſt ut M. Cicero appellare illum non dubitauerit mẽſarum aſſeclam, cubiculorum pelliceẽ, & adulterum. Dignitates publicas geſſit, et quæſturæ ac tribunatus honorem aſſecutus eſt, ſed nulla quidem laude aut cõmendatione, adeo libidine magis q̃ ratione & publice & priuatim uixiſſe. nam & bis uocatus eſt in iudicium, & ad iudicum ſubſellia attractus, fortuna extrema, ut inquit Cicero, ſtetit. Scribunt autem grammatici ea cauſa de ſenatu eiectum fuiſſe à cenſoribus, quòd ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Salluſtio relatum eſt, patrocinio & fauore C. Cæſaris conſecutum fuiſſe præturam Africæ interioris: ex qua diu

Gell. lib. 4. cap. 35.

...urbē rediret, pretioſiſſimos atque amœniſſimos
... tione ad malum punicum comparauit, ac Tiburti uilla
... Cicerone itidem illi obijciuntur. Neque deſunt qui ſcri-
... Terentiam Mares Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam, Sal
... nupſiſſe, ac deinceps Meſſalæ Coruino, uiro in eloquentia cla
riſſimo. quod etiam ſuo loco ſcripſimus. Sciendum eſt fuiſſe plures
Salluſtios. Nam & Cneus à M. Tullio celebratur in Salluſtiorum
familia inſignis, & M. Ciceroni, ac Cn. Pompeio maxime familia
ris. quod ex ijs epiſtolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium At
ticum ſcribit. Qua in re imprudenter quidam decepti ſunt cum Sal
luſtij Empedoclea ignorarent, ut alibi demonſtraui. Sunt qui tra-
dant ad annum ſecundum & LX. eum uixiſſe, & in patria annis
aliquot poſt obitum C. Cæſaris diem extremum obijſſe. quod ex ue
terum commentarijs colligitur. Illud præterea de hoc ipſo Criſpo
Romæ circumlatum eſt, ut multi teſtantur.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

RVRSVS ALIA SALLVSTII uita, incerto authore.

CRiſpus Salluſtius genus ex Amiterno Sabinorū agro duxit
C. Salluſtio patre genitus. Ex liberalibus artibus, in quibus edu
catus erat, præter e uitionē nihil accepit. Omnibus uoluptatibus
turpiſſime indulſit: paternā domum uendidit, ut crimine adulterij ſe
redimeret. Ex quæſtura & tribunatu nullam laudem eſt aſſecutus.
Fauente C. Cæſare prætor Africam ſortitus prouinciam expila-
uit, & exhauſit: tantumq; inde pecuniarum reportauit, ut amœniſ
ſimos hortos ſub Quirinale extra pomerium ad Collinā portam
titulo ſui nominis empto loco habuerit, atque adornauerit, non uul
gares illius ſeculi et poſteriorum ætatibus delicias atque ſeceſſum:
uſque ad exactam ætatem libidinis auidus, & potens in amicitia
uarius, & inconſtans. Sepius tamen liuido dente momordit. Habi-
tus eſt ore improbo, & animo inuerecundo. Manes Pompeij ma-
gni, exiſtimans hac uia ſe Cæſari gratiorem fore, lacerare auſus
eſt. Vnde in Salluſtium Lenæus Pompeij libertus ſcripſit, moresq;
eius ſigillatim paucis uocabulis expreſſit, nebulonem, lurconem,
popinonem, & laſtaurum appellans. uox poſtrema indicat fuiſſe
hominē ualidæ libidinis Scripſit ſtylo non abhorrente à ueteribus.
Extat coniuratio Catilinæ, & bellum Iugurthinum, & quædam
cōciones è libris bellorum ciuilium Vt ſecreta inimici fidelius intel
ligeret, Terentiam à Cicerone repudiatam duxit uxorem, quæ ter
tio nupſit Meſſalæ Coruino.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac D. D. Ioanni Epiſcopo Miſenenſi IOANNES RIVIVS Atthendorienſis. S. D.

POſtquam te Reuerende præſul collapſas incuria
maiorum inſtaurandi ſcholas conſilium cepiſſe
intellexi, cum & ipſe quidem incredibili ſum gau
dio affectus, et alacer atque lætus hanc publi ſtu
dioſæ gratulari fortunam cœpi, tum uero, quan
tus ad illam priſtinam meam erga te beneuolentiam, qua te pro-
pter ſingulares in omni genere uirtutes tuas, ſum mirifice ſemper
complexus, hac re uelut cumulus acceſſerit, non mehercule uerbis
conſequi ullis poſſum. Quanquam enim & hæc profecto de te, et
alia item maiora, poſt ſuſceptum Epiſcopi munus expectabamus
omnes, quicunque ſumus tuæ gloriæ ſtudioſi, & honori dignitatiq;
fauemus: tamen ut tam ſubito nobis tanta ex improuiſo daretur
fortuna, & hæc tanta nec opinantibus lætitia oboriretur, uix dū
iſto magiſtratu eccleſiaſtico inito, quis tādem erat uel optare au
ſus? Itaque quo magis præter ſpem nobis derepente hoc tantum bo
num eſt obiectum, eo & gratius & iucundius omnibus accidiſſe ſci-
to beneficium tuum. Quāquam autem me ampliſſime Præſul, com
munes cum alijs ad tibi gratulandum cauſæ impellunt, ſunt tamen
& peculiares quædam cur hoc officij mihi ſuſcipiendum eſſe dixe
rim. et illa quidem cum primis, quod è Valentino Hertelio noſtro,
de amplitudinis tuæ propēſa in me uoluntate, ſtudio, fauoreq; ſum
perſæpe certior factus Itaq; facere non potui, quin quātum ex ini
to atque inſtituto nuper inſtaurandarum ſcholarum cōſilio tuo uo
luptatis ceperim, hoc loco tibi declararem. Idq; amplitudinem tuā
optime Præſul bonam in partem accepturam eſſe, ſingularis iſta
naturæ tuæ bonitas atq; facilitas ut ſperem facit. Illud omnibus
uotis Deum Opt. Max. comprecabor, ut proſperos & felices cō
ſilijs tuis euentus atq; ſucceſſus dare uelit. ut quod tam prudenti ma-
gna cum ſpe es ingreſſus, id efficere etiam atq; exequi uſq; ad ex
tremum poſſis. Quid enim aut Deo ipſi gratius, aut tibi glorio-
ſius, aut tuæ commiſſo fidei populo conducibilius atq; utilius facere
poſſis, quàm ſi neglectam uſque hactenus iuuentutem, pietate, mo
ribus, & quæ ad percipiendam colendamq; uirtutem adiuuant, lite
ris optimis & ingenuis artibus cures inſtituendam? Hoc demum
enim uere eſt Epiſcopum agere, ſummam cum primis habere pri-
mæ ætatis rationem, & honeſto ſalario conducere qui ſibi tradi-
tos in diſciplinam pueros fideliter doceāt, qui aſſiduis cohortatiōi
bus ad ueram pietatem, ad Dei cultum, ad uirtutes Chriſtianas in
citent, qui ciuilitate morum imbuant, qui arceant à uitijs, qui denią;
aut errātes, ut fit, in uiā reducāt, aut luxu diffluētes ad bonā frugē
reuocēt. Quòd ſi corruptos deprauatosq; populi Chriſtiani refor
mare et corrigere mores uelimus, nimirum hîc maxime uigilemus,
et huc neruos oēs cōtendamus oportet, ut iā inde à teneris annis
iuuentus honeſtis diſciplinis erudiatur. E ludis enim literarijs fe-
rè proficiſcuntur, qui publica munera obeant, qui magiſtratum ge
rant, legesq; ac iudicia adminiſtrēt, qui Principibus in conſilijs ad-
ſint, qui rebus gerendis præficiantur, qui gubernādis eccleſijs præ
ſint, qui ſacras ad populum conciones habeant, quiq; alijs hoc ge-
nus officijs muneribusq; perfungantur. Quam tandem igitur deo
rationē reddent, qui hic deſerunt officij ſui partes. atq; adeo qui no
dignam cura ſua hanc rem iudicant? Quo magis tuum ampliſſime
Præſul conſilium probo, qui antiquius hac re chariusq; habeas ni
hil Neque uero deerit optima conanti Deus, nec operam ſuam tā
pia in cauſa negabunt eruditi. Ipſe quidem certe, quanquam nihil
egregij de me promittere ac ſpondere auſim, ſi quid tamen hæc in
genij mei exiguitas, & doctrinæ quantulæcunque mediocritas po
terit, id pro uirili operam dabo, ut ſanctiſſimos iſtos tu promouē
dis ſtudijs conatus, qua re cunq; poſſim, iuuem. Cuius rei gratia no
ſtras in rerum Romanarum florētiſſimum authorem (ſic enim Ta
citus appellat) C. Criſpū Salluſtium caſtigationes, dicare nominī
tuo conſtituimus, rati nimirum et amplitudini tuæ gratū accidere
nos, et iuuentuti perutile delaturos munus. Tu uero accipias quæ-
ſo læta & ſerena fronte Salluſtium ipſum, iam ab innumeris penè
mendis & erratis, quibus antea cum iniuria temporum, tum libra

riorum

riorum incuria ſcatebat, repurgatum, & in priſtinam ferè integritatem, abſit inuidia dicto, uindicatum. Hic eſt Salluſtius ille ampliſſime Præſul, quē acerrimi uir iudicij Quintilianus opponere Thucydidi, non ueretur. At cuiuſmodi tandem hiſtorico? Quem ita crebrum eſſe rerum frequentia teſtatur Cicero, ut uerborum propè numerum ſententiarum numero conſequatur. ita porro uerbis aptū & preſſum, ut neſcias utrum res oratione, an uerba ſententijs illuſtrentur. Hic eſt inquam, quo de uere atq; eleganter Martialis,

Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Nec uero conſequi illis uerbis poſſum, quātis hæ caſtigationes mihi laboribus conſliterint. Qua in re permagna quoque Georgio Fabricio debetur optimo ac doctiſſimo adoleſcēti gratia. Is enim cum exemplar nobis Salluſtianum in pergamenis deſcriptum, quo non facile uetuſtius ullum extare hodie crediderim, dono dedit, tum uero in perquirendis alijs præterea uel manuſcriptis uel impreſſis uoluminibus, quibus inſtructi paratiores ad hoc negotium aggrederemur, operam mihi ſtrenuam nauauit. Quo de adoleſcēte quid futurum auguror, cur hic uerear dicere? Nam in ijs hic aliquando numerabitur optime Præſul, ſi nō deſit Mecœnatis alicuius fauor, q̃ præceptores ipſi ſuos lōge & ingenio & doctrina uiciſſe ferantur. Eſt enim in optimarum artium ſtudijs et diſciplinis liberalibus iam inde à puero uerſatus, neque ab harum ſtudio res ulla unquam auocare illum aut retardare potuit. Sed & eos iam in literis cum latinis tum græcis, ut pro hac ætate, progreſſus fecit, uix ut parē ex æqualibus inuenias quēquam. Nam ſtylo quantum ualeat, quāq; præclare eloqui cogitata poſſit, ut nullus dicam, res ipſa nimirum indicat. Quòd ſi propter eximiam formā Dianæ, ut Poeta canit,

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:

qua me tandem affici uoluptate par eſt, cum talem noſtro è ludo profectum diſcipulum uideo, cuius egregiæ laudes ad præceptoris gloriam redundent? Sed ut ad ſuperiora reuertar, nos ampliſſime Præſul in his Salluſtij hiſtorijs non aut mendoſa ſolum emendauimus, aut correximus deprauata, ſed et diuerſam ſæpe diſcrepantēq; à uulgata lectionem indicauimus, non iudicium ubiq; interponentes noſtrum ſedi integrum ſæpe relinquentes admonito lectori ſuum. Quoſdam etiam locos, uel obſcuros illos ac difficiles, uel in quibus quāuis apertis & illuſtribus, lapſi tamen interpretes eſſent, obiter explicauimus. Illud non mehercule dici poteſt, quàm ubique fuerit moleſtum, adnotare identidem inuerſionem immutationemq; ordinis uerborum. Quod ipſum quidem ita crebro faciundum fuit, interdum ut conniuere in leuioribus quibuſdam nobis permiſerimus. Cum interim quiuis mediocri doctrina præditus norit, quātum uel ad perſpicuitatem rerum, uel ad elegantiam & uenuſtatem orationis, uel ad ſonitum iucundiorē, uel ad effugiendā duritiē & aſperitatem cōpoſitionis, uel demq; ad numerū ipſum quem uocant, collocatio apta ſeriesq; uocū faciat. Iam uero cū permulta hodie ſint exēplaria Salluſtiana, uarijs in locis aliud alio correctius impreſſa, faciundū nobis fuit, uti ad unū aliqđ potiſſimum è tam multis, qđ & recens editum, & maxime omniū ſtudioſæ pubis manibus teratur, cætera ferè, quæcunq; nanciſci potuimus, conferremus. Tale eſt qđ Ioan. Gymnicus anno proximo excudit. Vſi autem manuſcriptis inter alia duobus ſumus, altero è bibliotheca Merſeburgenſi, altero cuius facta nobis à Fabricio noſtro copia, atq; adeo quod ab eodem eſt dono nobis datum. Quo in exemplari uetus illa ſcribendi ratio quā ὀρθογραφίαν uocant, eſt diligentiſſime obſeruata. Vnde facile colligas, ipſum bene eſſe uetuſtū. Sic paſſim ibi ē, inbecillus, inbellis, inmaturus, inmenſus, inpunitus, inprobior, Item, inpudentia, inpunitas, atq; hoc genus alia, in ſuo quodq; genere, numero, caſu. Sed & præpoſitiones [illegible] ſunt, adcuiſſe, adtendere, adquirere, adſequi, adpropinquare, adgredi, inrūpere, conlocare. in ſua quodq; pſona, numero tpe, & modo. Sunt alia præterea non pauca, quæ non operæpretium eſt omnia enumerare. Iam & Sulla ſemper, pro Sylla. & Sullam uolues ibidē nec unquam ferè aliter. & proinde, ubi hodie perperam, Perinde. nō quin ſic quidē ēt dicatur (neq; enim hoc in dubiū uenit) ſed quòd alterum ueteribus fuerit uſitatus atq; tritius. Qua de re prolixius eſt à nobis in Caſtigationibus Terentianis actum. Quin & intellegere & neglegere, ab hiſq; deducta tempora, participia, nomina, ubique per E ſcripta inuenias, nunquam aliter. & Adhoc ferè, ubi Adhæc perperam in recentioribus. Sed & Carthaginienſis paſſim, ubi hodie uulgo, Carthaginenſis. & Transductus præpoſitione integra. pro quo hodie Traductus Sic ab ſtirpe, ab ſenatu, ab Thuſcis, ab latere, ab Iugurtha, ab Numidis, ab nobilitate, et alia pleraq;, quæ ferè aliter ī noſtris. Quin & aſpirationis ſignum quibuſdam in uocibus eſt ueteri more omiſſum. cuiuſmodi ſunt, carus, lacrymans, Graeci, atq; alia nōnulla. Iā penè abſolueram Caſtigationes haſce Salluſtianas, cum ecce à doctiſſimo atq; humaniſſimo uiro D. Ioāne Cochlæo exēplaria ad me duo in pergamenis deſcripta mittuntur, quæ magno mihi uſui fuere. id quod locis ſuis non diſſimulauimus. Ignoſces optime atque humaniſſime Præſul, quòd tam familiariter tecum agam, & propemodū in publica cōmoda pecem, dū te longo adeo ſermone detineo ac moror. Sed ſi quid hic pecco, ſingularis & eximia quædam generoſæ iſtius naturæ tuæ bonitas atq; facilitas, quæ à multis bonis doctiſq; uiris uno ore prædicatur, cauſam omnem ſuſtinet. Bene ualeat amplitudo tua, noſq; ſibi, ut facit, cōmendatos habeat. E Friberge XII K L. May. A N N O M. D. X X X V I I I.

P R I S C A E A C V E R A E N O B I L I T A T I S insignisq; eruditionis uiro D. Ioanni Vuernbero à Riſchach, Domus Teutonicæ Friburgi Briſgoæ Commendatori, Henricus Glareanus. S. D. P.

CVm hac noſtra ætate in emendādis optimis authoribus doctiſſimi quique in omni arte uiri certatim ſatagant, laborent, deſudent, quòd germana lectio eorundem indigna temporū iniuria deprauata, tandem priſcam recipiat lucem, ac in integrum reſtituatur; quod in Liuio, Cicerone, Plinio, alijsq; multis & fecimus ipſi, & alios feciſſe uidemus: nequeo hercle ſatis admirari, cur in Salluſtium, tam ueterem, tam frugiferum, tantæ poſtremo exiſtimationis apud omnes claſſicos authorem, ut Quintilianus Thucydidæ comparare non dubitarit, nemo hodie dignum lectu, quod ſciam, quicquam tentarit, quo ſanaret tot uulneribus à Barbarie diutina cōfoſſum, tam mutilum, tam lacerum, ut ſi mortuus hodie reſurgat, ſuorum ſcriptorum fragmēta agniturus quidem fuerit, ſed haud abſque lacrymis inſpecturus. Collegerunt quidam floſculos ex eo, uerbis eis ſæpe corrupte citatis: ut editio nupera florum in hunc authorem, quæ Hutteno aſcribitur. Quæ ſi eius eſt, leui, ut dici ſolet, ille brachio ſibi fortaſſis luſit, non in hoc ut ederetur. Cuius indicium mihi facit primus ſtatim in Scholiorum ueſtibulo flos, ubi ait: Studere ſe. Deinde continuo confirmādæ rei gratia, Salluſtij uerba ſubinfert: Qui ſtudēt ſeſe præſtare cæteris animantibus. quaſi accuſatiuus ſeſe, ad ſtudēt, & non ad præſtare referatur. Quod, ne uideamur hic Gramma-

... lectori aſcultandum relinquo. Idem dico de Commen
tario in Catilinam, qui ratio quidem ſplendide, nec abſurde rheto-
ricatur, ut exiſtimes propemodum uel Vallæ, uel nõ indoctioris eſ
ſe: at in poſterioribus deinde commentationibus uix alicuius docti
uiri putabis, tantum abeſt, ut Vallæ uideri poſsit. Transeo nũc Sol
di cuiusdam, ac Badij longiſsima commenta, multis in locis nec cœ
lum, nec terram attingentia: ut locorum, qui plurimi hic corrupti
ſunt, difficultates nihilominus uexent ac turbent lectorem. Male
me habuit, ut uerum fatear, cum quotidie in ſcholis prælegatur, in
ore omnium, in manibus uerſetur, denique nemo ſit, qui illum non deuo
raſſe uideri uelit: interrogati tñ multi de locis aliquot deprauatis,
ne uerbũ quidẽ dignũ, οὐδὲ γρὺ, rñdere queãt. Quapp. q̃n in alijs
authoribus, nunc ſæpe id laboris haud ſuſceperim, nec eius rei hac
ctenus pœnituerit, ẽt hic me ſtudioſis opæpretiũ facturũ exiſtima-
ui, ſi quæ in hoc authore ſciolorum ignorantia, et longa uetuſtas
deprauarit, pro uirili reſtitueremus. Ad quæ nõ nudã duntaxat cõ
iecturã adferimus, ſed hiſtoriæ apud alios authores collationem, co
dicumq́; ueterum fidem. Inter quos peruetuſtus unus Iulij Gothi,
adoleſcentis eximiæ ſpei, & nobis in primis familiaris fuit quem
ipſe è Biturigibus, cum illic ſub Alciato doctiſsimo uiro, iuris pru-
dentiæ ſtrenue operã nauaret, huc attulerat, ex Italia tamen antea
in Galliam delatum. Aldus Manutius Venetijs ante aliquot annos
editionem exhibuit, ut tum putabat, ſatis emẽdatam: laudãdã certe,
ſi ad prioris ſeculi exemplaria edita conferatur; uerum ſi penis
tius introſpexeris, Dij boni, quantum illic reperias errorum. Eam
tamen noſtræ ætatis librarij certatim, tanquam ſimiæ, à uiginti
nunc annis imitati, ne latũ quidem digitum ab ea diſceſſerunt. Vnde
factum eſt, ſi quis ſecus, quàm ea habebat, legeret, ut indeinde
audiret impudenter obgannientes: Aliter atq; tu legis, habet litera
Aldina. Quaſi piaculum commiſiſſet, qui nõ ſtatim illi acquieuiſſet.
Non exiſtimo opus eſſe, ut adoleſcentes ad hunc frequentiſsime le-
gendum inuitem. Vino uendibili, ſecundum prouerbiũ, non eſt opus
ſuſpenſa hedera. Hoc unum tamen, ſtudioſo adoleſcenti maiorem ex
hoc authore fructum eſſe ad firmandum conſolidandumq́; ſtylum,
quàm ut paucis dici queat. Certe epiſtolaris anguſtia in tam exi-
gua opella nos plura dicere non patitur. Benignitati tuæ inte-
gerrime uir, ac nobilitatis antiquæ ingens decus, hoſce labores no-
ſtros offero, haud neſcius maiora tuam decere clementiã. Sed à par
uo cliẽte magnus patronus parua ſperare poteſt, magna haud ſcio
deſideraréne potius an ſperare. Bene uale. Friburgi Briſgoæ, Cal.
Nouẽbribus, Anno à natali CHRISTI, M. D. XXXVII.

IACOBI CRVCII BONONIENSIS IN Catilinam Salluſtij Annotatiunculæ.

IN Catilina Iugurthaq; Criſpi Salluſtij quædam
uelociter tranſcurrentes annotamus. In primis il
lud ex Gellio exponentes, quod in præfatione ita
legitur. { At mihi, tametſi haudquaquã par glo-
ria ſequatur ſcriptorem & authorem rerũ: tñ in
Gell. lib. 4. primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. } Arduum hic poſitum
cap. 15. eſt non pro difficili tantum, ſed pro eo quoq; quod Græci δύσχε-
ch. 3. uer. 25. ρὲς, aut χαλεπὸν uocant: quod eſt tum difficile, tum moleſtum
quoque, incommodum, & intractabile.

Gell. lib. 1. Ex eodem legendum. { Satis loquentiæ, ſapientiæ parum. } Nõ
cap. 15. eloquentiæ, ut uulgus ſolet. Nam ſi cum Cicero de ijs uerba face-
char. 15. ret, qui arte dicendi abutebantur, in malo non eſt auſus eloquentiã
nominare, ut obſeruauit Victorinus rhetor clariſsimus, tanquam
eloquentia ut dixit Cælius ſit quædam innocentia, nec niſi in bonã
partẽ poſsit deflecti: cumq́; Catonis illa notiſsima definitione Ora
toris, omniumque opinione rhetorum comprobatum ſit eloquentiã
tantum uiro bono innocentiq́; conuenire: Salluſtius clariſsimus di-
cendi magiſter ac artifex ſubtiliſsimus duo hæc haud miſcuiſſet pe
nitus diſcordia, eloquentiam, et malignitatem. Audacter igitur tum
A. Gellij authoritate, tum magis ratione, ſatis loquentiæ legendũ,
non eloquentiæ, ſcd̃m pphanũ atq; imperitũ uulgus grãmatiſtarũ.

Nedum illi corruptis moribus, uictoriæ obtemperarent. } Legi ch. 6. 2.
mus ex Priſciano Auguſtinoq́; locum hunc citantibus. Nedum pro
ſaltem poſitum eſt. Et hic ſenſus. Saltem neceſſe fuit milites hos tã-
ta indulgentia imo licentia imperatoris corruptos uictoriæ obtẽ
perare: quod eſt, p libidine ipetuq́; uictoriam cura modũ exercere.

Libido ſtupri ganeæq́;, cæteriq́; cultus non minor inceſſerat. } ch. 9. 15
Cultũ accipimus pro elegantia: quæ apud ueteres pro uitio ſæpius
reponebatur: quod Catonis authoritate probat Gellius, ſcribens
elegantem, dictum antiquitus, non ob ingenij elegantiam, ſed qui ni
mis læto amœnoq́; cultu eſſet. Cultus ad hoc apud ueteres nunc in
bonum, nunc in malam partẽ accipiebatur. Horatius: Mundus erit
qui non offendet ſordibus: atq; in neutram partem cultus miſer.

Sed antea item pauci coniurauere contra Remp. in quibus fuit ch. 11. 34.
Catilina: de quo quàm ueriſsime potero dicam. } Quia pleriq; de
quo legunt: nec hoc relinquimus. De qua igitur legatur, non de quo,
ex antiquo & fideli codice. Hic enim, ut ait Diomedes locum hunc
exponens, eſt ſecunda anaphora: per q̃ elocutio non conuenienter
rñdens, aliud inſert occulte. De qua enim, intelligẽ. ũ cõiuratione.

Nunquam Hiſpanos præterea tale facinus feciſſe. } Notanda ch. 11: 26.
hic uox iſta præterea; quæ hoc in loco tempus præteritum ſignifi-
cat: quod annotauit Aegretius: quod rariſsime inuenies.

Atq; eo dictãte feciſſe, quo fidi magis iter ſe fierẽt. } Sic paſsim ch. 13. 38.
legitur: Nos ãt putamus ſic emẽdari poſſe. Atq; eo dictãte feciſſe.

Q. Martius rex & Q. Metellus, nam uterq; ad urbem im- ch. 14: 15.
peratores erant, } Quid uerbum hoc, ad urbem, ſignificet, elegan-
ter exponit Aſconius his uerbis: Oĩs enim magiſtratus qui intra-
muranus non eſt: ẽt ſi adminiſtrator Romæ eſt, ad urbem dicitur.

Et quia mentio facta eſt de hac præpoſitione ad: obiter
& in tranſcurſu ponatur differentia inter ad, & in, non
mediusfidius ſpernenda: quippe quæ particulæ non unum idemq́; ſi
gnant, ut uulgo creditur. Nam in forum ire, eſt forum intrare. Ad
forum autem ire, in locum proximum foro: ſicut etiam non unum
eſt ex theatro & à theatro uenire. nam qui ex theatro ſe uenire dĩ
cit, ex ipſo uenit theatro: qui uero à theatro, nõ ex ipſo theatro,
ſed ex loco qui proximus theatro eſt.

Cæteræ multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ch. 19. 14.
ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis } Legẽ-
dum, ante quam: ita ut quam relatiuum nomẽ ſit. Et hic eſt ſenſus:
Præſcriptus eſt dies cæteris ante quem diem poſſent ab armis im-
pune diſcedere, ſine periculo ac noxa, exceptis condemnatis. Fraus
autem hic pro periculo ponitur: in quam ſignificationẽ ueteres iu-
riſconſulti ſæpius uſurpauere: ut ait Seruius illud Vergilij exponẽs,
Quis deus in fraudem. Ad hoc, præter condẽnatis, dictum eſt p cõ
demnatos, quã rem obſeruauit Priſcianus in libris de cõſtructione.

Apud eundem in oratione Cæſaris menda eſt, { Hi cœpere peſ char. 26: 9.
ſimum quemq; & omnibus inuiſum indemnatum necare. Ea... ge po
pulus lætari. } Lege, dictio expungatur, tum ex antiquo codice, tum
maxime ſenſu. Nulla enim legis hic facta eſt mẽtio. Ad hoc, ea, ac-
cuſatiuus

cuſatiuus eſt : quod etiam Priſciano authore aduertimus hunc locum citante.

ch. 29. 37. In oratione Catonis inualuit error & macula in omnibus codicibus etiam uetuſtiſsimis, ubi legitur. { Vereor ne iſta uobis manſuetudo & miſericordia. ſi illi arma ceperint, in miſeria conuertatur. } Ne, hic poſitum eſt pro nimis, unde uereor, particula expūgenda, Donato authore locum hunc ita citante: Ne iſta manſuetudo & miſericordia in miſeriam conuertetur. Ne hic pro nimis poſitum. Cicero: Ne iſti uehementer errant. ſic ergo legatur: Ne iſta manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam conuertetur.

ch. 30: 19. Ac ſicut effœta parentum multis tempeſtatibus haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit. } Sunt qui putant legendum, effœta parente. Cæterum cum omnes codices parentum habeant: nihil immutando ſenſus ita explicari poſſe uidetur, ſicq; ordinandum puto, haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit: ſicut effœta, ſubaudi Rep. & erit ablatiuus abſolutus, effœta dico magnis tempeſtatibus parentum, hoc eſt calamitatibus maiorum, per quod innuere uidetur bella ciuilia & diſcordias inteſtinas in cauſa fuiſſe, ut nullus iam multis ſeculis clariſsimus emerſerit.

ch. 34. 18. Illud etiam in fine Catilinæ ita legendum arbitramur. { Pauci quos medios cohors prætoria diſiecerat, paulo diuerſi alis alibi ſtantes, omnes tamē aduerſis uulneribus ceciderant, } Alis enim antiquitus dicebatur quod nunc alius, authoribus eodem Diomede ac Priſciano.

IN IVGVRTHAM.

ch. 46: 12. IN Iugurtha ad hoc primum illud occurrit. { Nunc uero exul patria domo, ſolus, atque omnium rerum honeſtarum egens, quos accedam, aut quos appellem? } Ex Donato corrigēdum eſt: Quos accidam. Accidere enim eodem authore eſt geſtum corporis oſtendere in humilitatem cadentis: quod eſt iuxta cadere. Tranquillus in Claudio: Et præ metu ad genua ſibi accidentem imperatorem ſalutauit: non accedentem, ut paſsim legitur.

ch. 51: 30. In eodem in Africæ deſcriptione illud eſt. { Prima Cyrene Colonia Theræon. } Vbi interpres in ſole caligat, hallucinaturq; pueriles nugas blacterans. Sic enim inquit, Colonia Theræon nomina ſunt ciuitatum. Ordo autem eſt, prima eſt, Cyrene Colonia Theræon, id eſt, Thereorum. Eſt enim Theræon genitiuus Græcus: ſicut Philænon aræ, pro Philænorum, ſi Latine proferantur, Cyrene uero ob hoc Theræorum colonia dicitur, quoniam Theræi eā condidere: qui ex Laconia profecti Theram inſulam coluerunt: de qua Callimachus:

Nomine Caliſto primum, ſed poſt modo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

ch. 54. 26. Illud quoque ita legendum putamus. { Cum interim Metellus ignarus hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicatur. } non, ut uulgo, conſpicitur. Hoc quoque ex Donato.

ch. 81. 20. Dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur. } Imperandum expone, ut ei imperaretur. Eſt enim modus gerundij in ſignificatione paſsiua. Quod annotauit Seruius in Buc. Virgilij illud exponens: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Virg. ad hoc alibi: Vritq; uidendo Fœmina, quod eſt, dum cantatur, & uidetur. Verum in hac uoce imperandum, legendum, & alia id genus rarenter inuenies ſignificationem paſsiuam, Nos tamē in epiſtolis Ciceronis obſeruauimus dictū, Ad ſuccedēdum. i. ut ei ſuccederetur.

Quæ poſtquam modo glorioſa, neque patrandi belli cognouit. } Ita legendum ex Priſciano, abſque uerbo cauſa: dum id oſtendit, quomodo Latini ſæpius hac prætermiſsione utuntur in huiuſmodi genitiuis ſeu uocibus, ut ſubaudiatur cauſa: ut cum dicimus, populi ſeruandi laborat: & Reipub. defendendæ periclitatur, deeſt cauſa.

Comperio Bocchum magis fide Punica. } Comperior legēdum, ch. 107: 9. tum ex antiquo codice, tum ex Priſciano locum hunc allegante: paſſiua enim uox eſt in ſignificatione actiua, iuxta illud:

Et pictis bellantur Amazones armis, Et illud:
Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.

Illud etiam penè in calce Iugurthæ ſic ab omnibus legitur ferè, ch. 108. 19. { Ego flumen Muluchā, quod inter me et Micipſam fluit, non egrediar. } Tu autem periculo meo Mulucha legito. Mulucha nanque genere neutro pronunciatur. Vt enim ait Caper, duo barbara neutri generis lecta ſunt apud Salluſtium, Mulucha, & Duria.

FRAGMENTVM ORATIONIS

Ciceronis pro M. Cælio, in quo mores Catilinæ tanquam penicillo exprimuntur.

HAbuit enim Catilina, ſicuti meminiſſe uos arbitror, permulta maximarū non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. Vtebatur hominibus improbis multis: & quidem optimis ſe uiris deditū eſſe ſimulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli, ac laboris. Flagrabant uitia libidinis apud illum: uigebant etiam ſtudia rei militaris. Neque ego unq̄ fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto tam ex contrarijs diuerſisq; inter ſe repugnātibus naturæ ſtudijs cupiditatibus conflatum. quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? quis terrior hoſtis huic ciuitati? quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Illa uero, Iudices, in illo homine mirabilia fuerunt. comprehendere multos amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat, ſeruire temporibus ſuorum oīum, pecunia, gratia, labore corporis, ſcelere, etiam ſi opus eſſet audacia, uerſare ſuam naturam, & urgere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cum triſtibus ſeuere, cum remiſsis iucunde, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere. Hac ille tam uaria multipliciq; natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audaceſq; collegerat, tum etiā multos forteis uiros & bonos ſpecie quadam uirtutis aſsimulatæ tenebat: neque unquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus extitiſſet, niſi tot uitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.

QVO SIT GENERE NATVS CATILINA.

NOn fuiſſe de gente Cornelia Catilinam (id quod & falſo Salluſtij interpres affirmat, & à Gymnico perperam eſt in margine libri adnotatum) inter alia eſſe indicio poteſt, quód P. Lentulus qui ſine controuerſia de hac gente fuit, non apud Salluſt. modo, ſed & apud M. Tullium, regnum Romæ tribus Cornelijs por-

& ex fatis Sibyllinis & aruſpicum reſponſis confirmet, in quibus antea Cinna Syllaq; fuerit, tertius ipſe ſit, cui fatum foret urbis potiri. Quòd ſi Catilina de gente Cor. fuit, cur P. Lentulus ſe tertiũ eſſe ait, ad quem regnum urbis atq; imperium peruenire eſſet neceſſe, ſcitur ibi de Catilina nihil, ſi de eadem gente fuit? Nos igitur è Sergiorum familia uetere atq; illuſtri, quæ ab Sergeſto illo Troiano (cuius in Aen. 5. meminit Virg.) nomen accepit, Catilinam fuiſſe dicimus. Atq; huiuſce rei teſtes habemus locupletes atq; idoneos C. Velleium Paterculũ, C. Plinium Secũdum, Amianũ Marcel. C. Iuliũ Solinũ, Papinianũ iuriſconſultum, Eutropium hiſtoricum. E recẽtioribus Raphaelem Volaterranũ & Feliciũ Durantinũ. Nã Velleius quidem Pat. quo loco Cic. meminit, Conſul, inquit, Serg. Catil. Lentuliq; & Cethegi & aliorum utriuſq; ordinis uirorum coniurationem ſingulari uirtute, conſtantia, uigilia, curaq; eripuit. Vidéſne, ut Sergium Catil. dicat? Facit cum Velleio Plinius Secundus, qui libro natur. hiſt. 7. ca. 28 de fortitudine agens, è Sergiorum familia Catil. fuiſſe obiter innuit. M. Sergio, inquit, nemo quẽquam hominum iure prætulerit. licet pronepos Catilina gratiã nomini derogarit. Nec diſſentit Amianus Marcel. 25. Super his M. Sergiũ, inquit, qui

uicies

uicies & ter uulneratus eſt in uarijs pugnis, ut fertur. cuius poſteritatis ultimus Catilina, claras gloriarũ adoreas ſempiternis maculis obumbrauit. Habet eadem ipſum ferè uerbis cap. 4. Solinus. nam de M. Sergij fortitudine agens, inter alia ibidẽ. Beatus profectò, inquit, tot ſuffragijs gloriarum, niſi hæres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina, tantas eius adoreas laudum odio damnati nominis obumbraſſet. Sed & digeſt 48. Tit. 4. Papinianus, in quæſtionibus, inquit, læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur. & Coniurationẽ deniq; L. Sergij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tulliũ Cos. indicio ſuo inſtruxit. Eutropius quoq; rerum Rom. 6. Sergium Catilinam dicit. unde quiuis facile, è Sergiorum familia Catilinam fuiſſe colligere poteſt. Facit nobiſcum è recentioribus, ut dixi, Volaterranus, qui & ipſe in Anthropologia Sergium Catilinam dicit. & Felicius item Duran. qui pronepotem M. Sergij illius cuius uirtutem tot bellicæ laudes teſtentur, Catilinam fuiſſe cõfirmat. Qua in re Plinium eſt authorem ſecutus.

F I N I S.

LAVRENTII VALLAE IN C. CRISPI SALLVSTII CATILINARIVM COMMENTARII.

OMneis homines} Patritia gēte Criſpus Salluſtius Romæ natus, poſt Remp. ciuili diſcordia concuſſam, cum nulla illius adminiſtrandæ ratio bonis ſupereſſet amplius, ſe ad ſcribendi otium contulit: in quo genere Quintiliani iudicio, qui eũ Thucydidi in hiſtoriis eminentiſſimo oppoſuit, præcipuum inter eos, q res Romanas literarum monumentis tradidere, eſt laudē adeptus. Etenim, quo Thucydides eſt Herodoto maior, cui ſecundæ tribuuntur partes: eo certe cui noſtro Liuio præſtantior, quem Herodoto ille cōparat. Accedit & Martialis urbaniſſimi poetæ carmen; Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum, Primus Romana Criſpus in hiſtoria: quo haud dubie apparet doctorum hominũ iudicio Criſpum cæteris Romanarum rerum ſcriptoribus prælatum. Quòd ſi tantorum uirorum teſtimonio primum hiſtoriæ locũ obtinet: ſumma nos ope niti decet, ut præclara eius monumēta, ſi qua adhuc reſtãt, non tantum ipſi ſtudio condiſcamus, ſed ſi fieri etiam poſſit, q̃ plurimis noſtra induſtria omni ſint ex parte conſpicua: atque id ipſum hoc enixius præſtandum: quòd poſt tantam noſtratium literarum iacturam, quãtam Gotthicis temporibus factam fuiſſe conſtat, paucisſima quædam ueſtigia, ne fragmēta dicã, ac illa ipſa penè eua neſcētia ex locupletiſſima Criſpi ornatiſſimaq́; hiſtoria ad hæc tempora peruenere: & qđ iniquius ferat aliquis, fuerunt hæc progymnaſmata quædam, ut græco uerbo caſtiſſimæ illius Mineruæ, quæ nobis reliqua cum temporis, tum hominum fecit iniuria. Nam q̃ pleniſſimam Criſpus ſcripſerit hiſtoriam, quæ res Romanas non ſolum, ſed externarum etiam gentium ſit complexa, abunde conſtat: uerum à Catilinæ coniuratione quaſi ingenij experientiam daturus, cum uideri poteſt, auſpicatus, & ipſum operis procemium haud dubie demonſtrat: cui ad ſtili conſummationem credibile eſt Iugurthæ bellum ſubieciſſe. Sed quanti illa momenti fuerint, quæ prorſus interiere ex his, quæ hodie extant; facilis eſt coniectura: quippe cum nulla poſſit uirtus in hiſtoria elucere: cum non in hac, uel illa meditatione facile recognoſcas, ſed quo eius ſunt uirtutes altiores, minusq́; uulgo proximæ: eo maiore nobis ſtudio, ut dixi, eſt nitendum: ne illæ noſtra, uel inertia, uel negligētia diutius in obſcuro ſint. Etenim quàm cognitu ſint difficiles, uel ex eo poteſt intelligi, quòd non pauci, ut uideo in procemij fronte hallucinati dant illi uitio, quòd nefarium Catilinæ ſcelus ſcripturus, inde potisſimum ſit exorſus, ut dixerit, animum corpori, & ingenium uiribus præſtare: uelut nihil magis ab eo, qđ dicturus erat, alienum dici potuiſſet: ſed accurate omnia dixit, ac magis erudite, quàm uerbis explicari poſſit. Redditurus nãq; ſui conſilij rationem, q à rep. digreſſus ſe ad hiſtoriã ſcribendam contuliſſet, nulla potuit honeſtior cau a demonſtrari, quam eo ſe conſilio id feciſſe oſtenderet: ut ea parte corporis uteretur, quæ potisſima in homine eſſet; nec ita multo poſt non magis, ſe ratione quàm neceſſitate, ut id conſilij caperet, adduci oportuiſſe demonſtrat: quoniam ambitione malisq́; artibus ciuitate corrupta, nullus uideretur innocẽtiæ locus huic, qui ad eam capiendam accederet, relictus. Verum, quia præclara ingenia aut domi conſulendo, ſuorũq; facta illuſtrãdo, aut foris rempub. adminiſtrando patriæ uideri poſſunt utilia: ſublata optimatium adminiſtratione, omniq́; recte uiuendi ratione mutata, merito unum hoc ſcribendi officium, quod reliquum erat, quia & potuit et debuit non minori ingenio quàm pietate patriæ, cuiuſque ſuis optime de ea bene meritis præ



C. CRISPI SALLVSTII IN HISTORIAM DE CONIVRATIONE Catilinæ procemium.

OMNEIS homines, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animantibus, ſumma ope niti decet, ne uitã ſilentio tranſeant, ueluti pecora, quæ natura prona, atque uentri obedientia finxit. Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum commune cum belluis eſt. Quo mihi rectius eſſe uidetur ingenij, quàm uirium opibus gloriam quærere: et quoniam uita ipſa, qua fruimur, breuis eſt, memoriam noſtri quàm maxime longam efficere. Nã diuitiarum & formæ gloria, fluxa atque fragilis eſt; uirtus clara æternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortaleis certamen fuit, ui'ne corporis, an uirtute animi res magis militaris procederet. Nam & priuſquam incipias, conſulto; & ubi cōſulueris, mature facto opus eſt. Ita utrunq; per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperij id primum fuit) diuerſi, pars ingenium, alij corpus exercebant. Etiam tum uita hominum ſine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; ſatis placebãt. Poſtea uero quàm in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij, & Athenienſes cœpere urbeis, atq; nationes ſubegere: libidinem do

puli Romani carptim, ut quęq; memoria digna uidebantur, perſcribere: eo magis, quòd mihi à ſpe, metu, partibus Reipub. animus liber erat. Igitur de Catilinę coniuratiõe, quàm uerißime potero, paucis abſoluã. Nam id facinus in primis ego memorabile exiſtimo ſceleris, atque periculi nouitate: de cuius moribus pauca prius explanãda ſunt, quàm initiũ narrandi faciã.

& quia factum conſilium: & conſilium factum deſiderat: nec alterum ſine altero eſſe poteſt.

Igitur initio. } Superius uidimus: quomodo dixerat magnã cõtentionem inter homines fuiſſe. Vtrum res militaris magis ne augeatur uiribus corporis, an uirtute animi: } & concludit utrũq; per ſe imperfectũ eſſe. Alterum alterius auxilio indiget. } Nunc dicit quid ex ea re ſecutum fuerit. Nam dicit homines certaſſe uiribus corporis. et uirtute animi gloriam comparaſſe: ideo in primis temporibus alij corpus: alij ingenium exercebant. Igitur: } quia dubitabatur plus'ne ualeret res militaris. ideo in primis temporibus alij corpus: alij ingenium exercebant. Igitur: } quia dubitabatur. quamobrem dicit reges. Nam in terris: } et eſt parentheſis: id eſt interpoſitio.

Primum nomen imperij: } quia primo omnes qui imperabant, reges appellabantur. Sed poſtea appellati ſunt principes, ſatrape, conſules, imperatores, & tribuni. Imperij: } dominationis. Primum fuit: } quia reges omnes appellabantur. Diuerſi. } Pulchra prolepſis: reges diuerſi eſt totum pars, & alij ſunt partes & c.

Diuerſi }. i. uaria opinione. Et iam tum: } eo quoque tempore: quo reges appellabantur omnes, qui imperitabant. i. illis etiam temporibus nondum libido animos hominum inuaſerat cupiditate regnandi qua ſatiari mortales non poſſunt. Cupiditate. } ſ. ilicet regnandi, uel rerum alienarum. Agitabatur, } exercebatur, ducebatur. Sua cuique ſatis placebant }. i. ſuis quiſq; contentus erat: nec aliena appetebat. Poſtea uero. } quia primo quidẽ, cum nuſquam gentes bella gererent: certabant homines, utrum ingenium plus ualeret uiribus corporis: ſed poſtquam bella florere cœperunt in Græcia & Aſia tum uero expertum, & experientia magiſtra cognitum eſt: uires animi preſtare corporis uiribus. Vero } pro ſed. Vrbes & nationes ſubigere. } eſt alia prolepſis.

Cœpere. } ſcilicet homines. Cyrus: } i Aſia & c. Subigere. } uincere, & expugnare. Nationes. } gentes. Libidinem dominandi cauſam belli habere. } ita quòd nulla alia cauſa eſſet belli: niſi q; regnare cupiebant: quia etiam ſi nullæ interceſſiſſent iniuriæ: libido dominandi homines ad bellum incitabat. Libidinem. } cupiditatem. Maximam gloriam in maximo imperio. } uidelicet: ſi qs maximum imperium haberet, hic apud omnes glorioſiſſimus eſſet & clarus. Tum demum. } tum denique. Periculo. } belli. Negotij. } id eſt rerum gerendarum. Compertum eſt. } inuentum, & exploratum eſt. Quòd ſi regnum } Si inquit ea modeſtia eſſent reges, atque imperatores in pace, qua ſunt in bello: res iuſtiores eſſent, & propterea firmiores. ſed cũ in bello continentes, parci, inediæ, ſitis, frigoris, atque caloris, & omnis denique laboris patientiſſimi ſint: poſtquam tranquillis iã rebus in pace uiuere incipiunt, molliores, ac effœminatiores, prodigi, ac impatientiſſimi efficiuntur: hinc eſt quòd mutatis moribus, regna etiã mutantur. Hinc eſt illud Valerij libro ſeptimo. Appium Claudium crebro ſolitum dicere accepimus: negotium populo Ro. melius quàm otium committi: non q; ignoraret: quàm iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet: ſed quòd animaduerteret præpotẽtia imperia, agitatione rerum, ad uirtutem capeſſendam excitari: nimia quete in deſidiam reſolui: & ſanè negotium nomine horrendum ciuitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit: blandæ appellationis quies plurimis uitijs re-

ſperſit. Virtus animi. } imperatorum ac regum. i. uirtus animi. quam reges & imperatores habent in bello. Valeret. } ualida, & firma eſſet. Aequabilius: } iuſtius. Conſtantius. } firmius, & ualidius, & ſtabilius, Vnum ſequitur ex reliquis: nã quia iuſtiora eſſent humana, ideo eſſent firmiora.

Humanæ. } hominum. Haberent. } ſe regerent. Neque cerneres }. i. non uideres. Aliud aliò ferri. } id eſt non uideres modo in hunc locum, modo in illum transferri imperium. Neque mutari, ac miſceri: } non uideres mutationem, atque diſiunctionem omnium rerum fieri. Miſceri. } confundi. Nam imperium. } quamobrem non mutarentur imperia: quia & c. His artibus. } non moderatis artibus: ut ſunt labor, continentia, æquitas & c. Quibus artibus. } quia honeſtis, modeſtisq; artibus paratur imperium. Artibus. } moribus. Nam artes in plurali numero pro moribus ſæpe ponuntur. Initio. } id eſt in principio. Partum. } adeptum, acquiſitum. Verum ubi pro labore. } Tantam uocabulorum proprietatẽ hic Salluſtius ponit ut nullus ſcriptor alius melius ponere uideatur, nec poſſit facile cognoſci quid ſit deſidia, quid libido & c.

Labore. } hoc loco opponitur deſidiæ. ergo labor & deſidia ſibi contraria ſunt. Pro continentia & æquitate. libido atque ſuperbia. } Hoc loco opponit libidinẽ continentiæ & æquitati. Superbia. } ergo proculdubio cognoſcitur quid ſit libido, quid continentia, quid æquitas, & quid ſuperbia. Pro labore } belli. Deſidia. } pacis. Pro labore. } metus, atq; periculorum. Superbia. } licentiæ eſt. Licentia in pace generat ſuperbiã principibus: ut quiſque faciat pro libidine, quod uoluerit. Pro labore deſidia. } poſtq̃ in locum laboris deſidia, in locum continentiæ libido inceſſerunt.

Inuaſere. } inceſſere. Fortuna ſimul. } fortuna regnandi. Nam qui pro ambobus moribus & labore regnum ceperant, poſtea deſides facti regnum amittunt, & hæc eſt cauſa mutationis. Ita imperium. } amittitur imperium, & ad alium meliorem ſeipſo trãſfertur. ſ. imperium. Virtuti omnia parent. } id eſt uirtuti omnia ſubiecta ſint. Quæ homines arant, & cætera. } id eſt uirtus dominatur terræ, dominatur & mari. Quæ homines arant, ædificãt, } ideſt terra. Nauigant. } maria. Nihil aliud uoluit dicere: niſi uirtutem omnibus rebus dominari. Sed multi mortales. } Superius uidiſtis, quomodo Salluſtius dicebat imperiũ ſemper à minus bono ad quoſque optimos transferri: & ob eam rem plerũq; mutari regna, nec in eodem ſtatu permanere: & cum bonis artibus comparatum ſit regnum, ideo eiſdem manere perpetuum: ſi uero mutatæ fuerint, imperium facile amitti, Nunc dicit: quãuis omnia uirtuti ſubiecta ſint: tamen multos homines eſſe, qui contempta uirtute, ſe otio, & uoluptati dederunt & c. Sed aduerſatiua eſt: aduerſatur hoc modo, quo dixi, omnia uirtuti ſubiecta ſunt: ſed & c.

Multi mortales. } multi homines. Dediti uentri atque ſomno. } id eſt qui omnes ſuas curas in cibo, & ſomno poſuerunt. Nam hi uentri dediti dicuntur eſſe: qui ſuos omnes appetitus ſequuntur, uel edendi, uel bibendi, uel alterius uoluptatis comparandæ. Indocti. } ſine aliqua bona arte. Inculti, } id eſt ſine exercitatione, non exercitati. Indocti. } ad animum, inculti ad corpus transferre potes, quia animum, nec corpus ad aliquod exercuerunt. Peregrinantes. } ſicut homines incogniti. Nam quemadmodum pere-

grini ignoti ſunt ita & hi qui uentri indulgent & ſomno, incogniti efficiuntur. Nam peregrinantes dicuntur, qui in alienis ciuitatibus uerſantur: & quia in alienis, ideo ignoti: & quia ignoti, ideo obſcuri. Et ita homines, qui tantum uoluptatibus deditiſunt: in obſcuritate perpetua manent, & obſcuram, ignotāq; uitam conſequuntur: ſicuti peregrinantium nomen ignotum, & obſcurum eſt. Contra naturā, } quia ſuperius dixit: animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur: ergo iſti mutata natura rerum, non commutantur, ut animus corpori imperitaret: ſed ipſi corpori obediunt. Corpus uoluptati. } nō animo ſeruit. Anima fuit oneri. } quia animam: quaſi ſeruam habuere. i. fecerunt animam corpori ſeruire. Iuxta. } ſimiliter. Vitam, mortem } .i. tanti pretij uitam eorum exiſtimo, quātì mortem, ſed mortem nullius pretij exiſtimo: ergo nec uitam alicuius pretij facio. Quoniam de utraq;. } Et reddit cauſam. i. tam uiui quàm mortui in perpetuo ſilentio permanent. Verum enim uero, } pro ſed. Eſt enim coniunctio expletiua, & ornatus cauſa ponitur: ualet autem tātum quantum Sed. quaſi dicat: huiuſmodi homines omittamus, qui uoluptatibus deditiſunt. Sed ad hos ueniamus, qui egregium aliquod gerunt. Hi demum probandi ſunt: quos aut corpore, aut animo egregium quid facere delectat. Præclari facinoris. } quantum ad corpus, id eſt alicuius egregij facti: quod corpore geratur. Bonæ artis. } ſcientiæ & eruditionis. Vnum ad res geſtas: alterum ad eruditionis ſcientiam referas. Sed in magna copia rerum & cæ. } Sed cum multæ ſint res, quibus homines ſibi laudem poſſunt comparare: aut uirtute corporis, aut uirtute animi ſibi gloriam quærere debent. Sunt nonnulli, qui ualēt uiribus corporis: alij animi uirtute Ergo qui ualent corporis uiribus, egregium gerant facinus: qui uero uiribus animi præſtant, hi ſcientiæ indulgeant, atq; optimis artibus ſe dedāt. Copia. } multitudine. Benefacere reip } Ecce q̄tū ad res geſtas. Benedicere: } quātum ad bonas artes: quia de aliqua re ſcribere, quam aliquis geſſerit, laudabile eſt atq; probatū. Abſurdum: } inconueniens. Vel pace } . ſ. uel benedicendo: Vel bello. } benefaciēdo. Fecere: } in bello. Scripſere: } in pace. At mihi quidem. } Nunc captat beniuolentiam ab incommodis ſuis. Nam, ut ait Cicero, à noſtra perſona beneuolentiam colligimus, ſi noſtra incommoda proferemus. Incommodum ſuum exponit, cum dicit, ſe ſcriptorem qualem magnum laborem ſuſcipere: parum autem gloriæ cōſequi: eo q; & c. Sequatur ſcriptorem & authorem. } quia plus gloriæ conſequantur, qui faciunt res, q̄ qui ſcripſerint eaſdem. Arduum } difficile. In primis: } ante omnia. Facta dictis } id eſt, tam illuſtrāda oratione res ſcribendæ ſunt, quàm illuſtres fuerunt. Nam ſi res fuerint illuſtres, & illuſtri & præclara oratione erunt notandæ. i. pro qualitate rerum uerba ſunt accommodanda. Deinde quòd. } duas alias incommoditates exponit: quæ ſcriptori accidunt: nam & cætera laudant uel reprehendunt & c. Vbi. } pro poſtquam uel quādo. Supra ea. } ſupra ea: quæ facilia factu putat. Ficta } ſimulata. Pro falſis. } loco falſitatis falſa exiſtimant nonnulli cum plus laudaueris, quàm ipſe ſe facere poſſe exiſtimet. Sed ego adoleſcentulus. } Vide quēadmodum per inductionem ad id peruenit. Sallu. quod intenderat. ſcilicet q; omiſſa reipu. adminiſtratione recte ſe ad ſcribendum contulerat. Primo quidē dixit apud mortales contentionem fuiſſe: utrum res militaris magis procederet uiribus corporis: an uirtute animi. Deinde cū bella geri cœpiſſent, cognitum eſt uires ingenio præſtare: poſtea uero duobus modis homines claros fieri poſſe: uidelicet in bene gerenda rep uel in benedicendo quæ geſta ſunt. Deinde oſtendit difficile eſſe benedicere: eo q; ſcriptores aut inuidia & maliuolentia damnari ſolēt, aut falſitate. Nunc ergo redit ad ſeipſum dicens. quanquam difficilimum ſit res geſtas ſcribere: ſtatui tamen benedicendo reipub. prodeſſe, & eo clarum fieri. Adoleſcētulus. } admodum adoleſcens: adhuc teneræ ætatis. Initio. } id eſt in principio. A ſtudio literarum. } quia uſq; ad quartumdecimum annum literis operam dabant. & miranda eſt induſtria Romanorum adoleſcentium: qui antequam ad decimumquintum annum peruenirent, omnia bonarum artium ſtudia percurrebant. tantum ſtudij ac diligentiæ adhibebant. Pleriq;. } ſcilicet adoleſcentes ſunt delati. Ibi } ſcilicet in republica. Multa fuerunt aduerſa & c. Pro pudore & c. } Ecce q̄ diligenter uocabulorum proprietatē ſeruat Salluſtius: ut legentibus multum prodeſſe uideatur, ſi proprietates uerborum inſpicere uoluerint: nā ſingula ſingulis opponenda ſunt. Nā audacia opponitur pudori: Largitio opponitur abſtinētiæ: auaritia opponitur uirtuti: & nō ſine cauſa auaritia oppoſita ē uirtuti. Nā q auarus ē, nullā unquā uirtutē conſequitur. Auaritia: } pro uirtute. Virtus eſt generale nomen ad omnes uirtutes: ergo pro uirtute liberalitate. Vigebant. } florebant: & erant in uigore. Quæ. } uitia. Aſpernabatur: } remouebat, & alienus erat. Inſolēs malarum artiū. } inſuetus, non ſolens: & eſt conſtructio: qua utimur: ſicut dicimus, amans uirtutis, & inſolens malarum artium. Tamen inter tanta uitia. } Excuſat ſe Salluſtius hoc modo duobus modis. primo cum tanta eſſent mala: quibus occupata, & corrupta Reſpu. eſſet: nec me quoq; poteram ſeruare. Præterea iuuenilis ætas erat et imbecilla: ut facile corrūpi poſſet malis artibus. Nā iuuenes pcliuiores ſunt in uitia: q̄ uirt, aut ſenes. Tametſi. } q̄uis eſſet inſolēs malarum artium Tanta uitia. } quibus occupata erat ciuitas. Corrupta ambitione: } quia ego quoq; mihi quærebam honores: quēadmodum cæteri. Mecū: } duæ partes ſunt. Reliquis malis mori. } uidelicet ab auaritia, largitione, ab audacia. Honoris cupido. } Ordo eſt. Eadem cupiditas honoris: quæ uexabat cæteros: fama m̄ aliis uexabat me. Fama. } propter famā. quia fama mea inuidia ſæpe laborauit. Inuidia. } quia quærebam mihi famam: odium, & inuidiam populi fugiebā: ut ſuffragijs eius poſſem ad hunc honorē puenirē, quē ego quærebam. Igitur ubi animus: } quandoquidem uidebā tot uitijs remp. eſſe corruptam. Vbi. } poſtquam. Animus requieuit } . i. poſtquam animus liberatus eſt his miſerijs: quas in reipub. adminiſtratione ferebam, quia ego ambiendo: me ſubijciebam populo. ut eius beneuolentiam captarem, & inde mihi ſuffragium præſtaret. Et bene miſerijs dixit: quia nihil miſerius eſt cupiditate honoris. infimos quoſq; precibus rogare. Non fuit conſilium. } non cepi hoc conſilium. Secordia. } ſcilicet animi. Deſidia. } ſcilicet corporis. Nam ſecordia eſt inertia animi: deſidia ē inertia corporis. Conterrere } conſumere. Seruilibus officijs. } quæ ſunt illa ſeruilia officia. ſ. colendo agrum, & uenando. Et qui uenari officium dicunt eſſe liberale, magnopere falluntur. Nam officium appellatur à Sall. & c. Sed à quo incepto. } cum me prius reipub. adminiſtratio à ſtudio remouerit: nunc ita reipub. corruptio me ad ſtudium regredi coegit. Eodem. } ad idem ſtudium. Regreſſus. } cum rediſſem. Ambitio detinuerat. } quia ambitione detentus eram. Ambitio. } cupiditas honoris. Ambire proprie eſt illud: qđ uulgo dicitur practicare: ſic ambitio. id eſt practica honoris. Carptim. } membratim non perpetuam hiſtoriam ſcribere ſed membratim. Nolui inquit ab urbe condita hiſtoriam ſumere, & perpetuam ſcribere hiſtoriam. ſed eam tantummodo excerpere, quæ mihi memoratu digna uideretur. Eo magis. } ideo magis. uel tanto magis

ſtatui

ſtatui facere hoc. A' ſpe.} non ſperabam honores. Metu.} non timebam ignominiam. Spe.} honorum. Metu.} ignominiæ, quia animus meus liber erat, & nulla ægritudine afficiebatur. Spe, & metu, {appoſitiue. Partibus reipub.} uel in partibus reipu. ſcilicet ſpe & metu. nam ſpe & metu cõtinetur omnis reſpublica: uel quia, nec huic, nec illi factioni fauebam. Igitur.} quandoquidem. Exponit cauſas, quibus adductus ſe à repub. ad ſtudium literarum contulerit. incipiam inquit Catilinæ ſeditiones praeſcribere. Abſoluam paucis.} hiſtoriam Catilinæ perficiam paucis uerbis. & attẽtionem captat ab auditoribus: quia dicit breuiter hiſtoriam Catilinæ eſſe peracturum, & etiam, quia dicit ſe de re magna, & ingenti dicturum: exponit etiã quibus de rebus dicturus ſit. Nouitate.} magnitudine: nam nouus dicitur magnus. inde nouitas. i. magnitudo. Pauca explananda.} pauca prius explananda ſunt, quæ pertinent ad uitam eius. Initium narrandi.} priuſquam incipiam narrare hiſtoriam eius. Explananda.} declaranda.

BARTHOLOMAEI MARLIANI IN C. Criſpi Salluſtij de coniuratione Catilinæ Commentaria, Nunc primum in lucem edita.

QVantã in hiſto. aſſecutus fuerit laudem Sallu. his Auguſtinus in lib. de ciuita. dei demonſtrat uerbis, Salluſtius nobilitate ueritatis inſignis hiſtoricus. De huius uita multi alij. Propterea illotis manibus illam intactam ſinã. Et ad alia me accingam. Hiſtoricus in hiſtoriarum compoſitione, hæc debet ſeruare: Ordinem temporum ſ. quo tempore illa quæ literis mandat facta fuerint, locorum deſcriptionem, conſilia. i. actus, & euentus. i. quo conſilio faciat, contrarium. i. caſus & temeritatem, & ſingularum perſonarum deſcriptiones. Præterea ut ſit compoſitio lenis, & fuſa quæ oſtendat ſe, & quæ non habeat aculeos. i. ſuſpiciones. Similiter ut ſit celeritas intelligendi, & uarietats figurarum diſtincta: et modo ad altiorem dicendi materiam modo ad mediocrẽ tendat, prout res & perſonæ requirent. quæ omnia obſeruaſſe Sal. nemo ueretur: ut etiam mediocriter literatus in ipſo opere percipere poteſt. Omnis homines preſtare.} id eſt anteire iungitur cũ accuſatiuo. Virg. Vel magnum præſtet Achillem. idem lib. 12. cum genitiuo, ô præſtans animi iuuenis. Cum datiuo, Dij immortales homo homini quid preſtat! Terentius in Eunucho, Silentio.} id eſt ingloriam, inhonoratam. At Auguſtinus, Romani ardentiſſime gloriam adamarunt. propter hanc uiuere & mori non dubitarũt. Vnde dicet Sal. Diuitias mediocres gloriam ingentem malebant. Prona.} id eſt curua & flexa in terram. Ventri obedientia.} pro obaudiẽtia legit Priſcianus minor lib. ultimo. i. ſequentia appetitum. Imperio animi.} Quia, ut ait Ariſtoteles, corpus ex ſe nõ agit, ſed quod agit, id ita imperante animo. Nam ſine animo nulla eſt actio, ſed potentia in corpore, uidendi, audiendi, guſtandi, palpandi ſunt operationes animi, nec cauſatur ab ipſis inſtrumentis. Itaque acies non oculo ſed animo impellitur: ut de baculo qui percuſſit, nõ ipſi baculo ſed ei qui utitur, attribuitur cauſa: nam inſtrumẽtum illud de neceſſitate agit, nec poteſt non agere; unde operatio non inſtrumenti ſed animi eſt, ut in problematibus ait Ariſto. Animi.} quia quicquid agit corpus, impellẽte animo agit, qui diuini eſt particeps. Fruimur.} Auguſtinus ait frui ea re, eſt, quæ propter ſeipſam expetitur: & delectat, uti temporalibus. Efficere.} ſcilicet uidetur rectius. Breuis eſt.} unde Horatius, Vita ſumma breuis ſpẽ nos uetat inchoare longam. Et Franciſcus Petrarcha, Vita breuis tempus inſtabile furtim nullo pedũ ſtrepitu inter ſomnum et focos effluit, ſæpe nec cogitantibus finis adeſt. Nã diuitiarum.} Plutar. i uita Euagoræ. Et nos uiros magnanimos honoriſq; cupidos non ſolum laudes ſuas pulchritudini & diuitijs anteponere, ſed pro uita honeſtam mortem optare reperimus, maiuſq; ſtudium de ſua gloria q̃ de uita habere, denique omni cura atque diligentia eniti, ut eorum immortalem memoriam derelinquant. Inferius dicet Sallu. laudis auidi. Nam diuitiarum.} Valerius Maxi. lib. 6. cap. ultimo. Caduca nimium & fragilia, puerilibuſq; conſentanea crepũdijs ſunt iſta: quæ uires atque opes humanæ uocantur, effluũt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos ſublime extulerunt, improuiſo receſſu deſtitutos, in profundum cladium miſerabiliter immergunt. Itaque non debent exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorũ malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicãt. Fluxa.} i. fugitiua, declinat ueluti umbra. Frãci. Petrarcha. Atqui cunctis ex qualitatibus, quæ mortali cum corpore fugiũt, nulla uelocior quàm forma, quæ mox ut amœnum floſculum oſtenderit, ipſos inter oculos mirantium atque laudantiũ euaneſcit: breuis hunc pruina percuſſerit, leuis hunc aura decuſſerit &c. Clara.} id eſt honorata. Aeterna.} quia uiuenti & mortuo firma eſt poſſeſſio. Procederet.} i. ſuccederet. Conſulto.} id eſt conſulere. Facto.} id eſt facere ſic legit Priſcianus minor. Plutar. in Annibalis uita. Quocirca ſapientes uiros & optimos rerũ pub. gubernatores finem, magis in rebus humanis quàm in initiis ſpectari, & priuſquam ad arma belliq; prorumpant experiri omnia conſilio decet. Virtute animi.} id eſt conſilio et rei militaris ſciẽtia. Facto.} i. actione. Mature.} i. cito priuſquam hoſtes praeripiant conſilia tua. unde imperator, quod fieri debet tractato cum multis, ubi audiueris cum pauciſſimis ac potius ipſe tecũ. Cyrus in Aſia.} lege Iuſtinum lib. primo. Conſtantius,} quia non mutarentur regna. Ferri aliò.} i. nec regnum de gente in gentem trãſferetur. Vnde Seruus in Atreo apud Sen. Sic loquitur. Vbi non pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile regnum, hæc nõ ſeruare reges in pace, notum eſt, propterea regnum quod bonis operibus aſſecuti fuerant, illis mutatis in malis, una etiam mutatur regnũ. Ideo ait Cice. regẽ ferre oportere in æſtate plus ſolis, ĩ hyeme plus frigoris, in elaborando plus laboris. Inuaſere.} ſ. reges.

Ita imperiũ ab optimo.} qa animus bonus facile mutatur cũ fortuna. i. ſuperueniente aliquo magiſtratu. Ea,} ſcilicet quæ homines &c. Paret.} i. quia ĩ omnibus preſtat ipſa uirtus. Indocti.} id eſt inſcientes rerum. Peregrinantes.} quia permultas tranſeũt urbes, nec cognoſcuntur. Contra naturam.} quæ uoluptate animi quàm corporis magis gaudet. Ordo, quibus ꝓfuit corpus, fuit uoluptati, & anima fuit oneri contra naturam. Eorum.} id eſt talium. Aeſtimo.} i. iudico, aliq̃ exiſtimo legunt. Dediti uentri.} ait Tullius, Turpe eſt illis qui ſeipſos teterrima culina ſepeliũt. Et Hil. Nihil eſt quod tã ſepeliat mentem quàm crapula. Somno.} Plin. ait; Horis quibus dormimus, uiuere non dicimur. Frui anima.} id eſt delectari uita ſua. Et qui fecere.} Plin. in Epiſt. ſcribens ad capitonem, hanc tangit ſententiam lib. quinto. Fecere.} ſcilicet aliquid preclarum. At mihi quidẽ.} Ordo eſt. At quidem tũ uidetur mihi ĩ primis. i. ante oĩa arduũ ſcribere res geſtas, tametſi par gloriæ haud quaquã ſequatur ſc. &c. A' nonnullis mordetur hoc in loco Sallu. ſed tuetur à Gellio lib. quarto cap. 15. Par gloriæ.} Senſus eſt: Quãuis parua laus ſit illud qui aliorum geſta ſcribit, tamen multum laboris impenditur. Exæquanda.} i. ornanda

da, prout res erit uel magna uel parua. Memores } .i. ſcribas. Ducit. } putat. Ficta } .i. inuenta. Adoleſcentulus } .i. agens quartumdecimum annum. Sum delatus. } non ſponte à repu. diſceſſit ſed coactus, propter ſuos malos mores. Auaritia } .i. rapacitas. Aſpernabatur } .i. illorum uitia dedignabatur. Inſolens } .i. inexpertus. Vexabat } .i. urgebat. Requieuit } .i. quietum ſe recepit. Procul ha. à repub. decreui. } non ſponte ſed coactus à rep. remouit ſe. Bonum otium. } Sen. Otium ſine literis mors eſt, & ſepultura. Secordia. } quaſi ſeorſum à corde dicitur, quia nihil altum nec egregium cogitat. Carptim. } id eſt breuiter. Metu. } id eſt malorum futurorum. Metus eſt opinio mali impendentis: Timor ē metus mali appropinquantis. Aegritudo opinio eſt mali præſentis, ut Cicero in Tuſc. definit. Partibus reipub. } quia ſi uexaretur, ſiue gauderet et præclara ageret animus meus, ab his erat liber. Docilitatem captat cum dicat rem eſſe memorabilem. quia aliàs non fiat maius periculum in urbe Roma.

IOANNIS RIVII ATTHENDORIENſis in C. Criſpi Salluſtij de Coniuratione Catilinæ, Caſtigationum Liber Primus.

OMNEIS hoīes, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris aīantibus } In manuſcriptis aliiſq; uetuſtis eſt ordo uerborū immutatus, Qui ſeſe ſtudēt præſtare. pro. qui ſtudent operā, uti præſtēt ipſi & antecellāt. Id lenius et aſperum minus eſſe uidetur, nec aliter à ueteribus citatur, uelut Priſcia. lib. 7. quo loco de accuſatiuo tertiæ declinationis agit. Vbi & Omnis hic legendum eſſe docet, pro, omnes. Terentianus diphthongo ei ſcribi uult in plurali cum hoc, tum ſimilia nomina, quomodo ferè & in uetuſtis inſcriptionibus reperitur. Iam quod ad loquendi rationem attinet, norit lector & Ciceronem eodem modo locutū. nam 2. Officiorum. Gratum ſe uideri ſtudet, inquit & in Eunuchi prologo Teren. Qui placere ſe ſtudeat bonis quàm plurimis. Vbi interim miror, quid ſibi quidam uelint, qui & omiſſo accuſatiuo Se, uerſum conſtare arbitrentur, id quod ſecus habet, & ab imitatore quopiam pronomen adſcriptum putent, quòd hoc modo Salluſtius Catilinæ hiſtoriam ordiatur. Quaſi uero non eodem modo ſit, ita uti oſtēdimus, & Cicero ipſe locutus. Sed & aliàs Terētius haud diſſimili modo loquutur, uelut in Eunucho, Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum uolunt. Eodem modo 2. Tuſculana Cicero, Eſt enim quoddam genus eorum qui ſe philoſophos appellari uolunt. pro qui appellari philoſophi uolunt. nam ſic uſitatius dicitur. Terent. in Andria, Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. Et, Quæ ſeſe inhoneſte optauit parere hic diuitias potius, quàm in patria honeſte pauper uiuere. ubi etiam pronomine Seſe omiſſo, tamen ſenſus conſtat. quomodo & in illo Liuij 2. Decadis tertiæ, Qui ſe bene mori, quàm turpiter uiuere maluit. Ne uitam ſilentio tranſeant. } Ita ferè & impreſſa & calamo deſcripta exemplaria. nec male, ut opinor. Verum in manuſcripto quodam reperi, tranſigāt. ut in Beroaldino quoq;, licet eodem ſenſu. pro traducant. Sed oīs noſtra uis in animo & corpore ſita eſt } Exemplaria manuſcripta, Sed noſtra oīs uis. Quomodo & Seruius in Georgica Virgilij citat. Quæ quia & mollior & ſuauior, atque adeo uerior ſinceriorq; lectio ſit, dubitari minime debet. Cōſule aurium iudicium, ac ſtatim ſenties, quàm & duriter et aſpere concurrant, innis, no, in illo Omnis noſtra. Quanto uero numeroſius eſt, quanto aptius ſonat, ſi uerborum ordinem immutes. noſtra omnis uis. uel (ut in Merſeburgenſi quodam eſt) noſtra uis omnis. nam ſic ibi reperi. Ac ne hoc, tanquam leue quid nec ullius momenti contemnas, non dubitat Cicero inuerſione interdum penè poetica uti ad effugiendam aſperiorem concurſum literarum. Velut cum ait, Q. Mutius augur Scæuola Nam illud alterum. Q. Mutius Scæuola augur, cum propter ſibilum, quem literā efficere ſentimus S, in altera uoce extremam, in altera primam, tum ob uaſtum & inamœnum hiatum uocalium concurrentium, paulo durius et atque inſuauius uidebatur, ita ut erat. Ergo ſi naturalem ordinem Cicero propter euphoniam & iucundioris ſonitus gratiā inuertere non dubitauit, apparet nimirum, quāti referat quo quis in ordine arbitratu uerborum collocatione ſerieq; utatur. Quod eo dico, ne quis hanc rē, ceu penè friuolam ac nullius ponderis, contemnendam eſſe ducat. Quanquam, ne quid diſſimulem, in exemplari quodam manuſcripto, non eſt additum hoc loco Scæuola. Nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa ac fragilis eſt: uirtus clara æternaq; habetur. } In Fabriciano uolumine τὸ Eſt non reperitur. Quod niſi incuria eſt librarij omiſſum, tunc Habetur eſt ad priora quoq; referendū.

Quod ſi regum atq; imperatorum animi uirtus, ī pace ita ut bello ualeret } Legendum, ita uti bello ualeret. Id cum ſuauius eſt, tū Salluſtianum magis. Etenim ferè ſemper apud hunc authorem inuenias ſicuti potius, quàm ſicut, uti quam ut, ueluti quàm uelut. Ipſe quidem certe haud temere unquam ſecus in uetuſtis codicibus reperi, licet excuſi typis uarient. Sic apud illos antiquiſſimos, quos libēter Salluſtius facit, ut imitetur, ferè ſemp uti reperias. uelut apud Catonem de re Ruſtica, atque alios quorum fragmenta quædam ſuperſunt, unde id conijcere licet. Ita imperium ſemper ab optimo quoque ad minus bonum transfertur. } In manuſcriptis omnibus eſt, ad optimum quēq; ab minus bono transfertur. quomodo & ſenſus ipſe expoſcere mihi uidetur. nam fortunam dicit ſimul cum moribus immutari. oſtendens uidelicet, imperia aliò transferri propter uitia regnantium. Nec ſecus interpres, quiſquis is fuit, legiſſe atque intellexiſſe hunc locum uidetur. Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere. } Ita quidem Gymnicus. Sed alij Tranſiere, quomodo & exemplaria duo manuſcripta habent, & No. Marcellus citat, Licet aliter in Terentium Donatus, ſi modo ibi nō ſunt mēdoſi codices. Aliter itē duo ex manuſcriptis.

Verum enimuero is mihi uiuere demū, atq; frui anima uidetur. } Quanto rectius in uetuſtis, is demū mihi uiuere. quomodo & Priſcianus ſemel atq; iterum citat. Sic in Adelphis Terentius, Verū enimuero id demum iuuat, ſi quem &c. Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudabantur. } Legendum ē manuſcriptis & alijs uetuſtis, laudantur, tempore præſenti. Mox, At mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & authorem rerum, tamē in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. } Codex Fabricianus actorem rerum habet. Quamuis autē actor pro eo interdū ponitur qui res geſſit, uelut de Orat. Vt eum efficeret oratorem uerborum, actoremq; rerum. Item pro Seſtio, Cato dux, & author, & actor rerum illarum fuit. tamen prior lectio, ſicuti mihi quidem uidetur, eſt multo uerior. ac ſic quoque Gellius citat. Primum quòd factis dicta exequanda ſunt. } Legendum, quòd facta dictis: quomodo codices habēt in pergamenis deſcripti.

Nā æquare hic pro aſſequi ponitur. Oſtēdit aūt, ad rōnē & cōgitationē rerū ſic accōmodandā eſſe orationē, uti magnitudinē rerum oratio ipſa cōſequatur. hoc eſt, ut ſit rebus ipſis par atq; æqualis oratio. Cōtra Liuius 3. belli Puni. 2. Neq; agrediar narrare, inq̄t, quæ diſſerēdo minora uero facio. p, quæ nō exæquo dictis. Eſt et ī quibuſdam, exequenda ſint, ſed perperā niſi fallor. Affinitas uocū, anſam errori præbuit. Iam lectionem quæ in manuſcriptis eſt, ue-

riorem eſſe, colligi è T. Liuio poteſt. Is enim 6. ab V. C. Cum ea quoque, inquit, quæ bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione etiã magnifica, facta dictis æquãdo memoraſſet. & quæ ſequuntur.

Supra ea ueluti ficta. pro falſis ducit } In Gelliana citatione pronomen Ea eſt omiſſum. id quod conuenire uidetur breuitati Salluſtianæ. Sed nec in manuſcripto meo additur. licet in alijs ſit: Irrepſit ex gloſſa inſulſi et inepti literatoris. Sic infra in oratione Cæſaris, ultra ſine caſu expreſſo poſuit. Eã cuncta mortalium mala diſſoluere. ultra, neq; curæ, neq; gaudio locum eſſe. Ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem. } Eſt in manuſcriptis, ab reliquorum malis moribus quàm lectionem ſequentia illa non ſanè reſpuunt. nihilo minus honoris cupido eadem quæ cæteros fama atq; inuidia uexabat. Mecum facit codex Badianus. quamuis aliter Aldinus. Merſeburgenſis quidem, ab reliquis malis moribus. uerum in ſpatio quod uerſus diremit erat, reliquorum. De cuius moribus pauca prius explananda ſunt. Legẽdũ, de cuius hominis moribus.

C. CRISPI SALLVSTII DE coniuratione Catilinæ hiſtoria.

Lucius Catilina nobili genere natus, fuit magna ui & animi & corporis, ſed ingenio malo, prauoq;. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata fuere, Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit. Corpus patiens inediæ, uigiliæ, algoris, ſupra quàm cuiquam credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, uarius, cuiuslibet rei ſimulator, ac diſsimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum. Vaſtus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt dominationem L. Syllæ libido maxima inuaſerat Reipublicæ capiundæ: neq; id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnũ pararet, quicquam penſi habebat. Agitabatur magis magisq; in dies animus ferox, inopia rei familiaris & cõſcientia ſcelerũ. Quæ utraq; his artibus auxerat, quas ſupra memoraui. Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores, quos peſsima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atq; auaritia uexabant. Res ipſa hortari uidetur (quoniam de moribus ciuitatis tẽpus admonuit) ſupra repetere ac paucis inſtituta maiorum domi militiæq;, quomodo Rempu. habuerint, quantamq; reliquerint, ut paulatim immutata ex pulcherrima & optima, peſsima ac flagitioſiſsima facta ſit, diſſerere.

VALLA. Lucius Catilina. } Vidimus in fine procemij: quod nos docuit Sall. quidnam hoc opere ſcripturus eſſet, uidelicet Catilinæ ſeditionẽ quæ in primis memoratu digna eſt, eo q̃ nouum fuit periculum, & tam ingens fuit ſcelus, quàm nunquam antea fuerit. Sed antequam de ipſa ſeditiõe tractare incipiat: dicit qui mores antea fuerint, & qui ætate ſua in urbe uigerent: ut oſtẽdat, quo genere, & quã opportunitate Catilina adductus tantam rem aggredi non dubitauerit: & primo de genere, uita, & moribus Catilinæ narrat, ut oſtendat, quibus de cauſis ad uſurpationem reipub. animum intenderit: deinde digreſſionem facit: & de antiquis urbis Ro. moribus diſſerit. Nobili gñe. } patricio genere: quia patricius fuit Catilina, uidelicet de gẽte Cornelia. Vi corporis & animi. } Fuit magna fortitudine & animi et corporis. nam uis tam animi q̃ corporis rectè dicitur. Ingenio malo. } & quia animo & corpore plurimum pollebat Catilina: ideo malo animo fuit. Malo. } naturaliter. quia à natura malus erat. Prauo. } accidentaliter. quia præterquã quòd malus erat naturaliter etiam conſuetudine peruerterat ingenium. Ab adoleſcentia } ab ineunte ætate. Inteſtina. } domeſtica bella. Diſcordia ciuilis. } Differentia eſt inter bellum domeſticum, & diſcordiam ciuilem. nam bellum ciuile pertinet ad uniuerſam ciuitatem: uidelicet cum uniuerſa ciuitas inter ſe diſcors ẽ. Diſcordia uero ad priuatos pertinet. itaque cum uniuerſa ciuitas diſcrepat: non diſcordia, ſed bellũ ciuile appellatur. Hic autem Catilina & bello domeſtico, & diſcordia ciuili plurimum gaudebat. Cædes. } occiſiones, quæ ex bello ſequuntur. Rapinæ. } uictorum: qui bonis expoliant. Ciuilis diſcor. } diſcordia ciuium. Ibi. } in his ſupradictis. Exercuit. } nõ ſolũ grata fuere ẽt. uerũ etiam in illis omnem ætatem ſuam duxit. Inediæ } id eſt famis, & dicitur ab in & edo, quaſi non edia, quòd non edat, & qui non comedit ſine dubio famem ſuſcipit. Algoris. } frigoris. Vigiliæ. } quia inſomnes noctes agebat. Inediæ } quia ſine cibo diu permanebat. nec multum detrimenti patiebatur ob illud. Alg. } quia frigus etiam facile tolerabat. Vigiliæ. } quia ſe non nimis ſomno dabat, ſed parũ ad modum. Supra quàm cuiquam credibile eſt. } multo plus quàm quiſq̃ credere poſſet. & eſt honeſtus dicendi modus. Animus audax } quia hactenus de corpore dixit, nunc demum de animo dicere icipit. Animus audax. } ut magna queq; pericula aggredi non dubitaret. Subdolus. } quia facile unumquẽq; fallere poterat. Subdolus latine, græce appellatur ἐπακτικὸς, q non apte decipit, ſed latenter. Varius. } quia nunquam in eodem propoſito manebat. Simulator, ac diſſimulator. } Declarat qđ dixit Subdolus et uarius. Simula. } q oñdit, id eſſe. qđ nõ ẽ. Diſſimula. q nõ oſtẽdit id eſſe qđ ẽ. Appetẽs alieni, ſui profuſus }. i. qui aliena deſideraret, & ſua prodigus profunderet. Sed non uidetur poſſe fieri, ſed neceſſe eſt ita fieri, ſi quis diligenter conſiderauerit. nã quia ſua profundit, ideo aliena appetit. Nam prodigus. quia ſua ſibi non ſufficiũt, aliena appetat. neceſſe eſt. Ardens. } uehemens. Cupiditatibus. } quia quod ſemel cupere cœperat. tãto ardore inuadebat. ut à nullo coerceri poſſet. Satis eloquentiæ. } quia eloquentiſſimus erat. Parum ſapientiæ. } quia non ualde ſapiẽs erat, & hoc addit, quia nũquam ſine ſapientia eloquentia profuit, ſæpius autem obfuit. quod etiam Cicero in arte ueteri prolixius oſtendit. Vaſtus. } Immoderatus, & plus eſt quàm ſi dixiſſet, magnus, aut ingens, Nam uaſtum dicitur. quod nulla menſura terminari poſſint. i.

ſine modo terminatum. Immoderata. } quæ modum nõ haberent. Incredibilia. } quæ nulla ratione conſequi poſſent. Nimis alta. } quæ eiuſdem modum tranſgrederentur. non quærebat dignitatem principis Romani, ſed potius dignitatem tyranni: quia ubi Romæ pro arbitrio imperare non poſſet, uel talem qualem ſupra memorauit Virgilius Mezentius hic eſt. talis. Hunc. } Catilinam.

Dominationem L. Syllæ. } qui motis partibus Reipublicæ aduerſarijs, perpetuam dictaturam aſſecutus eſt, qui magiſtratus quaſi regnum erat. nam quemadmodum rex imperat ſubditis, & omnia pro uoluntate facit, ita dictator omnia pro arbitrio exequebatur: nã cũ uocabulum regis in urbe Romana inuitius reddere uellent, ad dictaturæ nomen confugerunt. nam eius magiſtratus regia poteſtas erat. Primus hic fuit L. Sylla: qui poſtea Sylla felix eſt appellatus, & demum pedeculari morbo conſumptus. Secundus autem Iulius Cæſar qui multis uulneribus tandem à ſenatoribus eſt interfectus. Libido } cupiditas, & dicitur à libendo, tametſi conſuetudo inoleuit, ut libido in malam partẽ accipiatur: Nam Salluſtius libidinem accipit in bonam partem. Capiundæ. } pro capiendæ. i. occupandæ. Tertiæ coniugationis uerba poſſunt habere participia futuri temporis, tam in undus quàm in endus, ut legendus, uel legundus, capiundus uel capiendus. Sed cauendum eſt, ne id licẽter in omnibus participijs faciamus: quia uitioſum eſſet in uerbis quartæ coniugationis idem facere: quia non dici poteſt audiundus audiunda audiundum, & cætera. Id. } ſcilicet capere Rempublicam.

Pararet. } acquireret. Nihil penſi. } nihil conſiderati, nihil conſiderationis. Tranſlatio ſumpta à penſantibus. qui diligenter inſpiciunt in quam partem, uel aurum, uel argentum inclinet. non ponderabat ipſe. quomodo Rempublicam caperet, dummodo cupiditatem ſuam explere poſſet. Agitabatur } Rationes autem erãt innumeræ: quibus Catilina adductus. rem hanc tantam capeſſere uolebat, & quia magnificus erat, & pauper multa ſcelera perpetrauerat. In dies. } quotidie. Ferox. } ſcilicet natura indomitus animus Catilinæ. Agitabatur. } incitabatur, impellebatur. Inopia rei } Nam cum magnificus eſſet, & inopia premeretur: quia ſuis rebus non poterat tueri magnificentiam, alienis neceſſe erat conſeruare, & ob hanc cauſam ad Reipublicæ uſurpationem intendebat animum. Conſcientia ſcleris. } quia ſibi conſcius erat ſcelerũ, quæ commiſit. Hæc autem paulopoſt uidere licebit, hoc eodem libro. Nam inter cætera ſua ſcelera hoc potiſſimum narratur.

Quæ utraque. } ſcilicet inopiam, & ſcelera. Auxerat. } cumulauerat. His artibus. } uidelicet aliena appetendo, ſua profundendo, cupiditatibus imminendo. Præterea. } præterquam quòd ferocitas animi, inopia ſcelera perpetrare incitabant illum, hoc etiam accedebat: ſcilicet, q. &c. Corrupti mores. } in tanta corruptione morum facilis uidebatur acceſſus ad uſurpationẽ Reipublicæ, quos mores. i. artes. Luxuria & auaritia. } appoſitiue mala. Diuerſa inter ſe. } Bene dicit. Nam luxuria opes profundit: auaritia opes conſeruat. Luxuria uitioſa eſt ſuperfluitate nimia, auaritia uitioſa eſt nimia parcitate, ergo procul dubio diuerſa ſunt inter ſe. ſed tñ q luxuriæ inſeruire uoluerit, neceſſe ẽ, ut & auarus ſit, q. niſi auarus fuerit nõ poterit cõparare diuitias, qbus ad parãda luxuriam utatur. Res ipſa hortari. } ſicut apud Ciceronẽ ẽ. Tria ſunt genera narrationum: de quibus orator ſummit rationem ſuæ cauſæ. Primũ oratorium: quo oratores utuntur uincendi cauſa. Secundum digreſſorium. Tertium poeticũ Sed digreſſorio ſecundo genere narrationis utitur Salluſtius: quod intercurrit nõnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut laudationis, aut alicuius apparationis cauſa. Nam digreditur Salluſtius ab hiſtoria quam ſuperius cœperat ſeditionẽ ſcilicet. ſ. Catilinæ: & ad mores ciuitatis narrandos peruenit. Fit autem hæc digreſſio laudationis, uituperationis, & apparationis cauſa. Laudationis: ut maiores & priſcos illos laudibus exornet: qui remp. non conſeruarunt modo moribus optimis, uerum etiam conſeruatam auxerunt. Vituperationis cauſa, ut homines ætatis ſuæ uituperet: qui non uirtutibus, ſed malis moribus deditiſunt: & remp. á maioribus ſtabilitam ac firmatam labi, & ad interitum peruenire patiantur. Apparatiõis cauſa, ut ſe præparet ad id, quod dicturus eſt. Nam de corruptione ciuitatis: & ab initio urbis Romæ narrare incipit: quomodo populus Rom. ſe domi, militiæq; habuerit & in præſenti habeat: ut his cognitis ueriſimile fiat in tanta morum corruptione, animum ad remp. capiendam intendiſſe Catilinam. Res ipſa. } uidelicet: quia de corruptione morũ mentionem fecerat. propterea uidetur non incongruum eſſe, ſi perſtrinxerit ea, quæ ante Catilinæ ſeditionem fuerunt in urbe Romana. Inſtituta maiorũ domi militiæq;. } id eſt inſtitutiones: quæ domi militiæq; maioribus conſeruatæ ſunt. Domi. } in pace. Militiæ. } in bello. Habuerint. } cõparauerit. Reliquerint } .ſ. poſteris ſuis.

Immutata. } paulatim. ſ. labẽte diſciplina præmij. Pulcherrimã. } .i. honeſtiſſima, pulcher & honeſtus ſibi inuicem cedunt. Ergo pulcherrimã. i. honeſtiſſima. Flagitioſiſſi } i. uitioſiſſima, et ſingula ſingulis oppoſuit, pulcherrima flagitioſiſſima, peſſima optima.

L Veius Catilina. } Seruat hic Sallu. quod præcipit Dionyſius libro quinto his uerbis: Et enim maxime ſcribẽtibus hiſtorias hoc conuenit, non tantum bellicas actiones ducum narrare, nec ſi aliquod inſtitutum pulchrum ſalutareq; urbibus excogitantes ediderint, ſed eorum quoque uitas, ſi & moderati ipſi, & continentes & in patrijs manentes moribus ſtudijsq; perſeuerauerint ſeſe oſtendere. Lucius. } quicunque natus eſt luce apud Roma. Lucius dicebatur, ſicut Martius quicũq; Martio menſe. Vi animi } quia tẽtauit ea quæ aſſequi non ualuit. Franciſcus Petrarcha ait. Malo ingenium bonum quàm excellẽs, quòd illud in malum flecti nequit, hoc in diuerſa uolubile eſt. Nam & Criſpus L. Catilinam magna ui animi fuiſſe ait, ſed ingenio magno prauoq;. Sæpe magnum ingenium magnorum initium malorum fuit. Malo. } Malus eſt qui omnes lædit: Prauus, qui nõ ſolum alios ſed etiam ſeipſum. Vnde Terentius, Inepta patris lenitas, & praua facilitas. quia facilitas nocet filijs: ſi filijs, ergo. patri. Prauo. } ſibi officienti. Subdolus } .i. facilis ad decipiendũ omnes. Varius } .i. uerſatilis ingenij, non ut alij. Ardens } .i. ſubditus. Vaſtus } .i. immenſus. Alta. } id eſt non conuenientia ſuo ſtatui. Valerius probus, ut Gelius lib. primo ait, affirmat à Sallu. relictum ſatis loquentiæ, non eloquentiæ. quòd loquentia Salluſtio nouatori uerborum maxime congrueret, eloquentia cum inſipientia minime conueniret. Libido } Vocabulum eſt commune ad omnes cupiditates. Penſi habebat. } id eſt non metuebatur quicquam, nec uires, nec potentiam ſuam. rectè igitur Martialis ait, Quæ ſua mentitur pondera ferre poteſt. Animus ferox. } id eſt terribilis, inhumanus, ferinus. Artibus } .i. uitijs. Corrupti mores. } quia de uiris effœminatis facilis eſt uictoria. Diuerſa. } nam luxuria uidetur auaritiæ contraria. Sed ait Sen. Nullum uitium intra ſe manet, in auaritiam præceps eſt luxuria. Res, } ſcilicet quam tractaturus ſum, uidetur me hor. repetere ſupra. ſ. antequam Reſpu. tot ſceleribus eſſet polluta, ac uidetur. m. h. differere pauca inſtituta maiorum domi militiæq;, & differere quomodo habuerint rẽp. quãq; reliquerint, res ipſa uidetur me. h. differere, ut paulatim mutata, ſit facta peſſima, ac fl. ex.

MARL.

ac ſi ex.p.& op.quis,ut dixi,fortuna mutatur cum moribus. Vnde Mart. Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores. Cum tot craſſos diceris eſſe numoſi.

RIVII CASTIGATIO.

INediæ, algoris, uigiliæ } Hic uerborum ordo eſt in manuſcriptis, & ĩpreſſis uetuſtioribus. *Satis loquentiæ, ſapientiæ parum.* } Quamuis in quibuſdam, ut in omnibus manuſcriptis, Eloquentiæ ſit, nec aut ſecus legerit interpres, aut à Priſciano (ſi quid uetuſtiſſimis exemplaribus credendum) aliter citetur, tamen uulgatam hodie lectionem ſequor: Aul. Gellius I. teſtatur, Valerium Probum (id quod ipſe ex familiari eius docto uiro compererit) ſic à Salluſtio relictum affirmaſſe, *Satis loquentiæ, ſapientiæ parum.* quòd eloquentia nouatori uerborum, Salluſtio maxime congrueret, eloquentia cum inſipientia minime conueniret, Sed & Plinius in Epiſtolis huc reſpexiſſe uideri poteſt. Itaque Iulius Candidus, inquit, non inuenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia uix uni aut alteri. imo ſi M. Antonio credimus, nemini, hæc uero quam Candidus loquentiam appellat, multis, atq; etiam impudentiſſimo cuique maxime contingit. *Ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima, facta ſit* } Tò Optima cum illa copula Et, non eſt in ullo manuſcripto, quæ quidem ipſe uiderim, nec Beroaldinum ea uolumen habet.

IN C. CRISPI SALLVSTII BELLVM Catilinarium Henrici Glareani Annotationes.

L.Catilina nobili genere natus. } Quo genere, quáue familia natus ſit L.Catilina ambigi, idq; inter doctos, admodum miror. Ex Salluſtio hercle certum deprehendi non poteſt. Florus eũ Patricium fuiſſe perhibet Idem ait Commentarius ille in Salluſtij Catilinam, qui Laurentio Vallæ à quibuſdam aſcribitur. Vbi etiam additur de gente Cornelia eum fuiſſe. Atqui ſi Catilina de gente fuit Cornelia, qui fieri potuit, ut L.Lentulus, ſine omni ambiguitate de ea gente, ſibi imperium pop. Roma. deberi dicat? Sermonem ipſius Lentuli poſtea Salluſtij refert his uerbis: At Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Cornelijs portendi, Cinnam atq; Syllam antea, ſe tertiũ eſſe, cui fatũ foret urbis potiri. Hæc ille. Certe in Ciceronis orationibus nuſquã de Cornelia (niſi memoria nos fefellerit) perhibetur. Quæ autem ipſius Catilinæ orationes feruntur, abs quopiam confictæ uidentur quarum prior etiam ſtolida, nec bene latina, egregie ſcilicet probat Catilinam de gente fuiſſe Cornelia. Itaq; ego facile adducor, quod alijs codicibus adſcriptum legimus Catilinam Sergium fuiſſe, quæ familia & ipſa antiquiſſima eſſe perhibetur, nempe à Troiano illo Sergeſto, ſi canenti Virgilio V. Aeneidos credere libet:

Sergeſtusq;, domus tenet à quo Sergia nomen.

Verum de hoc lectori liberum eſto iudicium.

Vt paulatim immutata ex pulcherrima peſſima. } Alij legũt, ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit. quæ lectio placet, ut ſit adiectiuorum collatio huic authori haud infrequens, etiamſi non perpetuo obſeruata.

VALLA. *VRbem Romam.* } Hic eorum opinionem ſequitur, qui dicunt ab Aenea conditam fuiſſe urbem Ro. Plutarchus in uita Romuli multas affert ſententias: nam dixerunt nonnulli Aeneam fuiſſe conditorem, alij Euandrum Archadẽ, alij mulierem Archadicã, quæ fuerat ſecuta Euandrum in Italiam, cui nomen erat Romin: & à nomine ſuo urbi impoſuiſſe nomen ſic, ut Roma appellaretur. Alij dicunt non Aeneam, neque Euandrum, neque mulierem arcadicam: ſed Romulũ, & Remum cõdidiſſe mœnia urbis Romæ. cuius ſententiæ T. Liuius teſtis eſt. hic uero eorum ſequitur opinionem, qui dicunt Aeneam profugum à deleta Troia, unà cum Troianis Romam condidiſſe. *Condidere.* } pro cõdiderunt, ædificauerunt. *Habuere.* } tenuere, habitauere, & ſæpe primitiuus ponitur pro deriuatiuo, & econuerſo: nam dicimus, habito hanc domum. i. habeo. *Accepi* } audiui, intellexi. *Profugi.* } procul fugati à domo ſua. *Incertis ſedibus* } q. a certa loca non habebant, in quibus ſe firmare poſſent, donec mœnia condiderũt: ſed huc atq; illuc errabant. *Aborigenes.* } ſcilicet tenuere urbem. *Cum his.* } ſcilicet Troianis Aborigenes populi dicti ſunt Latini priſci, qui Italiam ab initio tenuere. & dicti ſunt Aborigenes, quia diu aberrarunt, antequam certas ſedes haberent. *Sine legibus.* } quia ipſi licenter uiuebant nec ulla lex erat, quæ uetaret, quin pro arbitrio facerent, quæ uoluiſſent. *Sine imperio.* } & dicitur democratia, quia nemo regebat eos. *Liberum atque ſolutum.* } declarat, quod dixit. *Sine legibus, ſine imperio.* } monarchia: *Liberũ.* } quia ſine legibus. *Solutum.* } quia ſine imperio. *Hi poſtquã &c.* } Hi Troiani, & Aborigenes antiqui Italiæ populi, cum in una mœnia urbis Romæ conueniſſent, credi non poteſt quàm facile creuerint. *Diſpari genere.* } quia hi quidem Troiani, hi uero Latini. *Diſſimili.* } nã quia genus diſpar erat, lingua quoque diſſimilis fuit. Nam, ſicuti uidemus, aliud idioma habent Teucri, aliud Græci, aliud Latini, *Alio more.* } alio ritu, & humano, & diuino: nam mos utrũq; complectitur, & diuinum, & humanum. *Incredibile memoratu.* } id eſt credi non poteſt, ſi memoraretur. *Coaluerint.* } id eſt ſimul creuerint. Nam coaleſcere creſcere ſignificat. *Ciuibus.* } & quia populus ille in maximam breui

VRBEM Romam, ſicuti ego accepi, cõdidere atque habuere initio Troiani, qui Aenea duce, profugi, incertis ſedibus uagabantur. Cũq; his Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum. Hi poſtquam in una mœnia conuenere, diſpari genere, diſſimili lingua, alius alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, quàm facile coaluerint. Sed, poſtquam res eorum ciuibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatisq; pollens uidebatur, ſicuti pleraq; mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta eſt. Igitur reges, populiq; finitimi bello tentare; pauci ex amicis, auxilio eſſe. Nam cæteri metu perculſi à periculis aberant. At Romani domi militiæq; intẽti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiã ire, libertatem, patriã, parẽteisq; armis tegere. Poſt ubi pericula uirtute propulerãt, ſocijs atq; amicis auxilia portabant; magisq; dandis, quàm accipiendis beneficijs amicitias parabant. Imperium legitimum, nomen

imperij regium habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipub. conſultabant, hi uel ætate, uel curæ ſimilitudine Patres appellabantur. Poſt ubi imperium regium, quod initio conſeruandæ libertatis, atq; cauſa augendæ Reipub. fuerat, in ſuperbiam, dominationemq́; ſe conuertit, immutato more, annua imperia, binosq́; impatores ſibi fecere. Eo mō minime poſſe putabāt per licētiā īſoleſcere animū humanū. Sed ea tēpeſtate cœpere ſe qſq; magis extollere, magisq́; ingeniū ī prōptu habere. Nam regibus boni, quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq́; his aliena uirtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas (incredibile eſt memoratu) adepta libertate, quantum breui creuerit, tanta cupido gloriæ inceſſerat. Iam primū iuuentus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat, magisq́; in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis, atq; in conuiuijs libidinem habebant. Igitur talibus uiris non labor inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus. Virtus omnia domuerat, ſed gloriæ maximū certamē inter ipſos erat. Sic ſe quiſq; hoſtem ferire, murum aſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret propera bat: eas diuitias, eamq́; bonam famam, magnamq́; nobilitatem putabant. Laudis auidi, pecunię liberales erant. Gloriam ingentem, diuitias honeſtas uolebant. Memorare poſſem, quibus in locis maximas hoſtium copias populus Romanus parua manu fuderit, quas urbes natura munitas pugnando ceperit, ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea, res cūctas ex libidine magis, quàm ex uero celebrat, obſcuratq́;. Athenienſium res geſtę, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificęq́; fuere. Verum aliquanto minores, quàm fama feruntur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarū orbem Athenienſiū facta, pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere, uirtus tanta habetur, quantum uerbis ea potuere extollere p̄clara ingenia. At Po. Ro. nūq̄ ea copia fuit, qa prudētiſſimus qſq;, maxime negotioſus erat. Ingenium nemo ſine corpore exercebat, optimus qſq; facere, q̄ dicere, & ſua ab alijs benefacta laudari, quàm ipſe aliorum narare malebat. Igitur domi, militięq́; boni mores colebantur. Cōcordia maxima, minima auaritia erat. Ius bonumq́; apud eos non legibus magis, quàm natura ualebat. Iurgia, diſcordias, ſimultates cū hoſtibus exercebant: ciues cum ciuibus de uirtute certabant. In ſupplicijs deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles

peruenit multitudinem. Moribus.} & quia multitudo populi creuerat, mores etiam impoſiti ſunt ciuibus. Agris.} nam cum uiciſſent Romani populos finitimos, agrorum fines ſuorū protenderunt. Satis pollens.} ſatis potens. Pleraque mortalium habentur.} in quo maior pars humanarum rerum inuidioſe poſſidetur, & ideo, quia diuitiæ ingentes poſſidebantur à Ro. inuidia repente orta eſt contra eos. Ex opulentia.} ex diuitijs, & opibus rerum. Igitur.} quia inuidiam opulentia peperit Romanis. Tentare.} pro tentabant Romanos. Pauci ex amicis.} ut fuerunt Albani ſemper coniuncti erant Romanis. Cæteri.} Præter paucos amicos. Domi militięq́; intenti.} id eſt bello & pace diligentes. Feſtinare.} pro feſtinabant ad ea, quæ ſibi, & reip. utilia eſſent & ad omnia pro imperio augendo. Hortari.} pro hortabantur. Tegere.} .i. defendere. Armis.} armorū uirtute. Poſt ubi} pro poſtquam: una pars compoſita eſt poſtubi. Propulerant.} procul pepulerant. Virtute.} fortitudine animi & corporis.

Socijs atque amicis.} poſtea ubi ſe defenderant.} amicos atque ſocios defendebant. Parabant amicitias.} id eſt magis ſuo beneficio quàm alieno ſibi tradito amicitias parabant ſibi priſci Romani. Habebant.} Romani. Imperium regium.} dominationē, cui rex unus præerat. Legitimum imperium.} id eſt imperium ſecundum leges conſtitutum, Nam qui præerāt ſummæ rerum rex appellabatur. Delecti.} id eſt ſeniores: qui per ætatem militare non poterant. Ingenium ſapientia.} id eſt qui ingenio pollebant.

Sapientia.} ætate, & experientia rerum. Hi uel ætate. Nunc dicit, quomodo appellabātur ſenatores: & quomodo dicebantur qui conſilio præerāt, & reip. augendæ, & huiuſmodi erant, quibus corpus infirmū erat, ingenium autem ualidum.

Aetate.} quia ſenes erant quē admodum ſolent eſſe patres.

Vel ſimilitudine curæ.} quia ipſi reip. utilitatem curabant, quemadmodum patres curant utilitatem filiorum. Poſtubi.} poſtquam. Initio.} ab initio .i. à primordio urbis. Conſeruandæ libertatis cauſa.} fuerant reges, ut libertas conſeruaretur, quia pepulerant hoſtes, qui Romanis libertatem eripere uolebant, & ſuo imperio ſubigere.

Augendæ rei, quia præerat unus ſummæ rerum, qui omnia ſuo ordine regeret, & ſi quid mali commiſſum fuiſſet rex uindicaret, & hoc pacto omnes ciues unà erant concordes, quapropter reſp. Roma. uehementer augebatur. In ſuperbiā.} & dominationem, quia non ſecundum leges, & ſecundum inſtituta maiorum reges nouiſſimi Popu. Roma. tractabant, ſed pro arbitrio, & uoluntate ſua omnibus dominari: omnesq́; opprimere, ſeu recte, ſeu perperam ſtudebant. Binos imperatores.} id eſt duos conſules .i. conſulatum regium cōſtituere Romani priores. Annua imperia.} id eſt quæ tantum modo uno permanerent, nam conſules uno tantum anno permanebant in imperio. Eo modo.} ſcilicet tantummodo annua eſſe imperia. Inſoleſcere.} in ſuperbiam, & in inſolentiam poſſe recidere, eo quòd imperium breue erat. Ea tempeſtate.} eo tempore in libertatē uindicata eſt ciuitas. Quiſque.} ſcilicet quiſque pro uiribus ſuis. Extollere.} magnificare ſe. In promptu.} in parato, & manifeſto, nam non timebant, ne uirtus ſua deſpicere poſſet reges, ſicut prius, cū reges urbē habebant. Nam regibus.} ratio eſt cur quiſq; uirtutem ſuam aperire ſtudebat, quia boni magis ſunt ſuſpecti q̄ uiles & ignaui, nam regū tempore etiam ſi quis ingeniū ma-

ximum

ximū habuiſſet, oſtendere nō audebat, ne ſe ſuſpectū faceret regibus. Suſpectiores. } magis ſuſpecti. Quàm mali. } quàm uiles & ignobiles. nec dicas q̄ improbi & praui, ſed quàm uiles & ignaui, & ita boni prudētes et præclari uiri. His } ſ. regibus. Incredibile memoratu } i. credi nō pōt, ſi memoraretur. Adepta. } parata. & eſt uſus adepta ĩ paſſiua ſignatiōe.

Inceſſerat. } inuaſerat Romanos poſtquam ipſi in libertatem peruenerunt. Simulac belli patiens. } quia aſſuefacta erat bellis gerendis. Per laborem & uſum. } militiam, id eſt laborando et militando militiam gerere, & laborē pati aſſueti erāt, quia per laborem & continuū uſum fiebant belli peritiores.

Vſu. } conſuetudine. Magis in decoris armis. } ideſt magis cupiditatem ſuam ponebant in his, quæ ad rem militarē pertinent, quàm in his, quæ ad uoluptatem ſeu luxum attinere uidemus. Decoris. } ornatis, inſignibus. Militaribus. } bellatoribus, bello accōmodatis. Scortis. } meretricibus. Cōuiuiis. } ſuperfluitatibus ciborum. Igitur } Narrare cœpit Sallu. mores populi Roma. & inſtituta eius, quibus ad tantam magnitudinem imperij facile ſe prouexerat, quod etiam hic facit, igitur quia ſummo labore ſe exercuerant in bello, & ſuas omnes cupiditates poſuerant in uirtute. Talibus uiris. } qui cōtinentia & labore ſe exercuerant.

Non locus ullus aſper aut arduus. } editus, & eleuatus, q. d. quāquàm locus editus eſſet, uel munitus, tamen uirtute ſua ſuperabant. Non armatus hoſtis for. } et quia in bello diu ſe exercuerant, ideo armatos hoſtes non metuebant Romani. Omnia domuerat. } ſcilicet locos et homines uirtute ſua domuerant Romani. Certamen } contentio. Inter ipſos. } ſcilicet Romanos quiſque properabat.

Ferire. } non expectabāt alij

erant. Duabus his artibus, audacia in bello; ubi pax euenerat, æquitate, ſeq́; , remq́; publicam curabant. Quarū rerum ego maxima documenta hęc habeo: quod in bello ſępius uindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant: quiq́; tardius reuocati pręlio exceſſerant, quàm qui ſigna relinquere, aut pulſi loco cedere auſi erant. In pace uero beneficijs magis, quàm metu imperium agitabāt: et acceptā iniuriā ignoſcere, quàm perſequi malebant. Sed ubi labore atque iuſtitia Reſpub. creuit; reges magni bello domiti, nationes ferę, & populi ingentes ui ſubacti, Chartago ęmula ĩpij Roma. à ſtirpe interijt, cuncta maria terręq́; patebāt: ſęuire fortuna ac miſcere oīa cœpit. Qui labores, pericula, dubias atq; aſperas res facile tolerauerant; ijs otiū, diuitięq́; optandę; alijs, oneri miſerięq́; fuere. Igitur cupido pecunię primo, deinde imperij creuit: ea quaſi materies omnium malorum fuere. Nanque auaritia fidem probitatem, cęteraſq́; bonas arteis ſubuertit: pro his ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere edocuit. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua prō ptū hēre: amicitias, inimicitiaſq́; non ex re, ſed ex cōmodo ęſtimare, magiſq́; uultum, q̄ ingeniū bonū habere. Hęc primo paulatim creſcere, interdum uindicari. Poſt, ubi cōtagio quaſi peſtilentia inuaſit, ciuitas ē ĩmutata: imperium ex iuſtiſsimo atq; optimo crudele, intolerādumq; factum eſt. Sed primo magis ambitio, quàm auaritia aīos hominum exercebat. quod tñ uitium propius uirtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus ęque ſibi exoptant. Sed ille uera uia nititur; hic quia bonę artes deſunt, dolis atq; fallacijs cōtendit. Auaritia pecunię ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi uenenis malis imbuta corpus uirile, animumq́; effœminat. Semper infinita, inſatiabilis eſt, neque copia neq; inopia minuitur. Sed poſtquàm, L. Sylla, armis recepta Repub. bonis initijs malos euentus habuit, rapere omnes, trahere domū alius, alius agros cupere, neq; modū, neq; modeſtiā uictores habere, fœda crudeliaq́; in ciueis facinora facere. Huc accedebat quòd L. Sylla exercitum, quem ductauerat in Aſia, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorū, luxurioſe, nimiſq́; liberaliter habuerat. Loca amœna, uoluptaria facile in otio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus populi Ro. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, uaſa cęlata mirari; ea priuatim ac publice rapere, delubra ſpoliare, ſacra profanaq́; omnia polluere. Igitur hi milites, poſt-

alios, ut hoſtes inuaderent, ſed unuſquiſq; primus eſſe uolebat, ut eum laudem adipiſci poſſet.

Murum aſcendere } properabat, unuſquiſque in oppugnādis urbibus primus eſſe uolebat, q murum aſcenderet, ut muralem coronā aſſequeretur. Nam corona muralis dabatur his, qui primi murum aſcendiſſent. Tale facinus faceret. } ideſt dū primus feriret hoſtem, dum primus murū aſcenderet. Tādiu ea; } ſic uincendo hoſtes & expugnādo urbes. Diuitias bonas. } magnamq; in hoſtibus uincēdis & urbibus expugnandis, famā, nobilitatem, ſuaſq; omnes diuitias ponebant. Laudis auidi. } auari quidem erant gloriæ, pecuniæ autem munificentiſſimi.

Laudis. } quam diſcrimine uitæ gerebant. Pecuniæ liberales. } quam ſuis amicis profundere non dubitabant. Gloriam ingentem. } quantum quidem ad gloriā pertinebat, nihil immoderatum fuit, quātūq; ad diuitias moderatas gaudebāt. Ingentē. } pluſq mediocrem. Honeſtas. } mediocris. Memorare poſſē. } his d̄ cauſis hoc ſæpe cōſecuti ſunt Romani ut ipſi pauci ingentem hoſtium multitudinem fuderint atque fugauerint, ſæpe urbes inexpugnabiles tandem uicerūt. Maximas hoſtiū copias parua manu. } ut Lucullus, qui aduerſus Tigranem Armeniæ regem cētum milium exercitum duodecim milibus militum fudit atque fugauit, in quo prelio Tigronista filius ipſius Tigranis captus eſt, atque triūpho ductus. Quas urbes natura mu } ſicuti fuit Chartago noua in Hiſpania, quæ quanq̄ natura loci & à terra, et à mari munita eſſet, tamen populus Ro. uirtute ſua eam cœpit ductu et auſpicio Publij Scipionis Africani ſuperioris. Ea res. } ſcilicet prædicta in medium adducere. Ab incepto. } à propoſito, uidelicet à deſcriptione ſeditiōis Catilinæ. Sed. } fortaſſe hoc ptinet ad id, quod ſequitur,

quam uictoriã ſunt adepti, nihil reliqui uictis fecere. Quippe ſecũdæ res ſapientium animos fatigant, nedũ illi corruptis moribus uictoriæ temperarẽt. Poſtquam diuitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebantur; hebeſcere uirtus, paupertas pro probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria, atq; auaritia cũ ſuperbia inuadere, rapere, conſumere, ſua paruipendere, aliena cupere pudorem, pudicitiam, diuina atq; humana promiſcua, nil penſi, neque moderati habere.

& hoc dicit, quãq̃ Romani plura geſſerint domi atque militiæ egregia facinora quàm alius in orbe terrarum populus, tamẽ fortuna fecit, ut cæteri terrarum populi fama præſtarent. Nam quamuis multa geſſerint, non tamen fuerunt ſcriptores, qui ea memoriæ traderent. Cæteri autem quãquam non tãta fecerint, tñ quia ſcriptores ea illuſtrarũt clariores habentur fama. Sed fortuna dñatur in omni re. } id eſt res omnes humanas ſub eius imperio tenet. Ea res omnes. } id eſt fortuna res hominum pro ſuo arbitrio huc atque illuc uariat, ut ſi obſcuræ fuerint, eas clariores reddere poſſit, ſi uero præclaræ, obſcuras faciat. Celebrat. } illuſtrat. Obſcurat. } ignobiles reddit. Ex libidine. } pro ſua uoluntate & arbitrio, qui Athenienſium celebrauit. Romanorum autem obſcurauit non ueritate. Athenienſium res. } q̃ fortuna in omnibus rebus ualet, & hic probari poteſt. Feruntur, } proferuntur. id eſt extolluntur à ſcriptoribus. Ibi. } ſcilicet Athenis. Prouenere. } nati ſunt, progeniti ſunt. Per terrarum orbem. } id eſt in uniuerſo terrarum orbe illuſtrantur & clarificantur tanquam maxima fuerint. Itaq; eorum. } qui ea fecere ob hanc cauſam, tãta habetur imperatorum uirtus, quantum uirtutem eorum ſuis ſcriptis illuſtrare potuerunt ſcriptores. Tanta. } tantæ magnitudinis. Fama. } ſcilicet res geſtas Athenis. Negotioſus. } maxime ſe dederant negotijs, aut militando, aut reipublicæ conſultando. Ingenium nemo ſine corpore. } nemo ſe dederat ſtudijs literarum ſine exercitatione corporis. Malebat. } potius uolebat. Et ſua ab alijs. } uolebat de ſe alios dicere potius quàm ſe aliorum geſta narrare. Igitur. } ſuperius expoſuit Sallu. rationes cur res geſtæ Athenienſium maiores fuere fama quàm re. Sed non ita euenit Romanis: eo q̃ in urbe Romana raritas ſcriptorũ fuerat. Nã quiſque Romanus deditus erat negotijs, & ſua ab alijs potius celebrari, quàm ſe aliorum geſtas res prædicare malebat. Igitur. } quia omnes negotijs, & gerendis rebus dediti erant. Domi. } in pace. Militiæ. } in bello. Concordia maxima auaritia. } nam unum ſequitur ex reliquo, nam quia non erant auari, ideo erant cõcordes: nota ergo ex auaritia naſci diſcordiam. Ius æquumq́. } id eſt ius ex bono & æquo: nam ius ex bono & æquo conſtare dicitur quod omnibus conuenit. Non legibus magisq́. } quia ſine legibus quam ipſi naturaliter boni erant & æqui. Iurgia. } uerborum ſunt. Diſcordias. } diſſenſiones & inimicitias. Simultates. } inopias. Cum ciuibus certamen erat. } ut præſtarent uirtute alijs. Supplicijs. } Nota q̃ ſupplicium ſupplicatio dicitur eo q̃ priſcis temporibus ex damnatorum pecunijs dijs ſacrificia exhibebantur: nam quia ſoluere pecuniam ex maleficio commiſſo ſupplicium erat reo, conſuetudo inoleuit, ut ſupplicium ſupplicatio diceretur: nam apud antiquos omnis pœna pecuniaria fuit notata ſecundum delicti quantitatem. In ſupplicijs. } In ſacrificijs, non dubitabant hecatombem facere. i. ſacrificium, in quo centum boues mactabantur. Parci moderati. } nam inde fit parſimonia. His duabus arti. aud. } audacia q̃ in periculis ſe exponere non dubitabant. Vbi bello pax euenerat } .i. pacis æqualitate, ſpe. Aeqtate. } qa æquo iure oẽs uiuebant. Quarũ rerũ. } uidelicet, quia ipſi & in bello audaces & domi æqui eẽnt. Hæc documẽta exẽpla. } ſcilicet quæ ſequũtur. Vindicatũ. } ſæpe uindicta facta eſt contra eos. Contra imperium pugna. } ſicut Luc. Manlius Torquatus, qui filium ſuum, eo q̃ iniuſſu eius contra hoſtem pugnauerat, & etiam uictoriã ex hoſte reportauerat, primũ uirgis cædi, deinde ſecuri percuti iuſſit. Idem Papyrius curſor feciſſet in magiſtrum equitum, niſi populus rogaſſet, ut ſibi donaretur. Contra imperium. } contra iuſſum imperatoris. Qui ſigna reliquerant. } quia paucos admodũ huiuſmodi iuuenes. In pace. } Probauit audacia Romanos ſe, ſuãq; rempublicam in bello conſeruaſſe, nunc probat in pace iure æquitatis id fuiſſe conſecutos. Beneficijs magis quàm metu. } id eſt magis beneficio ſocijs ſuis, quàm premendo imperio ſuos ſubditos regnabant Romani. i. parebant ſubditi populo Romano magis quàm metu. Agitabant, } regebant. Ignoſcere magis quàm perſe. } ſi quis defeciſſet à populo Romano, ſimulac pœnituiſſet: ita parcebat eis populus Romanus. Vbi. } pro poſtquam. Reſpublica. } id eſt poſtquam omnia imperio ſuo ſubegit Romanus populus, nec cum aliqua gente ſibi bellum ſuperfuit, fortuna omnia miſcuit, ita ut arma in ſeipſos conuerterint. Feræ, ſæuæ. } uidelicet barbaræ, ut Scythæ, ut Thracenſes, ut Parthi. Aemula imperij Romani. } quæ ſemper eſt cauſa cum Romanis de imperio contendere. A` ſtirpe interijt. } Funditus euerſa eſt. Cũcta maria. } poſtquam quicquid mari, quicquid terra regebant populi Ro. imperio ſubiectum erat. Miſcere, } perturbare. Labores. } ſcilicet ferendo ipſam militiam. Pericula. } exponere ſe omnibus extremis. Dubias. } Incertas. Atque aſperas. } difficiles. & ſingulas res ſingulis oppoſuit: aſpera contra labores, nam quod aſperum eſt, cum labore conſequimur. Dubias. } contra pericula: Nam quicunq; res dubias agit, in maximo periculo uerſatur. Optandæ alijs. } non optandæ populo romano, ut orbi terrarum principi, ſed alijs gentibus, quæ ſeruiebant imperio ſuo: nam cum populus romanus princeps omnium eſſet, multo magis imperare debebat diuitias poſſidentibus q̃ ipſe diuitias poſſidere, uellet. Oneri miſeriæq́. } quia propter hæc in perniciem ſui imperij ſimul peruenere: eo q̃ diuitijs non recte uſi ſunt: nam qui poſſidet diuitias, poſſidetur ab his: niſi hic ipſis moderate utatur: ille ergo, qui utitur diuitijs, diues eſt: qui uero abutitur, pauper eſt. Igitur primo } . Superius oſtẽdit Salluſtius, quomodo paulatim mutati ſunt mores ciuitatis: & antea bello excitati fuerant, poſtquam omnia ſuo imperio ſubegere: diuitijs & cæteris uoluptatibus animum ſuum dederũt: quia ex republica quidam pecuniam, poſtea regnum cupere cœperunt: quamobrẽ omnes auari atq; ambitioſi redditi ſunt. Igitur. } quia diuitias ſcilicet optare cœperunt. Et cupido pecuniæ, deinde imperij. } unũ ſequitur ex altero: Nam qui magnam pecuniam poſſidet, hic ſibi immoderata imperia quærit. Ea. } uidelicet pecuniæ & imperij cupido omnium malorum. quia deinde omnium malorum origo nata eſt. Nam auaritia. } id eſt: quia ex auaritia, & imperij cupiditate mala omnia eſſent ſecuta,

quia fides.

quia fides, probitas, & ceteræ bonæ artes repente ex urbe abierunt. Auaritia } uere dicit auaritiā ſubuertiſſe has oēs uirtutes, quia auarus.i. auēs.i. deſiderans aurum, & auro deditus: quicunq; autem auaritiæ deditus fuerit, perfidus & improbus eſſe conſueuit.

Probitatem. } integritatem. Subuertit. } euertit. Edocuit. } auaritia. Superbiam. } contra fidem, quia ex ſuperbia naſcitur perfidia. Crudelitatem, quàm probitatē } nam qui probus eſt, humanus eſt: et qui improbus fuerit, crudelis efficitur. Negligere. } ut inreuerēdo, falſitate ſumpto, cauſa pecuniæ. Habere omnia uenalia. } facere omnia propter pecuniam: ille dicitur habere omnia uenalia, qui omnia pecuniarum cauſa facit. Falſos. } fallaces & mendaces. Subegit. } coegit. Aliud clauſum. } ecce quomō falſos oſtendit eſſe factos, Aliud clauſum. } id eſt odium & ſimultates. Promptum in lingua, uidelicet benignitatem, manſuetudinem, & comitatē. Exiſtimare coegit. } nō ex re: quia ſi bonus ciuis eſſet, & amari dignus: tantum ego ipſum contendam, ſi mihi nullo erit emolumento: nam uis amicitiæ ſeruatur: cum eum amamus, qui amari dignus eſt: non autem, qui nobis aliquo erit emolumēto: etiā ſi indignus erit, qui amatur. Ex re non ex natura ipſarum amicitiarum. } nam qui ſibi erant utilitati, diligebant, etiam ſi indigni eſſent amari: qui uero nulli ſibi erant commodo, odio habebant etiam ſi digni eſſent amicitijs, qui ingenio, qui natura ſimulabant ſe bonos eſſe: & naturaliter malas habebant naturas: naturaliter mali erant. Interdum uēdicari. } pro uendicabātur.i. puniebantur, quia puniebantur qui populum corrumpebant. Poſt ubi. } poſtquam. Contagio } ſcilicet huius ſimulationis. Ciuitas eſt imu. } quia puniebantur, qui populum corrupiſſent, eo q. omnes eodem crimine tenebantur, nam quod à multis peccatur multum eſt, ſed primo quidem ambitione magis tenebantur corrupti ciues quàm auaritia: eo q. honoris cupidi erant: quod tamen uitium minus erat auaritia. Quod uitiū. } ſcilicet ambitionis. Propius. } ppinquius, nanq; & q. ambitio ſit propinquior uirtuti: ex hoc probatur: q. tam boni quàm mali ſibi honores cupiunt & gloriam: auari autē nullam penitus uirtutem habere poſſunt. Sed ille uiti. } ille ſcilicet bonus. Vera uia. } ſcilicet uirtutis. Bonæ artes. } boni mores, Dolis atq; falſa. } ſimulatione & falſitate. Studium. } deſiderium & uoluptatem. Quam } ſcilicet pecuniam: Nemo ſapiens. } ſcilicet ſi omnes mortales pecuniam cupiunt, relinquitur ergo omnes ſtultos eſſe. Effœminat. } effœminatū reddit. Ea. } ſcilicet auaritia. Semper infinita } præterquàm homines facit effœminatos, etiam ſi uiles fuerint: hoc etiam accidit, q. infinita ſit inſatiabilis. Inſatiabilis. } nam quanto plures comparat diuitias auarus: tanto plures deſiderat: unde Iuue. Creſcit amor nummi quantū ipſa pecunia creſcit. Minuitur. } decreſcit. Sed poſtquam L. Sylla. } oſtendit ſuperius auaritiā deteriorē ambitione: propterea q. ambitioſi homines tam boni quàm mali inuenirentur: eo q. fermè omnes laudis & gloriæ & imperij cupidi eſſent: in hoc tamen differre uidetur: q. bonus uera uirtutis uia ad honorem accedit: malus autem dolis & fraudibus honores conſequitur: nunc autem dicit multo pernicioſiorem remp. euaſiſſe tēpore Caij Marij & L. Syllæ. Lucius Sylla. } Hic L. Sylla fuit, qui bellum ciuile contra Marium geſſit: in quo quidē bello multas clades populo ro. uterq; edidit: ſicut apud Valerium, & alibi habetur plenius. Recepta rep. } occupata repub. factione ſua. Bonis initijs primo quidem uirtutem ſuam populo Ro. } præſtitit: & reipu. multum profuit.

Malos euentus. } quia opes ſuas in reip. perniciem conuertit. Rapere. } pro rapiebāt. Omnes milites Syllani. Trahere, pro trahebant. Cupere. } pro cupiebant. Alius domum alterius } id eſt non contenti ſuis aliena petebāt. Victores. } ſcilicet milites Syllæ. Modum. } quantū ad quantitatem. Modeſtiam. } quantū ad continentiam nunquam tantas diuitias ſurripuerant: q. multo plures habere non quærerent: non moderati erant in ciues: ſed eorum bona diripiebant: & nonnunquam eos interficiebant. Fœdatur. } pia & ſordida. Huc accedebat. } propter uictoriā accedebat conſuetudo quā habuerant, tūc cum Sylla cum eis præfuerat in Aſia: ubi omnia p arbitrio ſuo fecerāt, ipſo Sylla concedente. Huc } .ſ. ad uictoriā. Accedebat. } huc addebatur ad hoc. Exercitum quē ducta. } .i. exercitū, cui ipſe præfuerat in Aſia, in Aſia ſunt omnia amœna & uoluptatis plena, tum qualitate loci, tum clementia aeris, quæ clemētia facit eam fertiliorem. & propterea etiam amœniorem. Quo. } id eſt ut. Fidum. } pro fidelem. Morem maiorum. } contra conſuetudinem & diſciplinam Romanorum militum qui ſemper continentes & parci militauerant uſque ad hoc tempus. Luxurioſe. } abundanter & ſuperflue. Liberaliter. } licenter, quia omnia quæcunque libuiſſent, committere patiebatur Sylla ſiue honeſta ſiue turpia fuiſſēt. Amœna. } delectabilia & ſine fructu. Inter amœnum & iucundum hoc intereſt: quia amœna loca ſunt ſine munere, & à munio dicta ſunt, eo quòd munere careāt: iucundum autem utilitatis rationem habet. amœna loca ſunt umbris arborum & floribus pratorum ſuauia, hæc enim græce tempe dicuntur. Volupt. } id eſt plena uoluptatis. & unum ſequitur ex altero, nam ex amœnitate ſequitur uoluptas. Molliuerant. } molliores, & effœminatiores reddiderāt. Amare. } ſcilicet mulieres. Potare. } uinum. cum antea ſemper ſobrij fuiſſent & continētes, nunc amœnis locis corrupti, & mulieres amare, & uinum ſuperfluum nimis luxurioſe ſumere cœperunt. Signa. } tabulas pictas. antea ſemper à uoluptatibus alieni fuerant, nec de gentibus uictis aliquid abſtulerant ſed tantum eorum dominos dici, & aurū poſſidentibus dominari uolebant, nunc uero ea ſibi placere cœperunt, quæ antea neglexerant. Signa } ſtatuas: nam ſignum ſtatuā dicimus. Tabulas pictas. } id eſt tabulæ, in quibus artificioſe quædam depictæ erant, quibus maiores noſtri plurimum delectabantur. Tabulas pictas. } imagines tabulis pretioſis depictas aureas, uel argēteas. Vaſa cælata } id eſt fabricata: nam cælare fabricare dicimus. Mirari. } pro mirabantur: id eſt laudabant: nam quæ miramur, ea laudamus. Rapere pro rapiebant. } non ſolum mirabantur, ſed mirata rapiebant. Delubra. } templa deorum. Polluere. } pro polluebant milites Romani. Sacra profana. } id eſt ſacra & non ſacra. Igitur hi milites. } quandoquidem tanta animi cupiditas inceſſerat, ut & priuata & publica raperent, ſacra, & non ſacra uiolarent.

Nihil reliqui fecere. } id eſt nihil reliquerūt, & eſt honeſtiſſimus dicendi modus, nihil reliqui feciſti.i. nihil mihi reliquiſti. Quippe ſecundæ res. } & probat euidenti ratione hoc ita feciſſe Romanos milites. Fatigant animos. } ſcilicet ut uix ſapientes ſe abſtinere poſſint à rebus illicitis, hoc faciunt res ſecundæ. Nedū illi } .i. nō illi obtemperarent uictoriæ.i. non uterētur uictoria, in qua omnia pro uoluntate fieri ſolent. Corruptis moribus } uitiatis moribus.

Hebeſcere uirtus. } et unū ſequitur ex altero. Nam cum diuitiæ in honore habentur, uirtus negligitur. Et eas gloria, potentia } hoc eſt poſtquam qui diuitijs abundāt, hi glorioſi atque potentes erāt.

Probro. } dedecore. Innocentia pro maleuolentia. } qui innocentes erat, hic ab omnibus odio habebatur.i. qui uero nocentes erant in maximo honore ab omnibus habebātur, qui uero innocētes fuiſſ-

ſent,hi ab omnibus odio habebantur,atque maleuolentia. Igitur ex diuitijs.} ergo,quia otio & ignauiæ ſe dedere,& diuitias poſſidere cœperunt ingentes,id effectum eſt,ut ex diuitijs poſtea luxuriosi ſequerentur ſuperbia & auaritia. Igitur luxuria,&cæ.} id eſt diuitiæ cauſa fuerant,ut iuuenes luxurioſi,auari,atque ſuperbi efficerentur. Auaritia.} nam cum bona tua profuderis explendæ cupiditatis cauſa,neceſſe eſt,ut diuitias congregare ſtudeas.et ita naſcitur auaritia. Superbia.} nam qui diuites ſunt,omnia ſibi licere arbitrantur. Rapere.} pro rapiebant. Suaq; paruipendere.} ſua paruipendebant. Declarat quod dixit paruipendere, qui conſumebant aliena. Conſumere,)pro conſumebant. Aliena cupere.} quia rapiebant. Pudorem & pudicitiam.} Inter pudorem & pudicitiam hoc intereſt,quia pudicitia eſt ipſa uirtus: pudor effectus pudicitiæ. Promiſcua, } confuſa, permiſſa. Nihil penſi.} nihil conſiderationis habebant. Quicquam modo.} nec moderationem,nec conſiderationem habebant,dummodo ſuam commoditatem perficerent. Præterea nec pudorem,nec pudicitiam,diuina magnifaciebant.

MARLIA. VRbem Ro. Vrbis Romæ nomen magnum maximeq; gloria apud omnes gentes peruagatum,à quo, & quamobrem inditũ ſit,p maxima inter ſcriptores eſt diſſenſio. Alij tradunt pelaſgos terrarum orbem lõgo errore peruagatos,plurimisq; bello domitis nationibus eam Italiæ partem tenuiſſe, & ob pugnandi robur quod Romam G.uocat,ſic urbẽ appellaſſe,hi Aborigines nonnulli appellatos fuiſſe dicunt.ut ait Diony.quãuis id non affirmat. Alij uero euerſa Troia à Græcis quoſdam profugos nactos,claſſem in Hetruriã uento delatos, in Tyberis faucibus ꝓpulſos eſſe, eorumq; mulieribus iam nauigatione fatigatis,unam earum Romam nomine,quæ nobilitate & prudentia cæteris anteire uidebatur,ſuaſiſſe claſſem incendendã eſſe, quod factum uiris mæſtitiam ab initio tulit, deinde neceſſitate coactos circa Palatium poſitis ſedibus,expertos loci fertilitatem,ſuſcipientibusq; uicinis, honoribus affecerunt Romam,Vrbem ex eius nomine (utq; eius rei author fuiſſet) nuncuparunt. Cui ſententiæ aſſentire uidetur Salluſt. cum dicat duce Aenea,nõ mortuo,ut qui aliam opinionem habent, omnino Criſpus hoc in loco Græcos imitatus,alias affert ſententias Plutar.in Romuli uita. Sed hæ ſatis ſint,quia plura interpretes. Cur dicat cum his aborigenes,quod ut ait Diony. Arcadũ genus fuit,facilis eſt ſolutio Nã quando Aeneas in Italiam uenit,Latinus Aboriginũ rex erat,deinde,qui primo partem Vmbriæ occuparunt,iuxta Apenninum Aborigines occuparunt Tripetram Inſulam Siciliæ.& in Italiam demum uenerunt, in qua poſitis ſedibus manſerunt,unde Aenea in Italiam ueniente permixti Troiani cum Aboriginibus urbem condidere, attamen,ut ait Virgi. antea palatium ab Euandro conditum fuerat, qui Arcas erat. Diſpari genere.} quod eſt mirum ex tanta hominum diuerſitate breui coaluiſſe urbem. Metu perculſi.} ſcilicet ne bellum in ſe impetum faceret,ſi Romanis ſubſidiũ attuliſſent. Perculſus,à percellor uenit & eſt in mente, Percuſſus uero à percutior. Feſtinare.} id eſt prompti erant ad urbis auxilium. Parare.ſcilicet excubias & neceſſaria ad bellum. Feſtinare.} ſcilicet contra hoſtes,quia, ut ait Sen.arcendus eſt hoſtis in cõfinibus nec recipiendus in urbẽ. Hoſtibus obu.ire.} id eſt præripiebant conſilia hoſtibus. Portabant.} id eſt ferebant. Dãdis benefi.} Ariſto.ait beatius eſt dare quàm accipere,& Sen. Beneficia qui dat deos imitatur. Delecti.} id eſt electi. Annis.} id eſt lõga ætate. Validum.} id eſt. præſtans. Patres.} Condita urbe Romulus ex optimatibus centum creauit Senatores,quorum collegium ex ætate Senatum uocauit,illi patres dicti,uel quòd ij ſolum qui patres forẽt, creari poſſent,uel à patrocinio id nomen fluxit,quòd exiſtimaretur patronũ quendam fuiſſe ex his qui Euandrum conſecuti ſunt,qui imbecillorum curam geſſiſſet eiq; præſidio fuiſſet,& ab eo huic rei appellationẽ manſiſſe, illud probabilius uidetur,ut ait Plutar. Romulum decreuiſſe primores oportere paterno,officio & indulgentia humiliorum cauſam in fidem ſuam curamq; ſuſcipere, patresq; illos honoris gratia appellaſſe. Poſterioribus autem diebus aſcriptis in eum ordinem pluribus patres conſcripti uocati ſunt,atque ij ſenatorij popularisq; ordinis differentiæ honeſtius ſibi nomen fuit. Illud autem conſtat,ſenatores quaſi ſenex nati dicti. Nam, ut ait Cicero,in Catone maiori, ſi non eſſent ſenes,ſenatus omnino non eſſet. Centum elegit uel quia plures non erant,uel quia ſatis erat ille numerus. In ſuperbiam. } quia pro libidine ſua omnia agebant. Et Dominationem,quia alijs non ſecũdum iuſtitiam ſe pro libidine ſua dominabantur. Binos impatores: expulſis Tarquinijs propter Lucretiæ illatum ſtuprum à Sexto Tarquinio,ut Liuius primo ab urbe condita, Diony.lib.quarto. Et Val. Maximus lib.ſexto, capi.1. teſtantur,creati ſunt primi conſules Iunius Brutus & Collatinus eandem poteſtatem habebant quam reges: attamen,non erat magiſtratus ille niſi annuus,ne longo honore potentes fierent & ad tyrannidem ſe conuerterent. Per licentiam.} id eſt p potentiã longi Magiſtratus. Ea tempeſtate: quia, regum nomẽ erat extinctũ.

In promptu.} ſcilicet ut cognoſceretur ab omnibus,nam aliquando ſunt ingenia iuuida ſed propter timorem principis craſſum ingenium habere oſtendunt. Virtus.} id eſt fortitudo. Inceſſerat.} ut per gloriam mori non dubitabant. Iuuentus diſcebat militiã.} Vnde Silius Italicus ait, Pubeſcit caſtris miles galeaq; teruntur, Nondum ſignatæ flauæ lanugine malæ. Et Vegetius: ex urbibus eligebantur adoleſcentes qui in caſtris pomis agreſtibus nutriebãtur. Talibus uiris.} quaſi dicat aſſuetis à pueritia tot labores tolerare. Locus aſper.} quia etiam ualidiſſimas urbes in monte ſitas expugnabant,Nam in uia uirtutis nulla eſt uia. Virtus. } id eſt fortitudo. Hoſtem ferire.} quia magna laus erat illi qui uulneraſſet hoſtem primus. ut de Atlanta legitur quæ prima aprũ percuſſit. Murũ as.} nã is murali corona donabatur ut ait Gellius, Circũſpici.} quia laus nulla ẽ niſi uideatur,unde Perſius, At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt. Ea.} ſcilicet præclara facinora, Nobilitatem: ait Sen. Omnibus eadem principia & origo,nemo altero nobilior,niſi cui rectius ingenium. & in bonis artibus altius. Honeſt.} id eſt moderatas et bonis artibus acquiſitas. Parua manu.} id eſt modico exercitu. Natura.} id eſt ſitu loci. Ea res.} id eſt memoratio. Fortuna in o.re.d.) unde ipſa fortunæ ſic ait apud Boetium,hunc continuum ludum ludimus,infima ſummis,ſumma infimis,mutare gaudeo. Cæſar in commentariis, In omnibus fortuna tum in re militari plurimum poteſt. Ad fortunam ſcribit Horatius primo lib.od 35. Sen. Fortuna fatũ deũque uoco. Obſcurat.} id eſt deprimit et ignotas facit ueluti ſepultas. Sine corp.} quia ut plurimũ armis dediti erãt. Celebrat.} Conqueritur Sall. quòd laudem meritam non habuerint Ro. ſicuti Athenienſes,hoc multis nationibus eueniſſe teſtantur annales. Idq; comprobari poteſt exẽplo Leonidæ,ut refert Gellius.lib.3.cap.7. Colebantur.} id eſt ſeruabantur, ut Valerij exemplis comprobari poteſt,æquitates domi militiæq; obſeruabatur ro. Auaritia.} Gell.lib.10.ca.2. Ius bonum.} id eſt de bono & æquo,ut dicitur,agebatur. Legibus.}. id eſt non propter timorem legum

erant

erant boni,Sed à natura. Iurgia. }*id eſt contentia.* Audacia. } *id eſt animoſitate.* Contra imperiũ } *id eſt iniuſſu imperatoris: multi pœnas dedere qui iniuſſu dictatoris auſi fuerant certare.* Inter quos fuit filius Torquati,de quo ſic Val.Cap. de diſciplina militari,Tu item Manli Torquate Latino bello conſul filium, q̃ prouocatus à Geminio Mœcio duce Tuſculanorum ad dimicandũ te ignaro deſcenderat:glorioſam uictoriam & ſpecioſa ſpolia referentem abripi à littore,& in modum hoſtiæ mactari iuſſiſti, ut ait Liuius,id fuit Volſcorũ equorũq; bello,ut Gellius refert Fidenatium,Sallu.in Catili.ait.Fuiſſe in bello gallico.Similiter Diony. lib.9. Quàm. }*ſcilicet eſt uindicatum in eos qui reliquerãt.* Signa. }*id eſt ordines ſuos.* Agitabant. }*id eſt gubernabant.* Beneficijs. } *ſcilicet dandis.* Perſequi. }*id eſt uendicare, & recte.nã recipiendi ſunt hoſtes in fide licet aries eorum muros percuſſerit.* Nationes feræ }.i. *barbaræ.* Vi }*id eſt armis.* Carth. æmula. }*nã cum Romanis ſemper de pari certant.Quare ex duobus conſulibus,uolebat ut alter eſſet Carthaginenſis,demum ſi ſuadẽte Catone,ut ait Cicero in Senectutis libro, funditus euerſa fuit.idq; affirmat Appianus in libro Libyco.* Patebant.)*ſcilicet imperio Romæ.* Qui.)*ſcilicet Romani.* Facile.)*id eſt longo uſu laborum.* Imperij.)*nã facti ſunt ambitioſi.* Ea.) *ſcilicet cupiditas.* Subuertit ſi.)*unde. Auro pulſa fides auro uenalia iura. Et Iuuenalis Saty. iij.Omnia Romæ,cum pretio.* Crudelitatem.) *Sen. quicunque auarus,crudelis eſt.* Deos neg.)*Sen. Vis deos propitiari,bonus eſto : ſatis deos colit qui illos imitatur.* Ex re.)*id eſt ex merito.* Ingenium.)*id eſt naturam.* Hæc.) *ſcilicet ſuperiora.* Poſt ubi.)*id eſt poſtquam.* Contagio.) *Morbus qui tactu ſinitur.Iuuenalis Saty.ij. Dedit hanc cõtagio labem. Et dabit in plures,ſicut grex totus in agris. Vnius ſcabie cadit,et porrigine porci. Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab una.* Sen. *ait Trahuntur à cõuerſantibus mores.* Ciuitas.)*id eſt ipſi ciues.* Intolerandum.) *id eſt minus ferendum à populo.* Exercebat.) *id eſt defatigabat,Virg.& longis exercita fatis.* Propius.)*id eſt uicinius:nam præmium uirtutis eſt honos.* Honorem.) *reuerentiam.* Nititur.)*id eſt inſiſtit ad honorem.* Contendit.) *id eſt laborat.* Imbuta.)*plena.* Studium.)*Affectionẽ.* Effœminat.) *emollit.Quòd autem pecunia effœminat animum,non mirum; ſed quo modo corpus, perdifficile eſt id ſcire.Sed hoc à Gellio, lib.iij. cap.1.declaratur.* Inſatiabilis.*ait Ariſto. deſiderium diuitiarum tendit ĩ infinitum.Horatius, auaritiã uituperat lib.ij.Od.ij.ſcribẽs ad Salluſtium,illam hidropico comparat : Iuuenalis,Creſcit amor nummi,quantum ipſa pecunia creſcit.* Copia.) *Sen.inopiæ multa deſunt,auaritiæ omnia. Idem.auaro ea quæ ſunt quàm quæ nõ ſunt deſunt:quia frui diuitijs non audet.* Recepta.)*id eſt liberata,Virgi.Frugesq; receptas.* Malos euentus.) *quia Syllani poſtquàm uictores fuere,omnia pro libidine agebant.* Rapere.)*ſcilicet uirgines.* Trahere.)*ſcilicet inuitas.* Modum.) *id eſt moderationem & finem.* Fœda.)*id eſt deteſtabilia.* Huc.) *id eſt ad hãc rem.* Contra morem maiorum.) *Contra militarem diſciplinam. Quod non fecit Africanus inferior. qui authore Valerio capite de diſciplina militari, cũ Carthaginem euertiſſet , conſul factus in Hiſpaniam contra Numãtinos miſſus fuit.Eodemq; temporis momento quo in caſtra intrauit edixit,ut omnia ex his quæ uoluptatis cauſa comparata erant auferrentur. Nam conſtat tum maximum inde inſtitorum numerum & lixarum cum duobus milibus ſcortis abiiſſe.* Molliuerant.)*Lucanus emollit animos clementia cœli.Sic Plutar.in uita Annibalis.Cum apud Cãnas Romanis magnam intuliſſet ſtragem Annibal,multas ſubegit ciuitates:ſed cũ Nolam obſidere haud facile poſſet,Marcello uiro inſigni armis illi obuiante in aliud tempus rem differendam ratus Acerras petit: urbem caput diripuitq;. Maiore deinde conatu Caſilinũ aggreſſus, cum oppidanos pollicitationibus minisq; promouere poſſet relicta parte copiarum exigua reliquum exercitum in hyberna deducit:Capuam autem locum ſtatiuis delegit urbem amœnam & oĩ deliciarum genere abundantem.Ibi miles aſſuetus ſub dio uitã agere frigus,famem,ſitimq; patienti animo tolerare cum uariæ ſpecies ſibi quotidie offerrentur uoluptatum, breui ex ſtrenuo ignauus,ex forti timidus,ex ſolerti iners mollisq; euaſit. Corrumpunt enim blande uoluptates omne robur animi,indolẽq; uirtutis, ingenium labefactant,conſilium eripiunt,quo quid perniciosius humano generi afferri poteſt! Merito igitur plato eſcam malorum appellat uoluptatem.* Luxurioſe.) *quantum ad affluentiam ciborum.* Amœna.)*id eſt Aſiatica.* In otio.) *Quia erant ſine bello.* Amare.)*id eſt libidinem ſequi.* Potare.) *id eſt conuiuium inire.* Priuatim.)*id eſt priuatis hominibus.* Delubra.) *Templũ quod aliorum ſanctorum ſacellum habet delubrum dicitur.* Profana.)*id eſt omnia priuatorum hominum.* Nihil reliqui.)*Nihil habet uim ſubſtantiæ.* Temperarent .) *nam uictoria ſe temperare non ualet. Vnde Sen.de clementia: Facit enim auidos nimia felicitas,Gradus à magnis ad maiora fit,& homines ſpes improbiſſimas complectuntur inſperata aſſecuti.* Honori.)*ait Ariſt.ubi honoratæ ſunt diuitiæ,nullus locus eſt uirtutis.* Hebeſcere.) *id eſt diminuebatur.*

Q Vi Aenea duce profugi,incertis ſedibus uagabantur. } *Manuſcripta,ſedibus incertis.ut adiectiuum ſequatur. quomodo & Rodolphus Agric.citat.* Poſt. Delecti quibus corpus annis infirmum,ingenium ſapientia ualidũ erat,reipublicæ conſultabãt. } *Sic & in omnibus manuſcriptis. At ſunt qui legant,reip.conſulebãt quomodo Rodolphus idem citat,memoriáne Lipſus,an quòd ſic legendum iudicaret. Senſus autem eſt conſilium reip.penes ſenes fuiſſe,qui ex authoritate patres, ob ætatem Senatus uocarẽtur.ut inquit Florus.* Alij alio more uiuentes , incredibile eſt memoratu, quàm facile coaluerint. } *Manuſcripti codices habent , alius alio more uiuentes.quemadmodum poſtea,alius alij tanti facinoris conſcij. Et in Oratione Catonis,alius alium expectantes cunctamini. Nec ſecus in Oratione Lepidi.Ne alius alium principem expectãtes ante capiamini.Et ad Cæſarem de rep.ordinanda, Alius alium quaſi prudentiorem ſecuti.Sic & Curtius V. Alius alium leuantes conabantur aſcendere.Idem,Niſi mutuo eſſemus miſeri,olim alius alij potuiſſemus eſſe faſtidio.& V I I. Aliusq; alium adhortati in hoſtem ſalutis immemores ruere cœperunt.Sed & I X. Alius alij occurſantes inuicẽ ſuſpecti et ſolicitì ferebãtur.* Ita breui multitudo diuerſa ac uaga,concordia ciuitas facta eſt. } *Hæc non ſunt in manuſcriptis, nec ĩpreſſis uetuſtioribus,nec in illo deniq; Pariſiẽſi quod excudit Badius,caſtigauit Aleander.* Poſt ubi regium imperium(quod initio conſeruandæ libertatis,atque augendæ reip.cauſa fuerat)in ſuperbiam dominationémque ſe conuertit. } *Hic coniecturam meam ſubijciam,nullius authoritate fidéue exemplaris fretus. Quid enim,ſi legas,in ſuperbiam dominationemq; uertit?quomodo & alias uerbo hoc Salluſtius uti ſolet.Eſt autem & alijs in locis uertit in conuertit aut conuertitur mutatum,Nam illud Se,codex Merſeburgenſis non habet.Sed & Conuertit,interdum abſolute ponitur apud hunc authorẽ.id quod ſuo loco oſtendemus.Adhæc* RIVIVS.

TO Cauſa,non habent manuſcripta quædam in contextu,ſed in ſpa

tio tantum quod uerſus dirimit. Vt tale omnino ſit, quale apud Terent. in Adelphis, Ne id aſſentandi magis, quàm quod gratum habeam, facere exiſtumes. Deeſt enim, Cauſa. Sic autem Romanos loqui interdum conſueuiſſe, teſtatur 18. Priſcianus: Sanè Cor. Tacitus identidem hac eclipſi utitur, omiſſo ſubſtantiuo cauſa uel gratia, id quod in Terent. diligenter annotauimus. Sed & alias Salluſt. ipſe hoc modo loqui conſueuit. ut ſuis locis indicabitur. Quod initio conſeruandæ libertatis fuerat. pro, quod ad libertatem conſeruandam faciebat. Sed poſtquam res eorum ciuibus, moribus, agris, aucta. } Hæc lectio in omnibus codicibus, quotquot ipſe uiderim, reperitur. Verum Aurel. Auguſtinus in 3. de Ciuitate Dei ſic citat, poſtquã res eorum legibus. ubi hodie ciuibus, nec male ut opinor. In Auguſtino librarij mendum eſſe ſuſpicor. Poſt, Nam cæteri metu perculſi à periculis aberant. } Auguſtinus quo dixi loco, habet, longe à periculis aberant. uerum diſſentientibus cunctis ferè exemplaribus, in quæ ipſe inciderim. Quam in ſcortis atque in conuiuijs libidinem habebant. } Manuſcripta cuncta, atq; conuiuijs, omiſſa iteratione præpoſitiõis In. Atque hoc Salluſtianum magis. Porro libidinem habere, hic eſt delectari aliqua re, ſeu delectationem habere, ut Cicero interdum loquitur. Vides autem libidinem anceps eſſe uocabulum καὶ τῶν μέσων. ut quo & bonam & malam in partem uti liceat. Sic ſe quisq; hoſtem ferire, murũ aſcendere. } Particula Sic, nõ eſt in uolumine Fabriciano. In cæteris tamen eſt, ut & Merſeburgenſi. Quid ſi legas, Seſe quiſque. Id è manuſcripto quodam ſuſpicor. licet priorem lectionẽ non reijciam. Mox, Eã diuitias, eamq; bonam famam } In manuſcriptis reperi, Eas diuitias, eam bonam famam. Neque ſecus in impresſis emendatioribus, omiſſa uidelicet illa coniunctione Que. Athenienſium res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæq; fuere: Verum aliquanto minores tamen quàm fama feruntur. } Sic in uetuſtis. Nam perperam eſt in recentioribus omiſſum Tamen. quod ſi non ſenſus ipſe neceſſario, numerus quidem certe expoſcat. Conſule aures, & mecum facies. Anſam errori præbuit illa diuiſio coniunctionis ueruntamen, alijs interpoſitis uerbis, id quod & Cicero facere amat. Merſeburgenſe habet, ueruntamẽ aliquanto minores. Verum cætera rectius. Optimus quiſque facere quàm dicere, & ſua ab alijs bñfacta laudari, q̃ ipſe aliorũ narrare malebat. } Illa & copula, nõ ẽ in manuſcriptis codi. ac maiore cũ gratia hic abeſſe poterat. In pace uero beneficijs magis q̃ metu.) Manuſcripta, qđ bñficijs magis. rectène an ſecus, aborũ eſto iudiciũ. Opponit aũt iter ſe, In bello, et ĩ pace. ut nõ incõmode utrobiq; addi uideatur, Quod. Sed & Aldinus co. illud hẽt: Chartago æmula impij Ro. à ſtirpe interijt } In manuſcriptis ẽ, ab ſtirpe, idq; rectius ut opinor. Nãq; auaritia fidẽ, pbitatem, cæteraſq; bonas arteis ſubuertit. } Legẽdũ, cæteraſq; arteis bonas. ut ſequatur ad iectiuũ. atq; ita ferè codices hñt in mẽbrana deſcripti, necnon uetuſtisſimus quiſq; ex ĩpresſis. Deos negligere. } Manuſcriptũ, neglegere, ueteri more. Mox, Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. } Legendũ, multos mortaleis. Subegit aũt, pro coegit poſitum eſt. Sic Tacitus ſæpe, ui amoris ſubactus. Et, operas arenæ p mittere ſubegit. Sed & Liuius. Qua ſubactus iniuria, inquit, contra P. R. bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet. Virg. 6.

Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri.

Ciuitas eſt immutata. } τὸ Eſt, non habet exemplar Fabricianũ, & elegantius abeſt. præſertim cum paulo poſt ſequatur, atq; huc idem referri poſſit. Tametſi in manuſcripto quodam neutrobi ponitur eſt. Sed primo magis ambitio, quàm auaritia animos hominum exercebat, quod tamẽ uitium propius uirtuti erat. } In manuſcriptis duobus eſt propius uirtutem erat. Sic Liuius 4. ab V. C. Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatiũ populũ conſcientia tãti ſceleris uoluiſſe. pro, ueriſimilius eſt. Sẽſus aũt hic ẽ ambitionẽ minus eẽ à uirtute remotam (nam eſt in bonis & ſtudium & cupiditas honorum) quam auaritiam. Sed & prior lectio bene ſanè habet. propius uirtuti. pro, cum uirtute iunctius, uel affine uirtuti. Nam ſic in Officijs Cicero, Quæ uirtuti propiores ſunt, inquit. Verum Priſcianus libro 18. propius uirtutem legit. & ſubdit ibidem hoc ex Iugurtha exemplũ. propius mare Africum agitabant. Aur. Auguſtinus in 5. de Ciuitate Dei, propius uirtuti legit, nec id eſſe librarij uitium, ex inſequentibus ibidem intelligi poteſt. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æque ſibi exoptant. } Quanto melius in uetuſtis quibuſdam, bonus, ignauus, omiſſa copula. Id quod breuiloquentiæ Salluſtianæ magis hic conuenit. Leue hoc, ſed non ideo prætereundum. Sed ille uera uia nititur. } In quibuſdam, uera nititur uia. Id mihi rectius eſſe uidetur. Huic quia bonæ artes deſunt, dolis atq; fallacijs contendit. } In manuſcripto quodã, ex bibliotheca Merſeburgẽſi, legitur, Hic q̃a &c. ut ad uerbũ cõtẽdit referatur. Sed prior lectio melior. Corpus uirile animũq; effœminat. } In uetuſtis, corpus aĩumq; uirilẽ, q̃uo et Gellius citat. nec ſecus manuſcripta. eſtq; hæc collocatio uerborũ melior. Quo ſibi fidũ acceptũq; faceret. } τὸ acceptũ, nõ ẽ ĩ manuſcriptis, neq; ĩpreſſis paulo uetuſtioribus. Sed nec ſenſus ipſe poſtulat, atq; adeo potius ſi quid ẽ in me iudicij, prorſus reſpuit ac repudiat. Nã exercitum Sylla, quod luxurioſe nimisq; liberaliter haberet, fidum ſibi fecit, ſicq; ipſe militum animis charum acceptumq;. non, exercitum ſibi redditum. Quis enim eſt ita unquam locutus? niſi abuſum hac uoce Salluſtium dicere auſis. pro eo quod eſt, obnoxium. Quippe ſecundæ rẽs ſapientum animos fatigant. nedum illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. } In manuſcriptis atque alijs rectius, ne illi corruptis moribus. pro, tantum abeſt. ut illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. hoc eſt, uictoriæ moderarentur, neq; nimis eam crudeliter exercerent. Eodem modo & illi ueteres citant, uelut Priſcianus 16. de cõiunctione agens. licet is non huiuſce particulæ Ne, parum intellexerit. qua Salluſtius eſt pereleganter uſus, quomodo & Plautus, Vix incedo inanis, ne ire poſſe cũ onere exiſtumes. Liuius 3. ab V. C. Nouam inexpertamq; eam poteſtatem eripuere patribus noſtris. ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium. pro, tantum abeſt ut nunc deſiderium ferant. Idem tamen Priſcianus, uelut oblitus eorum quæ ſemel dixerat, ſuper 12. uerſus Aen. Nedum hic legit. quo loco docet Dum pro cõiunctione repletiua accipi, ſubijciens hoc exemplum Terẽtian. Soſia adesdum. & mox Salluſtij, Nedum illi corruptis moribus, & quæ ſequuntur. Didymum, quem quatuor millia librorum ſcripſiſſe ferunt, ut alicubi teſtatur Seneca, certe quo nemo plura ſcripſit, ſi quid Fabio credimus, hunc memoria lapſum alicubi eſſe, & hiſtoriæ cuidam quam ſuis ipſe libris inſeruiſſet, tanquam uanæ repugnaſſe. quid iam mirum? cum Priſcianus paucis in libris, quid antedixerit, non commeminerit ſatis. Iam quãuis quibuſdam in exemplaribus. ut & Merſeburgenſi, Sapientũ legatur, ſublata per Syncopam è medio litera, tamen Auguſtinus Sapientum legiſſe uidetur, ni ſint mendoſi codices. Nam libro 16. de Ciuitate Dei, de Salomone loquens, & hunc Salluſtij locum imitans, Hic, inquit, bonis initijs, malos exitus habuit. Quippe ſecundæ res, quæ ſapientum animos fatigant, magis huic obfuerunt, quàm profuit ipſa ſapientia. Nec aliter à ueteribus citatur. & in tribus manuſcriptis

eodem

eodem modo reperi. Quinetiam in uita Claudij Trebellius Pollio, eodem modo repetit. Plerique, inquit, milites Claudij ſecundis rebus elati, quæ ſapientum quoque animos fatigant, ita in predam uerſi ſunt &c. Sed & perperam quidam, Obtemperarent hic legunt, cõtra & exemplarium fidem, & ſenſum. Tametſi eodem modo Merſeburgenſe, & Florentinum quoddam. Corn. Tacitus 19. Qui nuper Bebriaci uictoriæ temperaſſent, inquit. Nihil penſi neque moderati habere. } In manuſcriptis duobus, atque moderati. Sed eodem omnino ſenſu. Eſt in Argentoratenſi, Nihil penſi, nihil moderati habere, quæ & ipſa mihi lectio probatur, non mehercule minus, ac utrauis ſuperiorum. In Veneto legitur, nihilque moderati. quomodo in alijs quoque nonnullis. Quid multis? Vt codicum fidem in pergamenis deſcriptorum libẽter ſequor, ita lectionem etiam comprobo peruulgatam, quam & Badianum & Gymnici exemplar habet. ubi illud obſeruandum tamen, negationem plane ſupereſſe, eáque detracta eundem manere ſenſum, ita ut & alias ſæpe. Salluſtius in Iugurthino, Nihil penſi, inquit, neque ſancti habere. Hic ut nulla ſit in poſteriore loco negatio, tamen ſenſus integer erit. Idem eodem in libro, Nam dolus Numidarũ nihil languidi, neque remiſſi patiebatur.

GLAREA. ATq; augendæ reipub. fuerat. } Legendum: Atq; augendæ reipub. cauſa fuerat: atq; ita habet uetuſtum exemplar Ghoti. Nec uerbũ Cauſa, ommitti debet, ut in Aldino codice omiſſum uidemus, male, meo quidem iudicatu. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo. } Conſiderandum etiam atq; etiam lectori eſt quàm hæc precedentibus uerbis congruant exempla. Duabus his artibus, inquit audacia in bello: ubi pax euenerat, æquitate ſeq; remque pub. curabant. Quomodo audacia ſe curabant, ſi, qui aut contra imperium in hoſtem pugnaſſet, aut non in tempore ſe recepiſſet, occidebatur: ut de T. Manlij filio notum eſt. Ego ſanè hic me nõ explico. Mirũ uero Gellianum illum Phauorinum, aut Phauorienſem Gellium potius, hæc quoque non in dubium uocaſſe, qui locum paulo poſt de auaritiæ initio libri tertij Noctium tam anxie, ne dicam frigide, tractat. Sed illi e uera uia nititur, huic quia bonæ artes. } Pro, Huic quia, alij legunt, Hic quod, maxime cum præceſſerit ille, & ſequatur uerbum Contendit, quod utique nominandi caſum requirit: quanquam utrum legeris, in altero nominatiuum intelligas oportet, in altero datiuum.

VALLA. OPeræpretium. } id eſt utile: nam pretium laboris eſt utilitas, utile erit inquit, quia cognoſci poterit, quanta differentia eſſet inter maiores noſtros, qui hanc remp nobis ceperunt, & homines noſtræ ætatis ignauiſſimos. Domos. } in urbe, & uillas, in agris. Inter uillam & domum, hoc intereſt, quia domus in urbe dicitur, uilla autem in agris appellatur. Viſere templa deorum. } templa deorum ſolent ſumptuoſioribus ædificijs conſtitui, q̃ domus priuatorum, & tamẽ ad eam libidinem peruenerũt homines ætatis noſtræ, ut nunc ſibi ædes ædificent, quæ ſunt multo ſumptuoſiores, quàm deorum tẽpla. Pietate. } quæ dijs immortalibus habetur, quã omnis homo pietatẽ debet deo ĩmortali. i. corde, & fide deorũ tẽpla honeſtabant. Domos ſuas gloria. } domos non magnificabant ædificijs, ſed uirtute: res enim magnas domi militiæq; gerebant, quibus domos, & familias ſuas decorabant. Decorabant. } honeſtabant. Neq; uictis quicq̃. } cum nationes & populos ſubegiſſent, nihil eis faciebant, niſi quòd poſtea iniurias facere non poſſent. Præter iniuriæ licentiam. } ne iniuriã facere poſſent: auferebant enim arma, equos, naues &c. quæ libertati faciunt iniuriam. Contra. } contrario. Ignauiſſimi. } uiliſſimi homines, ſcilicet milites Syllani. Adimere. } pro adimebant. Fortiſſimi uiri. } id eſt maiores noſtri. Perinde quaſi. } i. tanquam. Demum. } deniq; hoc eſt tanquam illi faciendo iniuriam uiderentur eſſe imperatores, alter priuati homines. Nam quid ea memorem. } uere inquam noſtræ ætatis homines domos ſuas ſumptuoſiores habuiſſe, q̃ maiores noſtri templa deorum, quia montes euertere, & maria proſternere non dubitarunt, q̃ qui priuati eſſent, & non reges. A priuatis compluribus. } ſcilicet hominibus ſubuerſos. Maria conſtrata ſicut etiã Lucul. dicitur feciſſe Neapoli, ubi predia ſua habebat, dicitur enim feciſſe ædificia, ingentia, & amoenitate omnibus præſtantia, quæ uſque in medium mare porrigebantur, ita, ut ubi maria fuerãt, ibi ſtratum erat ſolum, uelati ſi in terra continenti fabricaſſet. Quibus diuitiæ &c. }. i. qui homines uidentur illuſiſſe diuitias, ille deridet diuitias, qui profundit eas in rebus minime neceſſarijs, ut hi qui montes ſubuertebant, & maria ſternebant, feciſſe uidẽtur. Quibus mihi, } qui homines uidentur mihi illuſiſſe diuitias. Habere, } poſsidere. Honeſte, } modeſte. Abuti, } uitioſe uti, uidelicet ĩ rebus ſuperfluis, & minime neceſſarijs. Per turpitudinem, quia turpe erat eis, ut uitium nõ per unum, ita diuitijs, quas honeſte habere poterant, abuti. Sed libido &c. } Superius dixit, quomodo Romani ciues corrupti dediti erant magnificentiæ ædificiorum. & diuitias quaſi ludibrio habebant, cum eis in rebus

OPERÆPRETIVM eſt, cum domos atq; uillas cognoueris, in urbium modũ ædificatas, uiſere templa deorum, quæ noſtri maiores religioſiſſimi mortales fecere. Verum illi delubra, deorum pietate, domos ſuas gloria decorabant; neque uictis quicquam, præter iniuriæ licentiam eripiebant. At hi contra ignauiſſimi homines, per ſummum ſcelus omnia ea ſocijs adimere, quę fortiſſimi uiri uictores reliquerant; perinde quaſi iniuriam facere, id demum eſſet imperio uti. Nam, quid ea memorẽ, quę niſi ijs, qui uidere, nemini credibilia ſunt? à priuatis cõpluribus ſubuerſos mõteis, maria cõſtrata eſſe: quibus mihi uidẽtur ludibrio fuiſſe diuitię: quippe quas honeſte licebat habere, abuti ꝑ turpitudinẽ ꝓperabãt. Sed libido ſtupri, ganeę, cęteriq; cultus nõ minor inceſſerat: uiros pati muliebria, mulieres pudicitiã in propatulo habere; ueſcendi cauſa terra mariq; omnia exquirere; dormire prius, quàm ſomni cupido eſſet: nõ famem, aut laſſitudinem, ni ſitim, neq; frigus operirj; ſed ea omnia luxu antecapere. Hæc iuuentutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat; eo ꝓfuſius omnibus modis quęſtui, atq; ſumptui deditus erat. In tãta itaq;, tamq; corrupta ciuitate, Ca-

tilina, id quod factu facilimum erat, omnium flagitioſorum; atque facinorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene, bona patria diſſipauerat, quique alienum ęs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret: prætereà omnes undique paricidę, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc quos manus atque lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat: poſtremo omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinę proximi, familiaresq; erant. Quòd ſi quis etiam uacuus à culpa in amicitiam eius inciderat, quotidiano uſu atque illecebris, facile par, ſimilisq; cęteris efficiebatur. Sed maxime iuuenum uel adoleſcentium familiaritates appetebat: eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſq; ſtudium ex ętate flagrabat, alijs ſcorta prębere, alijs canes, atque equos mercari: poſtremo neque ſumptui, neque modeſtię ſuę parcere, dum illos obnoxios fidósque ſibi faceret. Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtimarent iuuentutem, quæ domum Catilinę frequentabat, parũ honeſte pudicitiam habuiſſe, ſed ex alijs rebus magis, quàm quod cuiquam id compertum foret, hæc fama ualebat. Iam primum adoleſcens Catilina, multa nefanda ſtupra fecerat cum uirgine nobili, cũ ſacerdote Veſtæ, & alia huiuſcemodi contra ius, faſq;. Poſtremo captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens priuignũ adultũ ætate, ꝓ certo creditᷣ necato filio, uacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. Quæ quidem res, mihi in primis uidetur cauſa fuiſſe facinoris maturandi. Nanque animus impurus, dijs hominibusq; infeſtus, neque uigilijs, neque quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem exagitatam uaſtabat. Igitur color eius exanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus, prorſus in facie, uultuq; uecordia inerat. Sed et iuuentutem, quam, ut ſupra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis teſtes, ſignatoresq; falſos commodare, fidem, fortunas, pericula uilia habere. Poſt ubi eorum famam atq; pudorem attriuerat, maiora alia imperabat. Si cauſa peccandi in pręſens minus ſuppetebat, nihilominus inſontes, ſicuti ſontes circumuenire, iugulare, ſcilicet ne per otium torpeſcerent manus aut animus, gratuito potius malus, atque crudelis erat.

minime neceſſarijs abuterentur, nunc dicit non ſolum hac ſuperfluitate ędificiorum Romanos eſſe captos, uerum etiam, quod deterius erat, luxuriam eos inuaſiſſe, cum nec uiri muliebria pati dubitarent, & mulieres pudicitiam in aperto haberent.

Stupri,} adulterij. Libido ganeæ.} id eſt meretricis. ganeum ueteres dicebãt locum abditum, & quaſi ſub terra defoſſum i. lupanar. inde ganeæ mulieres, quæ ibi habitant. Cæteri cultus,} nõ ſolũ libido ędificiorum, ſed etiam ueſtium. Inceſſerat,} inuaſerat Romanos, & libido superinceſſerat. Viros,} pati muliebria. Tangit rem obſcœnam &cæ. Mulieres habere pudicitiam &c.} id eſt paruifaciebant pudicitiam, hoc eſt meretrices fiebant. } In propatulo,} in aperto. Exquirere.} ꝓ exquirebant, uel libido inceſſerat &cæ. dicito etiam in cæteris infinitis ut uolueris. Cauſaueſcẽ.} id eſt comedendi, unum ſequitur ex reliquo, quia luxuria ſemper cibos lautos habere cupit, ut ſe diu ſuſtentare poſſit: & cum homines luxuriæ dediti fuerint, etiam uitio gulæ laborãt. Terra,} ut ſunt aues, ſylueſtres feræ, quibus ſolẽt ueſci luxurioſi homines. Mari,} ut diuerſi generis piſces exquirerent, quibus ingluuiem uẽtris ſatiarent. Dormire.} pro dormiebãt. Nec operiri pro operiebãtur,} id eſt nõ expectabãt, & ſic de cæteris. Laſſitudinẽ.} qui non laborabant tãtum ut laſſarentur, ſed opus intermittebant antequam laſſitudo eos inuaſiſſet. Antecape.} pro antecapiebant, id eſt occupabãt, anticipabant. Luxu} id eſt luxuria, & ſuperfluitate rerum.

Hæc.} uitia ſupra memorata. Incẽdebant,} incitabãt ad facinora facienda. Opes ſu.} i. opes ſuæ, & propriæ. Malis ar.} malis moribus. Eo.} ideo. Profuſius,} immodeſtius, intemperantius. Deditus,} animus

iniuſte contra fas & nefas, id quod erat facilimũ, ſcilicet poſſe uſurpare remp. Tanta,} tante magnitudinis. Flagitioſorũ} id eſt omnium uitiorum reprehenſione dignorum. Facinoroſorum,} qui facinora cõmiſerant. Stipatorũ,} ſatellitum. Satellites dicunt ſtipati, eo q; latera principũ ſtipare, id eſt compenſare ſolent. Adulter,} qui alienas uxores uitiauerat.

Ganeo.} id eſt lupanar: nam, ut paulo ante diximus, ganeum dixerunt locum abditum &cæ.

Alea,} ludo, alea & taxillis.

Manu.} prodigaliter profundendo uel interfecerat aliquem, propter quod condemnatus fuiſſet. Ventre,} gula. id eſt implendo uentrem ſuum pro libidine, & uoluptate. Pene} membro uirili. & notat obſcœnam uoluptatem: penis enim eſt mẽbrum uirile. Alienum æs, grande conflauerat.} pecuniam mutuo acceperat, et eſt pulchra & honeſta locutio, grande æs alienũ conflaui, ſignificat pecunias mutuo accepi, ualde ſum obligatus, id eſt debitus. et eſt naturalis locutio, quemadmodum honeſta: nam qui æs alienum habet, multam pecuniam debet, ergo qui multam pecuniam habebat, mutuo grande æs conflauerat.

Quo.} id eſt ut redimeret, aut fa.udgo à pagar la condamaſon del ſo mal fare. Differentia eſt inter flagitiũ & facinus, quia flagitium in dictis, facinus magis in factis conſideratur: nam periurium facere, eſt flagitium, non autem facinus: facinus ille cõmitteret, qui hominem pulſaret aut etiam interficeret. Parricidæ.} quaſi parentes interfecerunt: Sacrilegi qui templa diripuerant. Conuicti iudicijs.} qui condemnati fuerant. Timentes iu.} qui facinus aliquod commiſerant, propter quod timebant condemnari. Quos manus.} interficiẽdo homines, fures intelligit interfectores. Lingua periuria faciendo. Periurio.} referas ad linguam. Sanguine.} referas ad manum. Flagitium.}

torum. Omnibus modis.} quacunq; ratione, iuſte ſcilicet &

ſi non

ſi nõ facinus commiſerat. Flagitium}.i.rem aliquam reprehenſione dignam perpetrauerat. Egeſtas. } quia res familiares ſibi defecerant,uel nunquam etiam poſſederant. Itaque in tan. } ad propoſitum ſuum redit Sallu. Animus conſcius . } ſcilicet alicuius ſceleris : nam qui ſibi ingentis facinoris conſcius eſt, nunquam requieſcit , donec ſcelus ſceleri addiderit. Proxim. } propinqui. Vacuus culpæ. } id eſt innocens. Inciderat. } caſu aliquo in amicitiam eius uenerat. Quotidiano uſu . } quotidiana conſuetudine. Cateruas. }comitiuas. Stipatorum }ſeruorum. Illecebris. }uoluptatibus,quas caterua ſibi afferebat,ut iſra patebit.

Par. }magnitudine ſcelerum. Similis . }maioribus.ergo par ad magnitudinem,ſimilis ad maiores pertinet,par quantitate efficiebatur,ſimilis qualitate. Sed maxime adoleſcentium.}Superius declarauit Sallu.quomodo Catilinæ domum frequentabant ſceleratiſ homines,cuiuſcunque flagitij conſcij fuiſſent. Aut etiam,ſed nunc dicit familiaritates adoleſcentum maxime placuiſſe Catilinæ , eo q̃ eorum animi teneri ac inſtabiles capi poſſent. Sed maxime appetebat. }hoc eſt omnium ſceleratorum animos,ſed maxime adoleſcentulorum. Eorum animi. }cur adoleſcentium magis,quàm aliorum animos appeteret,declarat ipſe,quia facile erat,hanc ætatem decipi. Molles. }teneri. Fluxi}.i.labiles,et incõſtãtes. Haud difficulter. }id eſt facile,nam et quomodo caperentur animi adoleſcẽtum declarat. Præbere. }id eſt præbebat. Vt cuiuſque. }adoleſcentes cupiditatibus ardent,& alij alia flagitia cupiunt, eo quòd uniuſcuiuſque libidine eis ſatisfaciebat Catilina.Nam &c. Scorta. } meretrices. Mercari. }pro mereabatur. . Canes. } atque equos,ſi qui erant uenatu gaudentes. Vt cuiuſq; ſtudium. } ſicut cuiuſq; uoluntas. Flagrabat. } ardebat. Neque ſumptui. } .i.nõ parcebat pecunijs,ut obſequeretur libidinibus adoleſcentum. Neque modeſtiæ. }non habebat moderationis rationem,dum uoluptatibus eorum ſatisfaceret. Dum. }modo. Obnoxios ſubiectos. } & obligatos.& recte dixit obnoxios, quia obnoxius proprie dicitur ille,qui ob noxam.i.culpam obligatus eſt,& iſti adoleſcẽtes ob aliquam culpam Catilinæ obligati erant. Scio. }inquit Sallu.

Frequentabat. }ibat frequenter. Parum honeſte pudicitiam. } id eſt obſcœnis uitijs deditos fuiſſe. Sed ex alijs rebus ma. } ex alia anteacta Catilinæ uita homines id ſuſpicabantur quãquã res ipſa alicui nota erat . Sed ex alijs reb. }ex alijs Catilinæ uitijs, ſcilicet iuuentutem obſcœnæ uoluptati deditam fuiſſe. Compertum. }manifeſtum iam primum oſtendit,cum credebãt homines ex alijs Catilinæ uitijs,ipſum Catilinam impudicos habuiſſe adoleſcẽtes. Fecerat. }commiſerat. Nobili. } nobili loco nata, cum qua commiſerat ſtuprum. Virgine Ve. }id eſt cũ uirgine Veſtali.i.uirgine deæ Veſtæ:Veſtæ tẽplum Ro.nobiliſſimum fuit, & uirgines huic deæ conſecratæ æternum ignem in templo conſeruabant , & uirginitatem perpetuam,cum una ex his inceſtum Catilina commiſit. Alia huiuſmodi. }reſpexit ad obſcœnitatem,de qua ante loquebatur. Ius & fas. }q. cum mulieribus ſtuprum , aut inceſtum cõmiſerat,hoc fortaſſe tolerandũ fuit, ſed cum adoleſcentibus delectaretur,hoc deterius eſt.Ius,contra ius humanum.Fas contra ius diuinum:nam ius hominum,fas deorum dicitur :ius læſerat.ſtuprũ committendo cum uirgine nobili,& etiam adoleſcentibus delectando,fas autem deorum ius offenderat,quòd cum ueſtali uirgine ſtuprũ cõmiſerat. Cuius. } Aureliæ Oreſtillæ Præter formã: }forma quidem bona erat:ſed ipſa Aurelia omnibus uitijs erat referta.

Bonus, }ſcilicet homo. Quòd. } pro quia ea Aurelia Oreſtillæ. Illi. }Catilinæ. Priuignum. }ſcilicet filium Catilinæ qui priuignus eius erat futurus. Pro certo }habetur pro certo. Necato. }ueneno interfecto. Vacuam. }expeditam. Sceleſtis nupt. } ipſius Aureliæ. Quæ }.ſ.filij cædes. Facinoris. }ipſe anteq̃ tantũ facinus iudicaretur.,aliq̃d maius ſcelus aggrederetur. Impiuus.uitioſus. Infeſtus. }inuiſus. Neq; uigilijs } ſ.uigilando,quibus quieſcẽdo. Sedari. }id eſt quieſcere. Ita. } hoc modo. Conſcientia. }.ſ. patrati ſceleris. Excitam. }pro excitatam,commotam. Vexabat. }perturbabat. Eius. }Catilinæ. Exanguis. } pallidus: nam cum è uultu ſanguis effugerit, pallor faciem occupat. Fœdi. } cruenti,ſanguine pleni. Citus. }uelox inceſſus Catilinæ. In facie. }naturali. In uultu. } accidentali.Facies eſt forma naturalis, quæ difficulter mutari poteſt:uultus,qui pro uoluntate animi mutatur,& dicitur à uolendo , eo quòd habitu uultus , indicatur animi uoluntas.nam ſi mens aut animus aliquid lætum conceperit , lætitiam uultus oſtendit:quòd ſi animus timuerit, uultus quoque metũ ſignificabit. In facie. }pro conturbatione naturalis formæ. Vultu }pro perturbatione uoluntatis animi. Vecordia. }inſania. Inerat:comprehendere poterat habitudine mentis & uultus. Sed iuuentutem }Superius oſtendit,quomodo iuuenum maxime familiaritates appetebat Catilina , eo quòd ætas illa faciline ad omnia facinora impellebatur:nunc dicit , quomodo ſceleratiores reddebat Catilina. Nam illexerat. }id eſt traxerat in ſui beneuolentiã & amicitiã. Multis modis. }cuiuſq; ſtudiũ ex ætate flagrabat, alijs meretrices præbẽdo,alijs equos & canes emendo. Mala facinora }.i. maleficia. Ex illis. }quæ maleficia docuerunt,declarat ipſe. Cõmodare. }pro cõmodabãt ex illis iuuenibus falſos teſtes.

Falſos ſignatores. }falſos ſigillatores teſtamenti. Conſuetudo fuit apud maiores , ut teſtamentorum tabulas ſignarent ſigno ſuo hoĩes ad minus ſeptem:nec aperiebantur teſtamenta , niſi octo dies poſt mortẽ teſtatoris. Habere. }edocebat eos. Vilia. }nullius curæ,nullius exiſtimationis,nullius cõſiderationĩs. Poſt ubi. }id eſt poſtquam. Bonam fama atq; &c. }poſtquam eos infames atque oẽm pudorem exuere fecerat, ad ſcelera maiora incitabat , nam primo homines,qui bonam habent famam,metuunt ne illam amittant:cum uero eam amiſerint,ad omnia ſcelera procliues ſunt atq; promptiores. Famam atque pudorem attriuerat. } quia amiſerant bonam exiſtimationem,& omnem uerecundiam Inſontes} innocentes:qui nihil offenderant eum. Sicut ſontes . }ſ. ſicut nocentes:ſicut eos qui ſibi nocuerãt:hoc eſt amicos:ſicut inimicos. Minus ſuppete. }id eſt minus accedebat , offerebatur. Circũuenire. } pro circũueniebat. id eſt decipiebat.& offendebat. Iugulare,pro iugulabat ipſe Catilina. Malus animus. }illorum iuuenum. Torpeſceret. } pingueſceret. Gratuito. } ſine præmio:& eſt aduerbium. Malus. }prauus:& ipſe animus iuuenum.

O Peræpretium &c . Viſere. }id eſt contemplari. Tẽpla. } ad tuendum ſunt dicta,ut Varro aſſerit,ſic locus qui in cœlo deſignabatur templum appellabant priſci. Villas. }id eſt prætoria.i.ruſticanas domos. In modum urbium. }quod his Sen.improbat uerbis,iſta quidè oſtenduntur non poſſidentur. Decorabãt. } id eſt exornabant. Gloria. }id eſt rebus geſtis. Licentiam iniuriæ. }id eſt libertatem,ne aliquando deficerent. At hi. } ſcilicet noſtræ ætatis homines. Socijs. }id eſt confœderatis. Victores. } Maiores multa quæ iure contra hoſtes facere poterant,non faciebant. Facere iniuriam. }id eſt uiolare ſubiectos. Subuerſos. }id eſt adæquatos. Maria conſtrata. } Vt Lucullus fecit.de cuius luxu Pompeij extat epi.apud Plutar.quæ ſic incipit. Mihi uero Luculli uita ueteribus ſimilima comœdijs uideri ſolet,quarum prima

MARLIA

partes rebus domi militiæq; geſtis, poſtremo uero conuiuijs potationibus, cantu procaci, facibus omniq; luxus genere continentur. Ego enim ſumptuoſa illa ædificia, ingentes balneorum atq; deambulationũ apparatus, picturas, ſtatuas omneſq; eiuſmodi rerum ſtudium ad luxum arbitror referenda. Addit præterea Plutar. Quid de his operibus quæ iuxta mare, circa Neapolim magnifice ſplendideq; conſtructa ſunt, iudicandum arbitramur? Vbi altiores profundis foſsis tumulos ipſe ſuſpenderat, ubi maritimas ædes eaſq; pulcherrimas atq; ampliſsimas ædificarat, ubi diſcurſus maris piſcoſoſq; riuos ædibus circunduxerat. Habere h.} id eſt ad honeſtos uſus. Diuitiæ.} inſtrumenta ſunt ad omnia facinora, ut Ariſto. aſſerit. Libido ganeæ.} id eſt ingluuiei. Nam Ganea proprie eſt ingluuies & beluatio, ut octauo & decimonono Plin. oſtẽdit. Sidonius Apollinaris: Diſruptum ſtomachum ganea nihil melius ſarcire poteſt q̃ parſimonia. Veſcendi.} Sen. Dij boni quãtũ hominum exercimus uentrem. Luxu.) id eſt intemperantia. Impudicus.) id eſt qui pudicitiam uiolauit. Ganeo.) id eſt beluo. Pene) id eſt genitali membro. Quicunq;.) ſcilicet ſequebatur. Redimeret.) ſcilicet à iudicijs. Timentes.) ſcilicet ſe uocari in iudicium Pro factis.) ſcilicet malis. Manus.) id eſt qui alios interfecere.

Lingua.) id eſt falſo iuramẽto. Flagitium.) ſcilicet commiſſum.

Exagitabat.) id eſt uexabat. Vſu.) nam ut ait Hil. trahuntur à conuerſantibus mores. Et Secundus in Epiſt. ad *

. id eſt, talis eſt unuſquiſque quibus delectatur conuerſans. Plut. in uita Pomponij Attici. Plus in amicitia ualet, ſimilitudo morum q̃ affinitas. Similis.) id eſt tam ſceleſtus. Fluxi.) id eſt inſtabiles. Studiũ). i. animi affectio. Ex alijs rebus). i. ex uita Catilinæ quæ ĩ alijs rebus erat iniqua, quãuis huius famæ nulla eſſet certitudo. Cũ uirgine) Aſconius Pædianus ſcribit ſe eius nomen non reperiſſe. Cũ ſacerdote.) cum Fabia ſorore Terẽtiæ uxoris Ciceronis, ut ait Aſconius. Alia.) ſcilicet ſtupra. Necato filio.) ſcilicet ueneno, ut poſſet potiri connubio Oreſtillæ, quæ illum renuebat propter priuignum. Necato filio.) Appianus lib. ij bellorum ciuilium ait. L. autem Catilina gloriæ et generis ſplendore præcellens temeritate notiſs. adoleſcentem filium ob Aureliæ Oreſtillæ amorem interfeciſſe dicitur, cũ mulier ſuperſtite filio nuptias eius recuſaret. Facinoris.) id eſt coniurationis.

Scelerũ.) quia excitabatur per ſomnũ, ut Neroni eueniſſe ait Trãquillus. Fœdi.) id eſt ſanguinei. Inceſſus.) de inceſſu qualis debeat eſſe plura Cicero in Offi. Prorſus.) id eſt omnino. Vecordia.) Mentis agitatio. Inerat.) demonſtrabatur. Illexerat.) in amicitiam attraxerat. Attriuerat.) quia non curabant famã. Et q̃ famã cõterit ſuã crudelis ẽ, ait Salomõ. Gratuito. i. ſine cauſa.

RIVIVS.

CVm domos atque uillas cognoueris in urbium modum ædificatas.} Manuſcripta uolumina, exædificatas, nec ſecus exemplar Beroaldinum. Vtraq; lectio probe quadrat. Verbo exædificare non ſemel Cicero utitur. At hi cõtra ignauiſſimi homines p̃ ſummũ ſcelus ea oĩa ſocijs adimere, quæ fortiſſimi uiri uictores reliquerãt.} In uetuſtioribus qbuſdã ẽ hoſtibus qbuſdã. Eſt enĩ pperã hic Datiuus in recentioribus omiſſus, ni fallor. Nam hoſtes oppoſuit ſocijs, fortiſſimos uiros ignauiſſimis hominibus. relinquere denique τῷ adimere. ſaluti uictoriam. Mox. Perinde quaſi iniuriam facere, id demum eẽt imperio uti.} Legẽdum ẽ manuſcriptis, proinde quaſi. Nam ita ferè ueteres, ut eſt in Terentio Plautoq; uidere, nec raro apud Ciceronem, atq; alios. Non famẽ aut laſſitudinem, nõ ſitim, neque frigus operiri, ſed ea omnia luxu antecapere.} Lego ex manuſcriptis, nõ famem aut ſitim, neq; frigus, neq; laſſitudinem operiri. quomodo item Aldinum exemplar. Eſt in duobus tamen manuſcriptis. Non famem, non ſitim &c. quomodo codex quoque Beroaldinus. Omnium flagitiorum atque facinorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat.} Quamuis eodem modo & Fabricianum uolumen, tamen eſt in manuſcriptis quibuſdam, ut & Merſeburgenſi, omnium flagitioſorum & facinoroſorum. id quod ſenſus quoque poſtulat. Porro ſpeciatim mox recenſet iſtos flagitijs, & facinoribus coopertos, ut erãt impudici, adulteri, ganeones, decoctores, aleatores, parricidæ, ſacrilegi, periuri, conuicti iudicijs, atque id genus alij. Niſi quis forte ὑπερβολικῶς locutum Salluſtium putet, uel auxeſi uſum, cum colluuiem innuere hominum peſſimorum uellet. Facit cum Merſeburgenſi Florentinum, Alea, manu, uentre &c.} τὸ Alea non eſt in manuſcriptis. Periurio aut ciuili ſanguine alebat.} Legendum ſanguine ciuili, ut ſequatur adiectiuum. ex manuſcriptis. Sed maxime adoleſcentium familiaritates appetebat.} Hæc uera lectio, contra quàm eſt in recentioribus libris, ubi ſuperſunt quædam. Sic autem codices habent in pergamenis deſcripti, & ex impreſſis plerique.

Bona patria diſsipauerat.} In manuſcriptis eſt, lacerauerat. ſicut & in impreſſis uetuſtioribus. pro, patrimonium confecerat. Quod ad ſenſum tamen attinet, prior lectio bene habet. Nam & apud Ciceronem eſt, diſsipare fortunas, diſperdere & diſsipare patrimonium. Nam ut cuiusque ſtudium ex ætate flagrabat.} Eſt quidem in pleriſque, ut cuiuſque ingeniũ, ſed perperam ut opinor. Nam & ſtudium eſt in manuſcriptis, & eodem modo Felicius Durantinus legit. Nanque hunc ſenſum reddens, Vt eorum diuerſa ſtudia perſpexerat, inquit, ſic diſſimili ratione in ſuam familiaritatem illexerat. Ita conſcientia mentem exagitatam uaſtabat.} In manuſcriptis duobus reperi excitam. ac ſic, ni fallor, exemplar Aldinũ hẽt. Sed & Vexabat in quibuſdã ẽ, p uaſtabat. uelut in duobus calamo deſcriptis, & Florẽtino. quõ et Riccius Lugiẽſis alicubi ſe legiſſe teſtatur. Mox, Igitur color eius exãguis. Probus grãmaticus legit, colos, exãguis. Eius uerba ſubijcia. Lor, iquit, tertiæ ſunt declinationis, o in ntõ correpta, in gtõ pducta, ris ſyllaba terminato. hic calor, pallor, caloris, palloris, color coloris. Quis Sall. Igitur colos exanguis. ſicut labos & labor. Meminit huius, & aliàs idem. Ex manuſcripto legendum ſuſpicor. colos ei exanguis, quomodo & Pariſienſe. non, eius. Porro fœdos oculos dixit, pro eo quod eſt, ſæuitiam & immanitatem præ ſe ferentes. quomodo hic accipi fœdum, cum in Eunuchum Donatus, tum Seruius in 2. Aeneidos adnotauit. Nũ aliàs ferè turpe ſignificat, et flagitioſum.

GLAREA.

OMnium flagitioſorum, atque facinoroſorum.} Alij Flagitiorum, atque facinorum legunt, ad eam formam qua ſeruitia, imperia, pro ſeruis, ac imperatoribus dicimus, & ſcelus pro ſceleſto, apud Terẽtium. Salluſtius etiam ipſe fugiſſe uideri poterat longiſſimorum uerborum monſtroſam illam enunciationem, nempe flagitioſorum, ac facinoroſorum. Exemplar tamen Gothi ita habebat, longiore illo ſyllabarũ tractu. Sed iudicet lector. Proxime ſequitur: Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene bona patria diſsipauerat. Quidã omittunt uerbum Alea, ut tria tribus reſpondeant: quanquam haud ſcio obſeruaritne perpetuo hæc Salluſtius. Et antiquum exemplar habebat Alea. Scilicet ne per otium torpeſceret manus, aut animus.} Poſt Animus diſtinguendum, ac deinde inferendum, gratuito potius malus atque crudelis erat. Quaſi diceret, Scire licet, cur inſontes ſicut ſontes iugularet, ne per otium aut manus, aut animus torpeſceret. Tum cauſa malitiæ ſubiectitur. Erat enim, inquit, gratuito potius ma-

lus, atq;

bus, atque crudelis. Mirum quàm hic quidam ſudarunt, nec tamen ſeſe explicant.

Magna. } quia urbem Romam omnibus rebus, & imperium urbis terrarum conſequemini, ſi una mecum arma contra rempub. ſumere non dubitaueritis. Maxima ne. } maxima neceſſitas. Rerum ſuarum. ſcilicet, qui in extrema erant paupertate. Plurimum audaciæ. } Duo ſolent homines ad unam rem committendam adhortari & omne ſcelus minimum faciunt, ut uideatur. Eò; } ad eum locum, ubi conſilium habuit Catilina de repub. occupatia, propterea conuenere ad hoc, id eſt conuenere colonijs & municipijs. Inter coloniam & municipium hoc intereſt; quia colonia dicitur cum de nobili ciuitate ad ignobilem mittuntur ciues, ut ſi de Venetijs mitterentur ciues ad habitandam Vincentiam, Colonia Venetorũ diceretur Vincentia, ſed municipium eſt, ſi ex hac ciuitate Vincentiæ mitterentur ciues ad habitãdum Venetias, & uocarentur ciues Venetiarum, & uterentur ea dignitate, qua utũtur nobiles, & patricij principes Vene. hęc ciu. appellaretur municipium Venetorum. Paulo oc. } paulo ſecretius, quã ſupra memoraui. Magis ſpes domina. } inter quos creditum eſt fuiſſe Publium Craſſum diuitem, quia dñatio, cum ad hanc rem hortabatur, non autem inopia rei familiaritas, cum diues eſſet. Aliqua neceſſitudo. } .i. aliqua neceſſitas, ſicut neceſſarium rerum ſuarum cogebat illos, quos ſupra memorauimus. Cæterum. } ſuperius oſtendit, quomodo eos omnes allocutus eſt Cati. præcipue eorum, quorũ magis erat audacia, non minor erat inopia, dixit & fuiſſe nonnullos, qui potius dominationis ſpe quàm ulla neceſſitate coacti, ad hanc coniuratio nem ſe contuliſſe, nunc autem dicit eos maxime Catilinę fauiſſe, qui nobiliſſimi erãt, & molliter atque magnifice uixerant, qui quærebant alienas, opes cũ ſuæ non ſibi ſuppeterent. Pleraq; in. } pars maior iuuenum. Sed maxime nobilium. } oẽs inquit iuuenes fauebant Catilinæ, et præcipue nobiles, quibus, & reddit cauſam. In ocio, uel molliter. } & ideo cupiebãt alia

VALLA. His } talibus amicis & ſocijs, quos ſupra memoraui ſimul confiſus, ingens æs alienum, id eſt omnes ciuitates erãt obnoxiæ alieno ære, id eſt omnes finitimæ ciuitates fœneratoribus ingentem pecuniam debebant, propter aſſidua bella, quibus oppreſſæ fuerãt: nam tempore belli nõ ſolum homines, ſed etiã ciuitates alieno ingenti ære ſolent eſſe obligatæ. Et cõfiſus. } largius ſuo uſi, q profuſis ſuis rebus uſi fuerant. Rapinarum. } quas fecerant cum Sylla militantes. In Italia nullus, alia quoque accedebat cõmoditas ad eam rem in extremis terris. id eſt in India contra Tigranem & Mitridatem. Ipſi. } ſcilicet Catilinæ. Nihil ſanè intentus. } ſcilicet erat, quia nihil tale metuebat ſenatus, & tunc periculum imminet, nam cum hoſtes uel inimicos noſtros non metuimus, tunc uero periculum maximum nobis inſtat. Tutæ erant. } id eſt omnes res ita otioſæ Ro. erant, & quieſcebant tãquam, ſi tutæ & tranquillæ fuiſſent. Opportuna } ualde accõmodata, ad id, quod Catilina exoptabat. Calen. Iunias. } id eſt circa principiũ menſis Februa. nam Calen. uniuſcuiuſque menſis intelligantur in menſe precedenti, etiam ſint accipiẽdæ ſemper pro menſe ſequenti. Conſulibus. } ſcilicet exiſtẽtibus, his conſulatum gerẽtibus. Appellare. } pro appellabat. incepit alloqui alios eorum, ſi non reſpondiſſent callide, & dubitaſſent utrum tantam rem aggredi deberent. Suas opes. } uidete quid facere poſſum, multos habeo uiros mihi obnoxios, propterea multi ex ciuitatibus finitimis alieno ære obligati ſunt, qui partes noſtras ſequuntur. Poſtremo omnes Syllani milites, qui ad paupertatem redacti ſunt, erũt nobis auxilio, & alia huiuſmodi dicebat, quibus eos ad hanc rem adhortaretur. Imperatam rẽp. } quia nullus exercitus ſit in ea Italia, & ſenatus negligens ſit, eo q. omnes res otioſæ ſint in urbe.

His amicis, ſocijsq; confiſus Catilina, ſimul, quòd æs alienum per omnes terras ingens erat, & quòd pleriq; Syllani milites largius ſuo uſi, rapinarum & uictoriæ ueteris memores, ciuile bellum exoptabant; opprimendæ Reipub. conſilium cepit. In Italia nullus exercitus erat. Cn. Pompeius in extremis terris bellũ gerebat. Ipſi conſulatum petendi magna ſpes; Senatus nihil ſanè intentus; tutæ tranquillæq; res omnes. Sed ea prorſus opportuna Catilinæ uidebantur. Igitur circiter Calend. Iunias L. Cæſare, & C. Figulo conſulibus, primo ſingulos appellare, hortari alios; alios tẽtare, opes ſuas, imparatam Remp. magna præmia coniurationis docere. Vbi ſatis explorata ſunt quæ uoluit, in unum omnes conuocat, quibus maxima neceſſitudo, & plurimum audacię inerat. eò omnes conuenere Senatorij ordinis, P. Lentulus Sura, P. Antronius, L. Caſſius Longinus, C. Cethegus, P. & Seruius Syllæ Seruij filij, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Leca, L. Beſtia, Q. Curius; prætęrea ex Equeſtri ordine, M. Fuluius nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius. Ad hoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles erant. Pręterea cõplures paulo occultius conſilij huiuſce participes nobilis quos magis dominationis ſpes hortabatur, quàm inopia aut alia neceſſitudo. Cæterum iuuentus pleraq;, ſed maxime nobilium Catilinę inceptis fauebat, qbus in ocio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat, incerta pro certis, bellũ quàm pacem malebant. Fuere item ea tempeſtate qui crederent M. Licinum Craſſum nõ ignarum eius conſilij fuiſſe, quia Cn. Pompeius inuiſus ipſi, magnum exercitum ductabat, cuiuſuis opes uoluiſſe contra illius potentiam creſcere: ſimul confiſum, ſi cõiuratio ualuiſſet, facile apud eos ſe principem fore. Sed antea item coniurauere pauci contra Rempu. in quibus Catilina fuit, de qua quamueriſſime potero, dicam. L. Iulio, M. Lepido conſulibus, P. Antronius, & P. Sylla deſignati conſules, legibus ambitus interrogati, pœnas dederãt. Poſt paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere conſulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiuerit. Erat eodẽ tempore Cn.

GLAREA

Piſo adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus, quem ad perturbandam Remp. inopia, atq; mali mores ſtimulabāt. Cum hoc Catilina & Antronius, circiter nonas Decembris communicato conſilio parabant in capitolio Calendis Ian. L. Torquatum, & L. Cottā conſules interficere. Ipſi faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita, rurſus in nonas Februarias conſilium cędis tranſtulerunt. Iam tum non conſulibus modo, ſed plerisq; ſenatoribus perniciem machinabantur quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare, eo die poſt conditam urbem Roma peſſimum facinus patratū foret: quia nondum frequentes armati cō uenerant, ea res conſilium diremit. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam queſtor pro pretore miſſus eſt, adnitente Craſſo, quòd eum infeſtum inimicū Cn. Pompeio cognouerat. Neq; tamen Senatus prouinciam inuitus dederat, quippe fœdum hominem à Rep. procul eſſe uolebat, ſimul quia boni complures, præſidium in eo putabant. Et iam tum potentia Cn. Pompeij formidoloſa erat. Sed is Piſo in prouinciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciēs, occiſus ē. Sunt qui ita dicunt imperia eius iniuſta, ſuperba, crudelia barbaros nequiuiſſe pati: alij autem equites illos Cn. Pompeij ueteres, fidosq; clientes uoluntate eius Piſonem aggreſſos, nunquam Hiſpanos præterea tale facinus feciſſe, ſed imperia ſæua multa antea perpeſſos. Nos eam rem in medio relinquemus. De ſuperiori cō iuratione ſatis eſt dictum.

quem regem, qui ſuis cupiditatibus concederet. Incerta pro certis.} quia non licebat ſibi p ſua libidine uiuere, cupiebāt nouitatem fieri, ut ipſi domini rerum cum Catilina efficerentur. Bellum quàm pa.} diſcordiā malebant quàm concordiam.

Non ignarum.} conſcium cō ſilij conſcius quidem erat, ſed occulte non aliqua neceſſitate coactus, ſed dominationem deſiderans. Ipſi.} Craſſo. Ductabat.} in India, uel in Ponto aduerſus Mitridatem. Coluiſſe.} fuere qui crederent ipſum Craſſum illius Pom. inuidia ductus Craſſus cupiebat potētiam Catilinæ eſſe magnam, ut ſuperior aliqs eſſet in ciuitate Pōp.

Opes.} cuiuſcunq; potentia ſimul credebant illum confiſum &c. Principem fore.} quia credebant ſuis diuitijs inter coniuratores principatum obtinere, ſi modo coniuratio conſecuta fuiſſet effectū. Valuiſſet.} ſi coniuratio proceſſiſſet. Antea.} ante hanc coniurationem.

In quibus Catilina fue.} nondum fuerat coniuratus princeps, ſed ſocius. De qua.} coniuratione. Deſignati.} id eſt creati conſules. illi quidem conſules erant. L. Tul. & M. Lepi. ſed hi. ſ. P. Ant. & P. Sylla creati erant, ut ſuccederent illis, cum ſe magiſtratu abdicaſſent. Ambitus.} Lex ambitus erat ut qui conſulatum, uel magiſtratum quempiam, uel largitionibus corrupto popu. conſecuti eſſent, ipſi punirentur. Legibus.} eius ambitus. Pecuniarum.} quia prouinciam pecunia expoliaſſet. Ille dicebatur reus pecuniarum, qui prouinciam, cū magiſtratū gereret, pecunia ſpoliaſſe diceretur. Prohibitus petere cōſulatū.} nam nemo reus magiſtratus candidatus petere poterat, dum lis & iudicium penderet. Legitimos dies.} ſcilicet comitiorum, id eſt inter legitimos dies, qui ex lege habentur. Profiteri.} id eſt dare ſuum nomen, eo quòd reus erat, & reus quicūq; petere magiſtratum nequibat. Eodem tempore.} quo P. Ant. & P. Sylla dānati ſunt ambitus, & Catilina pecuniarum repetundarum accuſatus ē. Nobilis} patritiæ gentis intellige. factioſus uulgo el partiſiano dicitur. Quem ad remp.} ſcilicet Piſonem. Inopiam &c.} quia ſibi ſua diſplicebant, ideo aliena appetebat. Mali mores.} qui ſemper conſueuerat flagitijs & facinoribus ſe dedere, & ideo conſuetudine mala ad remp. occupandam incitabatur. Hoc.} Piſone. Catilina, qui repetundarum reum fuerat accuſatus. Antonius.} qui damnatus fuerat ambitus, hoc faciebat, ut iniurias ſuas uindicaret. Circiter.} id eſt circa. In capitolio.} cum ſenatus eos

conuocaſſent conſules. Correptis.} rapti capitis. Faſcibus.} inſignibus conſulum. Piſonē.} cum egeſtate & audacia paratum eſſe ad facinora. Ea re cognita.} explorata, quòd ſtruxiſſent conſulum cædem. Conſilium cæ.} de cæde conſulum: eo quòd in Capitolium non ueniſſent re cognita. Tam peſſa.} quòd interfecti fuiſſent cōſules & pars magna ſenatus.

Pro cu.} ante curiam. Signo dato.} quo omnes cōcurrerent ad cædem. Paratum.} commiſſum. Socijs.} coniuratoribus. Poſt conditam.} ex qua urbs condita fuerat. Diremit.} Diſſoluit conſilium.

Ea res.} ſcilicet q. non conuenerant. Poſtea Piſo.} Vidimus ſuperius quomodo res fieri non potuit, eo q. Catilina properaſſet ſignum ante curiā dare coniuratoribus, cum armati homines nondum conueniſſent: itaq; ut conſilium illud diſſolutum fuiſſet. Piſo.} qui eius cōiurationis princeps erat queſtor miſſus eſt in Hiſpaniam p pretore. Poſtea.} poſtquam diſſolutum eſt conſilium coniurationis, quia in tempore non cōuenerant armati, cū Catilina ſignum dedit. Piſo.} eius coniurationis princeps. Citeriorē Hiſ.} duplex eſt Hiſ. ſ. Hiſ. citra Hiberum fluuium, quæ citerior appellatur, & Hiſpania ultra Hiberum qui ulterior appellatur: hic autem Piſo in citeriori Hiſ. miſſus eſt pro pretore, cū queſtor eſſet in urbe. Pro pretore,} loco pretoris. Adni. ēte.} ut hæc ſibi prouincia daretur. Quòd} pro quia. Infeſtū.} contrarium & aduerſum Cn. Pom. cuius opes nimium pluſquam uellet creſcere uidebat. Neque tam.} pro quāuis Craſſus nixus fuiſſet, ut in prouinciam mitteretur Piſo, tamen ſenatus non contra uoluntatem ſuam conceſſerat. Inuitus..} contra uoluntatem ſuam. Fœdum.} pernicioſum & crudelem. Procul.} à rep. remotū à rep. Pompeij.} à quo aliquid pernicioſum metuebat reip. potentia, narq; Pompeij ultra opes ciuitas exercuiſſe uidebatur: itaque timebatur, ne periculum aliquid reipub. inferret. In eo.} Piſone. Etiam tum} iam tum uſque, eo tempore.

Erat formi.} timebatur, & ideo ſibi aduerſarium parari uolebāt. Quos ductabat,} quos ipſe duxit in exercitu ſuo. Iter faciens.} agmen exercitus ducens in Hiſpaniam occiſus eſt. Sunt.} ſ. aliqui, qui dicunt cauſam cædis fuiſſe, q. nimis crudeliter Piſo imperabat Hiſ. & propter eam crudelitatē eū interfeciſſe. Eius.} Piſonis. Iniuſta.} ultra iuſtitiam. Superbia.} id eſt arrogātem. Crudelia.} plena crudelitatis. Barbaros.} Hiſpanos. Alij dicūt

non tam

non tam fuiſſe crudele imperium Piſonis cauſam quàm charitatẽ Pompeij, quia milites illi commoti, q. quondam ſub Pompeio militauerant, uoluntate ipſius Pompeij Piſonem interfecerunt. Veteres.} *antiquos.* Fidos.} *fideles.* Clientes.} *qui ſub cliẽtela Pom. ante fuerant, & hæc cauſa eſt cur dicant, hoc facinus cauſa Põpeij factum fuiſſe.* Nunquam Hiſpanos.} *Hiſpani autẽ nunquam hoc facinus commiſerunt, ut imperatores ſuos interficerent, ergo credendum eſt, nec nunc auſos fuiſſe, niſi ut Pompeio obſequerentur.* Præterea.} *præterquam q. Piſonẽ interficerẽt.* Sæua imperia antea perpeſſos.} *ergo arguit authoritate Pompeij eũ fuiſſe, ut Piſo interficeretur.* Eam rem in medio relinquemus.} *hoc aliorum uolumus eſſe iudicium.* Superiori coniuratione.} *cuius princeps erat Piſo.*

M A R L I A N V S.

His amicis. Veteris uictoriæ } *id eſt tẽporis Syllæ, quo multas ſibi comparauerãt diuitias.* In extremis. } *id eſt longiſſimis, ut infra in extrema ætate. i. ſenili non ultima.* Spes. } *propter Cæſarẽ & Craſſum qui illi fauebant.* Tentare.} *ſcilicet incertos & ſuſpectos, an haberent animum ad hãc coniurationem.*

Neceſſitudo.} *.i. animi cõiunctio uel neceſſitas.* P. Antonius.} *aliter Antronius, ſic legit Aſconius Pædianus.* Pleraq.} *.i. quaſi tota.* Item.} *pariter.* Licinium Craſſum. } *in quem extat Ciceronis Paradoxum.* Inuiſus ipſi.} *ſcilicet Craſſo.* Cuius.} *ſcilicet coniuratorum opes.* Valuiſſet.} *id eſt ſortita eſſet effectum.*

Interrogati.} *in iudicium poſtulati à L. Cotta et L. Torquato, in quorum loco ſubſtituti fuere.* Catil reus.} *ſcilicet factus à Clodio quòd expilaſſet Africam, in qua fuerat prætor.* Profiteri.} *id eſt purgare ſe ab accuſatione.* Mittere.} *ſcilicet parabat.* Iam tamen.} *id eſt Nonis Februarijs.* Pro.} *id eſt ante curiam, ubi congregabatur Senatus.* Ea res.} *ſcilicet quia erant pauci.* Diremit.} *id eſt impediuit.* Fœdum.} *ſcilicet Piſonem.* Adnitẽte.} *id eſt procurante.* Formidoloſa. } *ſcilicet ne occuparet rempub.*

R I V I V S.

IN ITALIA *nullus exercitus erat.} In manuſcriptis atq; alijs uetuſtioribus nõ reperitur, Erat. & maiore cum gratia abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento. Ac, ni fallor, ex addita gloſſa in contextum irrepſit, ut alia multa. Quomodo paulo poſt, ubi hodie fere. Sed ea prorſus opportuna Catilinæ uidebantur. Verbum uidebantur ex gloſſa irrepſit. nam in antiquioribus non eſt. Intelligitur enim Erant, ut ſæpe aliàs. Eò omnes conuenere Senatorij ordinis P. Lentulus, & quæ ſequuntur.} Omnes, omittendum eſſe duco. neq; enim in manuſcriptis alijsq; uetuſtioribus reperitur, neq; ſententia poſtulat. Paulo poſt. Adhoc multi ex colonijs & municipijs qui domi nobiles erant. Præterea complures &c.} Qui, non eſt in manuſcriptis, nec in impreſſis quibuſdam. Itaq; mihi ſic legendum uidetur, Adhoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles. Erant præterea complures paulo occultius conſilij huiuſce participes nobiles. τὸ Erant, ad ſequentia pertinet, et ſic eſt in manuſcriptis hic diſtinctus locus contra quam in recentioribus. Sed & Huiuſce, non huiuſcemodi, codices habent antiqui. Sed antea item cõiurauere pauci cõtra remp. in quibus Catilina fuit. de qua quàm ueriſſime potero dicam.} Hæc uera lectio. Cæterum in Argentoratenſi, quod eſt à Schurrerio excuſum reperi, de quo perperam uidelicet.. Nam præter exemplarium & in his manuſcriptorum fidem atq; conſenſum, legit eodem modo libro 2. Diomedes, ac ſubaudiendum monet Coniuratione. quomodo item interpres. Mox, L. Iulio, M. Lepido conſulibus. P. Antronius, & P. Sylla deſignati cõſules &c.} Volumen Fabricianum Tullo. quæ uerior lectio licet in duobus calamo deſcriptis L. Tullio reppererim: Cicero pro Sylla hũc L. Volcatium appellat, quemadmodum Aſconius quoque Pædianus. Tametſi hic alicubi L. Volcatium Tullum uocat. His igitur Coſſ. cœpta prior coniuratio eſt poſt hos L. Torquatus et L. Cotta fuere conſules, quos cõſulatum ineũteis interficere in Capitolio P. Antronius & L. Catilina parabant. ſicuti paulo poſt teſtatur Salluſtius. Hi autem in P. Syllæ & Antronij locum, quos ambitus ipſi damnarant, creati fuerant. Dein fuere L. Iulius Cæſar. & C. Martius Figulus. quorum ſupra Salluſtius meminit. His Coſſ. altera coniuratio cœpta eſt. Poſt hos M. Cicero cum C. Antonio. His Coſſ. Menſe Octobri patefacta coniuratio eſt, & de coniuratis ſupplicium ſumptum. Quòd in Horatium Glareanus L. Iulium Tullum uocat, quem nos L. Voleatium Tullum, eſt haud dubie memoriæ lapſus, niſi quis incuriæ aſcribere malit. Sed et Haloander hunc ipſum in catalogo conſulum L. Torquatum Tullum appellat. quàm recte, alij uiderint. Sunt qui ita dicũt, imperia eius iniuſta.} In Fabriciano atq; alio quodã eſt, dicant. idq; rectius atq; latinius. Niſi quis ἐτέρωσιν modi eſſe uelit. Paulo poſt. Ex uoluntate eius Piſonem aggreſſos.} Illa Ex præpoſitio, non eſt in manuſcriptis, licet in alijs ferè ſit. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. Nos eam rem in medio relinquemus.} Hic perperam quidam derelinquemus. Cicero pro Cælio, Neminem nominabo. tantum in medio relinquam. De ſuperiore coniuratione ſatis eſt dictum.} τὸ Eſt, non reperi in manuſcriptis. ac elegantius abeſſe poterit.*

G L A R E A N V S.

L. CAESARE, C. Figulo C O S S.} *Cicero prima ad Atticum epiſtola, C. Martium Figulum ſequentem uocat C O S. Quidam etiam Q. Martium. Hi C O S S. fuere ab Vrb. Cond. anno 690 proximo ante Ciceronem anno.* Ad hoc multi ex Colonijs & municipijs.} *Adhoc, particula eſt continuationis, quæ etiã ad hæc dicitur. Nec debet mutari in Ad hos. Cæterum illud mirum uideri poteſt, hoc in authore ut in nullo alio, tot ac tantas ſubinde eſſe contextus uariationes in omnibus ferè exemplaribus Hic quidam ita legunt: Ad hoc multi ex Colonijs & municipijs, qui domi & militiæ nobiles erant. Quidam hoc modo: Ad hæc multi ex Colonijs & municipijs, domi nobiles. & uerbum Erant ad ſequentiã referunt, ut Gothi exemplar.* L. Tullio, M. Lepido C O S S.} *Hi C O S S. fuere ab Vrb. Cond. anno 688 quo quidem anno deſignati erant, quanquam ad futurum annum, ſi recte petiſſent, P. Antronius & P. Sylla. Suetonius in Cæſare L. Antronium uocat, ſi codex nõ errat, non P. Eorum autem in locum C O S S. creati ſunt L. Cotta, & L. Torquatus. quos Catilina & Antronius occidere parabant, quemadmodum mox referet Salluſtius.* Quod ni Catilina maturaſſet.} *Conſiderandum, ſeruarítne Salluſtius illud ἀπὸ τῆς ἰδιότητος in uerbo maturare. quo de tam anxie ac ſubtiliter diſputat Gellius ex Nigidio. Certe Hiſtorici Latini maturare pro properare ac feſtinare identidem dicunt, quicquid dicat Gellius.*

Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea.} *Vide hic uerbum Quia, inceptiuum eſſe. Nam quæ ſequuntur uerba. Ea res cõſilium diremit, ad priora ſunt iungenda, nempe ad Quia nondum &c.* Poſtea Piſo in cite. Hiſpania quæſtor proprætore. *Verbum Quæſtor non eſt in omnibus codicibus. Et eſt planè ambiguum, priúſne Quæſtor, & iam factus Proprætor, ac ſic miſſus; an nunc Quæſtor recens factus, & ut Quæſtor miſſus, ſed pro Prætore, id eſt, loco prætoris. Verum iudicet lector.*

VALLA. Catilina eos quos) ſ.ſenatorij ordinis & equeſtris homines. Cum ſingulis multa.) quamuis ſingulos ſæpe locutus fuerat. In rẽ fore) id eſt in utilitate rei fore. Vniuerſos appellare.) alloqui ſimul omnes. Cohortari.) ſcilicet uniuerſos. In abditam partem.) id eſt in ſecretam. ne ſua uerba percipiãtur ab iſtis, qui ſimul cum eo conuenerant. Ibi.) in ea parte eorum ſecreta.

Arbitris) id eſt omnibus expulſis, præter eos, qui ſecum cõſenſerant. Arbitri proprie dicuntur, qui alienæ rei quaſi teſtes interſunt. Niſi ueſtra uirtus.) In hac oratione captat beneuolẽtiam ab auditoribus, laudat enim eos à fortitudine atq; fidelitate, captat enim beneuolẽtiam à reipſa per inſinuationẽ. Nam cum rem ſceleratam aggreſſurus ſit, dicit ſe facinus pulcherrimum atque honeſtiſſimũ facturũ eſſe. Niſi ueſtra.) Cepit beneuolentiam ab auditoribus, quorum uirtutem et fidem laudat. Fides eſt fortitudo animi. Spectata ſ.a. foret.) ſatis probata. Nequicquam.) fruſtra, neq; ego ſi uos ignauos, & uani ingenij homines eſſe cognoſcerem: ego non relinquerẽ certa pro incertis. Ignauia uulgo dicitur uitiũ de animo. Vana ingenia.) leuis, & inconſtãtia. Sed quia multis magnis.) ecce rem pro re: dicit enim coniurationem, quam tractare cœpit, facinus maximum atq; pulcherrimum eſſe. Tempeſtatibus.) periculis. tempeſtas hoc loco ſignificat periculum. Fortes fideleſq;) fortitudine & fidelitate præſtantes et: ideo maximum ad quantitatem, pulcherrimum ad qualitatem referens: uult enim non ſolum magnum: ſed etiam honeſtum eſſe hoc facinus, quod incepit, ut in ſequentibus oſtendet. Simul quia.) Alias rationes affert Catilina, cur his iuuenibus confiſus fuerit. Dicit enim præterea uobis confiſus ſum, quia nihil mihi utile eſt neq; perniciosum, quod nõ uobis quoq; ſit. Simul.) quia uiſus tantum & tam honeſtum facinus aggredi. Nam idem uelle.) præterea fidem maximã uobis adhibui, quia quod uobis utile atq; pernicioſum eſt, mihi quoq;, et ob eam rem ſequitur, ut id uelitis quod ego: ſed quia idem uelle atq; nolle firma eſt amicitia, relinquitur, ut uobis fidem maximam adhibeam, quibus eadem ſint bona atq; mala, quæ mihi eſſe uidetis. Agitaui.) concepi. Accenditur.) ad ea, quæ uobis ſingulis aperia. Vindicemus.) aſſerimus nos metipſos. Nam poſtquã.) & incipit oſtendere, quæ nam ſit eorum futura conditio, niſi ſe liberauerint à potentia paucorũ, & arguit à iuſtitia, iuſtum eſt, ut nos cæteri iuſto iure eſſe uelimus, quia nobis ſua ſuperbia ſuperiores ſunt. Paucorum.) ſcilicet ciuium Romanorũ. Ius.) poteſtatem. Ditionem.) dominationem. Conceſſit.) redacta eſt illis paucis. ſ. Reges.) qui multas prouincias habent. Tetrarchæ dicuntur, qui quatuor prouincijs præſunt. i. qui quatuor prouinciarum habent imperiũ.

Eſſe.) pro erat. Populi.) ſcilicet ciuitas. Nationes.) ſcilicet prouinciarum, ut natio Italica, natio Germanica, natio Aſiatica. Pendere.) pro pendebat. Cæteri oẽs.) ſcilicet ſtrenui &c. Fuimus uulgus.) reputati fuimus, quaſi uulgus ignobile. Obnoxij.) ſubiecti. His.) paucis potentibus. Formidini.) terrori. Si reſp.) ſi reſp. ſuum ius ſuamq; poteſtatem obtineret ſubiecti his ſumus, quibus terrorem incuteremus. Potentia.) quia ſi donare uoluerint honores, aut fauorem, id ipſi p ſuo arbitrio faciũt. Diuitiæ.) opes, copiæ, quia donant honores atque uirias, quæ ſunt reip. munera quibuſcunq; ipſi uoluerint. Pericula.) ſcilicet bellorum, quia cum bella populo Ro. inferuntur, nos arma pro reip. defenſione capimus in quibus ſæpe trucidamur. Repulſas.) ſcilicet dignitatum, uel magiſtratuum: quia ſi uel conſulatum, uel ædilitatem petimus, repulſa nobis parata eſt. Iudicia.) condemnationes, quas alij ambitus, alij rerum repetundarũ pœnas dederunt. Egeſtatem.) quia ad extremum nos redigũt iudicia nobis inferendo, & dignitates nobis negando. Quæ.) ſcilicet pericula, iudicia, repulſas, & egeſtatem. Quouſq;.) ad qd' tẽpus. Patiemini.) quaſi dicat

Catilina ubi eos, quos paulo ante memoraui, conuenisse uidet; tametſi multa cum ſingulis ſæpe egerat, tamen in rem fore credens uniuerſos appellare, & cohortari, in abditam partem ædium ſecedit: atque ibi omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuſcemodi habuit. Niſi uirtus atq; fides ueſtra ſatis ſpectata mihi foret; ne quicquam opportune res cecidiſſet; ſpes magna, dominatio in manibus fruſtra fuiſſent; neq; ego per ignauiam, aut uana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis & magnis tempeſtatibus uos cognoui fortes, fidoſq; mihi; eò animus auſus eſt, maximum atq; pulcherrimum facinus incipere: ſimul quia uobis eadem, quæ mihi bona, maláq; eſſe intellexi. Nam idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt. Sed ego, quæ mente agitaui, omnes iam antea diuerſi audiſtis. Cæterum mihi in dies magis animus accenditur, cum conſidero quę conditio uitę futura ſit, niſi noſmetipſos uindicemus in libertatem. Nam poſtquam Reſp. in paucorum potentum ius atq; ditionem conceſſit: ſemper illis Reges, Tetrarchæ, uectigales eſſe; populi, nationes ſtipendia pendere; cæteri omnes, ſtrenui, boni, nobiles, atque ignobiles, uulgus fuimus, ſine gratia, ſine authoritate; his obnoxij, quibus ſi Reſp. ualeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitię apud illos ſunt, aut ubi illi uolunt; nobis reliquere pericula, repulſas, iudicia, egeſtatem. Quæ quouſq; tandem patiemini o fortiſſimi uiri: non' ne emori per uirtutem præſtat; quàm uitam miſeram, atque inhoneſtam, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verum enimuero per Deum atque hominum fidem, uictoria in manu nobis eſt: uiget ætas, animus ualet; contra illis, annis atq; diuitijs omnia conſenuere. Tantummodo incepto opus eſt, cętera res ipſa expediet. Etenim quis mortaliũ, cui uirile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis diuitias ſuperare, quas profundant ĩ extruendo mari, & montibus coæquandis; nobis rem familiarem etiam ad neceſſaria deeſſe: illos binas, aut amplius domos continuare; nobis Larem familiarẽ nuſquã ullũ eſſe: cũ tabulas, ſigna, toreumata emũt; uetera negligũt, noua diruũt, alia ædificãt. Poſtremo oĩbus modis pecuniã trahunt, uexant;

dicat ulterius pati nullo modo debetis. Nónne emori.)argumentum facit. arguit enim ab honeſto, ſi duarum cōditionum ſcilicet uel ſtrenue mori, uel uituperoſe uiuere, potius eſt ſtrenue mori, quàm illa quæ ignauiam afferunt, multo magis expergiſci debemus, eo q̃ nihil tale timendum nobis eſt, nam nobis uictoria parata eſt. Praeſtat.) Melius eſt. Inhoneſtā) turpem & uituperoſam. Alienæ ſuperbiæ.) his, qui potentiores ſunt, & propterea ſuperbiſſimi. Per dedecus.) per uituperationem. Verum enimuero.) Superius uidiſtis, quomodo argumentabatur, etiam ſi moriendum ſit potius eſſe per uirtutem uitam amittere, quàm differre, ut p dedecus poſtea amittatur: nunc uero argumētum ſuum corroborat dicens non modo nobis non eſt moriendum, uerum etiam uictoria uobis parata eſt in manibus &c. Verum enim.) Superius argumentum ſumpſit ab honeſto, argumentabatur enim à iuſtitia, quæ eſt pars honeſti, nunc argumentatur à tuto id eſt altera parte deliberationis, quæ tuta dicitur, hæc autem diuiditur in uim & dolum, dolo uti ſe dicit Catilina cōtra incautos, ui contra inferiores. Verum enimuero,) ſed profecto, & eſt completiue poſitum, rariſſimū ē apud omnes idoneos: quòd ſi quis in epiſtola uſus fuerit, uenia reprehenſionis profecto carere non debet, ſed eſt uerbum hiſtoriographorū. Proh deum atque hominum.) dixit nobis moriendum eſſe potius per uirtutem, quàm mori per dedecus. ſed non eſt moriendum, quia uictoria iam nobis parata eſt.

Pro deum &c.) exclamantis eſt. Proh deum atque hominū fidem.) ſcilicet teſtor. i. teſtem facio. Viget uobis.) quia iuuenes eſtis. Animus ualet uobis.) quia excitati eſtis in rebus gerēdis interficiendo homines ſacra atq; fana ſpoliando. Contra illis.) ecce prouidentiam, po-

tamen ſumma libidine diuitias ſuas uincere nequeunt. At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum; mala res, ſpes multo aſperior; deniq; quid reliqui habemus, præter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini? En illa, illa, quam ſępe optaſtis, libertas; pręterea diuitię, decus, gloria in oculis ſita ſunt. Fortuna omnia ea uictoribus pręmia poſuit. Res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magnifica, magis quàm oratio mea uos hortētur: uel Imperatore, uel milite me utimini: neq; animus, neque corpus aberit à uobis. Hęc ipſa, ut ſpero uobiſcum unà conſul agam, niſi forte animus me fallit, & uos ſeruire magis quàm imperare parati eſtis.

Poſtquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant. ſed neque res, neque ſpes bona ulla; tametſi illis quieta mouere magna merces uidebatur, tamen poſtulauere plerique, ut proponeret, quę conditio belli foret, quę pręmia armis peterent, quid ubique opis, aut ſpei haberēt. Tum Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptionem locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas aliaq; omnia quę bellum atque uictorum libido fert. Pręterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonē dicebat, in Mauritania cum exercitu P. Sitium Nucerinum conſilij ſui participes. Petere conſulatum C. Antonium; quem ſibi collegam fore ſperaret, hominem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumuētū; cum eo ſe conſule initium agendi belli facturum. Ad hęc, maledictis increpabat omneis bonos, ſuorum unūquenq; nominans laudare; admonebat alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuę, complures periculi, aut ignominię, multos Syllanæ uictorię, quibus ea pręde fuerat. Poſtquam omnium animos alacreis uidet, cohortatus, ut petitionem ſuam curę haberent, dimiſit conuentum. Fuere ea tempeſtate, qui dicerēt, Catilinam, oratione habita, cum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui adduceret, humani corporis ſanginē uino permiſtum in pateris circumtuliſſe. Inde cum poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in ſolennibus ſacris fieri conſueuit; dicitur aperuiſſe conſilium ſuum; atque eo dictare, quo inter ſe magis fidi forent, alius alij, tanti facinoris conſcij: nonnulli ficta & hęc, & multa præterea exiſtimabant eſſe ab his, qui Ciceronis inuidiam, quę poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parū comperta eſt. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitijs atq; facinoribus coopertus; quē cenſores Senatu probri gratia amouerāt. Huic homini non minor uanitas quàm audacia inerat:

nit illis. ſ. aduerſarijs noſtris.

Annis atq; diuitijs.) nam qui ſenes ſunt, & diuites, conſequitur imbelles eē, atq; imbecilles: nunc hæc duo ſolent homines effœminare atq; molliores reddere. Annis) quia ſenes ſūt. Diuitijs.) quarum copiam nimiam habēt, quibus homines ſolum negligentiores ſunt. Incepto.) pro incipere. Res.) negotium ipſum. Expediet.) perficiet ſine noſtro labore. Etenim qs.) Rurſus ad iuſtitiam redit, cum tuti partes interpoſuerint. et honeſte autem à fortitudine argumentum facit, dicit enim ſtrenuū hominem iſta nullo modo poſſe pati. Cui uirile ingenium.) qui naturalem habent intellectum.

Superare.) abūdare. Profundunt.) quas ipſi prodigaliter cōſumunt. Extruendo mari.) in ædificandis ædificijs in ipſo mari, quia ſicut ſuperius dictum eſt in ipſo mari ædificia condita ſunt. Montibus coæquandis.) explanandis mōtibus, ut ibi ædificia faciant amœnitate plena.

Ad neceſſaria.) ad uictum noſtrum, et ueſtitum: nam hæc duo neceſſaria ſunt homini, uictus ſcilicet & ueſtitus. Et nobis,) quis poteſt tolerare. Continuare.) continue, iugiter. Aedificant.) duas, aut plures domos, cum una tantum egeant. Larē familiarem.) proprie deus foci Lar appellatur: ſed hic p loco accipitur, uidelicet pro foculo ubi familia ſtat. Tabulas pictas.) Tabulæ proprie dicuntur picturæ in tabulis artificioſe formatæ, quibus maiores plurimum delectabantur. Signa.) ſtatuas, uel marmoreas, uel eburneas, uel argenteas, uel aureas. Toreumata.) uaſa torno facta, ut ſunt pateræ pulcherrimæ, cathedræ, & alia huiuſmodi. Vetera diruunt.) non contēti maiorum ædificijs, ea ſolo æquant. alia ædificant. Vexāt.) frequenter uehunt: nā uexo frequentatiuum eſt de ueho idem ē quod lacero. Virgilius, Dulychias uexaſſe rates. Sūma li-

bidine, ſumma luxuria & ſuperfluitate. Inopia.) paupertas.

Res mala. } eſt domi noſtræ & res familiaris noſtra aduerſa eſt, quia pauperes ſumus. Spes multo aſperior, quia efficiemur pauperiores, ad extremum enim peruenturi ſumus.

Quin. } pro quòd non capeſcae rempub. quoniam in medio poſita eſt, nullo deſendente. Omnia præmia. } libertatem, diuitias, decus, gloriam. Res. } tempus. pericula, & cætera, concludit per enumerationem, quia breuiter enumeratis, quæ ſuperius diffuſe dixerat, uel quod intendit concludit.

Res. } miſera. Tempus. } opportunum. Pericula. } quia ſpes nobis aſperior eſt. ne in diſcrimina perueniamus maiora. Egeſtas. } quia ſumma neceſſitas nobis eſt.

Magnifica. } quæ dixi. Vobiſcum. } quia eodem furore incitati eſtis ad rempublicam occupandam, quo ego ſum. Animus. } ſcilicet noſter. Poſtquam accepere. } Viſum eſt ſuperius, quomodo adhortatus eſt Catilina coniuratores ad rempublicam occupandam. Nunc autem dicit, quo modo ſe habuerunt, qui Catilinæ orationem audiuerant. Accepere. } intellexere ea, quæ ſupra dicta ſunt à Catilina.

Omnes. } cõiuratores. Quibus abunde mala. } qui abundant omnibus malis, & inopia rei familiaris ſtricti erant, & grande æs debebãt, nec quo modo ſoluerent, ulla ſpes ſuppetebat. Abunde. } ſuperflue, pluſquam ſatis. Sed neq; res } id eſt qui inopes erant, non ſibi erant opes. Vlla ſpes. } nihil habebant, & nihil ſperabant, quod deterius ẽ. Magna merces uidebatur. } tametſi loco mercedis ponebant, otium & quietem reipublicæ perturbare.

Quietam rempublicam. } tranquillum & otioſum ſtatum ciuitatis. Plerique. }

neque reticere quę audierat, neque ſua & ipſe ſcelera occultare, prorſus neq; dicere, neque facere, quicquam penſi habebat. Erat ei cum Fuluia nobili muliere, ſtupri uetus conſuetudo, cui cum minus gratus eſſet, quòd inopia minus largiri poterat; repente glorians, maria monteiſq; polliceri cœpit; & minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret; poſtremo ferocius agitare, quàm ſolitus erat. At Fuluia, inſolentię Curij cauſa cognita tale periculum Reip. haud occultum habuit; ſed ſublato authore, de Catilinæ coniuratione, quę & quomodo audierat, compluribus narrauit. Ea res in primis ſtudia hominum accendit, ad conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Nanque antea pleraq; nobilitas inuidia æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebat, ſi eum, quamuis egregius, nouus homo adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atq; ſuperbia poſt fuere. Igitur Comitijs habitis, cõſules declarantur M. Tullius & C. Antonius: quod factum primo populares coniurationis concuſſerat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur, ſed indies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam ſua fide aut amicorum ſumptam mutuam, Feſulas ad Manlium quendam portare, qui poſtea princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cuiuſq; generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur, mulieres etiã aliquot; quæ primo ingentes ſumptus, ſtupro corporis tolerauerant; poſt, ubi ætas tantummodo quæſtui, neq; luxurię modum fecerat, æs alienum grande conflauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſolicitare, urbẽ incẽdere, uiros earũ uel adiũgere ſibi, uel interficere. Sed ĩ his erat Sẽpronia, q̃ multa ſępe uirilis audaciæ facinora cõmiſerat. Hæc mulier genere atq; forma, pręterea uiro ac liberis ſatis fortunata fuit, literis Gręcis & Latinis docta, pſallere & ſaltare elegantius quàm neceſſe eſt probæ; multa alia, quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt, ſed ei chariora ſemper omnia, quàm decus atque pudicitia fuit. pecunię an famę minus parceret, haud facile diſcerneres; libidine ſic accenſa, ut ſæpius peteret uiros, quàm peteretur; ſed ea, ſępe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cędis conſcia fuerat, luxuria atq; inopia pceps abierat. Verum, ingenium eius haud abſurdum, poſſe uerſus facere, iocum mouere; ſermone uti uel modeſto, uel molli, uel procaci; prorſus multę facetię, multuſq; lepos inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilominus in proximum annũ conſulatum petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Neque interea quie-

coniuratores. Quæ conditio belli foret. } ſi uictores euaſerimus, quænam noſtra erit conditio. Quæ præmis. } quid præmij conſecuturi ſumus, ex hoc quòd in rempublicam arma capimus. Quid ubiq. } quibus nos periculis exponimus ſpe, quibus autem uiribus freti tantum facinus aggredimur. Tum Catilina polliceri. } ad id quod dixerant plerique coniuratores, quæ conditio belli foret, quæ præmia. Nouas tabulas. } admirandas tabulas, quæ poſsidebantur à diuitibus, ſicut apud authores comprehendi poteſt, erant pretioſæ huiuſmodi tabulæ, in quibus artificioſe pingebantur imagines ære uel argento et auro redimitæ. Proſcriptionem locupletum. } publicationem bonorum hominum diuitum, nam proſcribere nomen ciuis Romani, eſt nomen eius in tabula ſcriptum in publicum extollere, ut quiſque legere poſſet, & quicunque legiſſet, ius habebat in corpus, & etiam in bona illius, qui in tabula proſcriptus erat. Proſcriptionem locupletum, publicationem bonorum, quæ poſſidebantur à diuitibus. Magiſtratus. } Primus & ſũmus magiſtratus in urbe Roma erat conſulatus: ſecundus magiſtratus erat prætura: tertius ædilitas: quartus tribunatus plebis, quintus quæſtura. ſed cenſura erat inter maiores magiſtratus enumeranda. Sacerdotia. } id eſt ſacerdotum beneficia, & honores, in quibus ſacerdotes honoratim primo afficiebantur. Alia omnia et cætera. } utputa alienas ſtuprare uxores, uirgines, quas prius dilexerant, uiolare. Fert. } cupit. Præterea. } dicebat ad illud quod ubiq; opis, aut ſpei haberet. Piſonem in citeriore Hiſpania. } Superius dixit hũc Piſonem interfectum, ſed antequã interficeretur, hæc omnia facta ſunt. Adhuc. }

præterea

præterea dicebat. Fore, } futurum eſſe. Sperat et Catilina hominem familiarem. } hominē ſibi familiaritate coniunctum.

Omnibus neceſſitudinibus } omnibus neceſſitatibus. Circumuentū } obſeſſum. Neceſſitudinibus. } quia rē familiarem inopem domi habebat, multum præterea æs alienum debebat, qui multa nefanda cōmiſit flagitia; infamis eſt apud omnes, quas omnes neceſſitudines impulerant ipſum obſequi mihi, ad quid ſua opera uti uoluero.

Agendi. } ſcilicet ciuilis belli. Increpabat bonos omnes. } nā mali ſemper infenſi ſunt bonis. Vnumquēq; ſuorum nominans appellabat. } omnes ſuos nomine, Luci Vargunteī paratus ſis, ut hæc oīa facias, quæ mihi pollicitus es, & tu Publi Antoni, cum tu illum interfeciſti, animi tui documenta maxima dediſti. Egeſtatis. } uide in quanta egeſtate poſitus ſis, ſi me ſequi uolueris, ab hac te egeſtate expediam, teq; ditiſſimum breui faciam. Cupiditatis ſuæ. } Scis te amore uirginis illius deperire, alio modo cōſequi nō potes, niſi mecum una reipublicæ ſtatum perturbemus cæteris ſocijs adiuuantibus.

Periculi. } ſcis te alieno ære aſtrictum eſſe, multas præterea cædes & nefanda ſtupra commiſiſſe, & niſi hæc coniuratio fiat, pœnas criminis tui eſſe daturum, relinquatur ergo, ut prōptus ſis atq; paratus, & hanc rem aggrediendam eſſe non dubites. Aut ignominiæ } non opus eſt, ut timeas famam bonam amittere, adeo enim es infamis, ut iam conſtet apud oēs infamiam tuam eſſe non mediocrem. Multos uictoriæ ſyllanæ. } uobis notum eſt uiri fortiſſimi, quantum pecuniæ conſecuti fueritis, tunc cum uobis data ſint bona eorum, quos bello uicitus, dixit Sylla: ita ſi hoc tempore uiri fueritis, bonorum omnium uos dominos faciam. Ea. } ſcilicet uictoria. Alia

tus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni; neq; illi tamen ad cauendum dolus, aut aſtutię deerant. Nanq; à principio ſui conſulatus multa pollicendo, per Fuluiam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoraui, conſilia Catilinę ſibi proderet. Ad hoc collegam ſuum Antonium pactione prouincię perpulerat, ne contra Remp. diſſentiret, circum ſe præſidia amicorum, atq; clientum occulte habebat. Poſtquam dies comitiorum uenit, & Catilinæ neq; petitio, neq; inſidię, quas conſuli fecerat, proſpere ceſſere; conſtituit bellum facere, & extrema omnia experiri: qm̄ quæ occulte tentauerat, aſpere fœdeq; euenerant. Igitur C. Manlium Feſulas, atq; in eam partem Hetrurię, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit; prēterea alium alio, quem ubiq; opportunum ſibi fore credebat. Interea Romę multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obſidere, ipſe cum telo eſſe. Item alios iubere, hortari, uti ſemper intēti paratiq; eſſent, dies noctesq; feſtinare, uigilare, neq; inſomnia, neq; labore fatigari. Poſtremo, ubi multa agitanti nihil ꝓcedit; rurſus intēpeſta nocte cōiurationis pricipes cōuocat ꝑ M. Porciū Leccā: ibiq; multa de ignauia eorū queſtus, docet ſe Manliū pręmiſiſſe ad eā multitudinē, quā ad capiēda arma parauerat: uē alios ī alia loca opportuna, q initiū belli facerēt; ſeq; ad exercitū ꝓficiſci cupe; ſi prius Ciceronē oppſiſſet, eū ſuis conſilijs multum officere. Igitur perterritis ac dubitantibus cęteris, C. Cornelius eques Ro. operā ſuā pollicitus, & cum eo L. Vargunteius Senator, conſtituere ea nocte paulopoſt cū armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire ad Ciceronem, ac de improuiſo domi ſuę imparatū confodere. Q. Curius, ubi intelligit, quantum periculum conſuli impendeat, propere per Fuluiam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illi ianua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperāt. Interea Mālius in Hetruria plebem ſolicitare, egeſtate ſimul ac dolore iniurię nouarum rerum cupidam, quòd Syllæ dominatione, agros bonaq; omnia amiſerat. Prēterea latrones cuiusq; generis, quorū in ea regione magna copia erat: nonnullos ex Syllanis colonis, quibus libido, atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. Ea cum Ciceroni nunciarentur, ancipiti malo ꝑmotus, quòd neq; urbē ab inſidijs priuato cōſilio longius tueri poterat, neq; exercitus Manlij quātus aut quo conſilio foret, ſatis compertum habebat; rē ad ſenatum refert, iā antea uulgi rumoribus, exagita-

cres. } id eſt poſtquam uidet lætos & promptos eſſe ad id agēdum, quod promiſerant. Petitionem ſuam. } ſcilicet conſulatus, ut ſuffragia ueſtra ſint mihi parata. Dimiſit. } licentiauit, miſſionem dedit his, qui conuenerant. Fuere ea tempeſtate. } Nunc ponit quandam opinionem, ut cum ſuperiorem habuiſſet orationem, inter omnes, qui aderant, ibi paterā uino plenam ſanguine permixto Catilinam circūtuliſſe, ut quemadmodum fœdus uictimarū ſanguine ſanciri ſolet, ita ipſi fide acti ingerentur, ſanguine humano ſancita. Ea tem; eſtate. } eo tempore, quo hæc geſta ſunt. Orationem } quā ſuperius uidiſtis.

Adigeret. } aſtringeret. unde adactū, aſtrictū Populares. } fautores, & conſcios ſui ſceleris. In pateris permixtum. } Infundit pateris uinum ſanguine humano permixtum, deinde circuntulit omnibus execrādo: ut ita ſuus ſanguis hauriretur, ſi nō feciſſent, quę promiſerāt, quemadmodum ſanguinem illū hominis hauſiſſent: inde dicitur Catilina aperuiſſe &c. Poſt execrationem &c. } Poſt maledictionem, qua execrati ſunt multa mala in ſeipſos uertere, ſi non effecti eſſent fideliter ea, quę promiſerant. In ſolēnibus ſacris. } quę ſolēnia ſacra ſolēt fieri cum fœdus ſancitur ſanguine uictimæ. Aperuiſſe. } manifeſtaſſe. Atq; eo dictare feciſſe. } Superius uidiſtis, quomodo humanum ſanguinem iureiurando, cum ſe adigerent cōiurationi hauſerunt: nunc dicit cauſam, cur execrationem illā inter ſe fecerint, uidelicet, ut huius ſceleris conſcij, alij alijs fideliores eſſent. Atq; } dicitur. Eo. } id eſt ideo. Dictare. } frequenter dicere execrationē illam. Quo. } id eſt, ut tanti facinoris. i. coniurationis, ſcilicet q ſanguinem humanū hauſiſſent. Nonnulli hanc habent opinionem. } q ſanguinem humanum pateris infuſum hauſerunt.

rint, alij autem falſum eſſe dicunt, & hi erant, qui uolebant odium minui Ciceronis, quod poſtea in ipſum ortum eſt, eo q̃ ciues Ro. interfici iuſſiſſet contra leges. Atrocitate.} crudelitate eorum, qui interfecti fuerant: nam ſi hæc ſcelera commiſerant minuebatur odium Ciceronis, q̃ eos interfici iuſſerat.

Inuidiam.} in odium. Atrocitate.} ſcelerũ q̃ diceret metuiſſe huiuſmodi ſceleratos ciues tale, & deterius ſupplicium pendere, eo q̃ tam atrum ſcelus cõmiſerant, utputa humanum ſanguinem haurire. Nobis ea res.} Nunc dicit Salluſtius opinionem ſuam. Pro magnitudine.} id eſt ſecundum rei magnitudinem. Parum comperta.} parum explorata: nam cum tanta eẽt rei magnitudo, profecto eſſet nobis manifeſta, quapropter comprehendi poteſt mendacem & falſum eſſe in coniuratione Catilinæ. Haud obſcuro.} nõ ignobili. Coopertus.} oppreſſus. Flagitijs.} id eſt ſceleribus. nam flagitium dicitur uitium flagitione. id eſt reprehenſione dignum, ſeu in uerbis fuerit, ſeu in factis, ſed in factis sẽper facinus dicitur. Probri.} uituperij. Amouerant.} remouerant, quia indignus erat ſenatorij ordinis. Non minor uanitas quàm audacia.} quidam ſibi inerat, ſed ſimul uanus. Neque reticere.} Dicit quomodo uanus erat obſcelera detecta.

Penſi conſiderati.} ſine ulla conſideratione. Ideo quia, & dicebat & agebat Curio. Conſuetudo.} familiaris. Nobilis.} famoſa, & clara. Dicitur nobilis non ſolum uirtute inſignis: ſed uitio uel ille, qui uirtutibus, uel uitijs ingẽtibus, omnibus cognitus eſt, nobilis appellatur: unde nobile ſcortum, quia multis cognitum eſt. Cui cum minus gratus.} hæc eſt conſuetudo meretricum, cum multum pecuniæ ab amico receperint diligunt, cum uero minimam pecuniã acceperint, minuitur amor.

tam. Itaque (quod plerunque in atroci negotio ſolet) ſenatus decreuit, ut darent operã conſules, nequid Reſpub. detrimenti caperet. Ea poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere; coercere omnibus modis ſocios, atque ciues, domi militięq; Imperiũ, atq; iudicium ſummum habere, aliter ſine populi iuſſu nulli earũ rerũ conſuli ius eſt. Poſt paucos dies L. Seruius ſenator, in ſenatu literas recitauit, quas Feſulis allatas ſibi dicebat: in quibus ſcriptum erat, C. Manlium arma cepiſſe, cum magna multitudine ante diem VI. Calend. Nouemb. ſimulq́; (id quod in tali re ſolet) alij portenta, atque prodigia nunciabant, alij conuentus fieri, arma portari, Capuæ, atque in Apulia ſeruile bellum moueri. Igitur ſenatu decreto, Q. Martius rex Feſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumq́; ea loca miſſi ſunt. Hi utriq; ad urbem imperatores erant impediti, ne triũpharẽt calũnia paucorũ, q̃bus oĩa boneſta, atq; inhoneſta uendere mos erat. Sed ꝑtores Q. Põpeius Rufus Capuã, Q. Metellus Celer ĩ agrũ Picenũ. hisq; ꝑmiſſũ ẽ, uti ꝑ tꝑe atq; ꝑiculo exercitũ cõpararent. Ad hoc, ſi q̃s indicauiſſet de coniuratione, quę cõtra Remp. facta erat, præmium; ſeruo, libertatem, & ſeſtertia centum; libero, impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia. Itemq́; decreuere, uti gladiatoriæ familiæ Capuam & in cætera municipia diſtribuerentur pro cuiusq; opibus, Romę per totã urbem uigilię haberẽtur, hisq́; minores magiſtratus ꝓeſſent. Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata urbis facies erat: ex ſumma lætitia, atq; laſciuia, q̃ diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia ĩuaſit; feſtinare, trepidare, neq; loco, neq; cuiq̃ hoĩ ſatis credere, neq; bellũ gerere, neq; pacẽ hẽre, ſuo quiſq; metu ꝑicula metiri. Ad hoc, mulieres, quibus pro Reip. magnitudine belli timor inceſſerat, afflictare ſeſe, manus ſupplices ad cœlum tendere, miſerari paruos liberos, rogitare deos, omnia pauere, ſuperbia atque delitijs omiſſis, ſibi patriæq́; diffidere. At Catilinę crudelis animus eadẽ illa mouebat, tametſi pręſidia parabãtur. Et ipſe Plautia lege interrogatus erat ab L. Paulo. Poſtremo diſſimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, ſicuti iurgio laceſſitus foret, uenit in ſenatum: tum M. Tullius cõſul, ſiue ꝓſentiam eius timens, ſiue ira cõmotus, orationẽ habuit luculentam, atq; utilẽ reip. quã poſtea ſcriptã edidit. Sed ubi ille aſſedit, Catilina, ut erat paratus ad ſimulãda oĩa, demiſſo uultu, uoce ſupplici, poſtulare à Patribus cœpit, nequid de ſe temere crederent, ea familia or-

Quia minus inopia conſequitur.} nam cum frequenter ad eam iter faceret, & ſemper ei aliquid largiretur, ad extremã neceſſitatem redactus erat, ut non poſſet explere eius auaritiam, quapropter minus gratus erat. Repente.} ex improuiſo. Glorians.} quia iam coniurationis ſperabat euentum: ideo gloriabatur. Maria & montes} prouerbium eſt, quod cum de ingenti alicuius pollicitatione agimus, cum irriſione quadam dicere ſolemus. dicebat enim: mihi maxima eſt facultas diuitiarum, quas paulopoſt polliceri licebit. Obnoxia.} ſubiecta, & morigera. Agitare.} uexare, et perterrefacere. At Fuluia.} ut erat fœmina aſtutiſſima, ſe obnoxiam dixit futuram Curio, & ita pedetentim interrogauit, dic mihi Curi, q̃ facultatem habeas diuitiarum, nam & ſi hoc mihi communicaueris, ego tecum ſimul bonis lætabor, et ita cum illa ſimulaſſet, ſe ſibi fore obſecuturam, extorſit ab eo, ut coniurationem aperiret. Inſolẽtia.} ſuperbia & arrogantia. Cauſa.} cur adeo ferox factus eſſet. Sublato authore.} diſcedente authore cõiurationis, qui author fuerat aperiunde coniurationis. ſ. Curius. Quæ.} ſcilicet uerba.

Quomodo.} ſcilicet per aſtutiam ſuam Curius ſibi aperuerat. Compluribus.} Cum multis uerbis, uel cum pluribus, ſcilicet hominibus. Ea res.} ſcilicet, quam de coniuratione Catilinæ aperuerat. Accendit.} incitauit. Mandandum.} ad tradendum. M. Ciceroni.} quia ſolus ex omnibus ciuibus Romanis uidebatur idoneus, qui de pernicioſis ciuibus Rempub. eripere poſſet, quàm Marcus Tullius. & eſt maxima Ciceronis laus, quòd unus ex omnibus uiſus fuerit ad Rempublicam recuperandam idoneus.

Pleraq; nobilitas.} maior pars nobilium. Aeſtuabat.} ardebat, & ſimulabat odio, quia quo-

tum: ita ab adoleſcẽtia dicebat uitã inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet, neq; exiſtimarent ſibi patritio homini, cuius ipſius atq; maiorum plurima beneficia in plebem Ro. erant, perdita Repub. opus eſſe, cum eam ſeruaret M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romę. Ad hæc maledicta alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atq; paricidam uocare. Tum ille furibũdus, Quoniam quidem circũuentus, inquit, ab inimicis pręceps agor, incendium meum ruina reſtinguam. Deinde ſe ex curia domum pripuit. Ibi multa ſecum ipſe uoluẽs quòd neq; inſidiæ conſuli procedebant, ab incendio intelligebat, urbem uigilijs eſſe munitam; optimum factu credens exercitum augere, ac priuſquam legiones ſcriberentur, multa ante capere, quæ bello uſui forent: nocte intempeſta cum paucis in Manliana caſtra profectus eſt. Sed Cethego, atque Lentulo cæteriſq;, quorum cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus poſſent, opes factionis cõfirment, inſidias conſuli maturent, cædem, incendia aliaq; belli facinora parent, ſeſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurũ. Dum hęc Romæ geruntur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Q. Martium Regem mittit cum mandatis huiuſcemodi.

quis quodam odio populi maculari & ſordidari uidebatur.

Eum conſulatum nouus homo.) Nouus homo dicitur: qui parèoante ab infimo gradu ad ſummum officium aſcenderit, ut tribunatus, & conſulatus, ut Cicero fuit: nam dicunt nonnulli fabri ferrarij fuiſſe filium, fuit autem, quod conſtat, ex municipio Arpinati, unde dictus eſt, Arpinas Cicero, ſed cum patre ſimul peruenit in urbem Romam, & ibi factus eſt ciuis, & cum ipſe prudentia ſimul, & eloquentia refertiſſimus eſſet, princeps Romanus euaſit, ergo nouus erat.

Sed ubi periculum ita quidem ante credebant conſulatum maculari, ſi Cicero eum adeptus eſſet: ſed ubi periculum coniurationis aduenit, obliti ſunt inuidiæ atq; ſuperbiæ. Poſt fuere. } poſt habita ſunt. Igitur. } ſuperius oſtendit, quomodo pleriq; nobiles antea exiſtimauerant pollui conſulatum, ſi noui homines, quamuis egregij, eum adepti fuiſſent, poſtquam periculum omnes metuebant, libenter & prompte conſulatum Marco Ciceroni mandauerunt, cui collegam adiunxerunt Caium Antonium, quod dixit. Igitur } ergo, quando quidem, iam nunc inuidia homines nobiles nolebant, nouos homines conſulatum adipiſci, ſed cum intelligebant periculum, quod inſtaret, omnes curabant patrocinium ciuitatis habere. Igitur. } quia poſtpoſuerat inuidiam atq; ſuperbiam. Habitis comitijs. } id eſt congregationibus populi factis ad creandos conſules, & dicitur comitium à con & itum eo quod ſimul iret populus ad magiſtratum aliquem creandum, uel aliud peragendum, & in campo martio conuenìebant, & ſignificat comitium, populi congregationem, uel populi electionis magiſtratum. locum, & tempus ipſarum electionum. Populares. } fautores. Primo } in principio. Concuſſerat. } metu terruerat.

Neq; tamen. } cæteri autem metuebant, ſed Catilina magis incitabatur. Agitare. } pro agitabat. i. cogitabat. Oportunis. } bello. Pecuniam } ſua fide. Amicorum } qui pro eo ſpoponderãt fœneratoribus. Feſulas. } Feſulæ oppidũ eſt nunc dirutum diſtans Florentia duobus milibus paſſuum: cuius Manlius fuit princeps: ſicut uidebimus. Tempeſtate ea. } id eſt eo tempore. Cuiuſq; generis. } Cuiuſcunque conditionis, uel ſummæ, mediocris, & infimæ, & hoc eſt liberos, & ſeruos. Mulieres etiam. } non ſolum dicit ſibi adiunxiſſe uiros, ſed etiam mulieres, quæ ſibi uidebantur idoneæ ad hanc rem. Quæ. } mulieres. Stupro. } corporis, quia nobiles erant, & forma inſignes: ideo à multis petebantur, quapropter multam lucrabantur pecuniam. Aetas. } ſcilicet ſenilis. Quæſtui. } ſcilicet lucro. Neq; luxuriæ. } eadem uoluntas libi-

dinis inerat eis, quæ in iuuentute fuerat. ſed non erat idem quæſtus, qui fuerat in iuuentute, quia iam grandioris ætatis factæ, formoſæ eſſe deſiſtunt.

Modum. } finem. Sollicitare. } poſſe precibus flectere, ut coniurationi fauerent. Vrbẽ incendere. } hoc eſt potiſſimum in capiundis urbibus. nam cum incendium fuerit inceptum, oẽs eo concurrũt, & ita mœnia armatis deſerta haud difficile capiuntur. Interficere. } ſi noluiſſet coniurationi fauere. Facinora audaciæ uirilis. } i. quæ multa facinora ſæpe perpetrauerat non ad mulierem, ſed ad uiros pertinentia. Aſciuiſſe. } coniunxiſſe, nam aſciſcere coniungere ſignificat. Genere. } quia nobili, & patritio genere fuit. Forma. } quia pulcherrima. Viro. } quia ſenatorio uiro coniuncta erat. Liberis. } quia uirilem ſtirpem procreauerat. Satis fortunata. } ſatis fœlix. Docta. } perita, erudita. Pſallere. } canere uiuum pſalterium, & eſt pſallere proprie fidibus, canere uero uoce, ſaltare eſt in choreis ſaltationes hominum imitari. Elegantius. } excellentius, præſtantius. Quàm probæ. } quàm pulcherrimæ conueniret. Neceſſe eſt. } opus eſt, probæ honeſtæ, & pudicæ mulieri. Inſtrumenta luxuriæ. } inſtrumenta ſunt luxuriæ canere, pſallere, & ſaltare, quibus adoleſcentiũ animi ad libidinem incitantur. Probæ mulieri. } quia non eſt dedecus mulieri. ſ. & ſaltare, & fidibus pſallere, atq; uoce canere didicerit, dummodo id mediocriter faciat, ſed ſi laſciuius fecerit hæc omnia iam dedecori ſibi eſſe incipiunt. Decus. } honor. Pudicitia. } caſtitas, & pudor. Haud facile diſcerneres. } non facile iudicares, uel dignoſceres. An pecuniæ parceret magis q̃ famæ. } id eſt uicium minoris precij exiſtimaret famam, an pecuniæ conſumptionem. Ante hac } ante hanc coniurationẽ. Prodiderat. } quia ſæpe promiſerat aliquid ſe facturam: quod poſtea non fecerat. Prodiderat fidem. } id eſt perfida fuerat, non ſeruando fidẽ ſuam. Abiurauerat. } declarat quomodo fidem prodiderat. Creditum abiurauerat. } depoſitam & commendatam ei rem iureiurãdo negauerat: nam abiurare eſt rem creditam periurio negare.

Cædis conſcia. } ſibi communicato fuit cædes hominum. Luxuria atque inopia. } nam quia luxuriæ & uoluptati operam dederat: ideo ad inopiam redacta erat, ut ſuas cupiditates expleret.

Abierat præceps } ruerat in ruinam. Haud abſurdum. } non inconueniens, ut compararet uerſus. Iocum mouere. } id eſt ridicula uerba proponere, & iactare, quibus ad riſum ſodales mouerentur. Modeſto. } moderato. Molli. } ſuaui. Procaci. } laſciuo.

Multæ facetiæ. } multa faceta uerba. Multuſq; lepos. } Inter facetias & leporem hoc intereſt. quia facetiæ ſunt breuia quædã

eloquia, quibus animi auditorum delectantur, lepos dicitur ſermonis expolitio & lautitio quædam. Nihilominus.} quamuis omnia haberet ſibi parata ad regnum. In proximum.} in ſequentem annum: nam Cicero & Antonius eo anno conſules erant. Antonio.} nam Antonius multis egeſtatibus oppreſſus erat, quapropter credebat Catilinam obſecuturum ſibi, ſi conſul deſignatus foret, potius quàm ſi priuatus deſiſteret. Ex uoluntate.} in ſuã uoluntatem tracturum Antonium. Interea.} donec ad conſulatum perueniret. Quietus erat.} non torpeſcebat otio. Omnibus modis} & foris & domi parabat inſidias cõſuli Ciceroni. Vt.} quãuis, ille omnibus modis ſibi pararet inſidias. Illi.} Ciceroni conſuli. Ad cauendum.} ad euitandas inſidias. Dolus.} dolus ẽ mali ingenij cogitatio. Aſtutiæ.} aſtutiæ dicuntur aſtuti ingenij præſentia conſilia, & ab Aſtu oppido dicuntur. ubi erant homines uerſuti, calludi, & aſtuti. A' principio ſui conſul.} Cum primum creatus eſſet conſul Cicero. Effecerat per Fuluiam.} id eſt interceſſione Fuluiæ, cuius illecebris captus tenebatur, ob eam rem nihil ipſi Fuluiæ occultum eſſe poterat. Propulerat.} impulerat.

Pactione prouinciæ.} nam conuenerat inter eos, ut prouincia extrema contingeret Antonio, quæ nobilior erat: hoc autem fecit Cicero, ut uoluntati Antonij morem gereret, ut ipſe urbi, ubi periculum coniurationis imminebat faueret: nam mos erat, ut conſules inter ſe prouincias ſortirentur. Circum ſe.} omnia exponit, quæ faciebant ad euitandas Catilinæ inſidias. Circum ſe.} ad tutelam ſui. Amicorum.} & maiorum, & parium. Clientium minorũ} nam clientes dicuntur, qui ſub maioris imperio ſunt conſtituti.

Dies comitiorum.} dies, ut noui conſules declararentur. Petitiones.} nam cum ipſe candidatus in campum martium ueniſſet, conſulatum, quãuis ſuffragantibus conſcijs coniurationis, adipiſci non potuit, & paſſus eſt repulſam. Neq; inſidias.} id eſt eum nihil cõtra Cicero, moliri poſſet ad ipſius Cice. perniciem; cum Cice. oĩa diſcuteret aſtutia ſua. Bellum fa.} non dolis, aut inſidijs remp. occupare: ſed ui. Omnia extrema.} ephexegeſis eſt. id eſt bellum, quod in omnibus extremis geritur. Aſpera.} iniqua, & eſt tractum à montibus, & hoc autem pertinet ad facta. Fœda.} abſurda, & contra uoluntatem peruenientia. & hoc refertur ad nomen ſuum, id eſt ad famam. Igitur.} quia occulte tentata parum ſucceſſerant, & Catilina bellum facere, & omnia extrema experiri conſtituerat. Feſulas.) oppidum non longe à Florentia, à quo originem habuiſſe dicitur Florentia. In eã partem Hetruriæ.} Feſulæ enim etiam in Hetruria ſunt. Camertẽ.} de Camerino oppido.

In agrum Picenũ.} in Marchiam Anconitanam. Præterea.} ſcilicet dimiſit. Opportunum.} idoneum, & conuenientem, ad uim faciendam, ſcilicet in rempublicam romanam. Interea.} dum miſſi in prouincias impoſita ſibi exequuntur. Conſuli.} Ciceroni.

Incendia.} nam duodecim nobiliſſima loca Romanæ urbis incendio delere conſtituerat ipſe Catilina. Cum telo.} in manibus eſſe, ut idem ſcilicet cum telo in manibus eſſet. Intenti.} diligẽtes, parati, ut ſi occaſio offerretur, conſulem interficerent. Inſomnijs.} id eſt uigilijs: & declinatur hæc inſomnia niæ. Agitanti.} id eſt cogitanti. Rurſus conuocatus.} quia ſuperius, ut dictum ẽ, & antea conuocauerat. Intempeſta nocte.} media nocte. Per Marcum Portium Leccam.} hic hoc tempore præconis fecit officium. Ibi.} in concione eorum. Si prius.} quando quidẽ maturabat coniurationem ad exitum perducere Catilina, et ſolus ei erat, qui ſibi, et ſuis cõſilijs officeret. Cæteris.} coniuratoribus. Perterritis.} quòd neceſſe eſſet, conſulem uirum tantæ dignitatis, eſſe tollendum de medio. Dubitantibus.} q, dubitabant conſulem interficere, cum eum aſtutiſſimum ad cauendũ cognoſcerent. Eques.} quia equeſtris ordinis ciuis erat. Operam pollicitus.} ſe ſuſcepturum hanc prouinciã de interficiendo conſule. Ea nocte.} qua hæc acta fuerunt à Catilina cum coniuratoribus. Paulopoſt.} ſcilicet aduentante die, quia nocte intempeſta habitum fuerat conſilium. Salutatum.} quia uiſitandi gratia. Confodere.} trucidare. Introire.} intra domum Ciceronis ire. Imparatum.} improuiſum, qui nihil tale putabat, & ob eam rem facile confodi poterat. De improuiſo.} ex arbitratu. Quintus Curius.} princeps coniurationis. Quantum periculum.} quia periculum capitis, quod factũ fuerat per Fuluiam, quia Fuluia miſit ad Ciceronem quæ referret quid factum eſſet aduerſus eum. Enunciat.} nam declarauit conſilium coniurationis Curius. Prohibiti} remoti. Tantum facinus.} ſcilicet conſulem interficere. Interea.} dum Catilina Ciceronem proſequatur. Plebem.} Hetruriæ. Solicitabat.} ad coniurationem contra remp. Ro. Nouarum rerum.} id eſt cupidam nouare res. Egeſtas.} egeſtas ſolet homines ad ingentia ſcelera facilius inducere. Amiſerat plebs.} Hetruſcorum. Quod Syllæ.} Oſtendit, quænam eſſet iniuria Hetruſcorum à Ro. Bona.} cum iam remp. teneret Sylla proſcriptiones fecit locupletum militibus ſuis, ſed præcipue bona Hetruſcorum proſcripſit, itaq; agros, & bona eorum militibus diripienda dedit. Præterea.} præter hos.

Cuiuſq; generis.} cuiuſcunq; conditionis, ſiue ſerui, ſiue liberi eſſent. Latrones.} qui latrocinio uiuebant. Magna copia.} eo q, Hetruſci aſſueti erant propter Syllanam uictoriam. Ex Syllanis colonis.} ex illis, qui amici fuiſſent Syllæ. Nam Sylla uictores incolas oppidorum Hetruriæ expulit, & Romanos, qui ſuis partibus fauerant, in ea oppida miſit. Colonia autem dicitur, cum maiores ciuitatis ciues in minorem habitandam mittuntur. Quibus li.} oſtendit etiam hos fuiſſe opportunos, qui ad coniurationem facile incitarentur. Quibus.} ſcilicet colonis. Libido.} pro aliarũ rerum uoluptate, & cibi & ueſtitus. Luxuria.} Hic ponitur luxuria pro incontinentia, & impudicitia corporis. Nihil reli.} id eſt conſumpſit cuncta. Ea cum.} id eſt Catilinam, incendia urbi, et ipſi Cice. cædem paraſſe, & Manlium omni ratione copiam coniurationis auxiſſe. Ancipiti} id eſt duplici: nam anceps duarum rerum dicitur: quia & urbi & prouinciæ ſuccurrendum erat, quod ipſe declarat. Priuato ſui ipſius conſilio.} Cice. ad hoc tempus remp. tantum conſilio tutatus fuerat, ſed ulterius tutari non poterat: nam in peius uergebat. Longius.) diuturnius. Quantus eſſet.} quantas copias haberet Manlius. Quo cõſilio.} an ipſi oẽs eſſent irati populo Ro. uidelicet, an ipſi uellent rempub. inuadere, aut aliud quippiam facere. Exagitatam.) diuulgatam. Rumoribus.) quia omnia hæc alius alij referebat. Itaq;.) cum hæc retuliſſet conſul in ſenatu de rep. Atroci negotio.) id eſt cum aliqd' periculum maximum imminer et reipub. Darent optanda.) laborarent. Ne quid detrimenti.) omnia curarent conſules. quæ utilia eſſent reip. Ea poteſtas.) quam ſtatim dicam. More Romano.) ſecundum conſuetudinem Romanorum. Magiſtratui.) conſulibus, uel alijs imperatoribus. Bellũ gerere.) indicere bellũ, quibus libuerat. Coercere.) ĩ bella ad noĩa dãda, q functi eſſent militia, uel alia rõne. Iudicium ſummũ.} capitalem pœnam cũ eſſent in caſtris imperatores licebat eis quẽquam noxium capite, uel alio ſupplicio afficere: ſed in urbe nihil tale permittebatur: niſi hoc decretum factum fuiſſet. Earum rerum.} hæc ſuprascripta facere poſſent. Sine iuſſu.} hoc dixit: ſine iuſſu populi: quia decernebat Senatus; populus poſtea

lus poſtea iubebat. Poſt paucos.} nunc reſpondit quomodo coniuratio ſit patefacta: poſt paucos inquit dies: quibus hæc decreta ſunt a ſenatu & iuſſu ppl'i. Feſulis.} Hẽbat L. Ser. aliquos Feſulis, uel hoſpitio, uel affinitate cõiunctos: q ipſum monuerunt literis oĩs: quæ parauerat C. Manlius. Cœpiſſe.} prius fecerat cõuẽtus pnicioſorum hominũ nũc uero oẽs armis inſtruxerat: ut iam exercitum haberent. V. kal. nouemb. ante ſextum diem principij nouembris. Portenta & prodigia.} Differentia eſt inter portentũ & prodigium: nam portentum dicitur, quaſi porro tendẽs: & eſt illud quod rem futuram ſignificat: ſed prodigiũ dicitur, quaſi procul adagendum: quod rem præſentem demonſtrat: & ſtatim expiandum eſt. Conuentus.} congregationes hominũ fieri ſcilicet. Capuæ.} in urbe Campana. Igitur.} quandoquidem tot & tanta infenſa reipub. Romæ gerebantur: & coniurationes non ſolum Romæ: ſed in omni prouincia parabãtur. Martius Rex.} poſt exactos reges infeſtum & odioſum regum nomen erat & nullum regium nomen in urbe remanſerat: ſed Numæ quædam ſacra inſtituta erant, quæ à regibus tantummodo celebrarentur: ergo ne uiderentur ea numina lædi, ſi ab aliquo qui rex non eſſet ſibi ſacrificia fierent: Ro. conſtituerunt ſacerdotium: cui qui præerant, reges appellarentur: & ſacra celebrarẽt ea, quæ ſolebant fieri à regibus, antequam expellerentur. Igitur reges erant nomine, non autem poteſtate: & hic Martius huic ſacerdotio præerat: cum Feſulis miſſus eſſet regio decore. Creticus,} cognomen eſt & hic eſt pulchra prolepſis: & dictus eſt Creticus ab euentu, eo quòd Cretẽ deuicerat. Ea loca.) uidelicet in Lucanos, & in Brutios. Vtriq; enim) & quia poſſet dicere aliquis: cur mittebant priuatos homines in hæc loca? nonne conuenientius erat mittere priores imperatores? dicit q imperatores deuictis & debellatis pruncijs ſuis, impediebantur falſis accuſationibus, ne triumpharẽt, aliquorum: quia contra ius & fas omnia uenalia habebant: quamobrem ad hæc loca miſſi non ſunt. Vtriq;) .i. uterq; impator: & pluralẽ ponit p ſingulari p figura ſyntheſim. Impatores) .ſ. Q. Põpeiũ q Indiam debellauerat, deuicerãt enim & cupidi ſuarũ rerũ deferebãt remp. Erant ad urbem.) id eſt in urbem. Calumnia.} falſa accuſatione. inde calumniatores. Mos.) conſuetudo. Omnia honeſta atq; inho.} q.s per fas & nefas uolebant conſequi largitiones. Sed prætores.} ſunt miſſi. Hiſq; permiſſum} imperatores ſemper exercitibus recedebant ad urbem Ro. ſed quia neceſſitas periculi feſtinationem optabat, conceſſum eſt, ut exercitum, quemadmodum tempus, atq; bellum ſibi exhibere uideretur. Pro tempore,) pro qualitate temporis. Pro periculo) ſecundum exigentiam belli. Indicauiſſet.) manifeſtaſſet. Seſtertia.) Seſtertiũ genus eſt ponderis, quo utebantur Romani. Seſtertium dicitur quaſi ſemiſtertium, dupondius enim & ſemis antiquum eſt ſeſtertium, dupondius uero à duobus ponderibus dictum eſt. Pondus eſt autẽ unum aſſiſpondium, aut eſt unius libræ pondus, ſequitur ergo, ut ſeſtertium ſit duarum librarum cum dimidia. Gladiatoriæ familiæ.) id eſt qui gladijs dimicabant in ludis. Diſtribuerentur.) id eſt omnes illius familiæ, quæ gladiaturæ operam dabant, mitterẽtur ex urbe in municipia, nam huiuſmodi homines ſolent facile ad quæq; facinora impelli, tum propter egeſtatem, tum quòd parui uitam ſuam facere ſolent. Pro opibus cuiuſq;.) pro facultate uniuſcuiuſq;, ſecundum cenſum. Minores.) ſcilicet quæſtores, & ædiles his nocturnis uigilijs. Quam.) quas res, ſcilicet laſciuiam & lætitiã. Immutata.) quia ſtatus ciuitatis eſt permotus. Ex ſumma.) declarat quomodo ſit mutata ciuitas. Repente.) ſubito. Inuaſit.) inceſſit, aggreſſa eſt. Diuturna quies.) longum otium.

Feſtinare.) pro feſtinabãt Romani. id eſt accelerabant. Trepidare.) pro trepidabant, trepidatione plena ciuitas erat. Cuiq;) quia neſciebant, an ille eſſet in coniurationibus, gerere bellum neſciebant, quo conſilio gereretur, non à bello ceſſabant. Habere pacem.) nam quãuis bellum non gererent, tamen uidebant copias hoſtiles aduerſus remp. paratas, quapropter pacem non habebant.

Suo metu.) ſecundum naturalem metum, nam qui timidior erat, maiora pericula inſtare credebat. Mulieres.) quæ naturaliter timidiores ſunt, quàm uiri. Magnitudine reip.) ad eam magnitudinem imperium Romanum aſcenderat, ut multæ gentes ſibi bella inferre auderent. Timor inſolitus.) quanto magis inſolitus erat timor, tanto magis mulieres timebant. Inceſſerat.) id eſt quas mulieres timor inuaſerat. Afflictare.) id eſt cruciabantur. Supplices.) ipſæ mulieres: quod ſupplicantis ſignum. Miſereri.) pro miſerabantur. & differt inter miſeror aris, & miſereor eris, quòd miſeror aris ſemper conſtruitur cum accuſatiuo, ut hoc loco, & alibi. Cauſam miſeratus acerbam. miſeror autem conſtruitur cum genitiuo uel datiuo. Rogitare.) ſcilicet deos precibus, ut uellent patriam ſeruare. Pauere.) pro pauebant: id eſt timebant. & proprie dixit: nam pauere eſt ſubito caſu trepidare. Omiſſis.) zeugma eſt. Sibi patriæq; diffidere.) id eſt deſperabãt de ſalute ſua patriæq; ſuæ. Eadem) illa quæ inceperat prius. Præſidia parabantur.) aduerſus coniurationem ſuam. Lege plautia.) id eſt lege Plautij, qui legem tulit aduerſus coniuratores, ut ipſi reſponderent, ſi quis cõiurationis accuſatus fuiſſet omnibus: quæ ſibi obijcerentur. Lucio Plau.) ſcilicet tribuno plebis. Poſtremo.) denique detinebatur, nec reſponderet lege plautia his criminibus, quæ ſibi obijciebant, ſed tandem coactus in ſenatum uenit. Diſſimulanda.) diſſimulare, eſt tegere, quod eſt, ſicut Catilina. qui tegere uolebat coniurationem, quam parauerat. Sicut iurgio.) quaſi foret prouocatus conuitio, quod ſibi Mar. Cice. iniuſte obieciſſet. Tũ.) cum in ſenatũ ueniſſet Catilina. Eius præſentia.) timens ne ſua uitia atq; flagitia patribus conſcriptis incognita eſſent, & ipſi Catilinæ præſtaretur opportunitas, ut ipſum Ciceronem grauis conſideret. Luculentam.) ſplendidam, & magnificam. Perutilem} quæ multum profuit reipub. quæ in maximo diſcrimine uerſabatur eo tempore. Quam poſtea.} primo quidem eam recitauit corã ſenatoribus, ſed poſt eam inſcriptis edidit, ut omnes legere poſſent.

Sed ubi ille.) mos erat, ut cum de aliqua re conſulendũ eſſet, unus interrogaretur, & ita ille primus ſententiam ſuam dicere, deinde dicta ſententia ſedebat, poſtea ſecundus idem faciebat, & omnes illi per ordinem reſpondebãt ei, inde ſedebant, ita Cicero perorata oratione ſedit. Ille.} M. T. Cice. Ad omnia diſſimulanda.) quia uenerat paratus, ut omnia diſſimularet, quæ ſibi obijcerentur.

Voce ſupplici.} id eſt oratione plena commiſerationis. Temere.} inconſulte, ſine cauſa. Vitam inſtituiſſe.} bonis inſtitutiõibus uitam ſuam prouexiſſe, ut de ipſo bona omnia ſperare poſſent.

Patricio.} nobili. Cuius ipſius.} Catilinæ opus eſſe perutile ſibi fore remp prodi. Inquilinus.} peregrinus: nam inquilinus ciuis dicitur: qui de peregrina ciuitate in aliam urbem aſcitus fuerit: ſicut de Arpino municipio in urbem Ro. aſcitus fuerat M. T. Ci. ad hoc q dixerat ciuem eſſe peregrinum Ciceronem: ſed mihi magis placet, ut legatur homo nouus. Adderet.} his ſupra dictis. Maledicta.} in Ciceronem. Obſtrepere.} conclamabant. ſcilicet Catilinam parricidam, qui patriã perdere uellet. Furibundus.} furore plenus. Agor.) agitor. Incendium meum.) id eſt nos ruere faciã

& ita odium & incitationem, quam de me ſuſcepiſtis deponere cogam, & eſt tranſlatio ſumpta ab ædibus: nam cum ædes accenſa fuerit: ſi fuerit continuo incendium extinguitur. Ibi.) domi ſuæ.

Voluēs.) cogitans. Conſult.) ſcilicet facto quem interficere parauerat. Munitam.) defenſam. Vigilijs.) cuſtodijs nocturnis.

Optimum factu:) optimum eſt conſilium. Exercitum.) Manlij.

Legiones.) milites, nam legio continet 6666. milites. Deſcriberentur.) a Romanis cauſa ſupplendi ſuos exercitus.

Añcapere.} præuenire: præoccupare. Vſui.) utilitati: multa cōſilia communicare uolebat Manlio, & poſtea decernere: qua ratione potiſſimum gererent bellum. Nocte intempeſta.) in media nocte, nox intempeſta dicitur media noctis pars: quo tempore nihil geritur: eo tempore otioſo: ideo tempore otioſo, ideo ſine tempore eſſe uidetur, quapropter intempeſta ſine tēpore dicta eſt. Manliana.) id eſt Manlij, nam à Manlio fit manlianus liana num poſſeſſiuum: ſed antequam recederet ex urbe Cethego Lētulo coniurationis huius conſcijs. Cæteris.) quorum cæteris, qui audaciores erant. Mandat,) committit. Opes) uires. Confirment.) corroborent. Maturēt,) properent, feſtinent, accediñt. Cædem) ſcilicet ſenatorū. Incendia.) ſcilicet urbis. Alia fact.} ſcilicet rapinas, adulteria, ſtupra, proſcriptiones ciuium. Geruntur.) ſcilicet à Catilina, & etiam à cōſule. Ex ſuo numero.) ex hominibus ſui exercitus. Martium regem.) qui imperator erat in agro Piceno. Regem.) ſacrorum ſacerdotes, qui ſacrificuli reges appellabantur.

MARLIA. CAtilina &c. Sæpe.} id eſt aliàs. In rem.} id eſt propoſito ſuo & utili. Arbitris.} id eſt auſcultatoribus. Ni uirtus.} Oratio Catilinæ ad coniuratos in deliberatiuo eſt genere principaliter, deliberat omnino uelle occupare remp. & in demonſtratiuo per accidens demonſtrat indignitatem aduerſariorum. Captat beneuolentiam ab auditorum perſona, cum laudet eos à fortitudine & à fide: à perſona aduerſariorum, cum trahat eos in odium; & pſona ſua, cum oſtendat ſe paratiſſimum pro omnium utilitate & laude; à rebus ipſis, cum demonſtrat ex hoc negotium, habituros maximam utilitatem, & gloriam ſi exprimant illos quorum arbitrio reſp. regitur. Argumentum ſumitur à facili: facilis erit uictoria cum ſimus uno animo, & fortes, nec non iuuenes; illi econuerſo ſenes, & molles: Ab utili utile erit nobis, quia liberabimini à ſeruitute & magiſtratus aſſequemini. Ab honeſto, honeſtum eſt potius mori per uirtutem, quàm per ignominiam uitam amittere & cum hominum irriſione degere. Virtus.} id eſt fortitudo. In manibus.} id eſt in poteſtate noſtra. Per ignauiam.} per ignauos homines. Captarem.} adirem. Eo} ob id. Incipere} id eſt aggredi. Maximum} quantum ad rem ipſam. Pulcherrimum.} quantum ad laudem. Agitaui.} concepi. Diuerſi.} ſeparatim.

Vendicemus.} Liberemus nos à ſeruitute turpiſſima. Ditionem.} quaſi in ſeruitutem. Tetrarchæ.} dicuntur illi qui habent adminiſtrationem quartæ partis regni. Populi, Nationes.} articulus eſt, & loco coniunctionis notatur coma. Vulgus.} id eſt ſine fauore. Valeret.} bene ordinata eſſet. Itaque omnis g.} contentio eſt color rhetoricus qui demonſtratiuo accommodatur, & uituperio, aptiſſima eſt ſedes in confirmatione & confutatione, & ab exordio non eſt alienus, dum captatur beneuolentia ab aduerſario. Nobis reliquere.} contrarium eſt. Repulſas.} ſcilicet à petitione conſulatus uel alicuius officij. Pericula.} quia nos periculis exponunt. O fortiſſimi.} interrogatio eſt. contra narrationem color ponitur æquando in exordio ad criminationem aduerſarij, raro in concluſionē. Verū enimuero.) ordo eſt uer. teſtor, iuro, affirmo. Victoria eſt in manu nobis, proh fidē deū & hominum. i. auxilium deorum & hominum, ſcilicet ſuccurre hominibus miſeris. exclamatio eſt color qui frequenter demonſtratiuo adiungitur, multum habet acrimoniæ & conficit ſignificationē doloris uel indignationis, conuenit figuræ apoſtrophæ. Viget ætas, animus ua} color eſt, qui membrum appellatur differt ab articulo. quia pluribus uerbis conſtat. Cōſenuere.} diminutiua ſunt.

Expediet.} id eſt explicabit. Etenim.} contentio eſt cum contrario. Tolerare.} id eſt tam patienter in longum ferre. Ad neceſſaria.} ad quotidianum uſum & uictum. Larem.} id eſt domum.

Toreumata} id eſt uaſa cælata & ſculpta, ut ait Plin. qui Toreumate tornices ipſam artem appellat. Trahunt.} id eſt accumulant. Summa libidine.} id eſt immoderata cupiditate. At nobis.} contrarium, eſt. Res.} id eſt conditio noſtra infelix. Spes aſperior.} quia quotidie deteriora ſperamus. Quin igitur.} contentio eſt. Decus.} id eſt honores & magiſtratus. Res.} id eſt conditio noſtra miſera. Accepere.} id eſt audiuere Virgi. Accipe nunc Danaum inſidias. Mala} id eſt flagitia. Res.} id eſt, patrimonium. Spes.} ſcilicet honorum & diuitiarum. Tabulas nouas.} id eſt abolitiones pecuniæ quam creditoribus debebant, ut Cicero lib. ij. off. eſt author, ait enim Tabulæ uero nouæ. Rapinas.} id eſt direptiones bonorū. Mauritania.} ex oppoſito eſt Hiſpaniæ & parum ab ipſa diſtat. Egeſtatis.} ut puta neſcis amice q; pauper es. Periculi} neſcis q; ſuſpectus es tali uiro. Ignominiæ.} neſcis q; omnibus ludibrio es. Execrationem.} imprecationem omnium malorum. Circūtuliſſe.} ſcilicet ferunt. Atq; eo.} aliqui legunt, dictam rem nonnulli, eo dictante. Addiceret.} id eſt obligaret. Ficta hæc} ſcilicet quòd ſanguinem biberent. Coopertus} id eſt circundatus. Probri.} id eſt dedecoris. nam erat dedecori reip. homo adulter & idem aleator, quibus uitijs, ut ait Aſconius, à rep. remotus fuit. Vanitas.) id eſt leuitas. Conſuetudo.} id eſt uſus. Obnoxia.} deuincta, obſequens. Quid proprie ſignificat obnoxius, lege Gellium lib. 7. cap. 13. At Fuluia.} Fuluia cognita cauſa. Inſolentiæ) i. ſuperbiæ non ſolitæ. Sublato.} id eſt non nominato Catilina principe coniurationis, uel Curio à quo ipſa audiuerat omnia. Studia} .i. animos hominum. Egregius.} id eſt uirtute excellens. Homo nouus.} Appianus ait, Ciceroni conſulatus Catilinæ loco delegatur. ob id Catilina eos improbans à quibus conſul eſſet deſignatus ignobilitatem Ciceronis inuectus, Nouum hominem Ciceronem appellat, ſic enim eos quòd à ſe ipſis nulla maiore dignitate claruere Romani ſolēt nominare, hoſpitalitatem præterea urbis irridens inquilinum eum nominat, quo uerbo dicuntur hi qui alienas domos incolunt. Opportunis.} Vbi daretur occaſio perturbandæ reip. Manlium,) Præpoſitus erat centurio in Hetruria. Qui poſtea.} id eſt cōgregato exercitu. Aetas.} ſcilicet ſenilis. Luxuriæ.} id eſt intemperantiæ tam in ueſtibus quàm in uictu. Luxuria.} quia luxurioſe, ut erat ſolita, uiuere non poterat. Inopia} parum lucrabatur quæſtu corporis propter ſenectutem. Nihilominus.) id eſt quāuis detecta eſſet coniuratio. Neq; interea.) id eſt dum comitiorum tempus expectabat. Alij codices legunt. Neque illi tamen ad cauendum aut aſtutiæ, aliqui non habent, tamen. Cauendum.} id eſt declinandū pericula. Occulte.} per inſidias. Aſpera.) nimium difficilia.

Fœda.) Ignominioſa, Ordo igitur. Miſit C. Manlium Feſulas atque in eam partē Hetruriæ. Et Miſit quēdam Septimium Camertem in agrum pic. &c. Hortari uti ſemper.) id eſt omni tempore. Procedit, ſuccedit in effectu. Manlium.) ſcilicet cēturionem. Itē alios.)

alios.)ſcilicet docet præmiſiſſe. Oppreſſiſſet.)abſtuliſſet. Officere.)id eſt reſiſtere & impedimento eſſe. Propere.) id eſt feſtināter. At illi.)ſcilicet Cornelius & Vergil. Ac.)pro &. Simul.)etiā. Interea.)ſcilicet dum hæc Romæ gerūtur. Quibus) ſ.colonis, coloniæ Latinæ dicebantur quæ ex Italia ducebantur. Romanæ uero quæ ex ipſa urbe,ut ſentit Liuius. Luxuria.)id eſt immodicus apparatus.Sen.ait. Culina fœdiſſimum patrimoniorū exitiū, Nihil reliqui.} quia talia bona male acquiſita non diu durant,Vnde Sen.Nulli enim proſpere rapina ceſſit. Permotus.) id eſt turbatus. Quo conſilio ſo.)id eſt quo uellet erumpere. Exagitatam.)id eſt diuulgatam. Atroci.) id eſt difficili. Coercere) mihi non placent quæ interpres. Poſt paucos d.} ſcilicet q̃ hæc agitata ſunt conuentus.id eſt cōciones, ſcilicet à popularibus Catilinæ. Martius rex.)cognomentum eſt. Permota.)perculſa. Facies.)id eſt ſpectaculum quia omnes mulieres incultæ erāt.

Neq; loco neq; homini:}quia nō audebant ſe tuto credere neque loco neq; hominibus:nam fides uiolabatur. Bellum g.} quia hoſtes non erant,In expeditione & ambiguo exitu poſiti erant. Pacem.)quia timebant hoſtes paratos contra patriam. Afflictare.)ſcilicet lacrymis & uerberibus. At animus crudelis.} id eſt ſanguinarius. Parabantur.)ſcilicet à ſenatu. Diſſimulandi } id eſt occultandi ſcelus ſuum. Ira cōmotus.) Ariſt. ait orator iratus uehementior eſt.Sed Sen.ait oratorem iratum non ſeruare modum in dicendo,nec oratorem iratum oportere, ſed irato ſimilis.

Luculentā)id eſt copioſam. Aſſedit.)id eſt orationi finem poſuit. Temere.)id eſt ualde. Ea familia.) ſcilicet bene merita de rep. In bona ſpe.)bene agendo, bene ſperando ſi bene meritus eſſet de rep. Perdita rep.)in qua non poſſet habere magiſtratus, alij ſic legunt,cum eam ſeruaret, M. Tullius inquilinus urbis Ro.

Furibundus.)furore percitus. Circumuentus.)poſitus in medio. Ruina ueſtra.)nam uos omnes perdam. Ex templo.) ſcilicet telluris ubi habebatur ſenatus.alij legunt ex curia. idem eſt. Volueus ſecum.)id eſt in animo. Procedebant.) id eſt ſortiebantur effectum. Vigilijs.) excubijs. Scriberentur.)ſcilicet a.S.P.Q.R. Viſui)id eſt ad neceſſarium. Lentulo cæteriſq;.)ſcilicet coniuratis. Promptam.)id eſt paratam. Factiones.)ſcilicet coniurationis. Aliqui codices habent,opes factionis. Seſe.) ſcilicet dixit. Propediem.)ad paucos dies. Dū hæc Ro.g.)id eſt dum dederat mandata Cethego,et Lentulo. Cum mandatis h.)Et notandum quòd apud Roma.lex erat capitalis,ſi legatus aliter quàm à Senatu accepiſſet,uerba retuliſſet,quia,ut refert Sen. Nihil eſt tā bene dictum quod in male referendo,pro malo non habeatur.

RIVIVS. IN abditam partem ædium ſeceſſit.} Manuſcipta duo,ſecedit. quomodo & alia pleraq;. Niſi uirtus atq; fides ueſtra ſatis ſpectata mihi forent.} Legendum ē uetuſtis,Ni uirtus fidesq; ueſtra ſpectata mihi forent.omiſſa particula illa Satis,quam nec Fabricianus habet codex,nec requirit magnopere ſenſus.Si quis tamē eam adiectam uelit,non admodum repugnabo.eſt enim in Merſeburgenſi.Sed & Terent.Satis iam Simo, ſatis ſpectata erga te amicitia eſt mea. Beroaldinum exemplar eam non habet.Ni,pro niſi ponitur.& ſic numerus ipſe exigit, cuius eſt obſeruantiſſimus Salluſtius.Nec uero aliter Seruius in Georgica Vergilij citat.Iam illud,uirtus atq; fides ueſtra, uaſtum quid neſcio atq; immane ſonat.Quanto modulatius uirtus fidesq; ueſtra. Spes magna,dominatio,in manibus fruſtra fuiſſent.} Ita & manuſcripta ferè,quæ ipſe uiderim. In recentioribus Spes magna dominationis,legitur. Simul quia uobis eadem quæ mihi bona maláque eſſe intellexi. } τὸ Eſſe non eſt in Merſeburgenſi,neq; in Veneto.aut alijs impreſſis uetuſtioribus.ac elegantius & maiore cum gratia abeſſe uidetur. Mox, Nam idem uelle atq; idem nolle,ea demum firma amicitia eſt.} Sic & in Hecyram Donatus.In Fabriciano uero.Idem uelle atq; nolle Perperam autem eſt in exemplari Colonienſi additum Res.nec enim in uetuſtis reperitur. Quæ cōditio uitæ futura ſit, niſi noſmetipſos uindicemus in libertatem.}Legendū arbitror, ni noſmetipſi.Id enim præterquam quòd elegantius eſt, etiam ueterū conſenſu codicum magis comprobatur. Cæteri omnes ſtrenui,boni,nobiles,atque ignobiles,uulgus fuimus,ſine gratia,ſine authoritate.}Quanquàs eodem modo codices manuſcripti, eſt in pleriſq; tamen.ut & Beroaldino,uulgus ſumus,tempore præſenti.pro,nullo numero habemur,hoc eſt, contemnimur & deſpicimur.Sed & & Fuimus,non ſane diſplicet, quod exemplaria ferè habent.

Nobis reliquere pericula,repulſas, iudicia, egeſtatem.} In uetuſtis eſt, Repulſas nobis reliquere, pericula, iudicia,egeſtatem. Vtra uerborū ſeries concinnior eſſe uideatur, alij iudicent. Mox,

Quæ quouſque tandem patiemini ô fortiſſimi uiri.} In Fabriciano & Beroaldino non eſt,O.ac mihi ſanè ab literatore inſulſo additum uidetur.Eſt tamen in Merſeburgenſi atq; alijs. Mox, Nōne emori per uirtutem præſtat,quàm uitam miſeram,atq; inhoneſtam,ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, ꝑ dedecus amittere?} Volumen Fabricianum habet,ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueris. id haud dubie cum rectius, tum elegantius eſſe uidetur. Et talis ὁ τέρωσις numeri, incredibilem quandam gratiam & uenuſtatem habet. Mox. Verum enimuero per Deum atq; hominum fidem,uictoria in manu nobis eſt.}Priſcianus legit,Prô Deum atq; hominum fidem.14. Prô,inquit, etiam interiectionis loco ponitur, & circumflectitur.Vt Sall.in Catil.Prô Deum atq; hominum fidē. Neq; ſecus interpres quicūque is,legiſſe uidetur.In uetuſtis inſcriptionibus fere Proh reperitur,contra quàm uel Priſcianus ipſe uel alij quidam uelint. Nam & Feſtus cū Priſciano facit.Inter alias enim ſignificationes huiuſce particulæ Pro,quas multas lib.14.recenſet, etiam admirationi ſeruire eam docet.ut Pro Iupiter.nam hoc ipſe exemplum ſubdit. Niſi forte animus me fallit.} Manuſcriptū habet,ni forte animus fallit. Tametſi illis quieta mouere magna merces uidebatur.}Eſt in alijs,quietam remp.mouere.Sed manuſcripta ferè cum priore lectione faciunt. & illud Quietam remp.ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor.Nā quieta mouere.hic eſt quietum & tranquillum ſtatum ciuitatis turbare. Tū poſtulauere plerią;,uti ꝑponeret.} In Fabriciano ē, tū poſtulare pleriq; ꝑ poſtulabāt.ut ſit ἐναλλαγὴ modi. Quæ præmia armis peterent.} Manuſcriptum,quæ armis præmia peterent. Tum Catilina polliceri tabulas nouas,proſcriptionem locupletium.) Manuſcripta ut & impreſſa quædam,Proſcriptionem locupletium Id mihi rectius numeroſiusq; eſſe uidetur.Sed & Cicero utitur hoc genitiuo ad Atticū, Nec moderatiorem, quàm Sylla,in pecunijs locupletium.Nam in ablatiuo dici locuplete & locuplete.docet Q.Rhēnius Palemō. unde genitiuus exiſtit locupletum. & locupletium. Quanquam idem Cicero,ne quid diſſimulem, proſcriptiones locupletū dixit in Paradoxis.ut in uulgatis ē exēplaribus in manuſcripto locupletiū reperi. Porro tabulæ nouæ latinis dīr,quæ Græcis χρεῶν ἀποκοπαὶ qūo & Cicer.appellat χ.ad Atti.Eſt aūt publica quædam æris alieni abolitio.& pecuniarū creditarū quaſi cōdonatio. Meminit harū Cice 2.Off.& Liui 2.belli Macedonici.Vt interpretis īſcitiā iure mireris, q̃ hic admirādas tabulas,& artificioſe pictas, intelligit per tabulas nouas. Proſcriptionis uero nomen à bel-

lis ciuilibus initium ducit. nam in tumultu & diſſenſione ciuili, cuiuſmodi extitere Marij & Syllæ, Cæſaris & Pompeij, qui conſecuti uictoriam erant, ij nomina eorum qui fuiſſe diuerſarum partium putabantur, in tabulis deſcripta proponebant, conſtitutis præmijs, ſi quis eorum quenquam occidiſſet, bonis etiam proſcriptorũ publicatis atq; haſtæ ſubiectis. Porro Sylla proſcriptionis tabulas primus propoſuit, isq; non contentus in eos ſæuire qui armis à ſe diſſenſerant, etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem, proſcriptorum numero adiecit, quemadmodum Valerius inquit. Poſtea obtinuit conſuetudo, ut in exilium eiecti, proſcripti dicerentur. Ergo polliceri Catilina proſcriptionem locupletum, nimirum ut illis interfectis, impetus in eorum bona fieret. Mox.

Magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, et alia omnia quæ bellum atq; libido uictorum fert.) In manuſcriptis ẽ, alia oĩa. omiſſa illa Et copula. Præterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonem dicebat, in Mauritania cum exercitu &c.) In manuſcriptis atq; alijs uetuſtioribus non eſt, Dicebat, & maiore cum gratia abeſſe poterit. Irrepſit autem ex gloſſa addita. Cum eo ſe conſule initium agendi belli facturum.) Sic & Aldinum exemplar. Merſeburgenſe habet in ſpatio, agendi. ſ. bellum. Verum in cæteris manuſcriptis non eſt, Belli. ac neque ſenſus ipſe, neq; latinitatis ratio patitur, ut addatur. Niſi quis legere malit, initium belli facturum. ut omittatur, Agendi. quo exẽplar habet Beroaldi. Nã inferius quoq;, Qui initium belli facerent, inquit. Sed & Cæſar, Oĩbus pollicitationibus ac præmijs depoſcunt, qui belli initium faciant. Hoc loco etiam Se conſulem habent codices in membrana deſcripti, caſu accuſatiuo, conſentientibus impreſſis quibuſdam. quod nõ ſane diſplicet. Ad hæc maledictis increpabat omnes bonos.} Quanquam eodem modo Aldinum quoque exemplar, tamen rectius in manuſcriptis, Ad hoc, nam ſic ferè Salluſtius alias, nec aliter Tacitus. Suorum unumquenque nominãs laudare, admonere alium egeſtatis, aliũ cupiditatis ſuæ.} Perperam Gymnicus, admonebat, quanquã ſic in alijs quoq; ẽ. Irrepſit autem ex gloſſa. Mecum facit exemplar Venetum, Schurrerianum, alia pleraque. Multos Syllanæ uictoriæ.} Manuſcripta, multos uictoriæ Syllanæ, ut adiectiuum ſequatur. Paulo poſt, conuentum dimiſit. Nam ita codices in membrana deſcripti. Inde cũ poſt exercrationem omnes deguſtaſſent. ſicuti in ſolennibus ſacris fieri conſueuit, dicitur aperuiſſe conſilium ſuum.} τὸ Dicitur, ex gloſſa irrepſiſſe uidetur. Neque enim eſt in uetuſtis. Et elegantius, citraq; detrimentum ſenſus abeſt. Merſeburgenſe, fieri cõſuetum, ſed eodẽ ſenſu. Atque eo dictare, quo inter ſe magis fidi forent.} Hic mire uariant exemplaria uetuſta. Quid ſi legas, atq; id ea re, ſiue eo feciſſe (tametſi hoc uerbum cum in manuſcripto ſit, in recentioribus deſideratur) uel, atque eo id ante feciſſe, quo inter ſe &c. quomodo legendum eſſe, coniectura quadam ducor ad ſuſpicandum. Hæc iam adnotaram, cum ecce in duobus manuſcriptis reperio. Atq; eo dictam rem feciſſe. quæ mihi lectio maxime omniũ probatur. & habet eandem exemplar Beroaldinum. Nonnulli ficta & hæc & multa præterea exiſtimabant eſſe ab his, qui Ciceronis inuidiam &c.} τὸ Eſſe, non eſt in manuſcriptis, neq; in impreſſis uetuſtioribus, ac ſolet interdum per Eclipſin abeſſe, ſumma cum uetuſtate orationis, ut eſt ab alijs quoque adnotatum. Nobis autem ea res.) τὸ Autem nõ habent exemplaria manuſcripta ac rectius abeſt. Quem Cenſores ſenatu probri gratia amouerant.} Quid ſi legas, mouerant? Nam ſic ferè dicimus mouere ſenatu. pro eijcere. Alterum illud, haud ſcio. an ſit uſpiam lectum. aut ſi eſt, rarum certe eſt. Fortaſſe illa uocalis, A, in antecedente dictione extrema, eademq; in Amouerant prima, locum errori fecit. Hæc iam ſcripſeram, cum ecce inſpecto codice Fabriciano. Mouerant ibidem reperi. licet in alijs amouerãt. Cæterum, ut hoc quoque obiter addam, Cenſores ut in ampliſſimum ordinem pleroſq;, quos commodum fore, legendi ius habebant, ita & ſenatu mouere ſolebant, ſi quos honore ampliſſimo indignos iudicaſſent. Itaq; & hic Salluſtius Q. Curium hominem flagitijs atq; facinoribus coopertum, ſenatu à Cenſoribus motũ dicit. Neq; reticere quæ audierat, neq; ſua & ipſe ſcelera occultare.) Eſt in quibuſdam, ut et Merſeburgenſi, neque ſuametipſe ſcelera. Quomodo Liuius 8. ab V. C. Epoto medicamento, ſuametipſæ fraude interierunt. Sed & prior lectio placet. nam idem Liuius ſeptimo belli Punici ſecundi, Ita inde Annibal, inquit, ſua & ipſe fraude captus abijt. τὸ Prorſus quod mox ſequitur, ad ſequentia pertinet, ac perperã eſt à Gymnico ſuperioribus additum ut ſit, Prorſus neq; dicere neque facere quicquã penſi habebat. pro, nihil curabat. Liuius, Quis neq; quid facerent, neq; quid dicerent, quicquam nũquam penſi fuiſſet. Erat ei cum Fuluia nobili mulieri ſtupri uetus conſuetudo.) In alijs, muliere nobili. quomodo & in manuſcriptis. elegantius autem ſequi ur adiectiuum. Maria montiſq; polliceri cœpit, minari interdum ferro.) Perperam eſt in recentioribus addita illa. Et copula, ad uerbum Minari. Quod ut ad ſenſum nihil, tamen ad orationis uetuſtatem facere haud parum uidetur. Ferrum pro gladio dixit per Metonymiam, ut ex materia intelligas rem confectam. Et quanquam hæc figura Poetis familiarior ſit, utitur ea tamen & Cicero nonnunquam, uelut pro Cecinna, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. &, homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati. At Fuluia inſolentia Curij cauſa cognita.) Legendum ẽ uetuſtis, inſolentiæ. pro, ubi cauſam cognouit inſolentiæ Curij. Nam apiculus ille, quo fit diphthongus, perperam eſt in impreſſis omiſſus. Quæ & quomodo audierat, compluribus narrauit.} Legendum, quæ quomodo audierat. Nam eſt illa Et copula ab inſulſo forſan literatore addita. neq; enim in manuſcriptis reperitur. Niſi quis legere malit, quæq; & quomodo audierat. nã ſic quoq; legendum; coniecturis quibuſdam adducor ut ſuſpicer.

Si eum quamuis egregius, nouus homo adeptus foret.) In manuſcriptis eſt, homo nouus. quæ collocatio uerborum melior, qua & Cicero ferè utitur. Dicitur autem homo nouus, qui nulla generis & proſapiæ nobilitate commendetur, & qui propter ignobilitatem à ſe ortus uideatur, hoc eſt, qui nulla adiuuetur in adipiſcendis honoribus commendatione maiorum, quiq; nullas horum oſtentare imagines, nec res geſtas uirtuteſq; iactare poſſit. Cicero Philippica 6. Quid enim non debeo uobis Quirites, quem uos à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis. Idem in Salluſt. Ego, inquit, maioribus meis uirtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Vtrobique ſignificat, ſe eſſe hominem nouum. Teſtatur et Plutarchus in uita M. Catonis, homines appellari nouos ab Romanis τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι᾽ αὐτῶν, ut ipſe inquit. Huic in Iugurtha Salluſtius oppoſuit hominem ueteris proſapiæ, ac multarum imaginum. quem uno uerbo nobilem dicimus. Nanque à principio ſui conſulatus.} Manuſcripta, conſulatus ſui. Mox. Pactione prouinciæ propulerat.) Manuſcripta duo, perpulerat. quomodo & ex impreſſis quædam. Ne contra remp. diſſentiret.) Eſt in manuſcriptis omnibus, quæ ipſe uiderim, Sentiret, neq; ſenſus id repudiat. Tametſi ne alterum quidem diſplicet, ſi ſubaudias, ab ipſo.

ipſo. Quoniã quæ occulte tentauerat, aſpere fœdeq; euenerãt } In manuſcriptis & alijs antiquioribus eſt, aſpere fœdaq;. nec aliter legit interpres, quiſquis is eſt. Et cum eo L. Vaguiteius ſenator.) Manuſcripta. L. Varguntetus. Quanquam Plutarchus in uita Ciceronis hoc omiſſo C. Cethegũ proum ſũ cepiſſe conſulis interficiendi teſtatur. Senatus decreuit, ut darent operam cõſules, ne quid reſp. detrimenti caperet.) τὸ Vt, in exemplaribus manuſcriptis non eſt. Ac elegantius omitti, quàm addi uidetur. tale illud Liuij. Præſcribit monetq; Lilybeum firmo teneret præſidio. Cæſar 1. belli Ciuilis, Quotieſcunq; ſit decretum, darent magiſtratus operam, nequid reſp. detrimenti caperet. pro, decretum ut darent.

Aliter ſine populi iuſſu, nulli earum rerum conſuli ius eſt. } Manuſcripta duo, nullius earum rerum. Niſi quis Nulli uetuſte poſitũ malit pro Nullius. quomõ Comicus dixit, Tam iners tam nulli conſili. & in Truculẽto Plautus, coloris ulli. pro ullius. Nec enim τῷ Conſuli adendum puto. Sed ut hoc obiter addam. Aliter Salluſtius pro alioqui poſuit. Ius, pro poteſtate. Igitur ſenatus decreto, Q. Martius Rex Feſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliã, circumq; ea loca miſſi. } No. Marcellus de mutata declinatione agens, Senati decreto hic legendum adnotauit. Quam ueram eſſe lectionem reor. & ſic in altero manuſcripto fuerat. ſed eraſum erat. i. Habet eodem modo exemplar Florentinum. Mox, Hi utrique ad urbem imperatores erant, impediti ne triumpharẽt calumnia paucorum. } In uetuſtis quibuſdam eſt. utrique enim &c. ſed in manuſcriptis eſt, uulgata lectio. Aſconius Pædianus, ij utrique, legiſſe uidetur. Nam perperam ibi quidam Secundo legunt. quaſi ij numerum notet, ac non potius pronomen ſit. Hoc eos, qui locum citarunt, non obſeruaſſe miror. Hisq; permiſſum eſt, uti pro tempore. } Legendum, hisq; permiſſum omiſſo uerbo ſubſtantiuo. quomodo & Merſeburgenſe exemplar, & alia quædam habẽt. Ad hoc ſi quis indicauiſſet de coniuratione. } Melius in alijs, indicaſſet. per Syncopam. Præmium, ſeruo libertatem. } Sic & in Fabriciano. In cæteris ferè, præmium decreuere &c. quomodo item in impreſſis uetuſtioribus. Niſi quod in his ferè præmia legimus, numero plurali, id quod minus probo. Neque loco, neque cuiquam homini ſatis credere } Legendum, neque homini cuiquam, ut eſt in manuſcriptis. Atque hic in hiſce uocibus ordo ferè ſemper apud alios quoque reperitur. Et ipſe Plautia lege interrogatus erat. } Manuſcripta, lege Plautia ut ſequatur adiectiuũ, ita ut in talibus ferè ſolet. nam dicimus, lex Iulia, lex Manilia, &c. Sicuti iurgio laceſſitus foret, in ſenatum uenit. } In alijs eſt ordo uerborum mutatus, licet manente ſenſu. Sed ad hæc & ſimilia eſt nobis conniuendum, ne minutis in rebus occupari, καὶ περὶ μικρὰ σπουδάζειν uideamur. Catilina ut erat paratus ad ſimulanda omnia. } Manuſcripta, ad diſſimulanda omnia et ſic item ex impreſſis quædam, uelut Beroaldinum & Venetum. Diſſimulamus aliẽ quæ ſunt. ſimulamus quæ non ſunt. Sed & paulo ante de eodem Salluſtius, Poſtremo diſſimulandi cauſa &c. Quanquam uulgatam lectionem non reijcio, quam & Merſeburgenſe habet. Ita ab adoleſcentia uitam inſtituiſſe, uti omnia bona in ſpe haberet. } Alij haberent. pro, ut omnia bona de ipſo ſperanda & expectanda forent. Perperam & Gymnicus & alij, dicebat uitam inſtituiſſe. quod uerbum ex gloſſa additũ, ut opinor, irrepſit in contextum. Nam maiore cum gratia & uenuſtate abeſt. Ita Cicero Habendas eſſe quàm laxiſſimas habenas. caput enim eſſe ad bene uiuendum ſecuritatem & Virgilius 9. Aeneid. tunc Niſus & una Eurialus confeſtim alacres admittier orant, Rẽ magnã pretiumq; moræ fore. ſupple, dicit. Tale illud quoq; in Iurgurtha Poſtero die cũ Aulo in colloquo uerba facit, tametſi ipſum cũ exercitu fame ferroq; clauſum teneat, tñ ſe certũ humanarũ memorẽ. ſi ſecũ fœdus faceret, incolumes cẽ. ſub iugũ miſſurũ. ubi pperã ẽ in Veneto quodã, tñ ſe dicit memorem. qđ uerbum ex gloſſa addita irrepſit. Mox, Ne exiſtimarent } Perperam Gymnicus, Neque. Mox, Cum ſi ſuis atq; maiorum plurima beneficia in plebem Ro. erant } Legendum, eſſent. quomodo eſt in uetuſtis. Atque ita & ſenſus ipſe poſtulat, & elocutionis ratio. Paulo poſt, Ad hæc maledicta alia cum adderet } In manuſcripto cæteriſq; uetuſtioribus eſt. Ad hoc. atque ita ferè Salluſtius, nunquam aliter. Incendium meum ruina reſtinguam. } In manuſcriptis eſt, extinguam. quomodo et in alijs quibuſdam. Nec ſecus legit Felicius Durantinus, hæc uerba citans. Verum mihi prior lectio magis arridet. nam & Cicero pro L. Murena, Catilinã ait Catoni iudicium minitanti reſpõdiſſe, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Sed & Florus eodem modo. nam Salluſtij uerbis utens, Conſul, inquit, habito ſenatu in præſentem parricidam reum Cicero perorauit. ſed non amplius profectum, quàm ut hoſtis euaderet, ſeq; palam profeſſo incendium ſuum reſtincturum ruina minaretur. Val. Maximus uerbo extinguere utitur. L. uero Catilina, inquit, in ſenatu M. Cicerone incendium ab ipſo excitatum dicente, Sentio inquit, & quidem illud ſi aqua non potuero, ruina extinguam. lib. 9. cap. de dictis improbis aut factis ſceleratis. Deinde ſe ex curia domum proripuit.) In quibuſdam eſt, è templo proripuit. priorem lectionẽ in Aldino quoque reperias & in manuſcripto. Sed eſt idem ſenſus, utrocũq; modo legas. Cicero in Catilinam obiter oſtendit ſenatum ab ſe fuiſſe in ædem Iouis Statoris uocatum, remq; omnem ibi ad P. C. delatam. eodemq; Catilinam uenire, ſui (ut hic Salluſtius ait) purgandi cauſa. Sed & Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo ſenatum ait εἰς τὸ τοῦ στησίου Διὸς ἱερὸν ὃν στάτορα ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ut ipſe inquit. E quibus liquet, non inepte legi poſſe, ex templo. Sed hoc in medio relinquemus. Et ab incendio intelligebat urbem uigilijs eſſe munitam.) τὸ Eſſe non habet codex Merſeburgenſis, neq; manuſcriptus ille cuius plerunq; fidẽ ſequor, niſi quòd in ſpatio ipſò quod uerſus dirimit, idem adiectum eſt. Nec eſt in impreſſis paulo emendatioribus. Multa antecapere quæ bello uſui forent. } Perperam Gymnicus, multa loca antecapere. In Manliana caſtra profectus eſt.) Hãc lectionem probo. non diſſimulabo tamen, qui me ſcrupulus male habeat. Merſeburgenſis codex, unus ex omnibus habet, Maliana, ſimplici l. Sed & Malius ibidem ferè ſemper, contra quàm in alijs, reperitur. Eodem modo apud Plutarchum in uita Ciceronis, Μάλλιος. Interpretem miror, cur Manlium uerterit, ubi Plutarchus, οὗτοι γὰρ ἡγεμόνα μάλλιον ἔχοντες. Sed & poſt, πρὸς τὸν μάλλιον, ſemel atque iterum ad Manlium uertit interpres, is qui uitam Ciceronis ex Græco in Latinum ſermonem tranſtulit. Niſi aliter fortaſſe, ac nos hodie, ſuo is in codice habuit. Nam poteſt eſſe locus mendoſus, qđ ad hanc uocẽ attinet. Mandat, quibus rebus poſſent, opes factionis confirment.) In quibuſdam eſt, ut cõfirment. ſed prior mihi lectio magis arridet, quam & codices manuſcripti habent.

Spes magna dominatiõis in manibus fuiſſet. } Ita uetus codex: at Aldinus habet, Spes magna, dominatio in manibus fuiſſet: quam lectionem ego non probo, neq; enim dominatio in manibus fuit, ſed dominationis ſpes. Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt, uexant. } Poſt Vexant, diſtinguendum: quãquam lectori conſiderandum, quid hic Vexant proprie ſignificet: uidetur enim à GLARea.

uerbo hic etiam ſignificatione frequentatiuum eſſe, ut reſpondeat ad traho. **Mala res, ſpes multo deterior.** } Vide ut acceperit ſpes, pro timore'ne, an re uera pro ſpe ſine effectu: ut uere à philoſophis dubitetur, pluſne boni, an mali adſerat ſpes mortalibus. **Spes neq; res, neq; ſpes bona ulla.** } Cōmētarius exponit, nihil habebant, & nihil ſperabant, qd deterius eſt. Id'q; mihi placet. Sed quod alij, quietam rempub. mutarunt in quieta, hoc lectori iudicandum. Exemplar uetuſtum habebat: Tametſi illic quietam rempub. mouere mag. mer. uid. **Atq; eo dictare quo inter ſe magis fidi forent.** } Codices alij habebant, atq; eo dictare feciſſe, quo inter ſe, &c. Alij Feciſſe uerbum ſuſtulerunt, quando intelligi poſſit. Badius legit: Atq; eo dictam rem feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent. quæ lectio planior eſt, ſi modo ſit authoris, quod ego neutiquam affirmarim. Vetuſtus codex habet: Atq; eo dictitare feciſſe, quo inter ſe, &c. **At Fuluia inſolentia Curij cauſa cognita.** } Idē Badius Inſolentiæ, in gignendi caſu legit, et codex quoq; uetuſtus, quod placet propter compoſitionem, etiamſi alij ablatiuum exponant propter inſolentiam. Illud autem, ſublato authore, uarie commentarij explicant alius ſublato authore. i. diſcedente: alius ſublato, id eſt, tracto uel alleuato: ego propemodum auſim ueram expoſitionem dicere, ſublato, id eſt, non nominato. **Feſulas ad Manliū quendam portare.** } Quendam eit, tanquam obſcurum. ut quem neque ſuperius inter inſigneis coniuratos numerarit. C. Mālium paulo poſt uocat. Mirum uero illum exercitus ducem electum. Verum oportuit præcipue audaciæ fuiſſe hominem. Commentarius qui Vallæ adſcribitur, ait, Feſulæ principē fuiſſe: ſed errat ex Salluſtij uerbis non intellectis. **Ea poteſtas per Senatum more Rom.** } Ea poteſtate, legere malim, hoc ſenſu: Ea maxima poteſtate per Senatum more Romano data magiſtratui permittitur exercitum parare, bellum gerere, &c. quanquam alteram lectionem per nominandi caſum nequaquam reijcio. **Poſt paucos dies L. Senius Senator.** } Alij, L. Seruius, legunt: fortaſſis, L. Seruius legendum. At id parui momenti, illud potius cogitandum, cum mox ſubiungit: Ante diem ſextum Calendas Nouēbreis Manlium cepiſſe arma: num ipſum ſextum Calendas, an ſeptimum, hoc eſt, num uiceſimū Octobris diem, an uiceſimumſextum intelligamus. In prima Ciceronis aduerſus Catilinam oratione ſimilis dicendi modus eſt: In ante diē VIII. Calendas Nouembreis. quanquam codices uariant: quaſi diceret, in diem qui uocatur octauus ante Calendas. Commentarij uarie hoc exponunt. Item continuo poſt: Arma portari, Capuæ atq; in Apulia ſeruile bellum moueri. Quidam Parari legunt pro uerbo portari, ac poſt Capuæ diſtinguunt hoc modo: Arma parari Capuæ. ut intelligamus, Capuæ parari arma, cæterum ſeruile bellum in Apulia moueri. **Præmium ſeruo libertatem & H-S centum.** } In alijs codicibus adijcitur uerbum Decreuerunt, ad hunc modum: Præmium decreuerunt ſeruo libertatem. Quod ne, eto nū conſultum intelligatur, an ponatur. Vetuſtus certe codex habet, Præmium decreuere. In Liuio autem non uno duntaxat loco, ſerui præmium eſt 25 millium æris, liberi C. millium. Hoc eſt Budæana ſupputatione ſerui 250. Coronati, liberi mille. Hic igitur ſerui præmium decuplo maius, Liberi quintuplo. Nam cētum H-S faciūt Coronatos 2500. Ducēta uero 5000. Coronatos. Vtrum quia ſeculum hoc ditius illis apud Liuium? an periculum reipub. hoc maius uiſum magiſtratibus ac Senatui? **Vti gladiatoriæ familiæ Capuam.** } Hic Commentatores nihil ad rem dicunt. Alius quidam ita exponit, uti Gladiatoriæ familiæ, id eſt, ipſi gladiatores in familias diſtributi, per municipia diſtribuerentur, ne Romæ tumultum mouerent, ut antea ſub Sparthaco factum eſt, atq; hoc pro cuiuſq; municipij opibus. Quæ ſententia nō multum abeſt à uero. Illud Cuiuſq; Badius exponit, ſcilicet familiæ. Sed C. Cæſaris uerba in oratione, quæ poſtea ſequitur, oſtendit de municipijs intelligendum. Ea ita habent ad finem eius orationis, ubi de Captiuis ſententiam definit. Sed ita cenſeo, inquit, publicandas eorum pecunias, & ipſos in uinculis habendos per municipia, quæ maxime opibus ualēt. Hæc ille. **Quibus pro reipub. magnitudine belli timor.** } Hoc à quibuſdam & inuerſe legitur, & peruerſe exponitur. Nō eſt dubium Salluſtium dicere uelle, cum tam magnum ac tam potens eſſet Romanum imperium, ut non facile quiſquam Romanis bellum inferret, inſuetum ac inſolitum fuiſſe omnibus, maxime uero mulieribus belli timorē. Paulo poſt, Rogitare deos, quadā accuſatiuū. Deū ſuſtulerūt, uetus eīt codex habet. Cæterū cū ſui cuiq; uerbo eo ī loco ſint caſus, ego Deos non tollerē, etiāſi admirationē geſticulātiū mulierū hēat. **Et ipſe lege Plautia.** } Legē Plautiā exponūt, qua coniurati accuſati reſpondere cogerentur ad oīa apud Tribunos: quod equidem lectori diſcutiendum relinquo. Nam ego originem eius non memini me legere. Itaq; ne hoc quidem mihi planum, num recte hic expoſitum in Commentario, cum Salluſtius ait, à L. Paulo, id eſt, ut Commentarius exponit, à Tribuno plebis. **M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ.** } Ita habent Aldi & Gothi codices. Alij uero pro quatuor ultimis uerbis habebāt duo hæc: Nouus homo. Sed utrunque legi poteſt. Paulo poſt: Incendium meum ruina extinguam. Alij codices, & noīatim Gothi habēt. Ruina ueſtra extinguā. Quod quibuſdā nimis audax dictū apud Senatū Romanū uideri uolūt. Verū qd puduit deſperatū hominē? Ideoq; nihil definio.

VALLA. **D**Eos homines,) hæc eſt epiſtola, quam legetis miſit Mālius ad Martium ſacrorū regem, ſed tunc erat imperator. **Per deos teſtor.** } per deos, & homines iuramus. **Neq.** } quo alijs ut nos aliorum ſalutē impugnaremus, ſed ut nos iniuria eriperemus. **Noſtra.** } id eſt noſtrum, qui &c. **Miſeri.** } calamitoſi. **Egentes.** } rebus omnibus neceſſarijs carentes. **Patria.** } nota constructionem, quia dicere ſolemus, expers huius rei. Salluſtius hoc loco aperte dicit expertes patria, fortunis &c. **Fama.** } p fortuna, quia infames habiti ſumus, & rebus noſtris expoliati. **Cuiquam noſtrum.** } non licuit, ut cauſam noſtram dicere mus apud iudices. **Patrimonio amiſſo.** } amiſſis rebus noſtris: nā patrimonium dicitur ea pecunia, quæ à patre filijs traditur, unde à patre patrimonium eſt appellatum. } **Sæpe maiores.** } probat exemplis, ſe id petere à patribus, quod ſuperiori tempore plebi cōceſſum fuerat. **Miſerti.** } ecce miſereor cum genitiuo. **Decretis.** } Senatus conſulti. nam decretum et conſultum ſenatus idē ſunt. **Opitulati ſunt.** } ſubuenerunt. **Ac nouiſſime noſtra memoria.** } hoc factum ē quod iſte dicit. Nam propter bella ciuilia Marij & Syllæ plebs Rom. adeo pecunia exhauſta erat, & ære alieno grauata, ut fœneratoribus ſatisfacere non poſſet.

DEos, homineſq; teſtamur Imperator, nos arma neque contra patriam cepiſſe, neque quo periculum alijs faceremus, ſed uti corpora noſtra ab iniuria tuta forent, qui miſeri, egentes, uiolentia atq; crudelitate fœneratorum pleriq; patria, ſed omnes fama, atque fortunis expertes ſumus. Neq; cuiquam noſtrum licuit, mo-

igitur

re maiorum lege uti, neque amiſſo patrimonio, liberũ corpus habere; tanta ſæuitia fœneratorum, atq; prætoris fuit. Sæpe maiores noſtri miſerti plebis Romanæ, *decretis ſuis, inopiæ eius opitulati ſunt.* Ac *nouiſſime memoria noſtra propter magnitudinem æris alieni, uolentibus omnibus bonis, argentum ære ſolutum eſt. Sæpe ipſa plebs aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia, magiſtratuum armata, à* Patribus *ſeceſſit.* At *nos non imperium, neq; diuitias petimus, quarum rerũ cauſa, bella atq; certamina inter mortales omnia ſunt, ſed libertatem, quam nemo bonus, niſi cũ anima ſimul amittit.* Te *atq;* Senatum *obteſtamur, ut conſulatis miſeris ciuibus; legis præſidium, quod iniquitas prætoris eripuit, reſtituatis; ne'ue nobis eam neceſſitudinem imponatis, ut quæramus, quo nam modo maxime ulti ſanguinem noſtrũ, pereamus.* Ad hæc Q. Martius *reſpondit, ſi quid à* Senatu *petere uellent, ab armis diſcedant,* Romam *ſupplices proficiſcantur, ea mãſuetudine atque miſericordia* Senatum, *& populum* Romanum *ſemper fuiſſe, ut nemo unquam ab eo fruſtra auxilium petiuerit.* At Catilina *ex itinere pleriſq; conſularibus, præterea optimo cuiq; literas mittit, ſe falſis criminibus circũuentum, quoniam factioni inimicorũ reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere,* Maſſiliam *in exilium proficiſci; non quo ſibi tãti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti reſp. quieta foret, ne'ue ex ſua contentione ſeditio oriretur.* Ab *his longe diuerſas literas* Q. Catulus *in* Senatu *recitauit, quas ſibi nomine* Catilinę *redditas dicebat.* Earum *exemplum infraſcriptum eſt.*

igitur ſenatores miſerti inopiæ eius decreuerunt, ut ex ærario publico perſolueretur fœneratoribus. Nouiſſime.} paulo ante. Ex communi ære.} ex ærario ſolutum, ſcilicet fœneratoribus. Omnibus bonis.} ex uoluntate omnium bonorum argentum, quod ſolui non poterat à priuatis hominibus. Sæpe ipſa.} facit argumentum, ſi plebs à patribus, ſeceſſit, ut imperium ipſa haberet ſimul cum patribus, cur id quoque nobis facere non licet libere uiuendi cauſa. Superbia magiſtratuum.} quia ipſi inſolentiam conſulum pati non poterant. Seceſſit.} ſicut in ſacrũ montem, quod habetur plane apud T. Liuium primo libro.

At nos.} ecce argumentum, ſi plebs dulcedine imperij à patribus ſeceſſit, idem nobis facere cauſa libertatis liceat.

Quarũ rerũ.} ſ. diuitiarũ, et imperij. Bella.} quæ publice inter populos & ciuitates fiũt.

Certamina.} quæ inter ciues ſuſcitãtur, ergo bellum propter imperium, certamina propter diuitias, ut ſunt certamina fori non petimus. Nemo bonus.} ne moſtrennus patitur libertate carere, niſi uitam amiſerit.

Te Martium.} regem, imperatorem. Obteſtamur.} rogamus. Conſulatis.} prouideatis. Legis præſidium.} ut poſſimus cauſam noſtram agere, uindictæ dandæ erant ſecundum libertatem, hic modo fideiuſſionem facio huic ita, ut liber ſit, donec uiſum fuerit, an ille ſoluere debeat, an non. Quonam modo.} Cũ multis antea exitio fuimus: poſtea pareamus. Ab armis.} diſciplina, deponite arma: deinde ſupplices ſenatum petite. Ut nemo.} ut nunquam incaſſum auxilium & opem à Senatu populoq; Ro. quiſquam petierit. Ex itinere.} cum mitteret ad Mãlium literas, quæ continebant hoc, quod ſequitur. Criminibus.} accuſatoribus.

Circũuentum.} oppreſſum, obſeſſum. Factioni.} potentiæ & opibus. Non.} pro & ne. Contentione.} ſeditione, ſi ergo contendere uellem contra meos inimicos, fortaſſe aliqua ſeditio orireturin ciuitate. Longe diuerſas.} adde alienas. Ab his.} quas ſupra memoraui. Quas ſibi nomine Catilinæ.} quas à Catilina ſibi nuncius attulerat. Earum.} ſcilicet literarum exemplum, qđ nonnulli in odium dicunt, ideo exemplum appellabant.

M A R L I A N V S.

F*Orent tuta.} quia erãt uel exules, uel oberati, & ideo addicti. Lex erat ut ille cui non erat ſoluendo addiceretur creditori, iuxta illam legem, Qui nõ habet in bonis, luat in corpore. Le*

ge.} priuilegio legis, ille cui nõ erat ſoluẽdo poterat incarcerari. Sed ſi potuiſſet ut priuilegio legis, id eſt cedere bonis paternis, nec addici, nec incarcerari poterat. hæc recitauit Gellius Marmitta Parmenſis præceptor meus. Sæuitia prætoris.} quia nequaquam permiſit nos uti priuilegio l. Volentibus omnibus b.} id eſt decernentibus diuitibus ro. Superbia m.} cum magiſtratuum ſuperbiã non poſſent tolerare.

Seceſſit.} ut in colle ſacro iuxta ripã Amenis fluminis quæ à Valerio, ut ait Val. Max. reconciliata, uel ut alij à Menenio Agrippa arma depoſuit, Valerius Max. lib. octauo ca. ix. hiſt. breuiter tetigit. Quarum rerum.} quibus diuitijs.

Certamina.} Sen. Sæuiunt Reges rapiuntq; & deuertunt urbes longo labore ſeculorum cõſtructas, ut aurum & argentũ in cineres ſcrutentur. Nemo bonus.} quaſi dicat ne quidem barbarus. Obteſtamur.} deprecamur. Miſeris.} id eſt exulibus. Eam.} id eſt talem. L. Catilina. Re.} id eſt ĩ effectu.

S*AEpe maiores noſtri miſerti plebis Ro.} In Merſeburgẽſi eſt, miſeriti. quod participium apud Terentium atq; alios reperitur. Nec ſecus exemplar Fabricij noſtri. Te atque ſenatum obteſtamur, ut conſulatis miſeris ciuibus.} τὸ VI, non eſt in manuſcriptis, & rectius abeſſe poterit. Facit nobiſcum exemplar Beroaldinum. Paulo poſt, Neue nobis eam neceſſitudinem imponatis.} Merſeburgenſe uolumen habet neceſſitatem. ſed perperam. nam ferè & Salluſtius & alij uetuſtiores neceſſitudinem pro neceſſitate poſuerunt. quæ eſt, ut ille ait, uis quæpiam premens & urgens. Quanq; aliàs neceſſitudo eſt ius quoddam uinculumq; religioſæ coniunctionis. Ad hæc Q. Martius reſpondit, ſi quid à ſenatu petere uellent.} Melius in uetuſtis, ab ſenatu. Paulo poſt, Ea manſuetudine atq; miſericordia ſenatum & Populum Romanum ſemper fuiſſe.} Legendum ex uetuſtis, ſenatũ populumq; Ro. quod & illa uetus ſcribendi ratio, quam quodam in exemplari reperi, declarat. S. P. Q. R. Ita enim hoc loco Fabricianum uolumen, ac uetuſtiſſimum quodq; ex impreſſis. Licet codex Beroaldinus, Senatum populi Romani habeat. duo è manuſcriptis, Senatũ P. R. ut uidelicet coniunctio illa ἐγκλιτικὴ deſit.* RIVIVS.

M*Ore maiorum lege uti.} Quæ ſit hæc lex, uarie à Commentatoribus narratur, ſed nihil explicatur. Nec ego quicquam certius afferre poſſum. Notæ ſunt leges nexus ac uindiciarum, ſi* GLAREA.

fortaſſis illas non ſeruatas in ipſis conqueruntur. Sed & quæ de Prætore loquuntur, non eſt certum quem uelint. Quod uero continuo ſequitur de Veſtrum pro Veſtri à Gellio reprehenſum, libro.11.cap. quinto. Sed à L. Valla uindicatum, lubens tranſeo illud autem quod rurſus mox ſequitur: Argentum communi ære ſolutum eſt. Quare uerbum Communi, ſubſtulerint pleriq; codices, adhuc dubius quæro. Certe uetuſtus codex habet. Vt nemo unq̄ ab eo fruſtra auxiliū petiuer.} De duobus, nēpe Senatu ac Populo Romano locutus ſubiungit. Eo fortaſſis quia omnis penes populum poteſtas eſſet, qn̄ à Senatu ad Populum prouocare licebat.

VALLA. L. &c.} Et hæc ſunt ꝑpria uerba Catilinæ. EGregia.} .i. præſtāſ. Re.} factis, nō uerbis. Cognita.} expta. In meis.} in quibus nūc uerſor. Fiduciā facit } ut conſiderē ea tibi cōmēdare, quia tua fides factis mihi expta. In nouo cōſilio. } qđ ego nūc ſuſceperim defendere miſeros. Statui.} decreui. Defenſionē.} ut ego meū cōſiliū defendā apud te: an ſit bonū, an ſit maliū. Satisfactionē } excuſationē, purgationē, unde ſatisfeciſti mihi. id eſt purgaſti, excuſaſti. Ex nulla conſciētia. } quia nullius mihi errati ſum conſcius. De culpa. } quā mihi homines obijcīunt. Medius fidius. } ita me adiuuet dius filius. id eſt Iouis filius. ſcilicet Mercurius. Quam.} purgationem. Iniurijs. } in uerbis. Contumelijs. } in factis, unde facile patior iniuriam contumeliam. Concitatus. } id eſt quia re, & uerbis me offenderunt inimici. Statum dignitatis.} id eſt non poteram mea ex dignitate uiuere. Pro cōſuetudine }. i. ſecūdū meā cōſuetudinem. Meis no. ſumptū }. i. debitis, quæ feci. Alienum}. ſ. ſumptū. Sed fe ci q.} hoc dicebat ꝑpter ciues. Honeſtatos,} amplificatos. Alienatum } ſcilicet à populo Ro. Hoc no.} ſcilicet ſuſcipiendæ cauſæ miſerorum. Satis ho.} ſatis honorificas ſicuti mihi uidetur. Pro meo caſu. } quo à Po. alienatus eram. Reliquæ dignitatis. } quæ adhuc mihi reſtabat. Parari. } pro parabantur homines, qui mihi uim inferrent. Aueto. } id eſt ualde ſaluus ſit. Solicitatā. } ad ſeditionem. Exornat. } inſtruit. Faſcibus.} id eſt lictoribus: nam faſces erant ſecures: quibus faſciculi uirgarum erāt alligati, quas ſecuri lictores imperatoribus præferebant. Ceteris inſignibus. } uidelicet cū prætexta: quæ erat ueſtis imperatoria. Iudicat hoſtem. } iudicare hoſtem eſt, quod uulgo dicitur, el bandizado per ribello. Statuit delibe. } antequam dicat. Sine fraude.} ſine pœna. Condemnati rerum. } præter eos condēnati erant capite, antequam inirent coniurationem, & Priſcia. adducit hunc locum lib. de conſtru. cum oſtendit præter interdum cum ablatiuo coniungi. Ea tempeſtate. } Hic patriæ caſum miſeratus Sallu. Cui cum.} id eſt Po. Ro. Ab ortu ſolis. } id eſt ab occidente ad orientem, id eſt uniuerſus orbis ab eo ſubactus eſt. Domita. } uicta. Parerent. } obedirēt. Affluerent. } abundarent. ſ. otium, & diuitiæ. } Prima. } id eſt præcipua, & excellentia. Perditū. } ad perdendum ſe. Nāq;. } Reddit rationem, cur miſerabile ſibi uiſum fuerit imperium Pop. Ro. ea tempeſtate. Duobus. } ſcilicet factis duobus decretis, quæ ſupra memorauit, unum ſi quis coniurationē indicaſſet maxima ſumpturum eſſe præmia, alterum, quòd intra certum diē, qui in exercitu Manlij & Catilinæ erat, impune ab armis diſcedere liceret. Tāta enim cauſa erat cur neque quiſquam coniurationem patefecerat, neque ab armis diſceſſerat. Tanta uis. } tantus impetus. Vti tabes. } ueluti quædā cōfectio atq; cōtagio. Pleroſq; ciuiū }. i. alios multorū ciuiū. Aliena. } aliena erat à Reip. ſtatu, eorū ſ. qui conſcij cōiurationis fuerāt cauſa. Cūcta plebs. } oēs ſine exceptione. Probabat. } laudabat. Incepta. } ꝑpoſita Catili. Studio nouarum rerum. } uoluntate nouarum rerū. Adeo. } id eſt certe, quia ſibi ſua diſplicent. Bonis inuident. } quia boni nullo ſibi malis adiumento ſunt ſperant ex magnificentia malorum aliquid boni cōſequi. Vetera. } quæ ſunt præter utilitatem eorum. Noua } quia ſperāt ſibi cōmoda fore. Turba. } turbatione. Seditiōibus. } diſcordijs. Aluntur. } nutriuntur. Sine cura. } cura rerum ſuarum, quippe quia nihil poſſunt perdere. Facile. } quia facile eſt pauperem fieri. Habetur. }

L. CATILINA Q. CATVLO S.

EGregia tua fides, re cognita, grata mihi magnis in meis periculis, fiduciam cōmēdationi meæ tribuit. Quamobrem defenſionem in nouo conſilio non ſtatui parare; ſatisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere decreui, quam medius fidius licet ueram cognoſcas. iniurijs contumelijsq́; concitatus, quòd fructu laboris, induſtrięq́; meę priuatus, ſtatum dignitatis nō obtinebā, publicam miſerorum cauſam pro mea cōſuetudine ſuſcepi: non quin æs alienū meis nominibus ex poſſeſſionibus ſoluere poſſem, cū & alienis noībus liberalitas Aurelię Oreſtillę, ſuis, filięq́; copijs perſolueret; ſed quòd non dignos homines honore honeſtatos uidebam, meq́; falſa ſuſpiciōe alienatum eſſe ſentiebā. hoc nomine ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes reliquę dignitatis conſeruandę ſum ſecutus. Plura cū ſcribere uellem, nūciatū eſt mihi uim parari. Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuęq́; fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus, aueto. Sed ipſe perpaucos dies cōmoratus apud C. Flaminiū in agro Rheatino, dum ciuitatem antea ſolicitatam ab eo armis exornat, cum faſcibus, atq; alijs Imperij inſignibus, in caſtra ad Manlium contendit. Hęc ubi Romę cōperta ſunt, ſenatus Catilinam et Manlium hoſtes iudicat. Cęterę multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ab armis diſcedere, pręter rerum capitalum condemnatis: pręterea decernit, uti conſules delectum habeāt; C. Antonius Catilinā cū exercitu perſequi maturet; Cicero urbi pręſidio ſit. Ea tempeſtate mihi imperium P.R. multo maxime uiſum eſt miſerabile: cui cum ad occaſum ab ortu ſolis, omnia domita armis parerent, domi otium atq; diuitię, quę prima mortales putant, affluerent. Fuere tamen ciues, qui ſeq́;, remq́; pub. obſtinatis animis, perditum irent. Nanque ex duobus Senatus decretis, ex tanta multitudine neque pręmio inductus, coniurationem patefecerat, neque ex caſtris

betur. } poſſidetur. Sine dam
no. } quia qui nihil habet, nihil
amittere põt. Vrbana plebs. }
erat præceps. Vero. } pro ſed
ea erat præceps. Vbiq;. } in
omnibus Italiæ locis. Præſta
bant. } uincebant, excellẽtiores
erant probro. Obſcœnitate. }
Rem obſcœnam intelligit: ut
ſunt ſtupra, adulteria, inceſtus.
Petulantia. } ſuperfluitate:
nam petulantia proprie eſt lo-
quacitas. id eſt ſuperfluitas in
uerbis, ſed conuenit, ut non ſo-
lum uerborum ſuperfluitas dica
tur, ſed etiam ſuperfluitas biben
di, edendi, & cæterarum rerũ,
quæ luxuriæ ſunt. Item alij cõ
fluxerant Ro. qui præſtabant
pa i. qui rem à patribus relic-
ctã amiſerant, uel conuiuijs ſum
ptuoſis, uel amoribus illicitis,
uel condemnationibus, cum pœ
nas pecuniarias ſoluere coacti
eſſent propter ſcelus aliquod p-
petratum. Amiſsis. } perditis
diuitijs. quas earum patres te-
ſtamento reliquerant. Per de
decora. } per uituperia, & op-
probria. Flagitium aut faci-
nus. } flagitium dicitur omne ui
tium flagitatione. i. reprehen-
ſione dignum, & poteſt in uer-
bis conſiderari. nam flagitium
eſſet, ſi quis periurium faceret.
hoc enim conſtituitur uerbo nõ
re. Facinus. autem eſt uitium,
quod in facto conſiſtit, ut eſſet,
furtum, homicidium, adulteriũ
cõmittere. Hi Ro. ſicut in ſen-
tinam. } quemadmodum aqua
uitioſa per rimas in fundo na-
uis ingreditur, ita uitioſi homi
nes, & perditi ſe Ro. contule-
rant. Sentina. } Sentina eſt
aqua uitioſa per rimas in fun-
do nauis ingreſſa putrida, &
mali odoris, unde ſentina etiam
dicitur à ſentiẽdo, eo quòd odo
re ſuo naribus nautarum ſentia
tur, & propter malum odorẽ
dicitur nauſeam facere. ideſt uo
mitum. Memores Syllanæ. }
meminerant quantum ex me-
ria Sylla conqueſti eſſent, quæ
propter eandem utilitatem ſe
conſecuturos putabant, ſi noua

Catilinę quiſquam omnium diſceſſerat; tanta uis mor-
bi, atq; uti tabes, pleroſq; ciuiũ animos inuaſerat. Neq;
ſolum illis aliena mens erat, qui conſcij coniurationis
fuerant. Sed omnino cuncta plebs nouarum rerum ſtu
dio Catilinæ incepta pbabat. Id adeo uidebatur more
ſuo facere. Nam ſemper in ciuitate, quibus opes nullę
ſunt, bonis inuident, malos extollunt, uetera odere, no-
ua exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudẽt,
turba atq; ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam ege
ſtas facile habetur ſine damno. Sed urbana plebs, ea ue
ro præceps erat multis de cauſsis. Primũ omnium qui
ubiq; probro, atq; petulantia maxime præſtabant; item
alij, qui p dedecora, patrimonijs amiſsis; poſtremo oẽs
quos flagitiũ, aut facinus domo expulerat: hi Romam,
ſicuti in ſentinam, confluxerant. Deinde multi memo-
res Syllanę uictorię, quòd ex gregarijs militibus alios
ſenatores uidebant, alios ita diuites, ut regio uictu, atq;
cultu ætatem agerent, ſibi quiſq;, ſi uictoria in armis fo
ret, talia ſperabat. Præterea iuuẽtus, quæ in agris ma
nuũ mercede inopiam tolerauerat, priuatis atq; publi
cis largitiõibus excita, urbanũ otiũ ingrato labori ptu
lerat. Eos atq; alios oẽs malũ publicũ alebat. Quo mi-
nus mirãdũ ẽ hoĩes egẽtes, malis moribus, maxima ſpe
reip. iuxta ac ſibi cõſuluiſſe. Prętereà quorum uicto-
ria, Syllę parẽtes pſcripti, bona erepta, eius libertatis
ĩminutũ erat, haud ſane alio aĩo belli euẽtum expecta
bãt. Ad hoc quicũq; aliarũ, atq; Senatus partiũ erant,
conturbari remp. quàm minus ualere ipſi malebant.
Ideo malum id adeo multos poſt annos in ciuitatem re
uerterat. Nam poſtquam Cn. Pompeio, & M. Craſſo
conſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt, homines ado
leſcentes ſummam poteſtatem nacti, quibus ętas, ani-
musq; ferox erat, cœpere Senatum criminãdo plebem
exagitare, deinde largiendo: atq; pollicitando magis in
cendere. Ita ipſi clari, potentesq; fieri, cõtra eos ſumma
ope nitebatur pleraq; nobilitas Senatus ſub ſpecie pro
ſua magnitudine. Nanq;, uti paucis uerum abſoluam,
poſt illa tempora quicunque remp. agitauere, honeſtis
nominibus, alij ſicuti iura populi defenderent, pars quo
Senatus authoritas maxima foret, bonũ publicũ ſimu-
lantes, pro ſua quiſq; potentia certabant: neq; illis mo-
deſtia, neque modus contentionis erat. Vtriq; uictoriã
crudeliter exercebant. Sed poſtquam Cn. Pompeius
ad bellum maritimum, atq; Mithridaticum miſſus eſt;
plebis opes imminutę, paucorum potẽtia creuit. Hi ma
giſtratus, prouincias, aliaq; omnia tenere. Ipſi innoxij,
florentes, ſine metu ętatem agere: cęteroſq; iudicijs ter

res fierent. Ex gregarijs mili
tibus } ex ignobilibus. nam gre
garij milites dicũtur ignobiles:
quaſi ex grege, ut ſunt qui mili
tibus ſeruitia præſtant, quos ap
pellamus agaſones, lixas, calo-
nes, uel qui pabulatum, uel li-
gnatum eunt. Victu regio. }
epulis regijs, cultibus regijs, ue
ſtibus regijs. Si foret. } id eſt
ſi ille præſtantior eſſet, qui for
tior eſſet in armis. Quæ mer
cede. } homines appellabantur
operę, ut in epiſtolis Cic. ad At
ticum, uerũtamẽ in ſacra p agi
na inuenitur miſit operario in
uineam ſuam. & intelligi de
huiuſmodi hominibus. Merce
de. } ut ligonizare agros, pu-
tare uites. Priuatis. } quas fer
ri uidebat. & ſuperiori tempo-
re factas eſſe audiuerat. In-
grato. } moleſto, non placido ſi
bi. Eos. } agreſtes operas.
Quo. } propter quod. Egẽ-
tes. } pauperes, maxima ſpe uti
litatis pposita. Sibi, ac reip. }
iuxta, qđ ſibi utile ẽ, id ẽt reip.
utile uideretur. Pretereà. }
alios commemorat, qui para-
ti erãt ad rẽp. pturbandam quo
rũ oẽs erant ciues Ro. Victo
ria. } propter uictoriam Syl-
læ. Parentes. } qui fuerant ſe-
cuti partes Catinæ. Proſcri-
pti. } capite damnati à Sylla.
Bona erepta. } quia quicunq;
proſcripti fuiſſent, unuſquiſque
bona eorum diripere poterat.
Ius libertatis. } Vnum ſequi-
tur ex reliquo. nam quanto ma
gis oppreſſi fuerant, tanto mi-
nus libertatis erat eis. Alio
animo. } quàm illos, quos ſupra
memoraui. Euentum. } ſcili-
cet ut reſp. perderetur. Alia-
rum. } id eſt qui partes ſeque-
bantur ſenatui aduerſas quàm
ipſi uellent. Minus ualere. } ſci
licet cæteris, quòd ſenatu plus
ualebant, ipſi uero optabant
remp. perturbari, eo, quòd ne-
mo uellet alios authoritate
plus ualere, quàm ſeipſos. Id
malum. } quòd tribunatus re-
ſtitutus fuerat, & recte malũ
dicit: nam ut etiam Tit. Liuius

rere, quo plebem in magiſtratu placidius tractarent. Sed ubi primum dubijs rebus nouãdis ſpes oblata eſt, uetus certamen animos eorum arrexit. Quod ſi primo prælio Catilina ſuperior, aut æqua manu diſceſſiſſet, profecto magna clades atq; calamitas rempub. oppreſſiſſet: neq; illis, qui uictoriã adepti forẽt, diutius ea uti licuiſſet, quin defeſſis & exanguibus, qui plus poſſet imperium, atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. In his erat Fuluius Senatoris filius quem retractũ ex itinere parens iuſſit necari. Iiſdem temporibus Romæ Lentulus ſicuti Catilina præceperat, quoſcunq; moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut p ſe aut p alios ſolicitabat: neq; ſolũ ciues, ſed cuiuſcũq; modi genus hominum, quod modo bello uſui foret. Igitur P. Vmbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat, eosq; ſi poſſit, impellat ad ſocietatem belli, exiſtimãs publice, priuatimq; ære alieno oppreſſos: præterea quòd natura Gallica gens bellicoſa eſſet, facile eos ad tale conſilium adduci poſſe. Vmbrenus quòd in Gallia negotiatus erat, pleriſq; principibus ciuitatum notus erat, atq; eos nouerat. Itaq; ſine mora ubi primum legatos in foro conſpexit, percontatus pauca de ſtatu ciuitatis, & quaſi dolẽs eius caſum, cœpit requirere, quem exitum tantis malis ſperarent. Poſtquam illos uidet queri de auaritia magiſtratuum; accuſare Senatum, quòd in eo auxilij nihil eſſet, miſerijs ſuis remedium, mortem expectare. At ego, inquit, uobis, ſi modo uiri eſſe uultis, rationem oſtendã, qua tanta iſta mala effugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges in maximam ſpem adducti, Vmbrenum orare, ut ſui miſereretur, nihil tam aſperum, neq; tam difficile eſſe, quod non cupidiſſime facturi eſſent, dũ ea res ciuitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domũ D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neq; aliena conſilij propter Sẽproniam. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabiniũ accerſit, quo maior authoritas ſermoni ineſſet. Eo præſente coniurationem aperit, nominat ſocios. Præterea multos cuiuſq; generis innoxios, quo legatis animus amplior eſſet. Deinde eos pollicitos operam ſuam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam conſilij caperent. In altera parte erat æs alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe uictoriæ: at in altera maiores opes, tuta conſilia, pro incerta ſpe certa pmia. Hæc illis uoluẽtibus, tandem uicit fortuna Reip. Ita Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas utebatur, rem omnem uti cognoue-

dicit poteſtas tribunitia inſenſa erat ſenatui. Reuerterat in ciuitatem. } nam intermiſſa fuerat tribunitia poteſtas, cũ ſenatus uires ſuas auxiſſet, trib. ple. depoſuiſſet. Cn. Pompeio. } qui bellum ciui'e contra Cæſa. geſſit, ſed nõdum tempus huius belli ciuilis euenerat, cũ in urbe reuerterat. tribunitiis ptãs Põ. ut ſibi fauorem populi conciliaret rogationes ad populum tulit: ut et trib. pleb. crearentur. qui magiſtratus ſemper infenſus erat ordini ſenatus. Aetas. } quia iuuenis animus, qa incitati erãt aduerſus patres. Criminando } ſenatum. Largiendo. } legimus Cæſa. populo feciſſe conuiuium. Fieri. } pro ſiebant. Pleraq;. } maior ps. Ope. } poſſibilitate: ſic Virgil. Non opis eſt noſtræ Dido. Nobilitas. } adoleſcentes. Sub ſpẽ. } id eſt ſimulantes ſe defendere ſenatus authoritatem: ſed tamẽ hoc faciebant, ut magis ſenatum defenderent, quàm ut ſuas opes augerent. Pro ſua magnitudine. } id eſt pro defendenda ſua magnitudine. Quicunque. } ideſt omnes ciues. Alij. } Declarat quomodo honeſtis nominibus partes certabant modeſtia, ut ſe continerent. Modus. } finis. Vtriq;. } & plebs et patritij. Cn. Pom. } qui ſemper popularis. ideſt populo gratus fuerat, & plebem, quibuſcunque poterat rationibus ſibi uendicauerat. Bellum maritimum. } contra piratas, qui itinera obſederant, & tranſeũtibus bona diripuerãt. Mithridaticum. } nam deuictis piratis miſſus eſt contra Mithridatem regem Ponti: quem Pom. tandem coegit ad mortem. Plebis opes. } duce amiſſo Pom. uidelicet, plebs in pœnis uenit. Paucorum. } ſcilicet nobiliũ, paucorum dixit, quia plebs maiori in numero eſt quàm nobilitas.

Hi. } ſcilicet nobiles. Innoxij. } innoxius dicitur non ſolũ, qui nemini nocet, ſed etiam, qui a nullo nocetur, ſicut hoc loco

accipiendum eſt. Florentes } opibus. Sine metu. } à plebe. Iudicijs. } condemnationibus. Terrere ipſi. } qui in magiſtratu erant, alios nobiles terrebant iudicijs, ut placidius tractarent plebem, ut ſi plebs ſubiecta teneretur, ipſa facilius ferret, cum uideret alios iudicijs terreri. Dubijs. } cum res dubiæ eſſent. Nouandis rebus. } id eſt nouitate rerum. Vetus certamen. } quod inter nobiles, & plebem fuerat. Primo prælio. } quod geſtum eſt inter Catilinam, & Antonium conſulẽ. Aequa manu. } æquo marte. Clades. } pernicies. Calamitas. } miſeria. Quin. } pro ut non. Defeſſis. } ſcilicet uictoribus, detrimentis belli laſſis. Exanguibus. } languidis, uulneribus acceptis in bello. Extorqueret. } ut auferret. Qui plus poſſet. } ſignificat, aut Magnum Pompeiũ, ſiue Craſſum, quorum opes maxime erant in urbe Ro. Extra coniurationem. } qui coniurationis conſcij non erant. In his. } ſcilicet qui coniurationis ignari ad Catilinã proficiſcerẽtur. Quẽ. } ſcilicet Fuluium. Retractum ex itinere. } domum reductum. Necari. } ſuffocari ſine iudicio, cum ad coniuratores patriæ ſe conferre uoluiſſet. Iiſdem temporibus. } nonnulli extra cõiurationem profecti ſunt in caſtra ad Catilinam. Sicuti Catilina præceperat. } nam ut ſuperius dixi, cum diſceſſit Catilina: tradidit negotium Lẽtulo, ut omnia diligenter ageret, quæ ad coniurationis opus pertinerent. Idoneos. } aptos. Nouis rebus. } ad nouandas res. Moribus. } quia malis moribus uiuebant, et uixerant: & ideo perduriores erant ad flagitia. Fortuna. } quia pauperes erant, & inopes. Per alios } per internuncios. Cuiuſcunq; modi genus hominũ. } id eſt omne genus hominum. Vſui. } utilitati. Bello. } ad bellum. Igitur. } quia præter

ciues

rant, aperiunt. Cicero per Sangam conſilio cognito, legatis præcepit, ut ſtudium coniurationis uehementer ſimulent, cæteros adeant, bene polliceantur, dentq; operam, uti eos quammaxime manifeſtos habeant: iiſdem ferè temporibus, in Gallia citeriore, atque ulteriore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Namque illi, quos ante Catilina dimiſerat, inconſulte, ac ueluti per dementiam, cuncta ſimul agebãt nocturnis cõſilijs, armorum, atque telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia, plus timoris, quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor, ex S. conſulto, cognita cauſa, in uincula coniecerat. Item in citeriore Gallia C. Muræna, qui ei prouinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cũ cæteris, qui erant coniurationis principes, paratis, ut uidebatur, magnis copijs, conſtituerat, ut cum Catilina in agrum Feſulanum cum exercitu ueniſſet, L. Beſtia Tri. Pl. cõcione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, belliq; grauiſſimi inuidia optimo conſuli imponeret. Eo ſigno, proxima nocte, cætera multitudo cõiurationis ſuum quiſq; negotiũ exequeretur, ſed ea diuiſa hoc modo dicebatur. Statilius & Gabinius uti cum magna manu, duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad conſulem, cęterosq;, quibus inſidiæ parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianuã obſideret, eumq; ui aggrederetur. Alius autem alium. Sed filij familiarũ, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent, ſimul cęde, & incendio perculſis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata, atq; decreta, Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum, illos dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere; facto, non conſulto in tali periculo opus eſſe, ſeq;, ſi pauci adiuuarent, languentibus alijs, impetum in curiã facturum. Natura ferox, uehemens, manu promptus erat. Maximum bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex pręcepto Ciceronis per Gabinium cęteros cõueniunt, ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Caſſio poſtulant iuſiurandum, quod ſignatum ad ciues perferant, aliter haud facile eos ad tantum negocium impelli poſſe. Cęteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eo uenturum breui pollicetur, ac paulo ante legatos, ex urbe proficiſcitur. Lentulus cũ his Titum Vulturtiũ quendam Crotonienſem mittit, ut Allobroges, priuſquam domum pergerent, cum Catilina, data atq; accepta fide, ſocietatem confirmarent. Ipſe Vulturtio litteras ad Catilinã dat, quarũ exẽplũ infra ſcriptũ eſt.

ciues Romanos etiam cuiuſcũque generis homines ſoli uexabant, qui bello uſui forent. Allobrogum.} Sũt populi Galliæ Trãſalpinæ. Ad ſocietatem.} contra patriam. Publice.} propter non ſolutum pub'icum tributũ. Priuatim.} propter tributum ſingularum perſonarũ: ideo alieno ære erant obſtricti.

Bellicoſa.} quia ſemper Galli delectãtur bellis. Negotiatus erat.} id eſt negotiationem fecerat in Gallia: ideo nouerat eos inuicem, ſicuti ipſi eum noſcebant. Sine mora} quaſi dicat non opus fuit longa ſalutatione, cum ipſe legatis eſſet notus, & ipſe eos nouiſſet. Dolens.} Dicebat, ſcio uos uſque adeo oppreſſos, ut ſoluere non poſſitis tributum, quod populus Romanus impoſuit ciuitatibus atq; priuatis hominibus. Magiſtratuum,} uidelicet conſulũ, prætorum, præfectorum prouinciarum, & cæterorum, qui imperium populi haberent.

Accuſare ſenatum.} quia cõqueſtus ad ſenatũ ipſe, nec quidem ſibi quicquam operis attuliſſet. Et ſe in eam neceſſitatem adductum eſſe dicebat, ut calamitatibus ſuis nullum ſibi remediũ relinquatur, præter mortẽ. Dixit.} Vmbrenus. Aſperum} duum. Ea res.} quam facerent. De.ij Bruti.} Hic erat uir Semproniæ, quã dixit coniurationis cõſciam eſſe, ideo in domum ipſius duxit legatos, licet ipſe coniurationis inſcius, eo q; amantiſſimus eſſet Reip. ſed Sempronia eius uxor in coniuratione erat. Tum.} eo tempore. Præterea} præterquã q; in domũ Bruti adduxit: quæ, ſcilicet domus cõiurationis erat conſcia propter Semproniam.

Gabinium} non Gabinius Senator erat. Eo.} Gabinio.

Socios.} potentiſſimos, ac nobiliſſimos huius coniurationis conſcios. Cuiuſq;.} tam ordinis ſenatorum quàm equeſtris, ut erat Cæſar Pomp. Craſſ innoxios, innocentes, qui nihil pe

nitus de coniuratione ſciebant.

Amplior eſſet, ut alacriori animo rem aggrederentur legati. Pollicito.} quia promiſerunt ſe quoq; ipſius coniurationis partes adiuturos eſſe.

In incerto.} In dubio in ambiguo, quidnam conſilij potiſſimum ſequerentur: an coniurationem, an reip ſtatum tuerentur.

In altera parte.} uidelicet, ut ſequerentur coniurationis partes. Studium belli.} quia gens illa bellicoſiſſima fuit. Magna merces in ſpe.} quia ſi obtinuerimus ciuitati dominabimur. In altera par.} maiores opes reip. contra cõiuratores.

Maiores opes} nam plus poſſe uidebatur totus Reip. ſtatus quàm pauci qui contra Remp. coniuraſſent. Tuta conſilia} quia nihil erat periculi coniurationẽ patefacere. Certa) præmia. Nam ſenatus conſultum factum eſt, quo præmia d. bantur his, qui coniurationem indicaſſent. Illis.} Allobrogibus.

Fortuna reip.} ut reip. magis faueret quàm coniuratoribus.

Cuius.} Q. Fabij. Ciuitas} eorum Allobrogum. Nã ut uſus fieri, unaquæq; ciuitas ſuum habet patronum. Studium.} uoluntatem coniurationis. Cæteros.} ſocios præter hunc Vmbrenum et Gabinium.

Bene polliceantur.} uidelicet ſen paratos eſſe ad iuuandum coniurationem. Quammaxime} ut ita ab eis coniurationis conſilia excipiãt, ut ipſi poſtea negare non poſſint. Iiſdem temporibus} quibus illa gerebantur. In Gallia citeriore.} quæ eſt citra alpes. Vlteriore.} quæ eſt ultra alpes. Agro Piceno} quem nũc Anconitanum appellamus. Dimiſerat.} in diuerſas partes miſerat: ut cum opus eſſet, ſibi præſto eſſent.

Inconſulte.} quia harum rerum erant imperiti: ideo neſciebant occulte coniurationem ſequi. Inconſulte.} inconſiderate, ſimul tali tempore non ordine agebant. ſicuti Catilina præ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTOR. MANUELE

ceperat. Nocturnis conſilijs.} quia nocturno tempore cœtus cōgregabant, & inter ſe de coniuratione conſilia agebant. Portationibus telorum.} nam arma portabant, nunc huc, nūc illuc. Timoris quàm periculi.} omnia timore compleuerant, cum tamen nullum periculum eſſet. Ex eo numero.} qui metus fecerant. Ex ſocijs.} Catilinæ. Cauſa cognita.} detecta, plures ex ſocijs eo numero coniecerat in uincula. Complures.} multos. In uincula.} In carcerem. Item.} ſimiliter, quemadmodum ille fecerat in Gallia ulteriore, ita iſte in Gallia citeriore multos in uincula coniecit. Caius.} multos ſcilicet coniecerat in carcerem. At Romæ.} Nunc dicit, quid fecerit Lentulus in urbe cum cæteris coniuratoribus, uidelicet cum Vmbreno Gabinio, & cæteris ſenatoribus, qui huius coniurationis conſcij, et participes erāt. Paratis.) à Catilina. Feſulanum.} Feſulum eſt ciuitas Hetruriæ. Lucius.} quia & ipſe huius coniurationis erat ſocius. Concione habita.} aggregato populo. Quereretur.} p conquereretur. Grauiſſimam inuidiam belli.} odium maximum, q diceret Ciceronem deſperatum atq; inanimatum fuiſſe in Catilinam, & q ipſe coactus fuerit arma contra patriam ſumere, & hæc omnia mala cauſa Cic. perueniſſe. Optimo conſuli.) Cic. Hæc maxima eſt laus Salluſtij, q uerus fuerit hiſtoriæ ſcriptor, nec quicquam mentitus fuerit. Nam ubiq; laudat Cicero. cum tamen conſtet inter eos maximas fuiſſe inimicitias. Eo ſigno.) uidelicet concionis habitæ à L. Beſtia: quia ita conſtituerat, ut cum die, quo L. Beſtia conqueſtus eſt de actibus Cice. ſequenti nocte, omnia quæ ſibi commiſſa fuiſſent, impigre exequerentur. Proxima.} ſequēti. Ea.} negotia. Magna manu.} magnis copijs. Opportuna.} ad gerendum, nam cum in parte urbis incendium factum eſſet, omnes mediam urbem reliquiſſent & ad extinguendum ignem concurriſſent, itaq; Cicero cōſul & cæteri boni ciues in media urbe deſtituerentur, quo facto, nos maximo otio, & conſulem, & cæteros Reipub. amantiſſimos trucidare poterimus. Aggrederetur.} contenderet, ut intra ædes ad eum obtruncandum iret. Alium.) ſcilicet ſenatorem. Parentes.} reip. amantiſſimos Cæde.} ſenatorum, conſulis, & parentū.

Incendio.} urbis. Hæc patrata.} ſcilicet, incendia, cædes & rapinas. Prolatando.) proferendo. Corrumpere.} deſtruere. Facto.} pro facere. Conſulto.} pro conſulere. Pauci adiuuarent } pauci ex ſocijs. Languentibus.} torpeſcentibus. Ferox.} indomitus natura. Vehemens.} acer. Promptus.} ad laceſſendum, & pulſandū. Ex præcepto Ciceronis.} quia Cicero conſul præceperat introductionem habere per interceſſorem Gabinium, quare uenerunt, & petierunt à Gabinio, ut ſibi copia fieret colloquendi cæteros coniuratores. Poſtulat ius.) & ita Gabinius eos duxit ad cæteros coniuratores. Lentulo Cethego.} Itē Caſ. qui oēs erant coniuratores. Iuſiurandum.} ſcilicet ſocietatis factæ inter Allobroges & coniuratores. Quod ſignatum.} ad ſuos uidelicet, ut poſſimus fœdus iureiuran. factum oſtendere ciuibus noſtris, ut ſcripto appareat, nos iureiurando facto, nos in hac coniuratione accipere, dicebant enim aliter ſuos ciues ſibi fidem non eſſe daturos. Quod iuſiurandum. Signatum.} ſigillatum, nam ſcripta rata, & firma ſolēt ſigilla habere, quibus magna fides adhibentur: nam aliter ſcripta corrumpi poſſent. Eos impelli.} ſuos Allobroges. dicebant enim niſi nobis iuſiurandum ſigillatum dederitis, non facile perſuadere poterimus ciuibus noſtris hoc uerū eſſe. Nihil ſuſpicantes.} credebant enim hoc uere, non ſimulate dici à legatis. Eo.} ad Allobroges. Breui tempore } quapropter non eſt opus iureiurando meo. Lentulus.} alter coniurationis princeps. His.} Allobrogibus. Crotonieſem.} de Crotona ciuitate. Domum pergerent.} priuſquam domum conuerterentur. Volturcio dat.} id eſt literas committit Volturcio, quas ad Catilinam deferat, & eſt uſitatus dicendi modus, do tibi literas ad Antonium, id eſt committo tibi literas, quas deferas ad Antonium.

Periculis.} utputa quando fuit accuſatus repetundarum & inceſtus. Fiduciam.} id eſt, ut in te fiduciam ponerem. Mea ca.} quia ex tua fiducia ſuſcipiebam animum ut tuerer laudem meam. Non ſtatui par d.} id eſt non ſtatui negare factum ſe ingenue fateri me arma ſumpſiſſe, ſed iuſte. In nouo conſilio.} ſcilicet ut aſſererem me & omnes ſubditos in libertatem. Præponere } oſtendere. Satisfa.} ſcilicet ut expurgem me à maledictis aduerſariorum. Culpa.} quia cognoſco me non peccaſſe. Falſa ſuſpicione.} quia credebant me rapacem & ob hoc me à rep. expulerunt. Tuos liberos.} per amorem quem habes tuis filijs. Non aucto, ſed aueto legūt alij. Aretino.} Aretiū oppidū ē in Hetruria. Exornat.} munit. Antea } ſcilicet aduentum ſuum. Inſignibus.} ut cum trabea, cum baculo una cum aquila. In diē.} ſcilicet ſtatutum, id eſt intermino poſito, In dies ſignificat quotidie. Delectum.} id eſt, ut conſcribant exercitum. Tamen } id eſt in tanto otio fuere &c. More ſuo.} id eſt ex ſolito quia inſtabilis eſt & regni mutatione ſemper quærit. Nā ſemper ſunt:) codex antiquus ſic legit, Nam ſemper in ciuitate fuere homines. Præceps.} id eſt parata in ruinam. Primum omnium alij ſic habēt. ſcilicet plebis. Probro.} dedecores uitijs. Petulan } affluētia rerum. Per dedecora.} per libidinem. ſentinam in locum ſordidum. Mercede.} labore. Otium.} quia non placebat laborare in agris, ſed in urbe quietem per aliquam dignitatem optabant. Eos.} id eſt tales ruſticanos. Relp. ac ſibi. } quia quæ utilia ipſis uidebantur etiam reip. utilia putabant. Expectabant.) ut ſua bona recuperare poſſent. Aliarum.) qui neq; Catilinæ neq; ſenatui fauebat, mutationē tamen optabant: quia ſperabant aliquid. Animus ferox.} paratus ad omnia exagitare. Criminando.} ſcilicet q plebs eſſet omnibus magiſtratibus priuata. Clari.} id eſt famigerati & multi nominis. Specie.} utilitatis cauſa. Sua.} id eſt propria magnitudine. ſcilicet ut augerent ſuas opes. Illa tempora.} id eſt poſtquā tribunitia poteſtas eſt reddita opera Pompeij. Pro ſua potētia.} id eſt, ut augerent potentiam ſuam. Modus.} id eſt finis. Crudeliter.} quia ſi populus uiciſſet ſæuiebat contra nobiles, ſic econuerſo. Maritimum.} id eſt piraticum, de quo Appianus lib. quinto, ſic depurgato prius à piratis mare qui undique omnia deprædabantur Mitridatem regem ponti debellauit regnum quoq; eius ac reliquas illi parentes nationes ad Orientem uſq; ſibi ſubdit.

Innoxij.} quia nō timebat iudicia, nec accuſationes. Iudicijs.} id eſt condēnationibus repetundarum peculatus ambitus & ſtupri.

Licuiſſet.) conceſſum fuiſſet, quia non ſibi ſed Pompeio uel Cæſari uiciſſent. Ordo. Quin.} id eſt immo ille qui poſſet plus: id eſt fortior eſſet extorqueret liberi. atq; in defeſſis &c. Inito.} id eſt ubi recepit ſe in caſtra Manliana. Fortuna.} egeſtate. Vſu.) id eſt cōmodo, Allobroges ab alpibus uſq; Rhodanum occupāt quorum metropolis eſt Viena, iuxta Rhodanum ſita. Adducit.} alij adducti habent. Cupidiſſime.} alacri animo. Præterea.} præter coniuratos. Noxios.} inſcios coniurationis. Diu.) lōga Heſitatione. Aes.} grādiſſima pecunia ſoluēdo erat. Opes.} id eſt Romanorum potentiā conſiderabant. Ciuitas.} ſcilicet Allobrogum non autem Ro. Vnde Appianus lib. quinto ait, Legati ob id ipſum ambigētes rē ſab. Sangæ amiciciā. Erat aūt is Allobrogū MARLIA.

patronus

patronus in urbe ut cæteris populis olim Romæ adeſſe mos fuit. Omnem rem.} coniurationem. Pollicentur.) ſcilicet operam ſuam. Manifeſtos.)apertos. Brutia.} Brutij Calabriæ ſunt populi. Feſtinando.)tanquam res urgeret. Habita.} conuocata cõcio. Sed ea dicebatur.)aliqui codices ſic habent. & ſic erit ea,ſcilicet multitudo,alij dicebant,legunt. Eo tumultu.} id eſt eo incendio. Cæteros.)ſcilicet ſenatores quos ſtatuerant perdere, Erat, ſcilicet in coniuratione. Erumperent.)uno impetu exirent. Decreta.)deliberata. Dubitando.)hæſitando. Prolatando.)prorogando. Opportunitates.)rerum occaſiones. Corrumpere.) perdere quærebatur eſſe opus. Veniens.)id eſt promptus. Aliter.) id eſt ſine iuſiurando. Vulturcio.)id eſt per Vulturcium.

RIVIVS. QVam mediusfidius licet ueram cognoſcas.} Eſt hoc modo in cunctis ferè quæ ipſe uiderim exemplaribus, nec male ut opinor. Cæterum Seruius in 4. Aen.recognoſcas legit. niſi ſint mendoſi codices. Sed memoriáne lapſus, an quòd ſic legendum putarit,haud equidem ſcio. Porro ſi ſic legas, innuit hoc uerbo Catilina,Catulũ quoq; aliquid ea de re ſciuiſſe, de qua ipſe ſeſe purgat. nam recognoſcimus ea ferè quæ ſcimus. Cicero, Non uidetur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam noluiſſe,ſed ea quæ ſcit, mecum recognoſcere. Idem, Declarat ſe non tum illa didiciſſe, ſed reminiſcendo recognoſcere. Sic aliás ſæpe. Vtra lectio uerior,iudicent alij. Ego uulgatam hodie magis probo. Quanquam Felicius Durãtinus, agnoſcas legiſſe uidetur. Non quin æs alienum meis ſumptum nominibus. } τὸ Sumptum non eſt in ullo manuſcripto quod ſciam. Nec id ſententia magnopere expoſcit, nam Meis nominibus ad uerbum Soluere pertinet. pro quibus ipſe debeo,nõ factis facere. Sed quod nõ dignos homines honore honeſtos uidebam.} Ita ferè in recentioribus, & in Merſeburgenſi, quibuscum facit Felicius Durantinus. Sed Fabricij codex habet,conſentientibus manuſcriptis duobus,honore honeſtatos. pro decoratos & amplificatos. Nec eſt in impreſsis quibuſdam ſecus. Verum hoc lectoris iudicio,ut & alia ferè, permittimus. Dum ciuitatem antea ſolicitatam armis exornat.} Codices in pergamenis deſcripti,dum uicinitatem. Illud,ab eo,quod Gymnicus habet,non reperitur in manuſcriptis,ac ne ĩ codice quidẽ Beroaldino. Nãq; ex duobus ſenatus decretis.} In manuſcriptis atq; alijs uetuſtis eſt illa præpoſitio Ex omiſſa. id quod rectius eſſe puto. Sed & Senati habet uolumen ipſum Fabricianum,qui eſt genitiuus antiquus. Eſt inſcriptio quædã in agro Veronenſi,qua in inſcriptione genitiuus hic reperitur. Sex. Attilius M.F. Saranus Procos. ex Senati cõſulto inter Atteſtinos & Veicetinos finis terminos Q. ſtatui iuſſit. pro,ex ſenatus cõſulto. Siſenna item apud Nonium,ex ſenati conſulto dixit hiſtoriarũ 3.

Neq; ex caſtris Catilinæ quiſquam hominum diſceſſerat.} In manuſcriptis eſt,quiſquam omnium. Mox, Tanta uis morbi, atq; uti tabes pleroſq; ciuium animos inuaſerat.} Sic ferè in uetuſtis. τὸ Atq; non eſt in eo quod Gymnicus excudit. Sed omnino cuncta plebs,nouarũ rerũ ſtudio,Catilinæ incepta ꝓbabat.} Legẽdũ, cũcta plebes,quõ & poſtea ſtatim, Sed urbana plebes. Nec ẽ aliter in uetuſtis. Itẽ alij,qui per dedecora patrimonijs amiſsis uagabãtur.} In manuſcriptis neq; relatiuum Qui, neq; uerbũ Vagabantur, reperi. Vtrũq;,ſi quid eſt in me iudicij, ab inepto literatore perperam eſt adiectũ. Sibi quiſq; ſi uictoria in armis foret,talia ſperabat } Quanto in manuſcriptis rectius, Sibi quiſq;,ſi in armis foret, ex uictoria talia ſperabat. Ita nimirum ſenſus ipſe poſtulat. Valde mehercule miror oſcitantiam impreſſorum, qui talia non aduertant. Ego hic fidem antiquorum codicum,contra conſenſum recentiorũ, ſequendam nobis puto Ideo malum id adeo multos poſt annos in ciuitatem reuerterat.} Legendum, Id adeo malum. ex uetuſtis. Ita Liuius 2. ab V.C. Id adeo malum ex prouocatione natum. Demde largiendo.} Manuſcripta, dein. Contra eos ſumma ope nitebatur pleraque nobilitas Senatus ſub ſpecie pro ſua magnitudine,} In Florentino Venetoq; eſt, ſub ſenatus ſpecie. pro eo quod eſt, quaſi dignitatem ſenatus tueretur, quam eſſe quàm ampliſsimam è rep. foret. In manuſcriptis non eſt Sub. Id forſan in ſpatio quiſpiam,quod uerſus dirimit,annotarat ſuper hac dictiõe Specie. dein irrepſit,ut fit,in contextum. Atq; inde forſan eſt legi cœptum, ſenatus ſub ſpecie. Pro ſua magnitudine,id eſt, pro ſua potentia. Aut Auguſtinus in 3. de Ciuitate Dei, quædam è Saluſtio citat, quæ hunc locum mirifice declarent, Plurimæ,inquit,turbæ,ſeditiones,& ad poſtremum bella ciuilia orta ſunt,dum pauci potentes, quorum in gratiam pleriq; conceſſerant,ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationem affectabant,boniq; & mali ciues appellati, non ob merita in remp. omnibus pariter corruptis. ſed uti quiſq; locupletisſimus & iniuria ualidior,quia præſentia defendebat, pro bono ducebatur. Præterea quòd natura Gallica gens bellicoſa eſſet } Codices in membrana deſcripti, gens Gallica. ut adiectiuum poſtponatur. & ſic exemplar quoq; Beroaldinum. Miſerijs ſuis remedium morte expectare. } In Fabriciano eſt, mortem ſperare. in cæteris,mortẽ expectare. Poſt, Allobroges in maximam ſpem adducti. } Merſeburgenſe, in ſpem maximam, ut ſequatur adiectiuum. quomodo et in alijs manuſcriptis Paulo poſt, Nihil tam aſperum,neq; tam difficile eſſe,quod non cupidisſime facturi eſſent. } Legendum è Veneto. quin cupidisſime &c. pro, quod non. Irrepſit ex gloſſa addita,ni fallor. Nam tum Brutus ab Roma aberat. } In manuſcriptis eſt, Roma aberat,omiſſa præpoſitione. Sed prior lectio uerior. id quod è Priſciano colligi libro 15. poteſt. Inueniuntur tamen, inquit, & cum præpoſitionibus nomina ciuitatum ſæpe prolata, & maxime apud hiſtoricos. Liuius in 9. ab V.C. Venerant & ab Lanuuio Antioq; auxilia. Sall. in Catil. Nã tũ Brutus ab Roma aberat. Cicero mõ omittit præpoſitionem, ut in epiſtolis, Quod uideo omnes bonos abeſſe Roma Modo addit, ut in Verrem, Abeſſe à domo paulisper maluit. Præterea Gabinium accerſit.} In uetuſtis arceſſit. ſed eodẽ ſenſu. Nam eſt utrunq; in ueterum ſcriptis frequens. Ex eo numero cõplures Q. Metellus Celer prætor, ex S. conſulto, cognita cauſa in uincula coniecerat.} Sic Gymnicus, ac recte. Cæterum eſt in quibuſdam, ut & Merſeburgenſi, & Florentino, ex ſocijs cauſa cognita. quæ res miſere interpretem torſit. Compendiaria illa per notas ſcribendi ratio, anſam errori præbuit. Item in citeriore Gallia. C. Murena, qui ei prouinciæ legatus præerat.} Felicius Durantinus putat librariorum culpa hic mendoſe legi, C. Murenam citeriori Galliæ legatum præfuiſſe, quòd ea tempeſtate Galliæ tranſalpinæ Cicero Murenam præfuiſſe tradat. Fuit autem C. Murena legatus, frater L. Murenæ conſulis deſignati. Eo ſigno dato, proxima nocte. &c. } Dato, nõ eſt in manuſcriptis, nec in impreſsis uetuſtioribus. Sed nec Felicius Durãtinus addit, addit tamen Aretinus. Cætera multitudo coniurationis, ſuum quiſq; negotium exequeretur.

Eſt quidem in manuſcriptis duobus, ſuum quæque negotium. ſed in meo quiſq; legitur. Refertur enim ad ſenſum, non ad uocem. eſtq; id apud hiſtoricos frequens. Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent.} Cicero in 3. inuectiua in L. Catilinam, teſtatur L. Caſsium quem Salluſtius infra in Galliam profectum ſcribit, ſibi procurationem

incendendæ urbis depopoſciſſe. & in 4. trucidandi ſenatus partes à Lentulo datas Cethego, cæteros ciues interficiendi Gabinio, quem incendijs præponit Salluſtius, urbis inflammandæ Caſſio, totius Italiæ uaſtandæ diripiendæq; Catilinæ. Itaq; nõ per omnia conſentiunt Cicero ac Salluſtius. Sed & pro Sylla Cicero, Cum Catilina, inquit, egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur. Caſſius incendijs, Cethegus cædi præponeretur, Antronio ut occuparet Hetruriam præſcriberetur. & reliqua. Quarum exemplum infra ſcriptum eſt) Exemplum literarum ad Catilinam Lentuli, ſic eſt in uetuſtis quibuſdam, ut apud Ciceronem Oratione 3. in Catilinam. Qui ſim, ex eo quẽ ad te miſi cognoſces. Cura, ut uir ſis. & cogita, quem in locum ſis progreſſus. & uide, quid iam tibi ſit neceſſe. Cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum. In manuſcriptis tamen idem reperitur literarum exemplum, quod in hiſce recentioribus, nimirum hoc. Qui ſim, ex eo quem ad te miſi cognoſces. Fac cogites, in quanta calamitate ſis. & memineris te uirum eſſe. Conſideres, quid tuæ rationes poſtulẽt, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

GLAREA. NOn quòd æs alienum meis ſumptum nominibus } Pro Quod, alij Quin legunt, & negationem ſequente uerſu ante uerbum Poſſint, ſuſtulerunt, Quin enim cũ ſubiunctiuo pro Ut non efferri ſolet, ut in hoc III. Aeneidos:

Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti.

Quin adeas uatem, precibuſq; oracula poſcas.

Annotauit hoc Valla quoq;. Cæterum illud Sumptum non habent omnia exemplaria. Vetuſtus codex ita habet: Non quia æs alienum meis nominibus ſumptum, ex poſſeſſionibus ſoluere non poſſim. Sed quòd non dignos homines honore honeſtos uid. } Alij, ut Gothi codex, Honore honeſtatos legunt, quod item placet. Cæterum quod ſequitur: Meq; falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam, hoc nomine ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes reliquæ dignitatis conſeruandæ ſum ſecutus. Oppido obſcurus hic eſt ſenſus, Cõmentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle uehementer notat Catilina de falſa criminatione ad Populum: per quam uideri uult repulſam paſſus, non conſcientia de culpa, ut paulo ante ipſe loqui-

tur. Ergo

tur, Ergo innocenti ſibi id ab inimico. factum Catulo conqueritur, ea ſpe, ſi quando populus reſciſcet ea innocenti facta, reſtituturus ſit eum in integrum. Hoc igitur nomine honeſtas ſpes ſecutus ſum, inquit, reliquæ dignitatis conſeruandæ. Quoniam egeſtas facile habetur ſine damno. } Et hanc ſententiam facilem omnes putant, mihi haud quaquam intellectã, niſi diſtinguamus poſt Habetur, ac poſtea inferamus ἀσυνδέτως ſine damno, qualia multa ſunt, præcipue apud hũc authorem. Sibi quiſq;, ſi uictoria in armis foret, talia ſp } Vetuſtiores codices, & nominatim Gothi habebant: Sibi quiſq; ſi in armis forent, ex uictoria talia ſperabat. Quæ lectio reprehendi non poteſt, quanquam ego neutram reijcio. Malis moribus, maxima ſpe } Et hic diſtinguendum poſt ſpe, deinde inferendum, reipub. iuxta ac ſibi conſuluiſſe. Quoniam & ſibi, & reipub. male conſuluerunt. Et quod continuo ſequitur, Quorum uictoria Syllæ parentes proſcripti: non eſt diſtinguendum poſt Victoria, ut pleriq; errant codices. Genitiuus enim Syllæ, regitur ab ablatiuo uictoria. Cõturbari rẽp. quò minus ipſi ualere mal.) Quidã pro Minus legit Nimis, diuerſa ſane ſententia, quod haud ſcio quam probem. Quod uero continuo ſequatur: Ideo malum id adeo multos poſt annos. in alijs ſimplicius compoſitiuſq; legitur: Id adeo malũ multos poſt annos. Senatus ſub ſpecie, pro ſua, magnitudine. } Alibi erat, ſub Senatus ſpecie. Et diſtinguendum poſt ſpecie. Deinde inferẽdum pro ſua magnitudine. Porro utriuſq; expoſitio poſt ſequitur. Pars, inquit, quo Senatus authoritas maxima foret, bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſq; potentia certabant. Paratis, ut uidebatur, magnis copijs conſtituerat.) Commentarius qui Vallæ adſcribitur, ſupplet Paratis à Catilina. Sed ego ambigue tamen id dictum exiſtimo. Lector iudicet. Et paulo poſt: Belliq; grauiſſimi inuidia optimo C O S. imponeret. Alij codices, & nominatim Gothi habent Inuidiam in accuſandi caſu: quaſi diceret, in eius humeros imponeret belli grauiſſimi inuidiam. Sanè non uideo, quomodo Impono pro Decipio hic locum habeat. Natura ferox, uehemens animo. } Illud animo, omiſſum fuerat quibuſdam in codicibus: ſed cum alia adiectiua ſuos habeant ablatiuos, uidetur hic quoque ponendus.

VALLA. QVi ſim, &c. } Noluit ponere nomen ſuum ne ſcriptum cognoſceret. Vir. } fortis. Etiam infimorum. } non ſolum à ciuibus, ſed etiam à ſeruis, ſi forte ita opus eſſe uidebatur. Prõptus manu } uulgo dicitur baccaleto de le man. Iuſiurandum. } ſcriptum intellige aliter niſi dederit iuſiurandum &c. Adhæc. } Non proſequitur mandata, quæ dedit his qui literas portabant ne forte, coniuratione detecta daret pœnas. Adhæc. } præter ea: id eſt hæc. Dat. } Lentulus & Volturcio, & legatis. Quo conſilio, &c. } quia Catilina repudiabat ſeruos, ne uideretur contra dignitatem facere, ſi uellet ſeruos ciuibus Romanis immiſcere. Cum ab ſenatu hoſtis. } ob quam cauſam iam non potes tuam dignitatem tueri. Seruitia. } id eſt ſeruos: nã ſeruitia pro ſeruis poni ſæpe uidimus. Propius. } uidelicet ad urbem. His rebus actis: } nũc dicit

dicit, quo conſilio uſus fuerit conſul, cum hæc omnia ſibi nunciata eſſent. His rebus. } ſupra memoratis. Actis. } geſtis. Conſtituta. } determinata, diffinita nocte. Qua proficiſcerentur.) ad Catilinam. Cicero cuncta. } quia Allobroges cuncta patefecerant Ciceroni. Prætoribus imperat. } iubet. Miluio. } pons eſt in urbe. Per inſidias. } uidelicet ipſi delitescerent in inſidijs. Comitatus. } ſocietatem Allobrogum. Aperit. } declarat, manifeſtat prætoribus. Cætera: } cætera præcepit, ut agant prætores. Facto. } id eſt facere permittit, & ut hoc facere poſſent dat ſibi milites, qui ſibi parati eſſent ad imperium. Sine tu. } ſine motu, ne ſi hoc cognoſcerent, per aliam uiam proficiſcerentur. Collocatis. } diſpoſitis in ponte Miluio. Occulte. } latenter ne ſentirent. Obſidunt occupant. } Dicimus, & obſident, & obſidunt,

QVi ſim, ex eo quem ad te miſi cognoſces. Fac cogites in quanta calamitate ſis, & memineris te uirum eſſe; conſideres quid tuæ poſtulẽt rationes; auxilium petas ab omnibus, etiam ab i[n]fimis. Ad hæc, mandata uerbis dat, cum ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit, quo conſilio ſeruitia repudiet. In urbe parata eſſe quæ iuſſerat, ne cunctetur ipſe propius accedere. His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, & C. Promptinio prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per inſidias Allobrogũ comitatus deprehendant, Rem

dunt, obſident ex ob & ſedeo, obſident ex ob & ſido ſides ſicut erat preceptum à Cicero.
Cum Volturcio } qui ducebat eos ad Catilinam. Vtrinq; } ſcilicet à dextra, & à ſiniſtra.
Cohortatus cæteros } uidelicet ne timeant, ſed & ipſi fortiter dimicent cum hoſtium multitudine, quæ obſederat eos.
Promptinium. } Hic Promptinius pretor cognitus erat huic Volturcio ideo ſperabat ab eo poſſe impetrare ſalutem. Obteſtatus. } cum deprecatus eſſet multa. Quòd ei erat notus. } quia cognoſcebat eum. Diffidens uitæ. } quia diffidebat ſe poſſe uitã ſeruare in tanta multitudine, & quia iam coniuratio detecta erat. Propere. } extemplo, confeſtim. Cõſuli. } Ciceroni. Nam lætabatur non eſſe ereptam libertatem. Anxius erat. } ſolicitus, & cura plenus. Tantis ciuibus } deprehenſis optimatibus ciuibus. In maximo ſcelere. } uidelicet in coniuratione. Impunitatem. } eorum. Prodēdæ reip. } ad prodendam rempub. ſpectare. Igitur. } quamquidem ambiguus, & anxius erat Cic. quid faceret, utrum pœnam ex perditis ciuibus ſumeret: an eos impunitos relinqueret. Confirmato animo. } bene cõfirmato: nam primo incertus erat animus Cice. utrũ puniret eos an non, ſed tandem animũ confirmauit puniendos eſſe coniuratores.
Animo. } ſcilicet puniẽdi eos.
Qui. } Ceparius. Ad concitanda ſeruitia:) id eſt commouẽdos ſeruos, ut Catilinam aduerſus remp ſequerentur. Cæteri uocati. } ſcilicet à conſule. ſcilicet Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, ſed Ceparius rebus ſuis fugiens conſuluit conſilio Ciceronis. Conſul Lentu. } cõſul Cicero honoris gratia, quòd prætor erat manu cepit Lentulum & ipſum in curiã introduxit. Cuſtodibus. } id eſt cum militibus armatis, qui cuſtodirent, ne è manibus elaberẽtur.

omnem operit, cuius gratia mittebantur. Cætera uti facto opus ſit, ita agant, permittit illis homines militares, ſine tumultu præſidijs collocatis, ſicuti præceptum erat, occulte põtem obſident. Poſtquam ad id loci legati cum Vulturtio uenerunt, & ſimul utrinq; clamor exortus eſt; Galli cito cognito conſilio ſine mora p̃toribus ſe tradunt: Vulturtius primo cohortatus cæteros gladio ſe à multitudine defendit, deinde ubi à legatis deſertus eſt, multa prius de ſalute ſua Promptiniũ obteſtatus, quòd ei notus erat, poſtremo timidus, ac uitæ diffidens, uelut hoſtibus ſeſe prætoribus dedit. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios conſuli declarantur. At illum ingens cura, atq; lætitia ſimul occupauere. Nam lætabatur intelligens coniuratione patefacta, ciuitatẽ periculis ereptam eſſe. Porro autem anxius erat, dubitans in maximo ſcelere tantis ciuibus deprehenſis, quid facto opus eſſet, pœnam illorum ſibi oneri, impunitatẽ perdundæ Reip. fore credebat. Igitur confirmato animo uocari ad ſeſe iubet Lentulum, Cethegum, Statiliũ Gabinium, itemq; Q. Ceparium Terracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat, cæteri ſine mora ueniunt. Ceparius paulo ante domo egreſſus, cognito indicio, ex urbe profugerat. Conſul Lentulum, quòd prætor erat, ipſe manu tenens in Senatum perducit. Reliquos cum cuſtodibus in ædem Concordiæ uenire iubet eò Senatũ aduocat; magnaq; frequentia eius ordinis Vulturtium cum legatis introducit. Flaccum prætorem ſcrinium cum literis, quas à legatis acceperat, eodem afferre iubet. Vulturtius interrogatus de itinere & de literis, poſtremo quid, aut qua de cauſa conſilij habuiſſet: primo fingere, alia diſſimulare de coniuratione: poſt, ubi fide publica dicere iuſſus eſt; omnia uti geſta erant, aperit: docetq; ſe paucis ante diebus à Gabinio, & Cepario ſocium accitum, nihil amplius ſcire, quàm legatos tantummodo audire ſolitum, ex Gabinio, P. Antonium, Seruium Syllam, L. Vargunteium, multos præterea in ea coniuratione eſſe. Eadem Galli fatentur. At Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas ſermonibus quos ille habere ſolitus erat ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Cornelijs portẽdi, Cinnam atq; Syllam antea, ſe tertium eſſe, cui fatum foret urbis potiri. Præterea ab incenſo Capitolio illum eſſe. xx. annum quem ſæpe ex prodigijs Aruſpices reſpondiſſent bello ciuili cruentum fore. Igitur perlectis literis cum prius omnes ſigna ſua cognouiſſent, Senatus decreuit, uti abdicato magiſtratu Lentulus, itemq; cæteri in liberis cuſtodijs ha

Aedem. } templum. Eò } ſcilicet in æde Concordiæ. Frequentia } multitudine. Eius ordinis. } ſcilicet ſenatorij. Legatis. } Allobrogum. Prætorem. } urbanum. Scrinium. } capſam, uaſculum, ubi erant literæ conditæ. Literis. } ex quibus coniuratio patefiebat. nam in his continebatur, quomodo Catilina admonebatur, q̃ omnibus, quæ iuſſerat in urbe peractis, ipſe propius cum exercitu ad urbem proficiſceretur. De itinere. } quia ex urbe hoc tempore proficiſceretur. Quid. } ſcilicet cum legatis haberet.
De literis. } & quiſnam ſibi literas dediſſet. Aut qua de cauſa. } ſcilicet habuiſſet id conſilium. Primo fingere. } falſo dicebat, ſe iterum quidem fuiſſe extra urbem ad Catilinã, nõ ut quicquam contra rempub. ageret ſed ut uideret, quidnam Catilina ibi facere conſtituiſſet.
Alia. } alias res de coniuratione, quæ falſæ erãt. Poſt ubi } pro poſtquã. Data fide pu. } hoc eſt cum polliciti eſſent, id ſibi impune futurum, ſi uerum aperuiſſet. Aperit.) admonet, oſtendit. Accitum, } uocatũ.
Eadẽ Gs. } quæ Volturtius dicebat. Coarguunt. } Corripiunt. Galli diſſimulantem. } negantem ea, quæ erant uera.
Præter literas, } quas dederat ad Catilinam. Portendi. } prædici, ſignificari. Tribus Cornelijs, } de gẽte cornelia. ſ. Cinnæ, & Syllæ. Sibi. } Lentulo: nam ipſe quoque de gente cornelia erat. Hi duo ſcilicet Cinna & Sylla ante fuerãt imperio urbis potiti, ſe autem nũc tertium eſſe, qui urbis imperio potiretur. Fatatum, } deſtinatum. Præterea, } aliam rationem dicere ſolebat, quia oſtendebat imperium Ro. hoc tempore ſibi deberi. Ab incenſo Capitolio. } quemadmodum Cice. in libro de diuinatione dicit, incenſum eſt Capitolium, ex illo incẽdio cognitum eſt ab aruſpicibus poſt uigeſimum annũ:

berentur: itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ędilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cęſari, Gabinius M. Craſſo, Ceparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio ſenatori traduntur. Interea plebs coniuratione patefacta, quæ primo cupida nouarum rerũ bello nimis fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, ueluti ex ſeruitute erepta, gaudium atq; lętitiam agitabat. Nanq; alia belli facinora, prædę magis, quàm detrimento fore. Incendium uero crudele, immoderatum, ac ſibi maxime calamitoſum putabat, quippe cui omnes copię in uſu quotidiano, et cultu corporis erant. Poſt eum diem quidam L. Tarquinius ad ſenatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiſcentem retractum ex itinere aiebant. Is cum ſe diceret indicaturum de coniuratione, ſi fides publica data eſſet, iuſſus à conſule, quę ſciret edicere, eadem ferè, quę Vulturtius, de paratis incendijs, de cęde bonorum, de itinere hoſtium ſenatum edocet. Pręterea ſe miſſum à M. Craſſo, qui Catilinę nunciaret, ne eum Lentulus, & Cethegus alijq; de coniuratione deprehenſi terrerent. Eoq; magis properaret ad urbem accedere, quo cęterorum animos reficeret, & illi facilius è periculo eriperẽtur. Sed ubi Tarquinius Craſſum nominauit, hominem nobilem, maximis diuitijs, ſumma potentia: alij rem incredibilẽ rati, pars, tametſi uerum exiſtimabant, tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis leniunda, quàm exagitanda uidebatur, plerique Craſſo ex priuatis negotijs obnoxij, conclamant indicẽ falſum eſſe, deq; ea re poſtulant, uti referatur. Itaque, conſulente Cicerone, frequens ſenatus decreuit, Tarquinij indicium falſum uideri, eumq; in uinculis retinẽdum, neq; amplius poteſtatem ſui faciundam faciundi, niſi de eo indicaret, cuius conſilio tantam rem eſſet mentitus. Erãt eo tpe, qui exiſtimarent indicium illud à P. Autronio machinatum, quo facilius appellato Craſſo per ſocietatem periculi, reliquos illius potentia tegeret. Alij Tarquinium immiſſum à Cic. aiebant, ne Craſſus more ſuo ſuſcepto malorũ patrocinio Remp. conturbaret. Ipſum Craſſum ego poſtea prędicantem audiui, tantam illam contumeliam ſibi à Cic. paratam. Sed iiſdem temporibus Q. Catulus, & Cn. Piſo neq; precibus, neque gratia, neque pretio Cic. impellere potuere, uti per Allobroges, aut per alium iudicem C. Cęſar falſo nominaretur. Nanq; uterq; graues inimicitias cum illo exercebant. Piſo oppugnatus in iudicio pecuniarum repetũdarum, propter cuiuſdã Tranſ-

bellum ciuile futurum, cum maxima ciuium pernicie, & hic iã erat .xx. anni ex quo Capitoliũ icẽſũ fuerat. Quę }.xx. annũ.

Ex prodigijs. } quæ incendiũ Capitolij uiderant. Cruentum fore.) ruentari oportere bello ciuili. Literis perlectis. } quas Lentulus mittebat ad Catilinam. Sua ſigna, } ſua ſigilla: ſigilla ipſius Lentu. Oẽs } ſenatores. Abdicatus magiſtratu, } ſit priuatus pretura. nã abdicare priuare magiſtratu ſignificat: hoc autem fecit ſenatus. quia contra dignitatem po. Romani erat, nec etiam licebat in magiſtratu ĩ quẽpiam animaduertere. Itẽ. } preterea cenſuit ſenatus. Cæteri. } coniuratores cum ipſo Lẽtulo.

In liberis cuſtodijs. } in cuſtodijs in quibus ſeruabantur liberi homines, & dixit hoc ad differentiam cuſtodiæ ſeruilis: nã ſeruilis cuſtodia eſt carcer.

In cuſtodijs liberis, } in cuſtodijs, quæ conueniunt liberis hominibus, non ſeruis, hoc eſt, & domi ſeruentur apud ciues Ro.

Lentulus itaq; &c. Spintheri. } eſt cognomen, quia Lentulus Spinther uocatus eſt. Tũ.) eo tempore. Cethegus. } traditur. Statilius. } traditur. Gabinius, } traditur. Nam his paulo &c. } parentheſis eſt. Nã is paulo ante, quam ex urbe fugerat, ut ad Catilinam ſe conferret, & ex itinere tractus fuit Romam. Interea plebs. } Nunc uulgi mobilitatem oſtendit, q; prius lætabantur, & Catilina bellum pararet, eo q; res nouas optaret: nunc uero, quia Catilinæ res non proceſſerant ex ſententia, authorẽ belli execrabantur, & precipue, q; incẽdere urbem conſtituerant coniuratores. Nimis. } ualde. Mutata mente. } mutato propoſito. Tollere. } pro extollebat, id eſt efferebat, ſcilicet laudibus. Erepta. } liberata. Gaudium, } mentis. Lætitia, } corporis. Alia facinora. } ut ſunt rapinæ, cædes, ciuium proſcriptiones. Prædæ. } ſcilicet ad prędam. Detrimento }. i. ad detrimentum, id eſt ad dãnum.

Fore. } futura eſſe. Cui. } ſcilicet plebi. Omnes copiæ. } omnes facultates. In uſu quotidiano, } quia in dies opere manuum ſuarum uiuunt. Cultu corporis, } ſcilicet in ueſtibus. Poſt eum diem } quo coniuratores ſunt traditi ciuibus in cuſtodijs ſeruãdi. Quem, } L. Tarquinium. Aiebant, } dicebant. Fides publica, } eſſet data, ſi permiſſum fuiſſet publice, id ſibi fraudi nõ eſſe. Quæ, } de coniuratione ſciret dicere iuſſus eſt. De paratis incendijs, } ut in duodecim præcipuis locis urbis Ro. incendium pararetur. Cæde bonorum. } ut Cicero & cæteri ciues interficerentur.

Itinere hoſtium, } ut Catilina cum hoſtibus ad urbem ueniret.

Preterea } edocet. Terrerẽt, } à propoſito remouerent, eo q; deprehenſi eſſent. Eo. } tanto magis, q; erant deprehenſi. Quo. } id eſt, ut reficeret, quia perterriti erant, cum illi principes coniurationis capti eſſent. À periculo eriperentur. } ut Lentulus, & Cethegus. & cæteri qui deprehẽſi erãt à periculo cædis liberarẽtur qui deprehẽſi in cuſtodijs hẽbantur.

Sed ubi Tarquinius.) plepſis eſt. Ordo erit hoc mõ. Oẽs conclamãt indicem eſſe falſum ubi poſtquã Tarquinius &c. Alij rati, &c. conclamant indicem eſſe falſum. Pars conclamat indicem eſſe falſum, Pleriq; conclamant & cætera indicem eſſe falſum. Nominauit Craſſum) Craſſi nomen dixit. Hominem nobilem) nobili genere natus erat. nam patritius fuit Craſſus. Maximis diuitijs.) quia ditiſſimus fuit Craſſus, adeo ut diues Craſſus appellatus ſit. Potentia ſumma.) quia potens Craſſus: nam eo tempore tres potentiſſimi fuerũt in urbe Roma. ſcilicet Craſſus, Pom. & Cæſar. Rati.) arbitrati. Etſi.) quãuis. In tali tẽpore. }

ſpadani ſupplicium iniuſtum; Catulus ex petitione pōtificatus odio incenſus, quòd extrema ętate maximis honoribus uſus, ab adoleſcentulo Cęſare uictus diſceſſerat. Res autem opportuna uidebatur, quòd is priuatim egregia liberalitate, publice maximis muneribus grādē pecuniam debebat. Sed ubi conſulem ad tantum facinus impellere nequeūt, ipſi ſigillatim circumeūdo, atq; emētiendo, quę ſe ex Vulturtio, aut Allobrogibus audiſſe dicerent, magnam illi inuidiam cōflauerant; uſq; adeo, ut nōnulli equites Ro. qui pręſidij cauſa cum telis erāt circū ędem Concordię, ſeu periculi magnitudine, ſeu animi nobilitate impulſi, quo ſtudium ſuum in Repub. clarius eſſet, egredienti ex Senatu Cęſari gladio minitarentur. Dum hęc in Senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & Tito Vulturtio, cōprobato eorum indicio, pręmia decernūtur, liberti ni & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus opifices, atq; ſeruitia in vicis ad eum eripiendum ſollicitabant, partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio Remp. uexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios, familiam, atque libertos ſuos electos, & exercitatos orabat in audaciam, ut grege facto cum telis ad ſeſe irrūperent. Conſul vbi ea parari cognouit, diſpoſitis pręſidijs, vti res atq; tempus monebat, conuocatoq; Senatu refert, quid de his fieri placeat, qui in cuſtodiam traditi erant. Sed eos pauloante frequens Senatus iudicauerat contra Remp. feciſſe. Tunc D. Iunius Syllanus, primus ſententiam rogatus, quòd eo tempore conſul deſignatus erat, de his qui in cuſtodijs tenebantur, & pręterea de L. Caſſio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, ſi deprehenſi forent, ſupplicium ſumendum decreuerat. Iſq; poſtea permotus oratione C. Cęſaris, pedibus in ſententiam Tiberij Neronis iturum ſe dixerat; quòd de ea re, pręſidijs additis, referendum eſſe cenſuerat. Sed Cęſar, vbi ad eum uentum eſt, rogatus à conſule ſententiam, huiuſcemodi verba locutus eſt.

pore)tam periculoſo. Tantus,) tanta potentia. Exagitanda.) exacerbanda, de falſitate huius indicis. Obnoxij.) obligati. Referatur.) Referre in ſenatu eſt q. Veneti dicunt partem ponere. Conſulente.) conſultante. Referente.) de ea re Cice. Frequens.) ex maiori parte. Poteſtatem.) ſcilicet dicendi. Indicaret.) aperiret, et mētitus falſo dixiſſet. Erāt eo tempore.) Superius ſcripſit Salluſ. quomodo decretū eſt Tarquinium falſum eſſe indicem, q. Craſſum nobiliſſimum uirum, maxima potentia, atque maximis copijs præſtantem nominaſſet: nunc autem dicit cauſam cur noīauerit in coniuratione Craſſum L. Tarquinius. Eo tēpore, } quo iſta geſta ſunt. Indicium illud.) ſcilicet Tarquinij.

Machinatū eſſe, } fictū inuentum, atq; fabricatū. A P. Anto. qui fauebat cōiurationi. Nā Antonius uolebat ſaluos eſſe cōiuratores. Quo facilius) .i. ut facilius. Appellato Craſſo.) nominato Craſſo coniurationis conſcio. Societatem periculi, } cū in eodem periculo eſſet Craſſus, quo & cæteri coniuratores. Tegeret.) defenderet. Reliquos.) cæteros coniuratores. Potētia, } illius Craſſi. Aiebāt.) dicebāt. Patrocinio.) defenſione, conturbaret rēpublicā, immo nominari fecit Cice. ipſum Craſſum, & huius ſententiæ etiam fuit Craſſus, q. hāc iniuriam contra ſe factam eē crederet. Ego.) Salluſtius.

Prædicantem.) dicentem.

Contumeliam.) iniuriam.

Sed iiſdem temporibus.) uidetur hoc loco quaſi defendere Cicero. Salluſtius, dicit enim non uidetur uериſimile falſo à Cicerone accuſatum fuiſſe, cum nobiliſſimi Romani, ciues cum nulla conditione inducere potuerint, ut Cæſarem in coniuratione falſo nominari faceret. Q. Catulus.) C. Piſo. nobiliſſimi Romani. Precibus.) ſuppliciter agendo. Gratia.) uidelicet fauore, quo plurimum ualebant. Pretio.) uidelicet oſtendendo præmia. Alium indicem.) uel Volturcium, uel Tarquinium.

Vterq;.) ſcilicet Piſo. & Catulus. Piſo.) oſtendit iniurias, quibus affecti erant Cæſari. Oppugnatus eſt.) damnatus eſt à Cæſare pecuniarum repetundarum. Ea uerba, quæ pertinent ad accuſationem, uel defenſionem, uel abſolutionem cum genitiuo conſtruuntur, uel cum ablatiuo, ut damnatus furto, oppugnatus repetundarum, abſolutus adulterij. Propter cuiuſdam tranſpadani ſupplicium.) quia Piſo, cum præfectus eſſet in Gallia tranſpadana, quēdam Gallū tranſpadanū iudicio iniuſto condemnauit, & accuſatus eſt, poſtquam magiſtratu ſe abdicauit, ut reus, qui ſatisfacere deberet iniurijs ſibi illatis iniuſte, ab eo Cæſar iudicio Piſonem oppugnauit, et obtinuit, ut conuinceretur iniurijs illius ſatisfacere. Sed reus proprie pecuniarum repetundarum dicebatur ille qui ſociorum pecunias expilaſſet, & accuſatus ſatisfacere deberet, quos iniurioſe ſurripuiſſet: ſed abuſiue tamē reus pecuniarum dicitur, qui accuſatus ſatisfacere debet iniurijs, ut hoc loco. Incenſus.) ſcilicet erat. Pontificatus.) ſcilicet maximus. Cum Catulus & Cæſar competitores eſſent in Pontificatu maximo, qui præerat omnibus templis ſacris, & etiā omnibus ſacerdotibus, Catulus autem iā grandi ætate, authoritate maxima, rebus geſtis præualens, ſuperatus eſt à Cæſare adoleſcētulo, quod Catulo fuit moleſtiſſimum. Nā Cæſar adeo ambiuerat populum Romanū largitionibus, & precibus, q. die petitionis domo diſcedēs matri dixerat, uel me pōtificem hodie uidebis, uel mortuū. Maximis honoribus.) ædilis prætor. conſul fuerat Catulus. Diſceſſerat.) ex campo Martio. Opportuna.) commoda ad perſuadendum hunc participem coniurationis. Is Cæſar egregia.) excellenti quadam liberalitate animi muneribus maximis, quæ populo diſtribuerat. Nam conſtat Cæſarem populum Romanum accepiſſe conuiuio. Ipſi.) ſcilicet Piſo & Catulus. Conflauerant.) fecerant iniuriam, & odium. Illi.) Cæſari. Circumeundo ſigillatim, } quomodo conflauerant, ſcilicet circumeundo ambiendo. Sigillatim.) per ſingulos. Mentiendo.) falſo dicendo, uidelicet facinora Cæſaris.

Quæ audiſſe dicerent.) Nam falſo dicebant: cum Volturcio & Allobroges de coniuratione narrarent, dixerunt & huius coniurationis participem eſſe Cæſarem. Impellere.) contra Cæſarem.

Aedem.) templum Concordiæ, ubi ſenatus frequens habebatur. Circum locum ſtabant arma, ne uis aliqua ſenatui, & conſuli inferretur. Nam quia Cicero timebat, ne coniuratores in ſe atq; in ſenatum impetum facerent, armatos milites ſemper ſecum habebat. Seu impulſi periculi magnitudine, quia uiderant in quanto periculo reſp. eſſet per hos coniuratores. Mobilitate.) leuitate quadam animi. Quo.) ut. Studium.) uoluntas. Clarius.) manifeſtius, & nobilius. Gladio.) cum gladijs. Egredienti è ſenatu.) & ita fuit. Nam dum Cæſar egrederetur, hi equites, qui credebant eum coniurationis eſſe participem, propter uerba Piſonis, & Catuli irruerunt in eum, & Cicero periculum uidens, ſalute Cæſaris complexus eſt eum, ita, ut equites Cæſarem uulnerare non poſſint, niſi Ciceronem prius transfixiſſent, & hoc modo eum ex curia deduxit incolumē. Hæc.) quæ ſupra dicta ſunt. Volturcio.) eo q. data ſibi fide publica de coniuratione, patefecerat quæ ſciret. Comprobato indicio.) uidelicet q. uerum eſſet. Liberti.) i. ſerui Lentuli, qui ab eo facti fuerant liberti, & ideo ob tale beneficium pietate commoti, ſtudebant herum ex periculo eripere. Ex clientibus.) clientes ſunt, qui in defenſionis tutela conſtituuntur, patroni ſunt qui defendunt. Diuerſis itineribus.) in diuerſas uias quia & libertate clientes, alij in alios uicinos diuiſi ibant ſollicitando opifices ac ſeruos, ut Lentulus impetu facto ex cuſtodijs eriperetur. Sollicitabant.) ſcilicet præmijs, & pollicitationibus. Opifices dicuntur illi, qui opere manuum ſuarum uitam ſuſtentāt & ab opere faciendo dicti ſunt opifices. Eripiendum.) liberandum.

Pretio.) præmijs. & quia ita conſueuerant liberti, rati eos eſſe idoneos ad hanc rem ingens præmium pollicebantur huiuſmodi facinoroſis, & pernicioſis hominibus, ut herum ſuum de cuſtodia liberaſſent. Cethegus.) illi ſua ſponte mouebantur ad eripiendum Lētulum dominum ſuum, ſed Cethegus ſe aliter habebat, nam &c. Exercitatos.) in huiuſmodi rebus. Grege facto.) id eſt multitudine facta. Irrumpe.) id eſt ut ingrederentur ad eum, & eo modo è cuſtodijs eriperent. Ea parari.) uidelicet, uim parari à Lentulo, & Cethego, ut liberentur à cuſtodia. Diſpoſitis præſidijs.) diſpoſitis militibus armatis circa ædem, ubi erant coniuratores.

Monebat.) poſtulare uidebatur. Refert.) rogat ſenatum. Sed eos.) quamuis refert quid uideretur faciendum eſſe de his: tum ſenatus decreuerat ante eos contra rempublicam feciſſe. Quòd eo.) quòd, pro quia. De Lucio Craſſo.) qui non in urbe, nec in cuſtodijs erant, ſed ipſi ex urbe profugerant, ergo hac conditione conſiderabatur, quid faciendum eſſet, ſi deprehenſi fuiſſent. Oratione Caij Cæſaris.) quæ ſequitur, ſcilicet, quæ incipit, omnes homines &c. Pedibus in ſententiam.) quia hoc modo fiebat inter principes ſenatus, cum duæ erant ſententiæ, uidelicet una ſuadens alia diſſuadens: qui hanc ſuadentem ſequebatur, ibat in dextram, qui illam diſſuadentem ſequebatur, in ſiniſtram: & ille qui in dextram, aut in ſiniſtram iuiſſet, pedibus ire in ſententiam dicebatur. Nā quia erat maxima multitudo ſenatorum, magnum ſpatium cōſumptum eſſet, ſi ſinguli ſententiam ſuam dixiſſent, ſed eo modo breuiter explebatur conſultatio. Abdicatis præſidijs.) ſcilicet in locis opportunis, ne aliqua timeri poſſet uis, & perturbatio. Sed Cæſar.) ſed quia dixit de oratione Cæſaris, oſtendit, quænam fuerit eius oratio.

MARLia. QVi ſim ex eo.) ſcilicet Vulturcio, alij codices ſic habent. Qui ſim ex eo quem ad te miſi cognoſces, fac cogites in quanta calamitate ſis, & memineris te uirum eſſe, Cōſideres quid tuæ rationes poſtulent, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Virum.) quia habes animum uirilem. Rationes.) conatus.

Seruitia.) id eſt ſeruos. Miluio.) à Cornelio nepote. Iuuenali Aemilius appellatur. Diſtat ab urbe ultra primum lapidē, à Scauro Aemilio factus fuit cū iret in præfecturam. Vti facto.) facere. Permittit.) concedit, obteſtatus deprecatus eſt. Ingēs cura.) quia cogebatur perdere ciues. Tantis.) Tam magnis ciuibus. Confirmato.) ſtabilito animo. Terra.) Terracina alio noīe Anxur dicitur, quia ibi Iuppiter imberbis colebatur. Sine mora.) ſine iuſſu conſulis. Paulo ante.) ſcilicet quàm à conſulibus uocaretur. Cognito eo.) q. detecti erant. Magna f. eius.) id eſt ſenatorij ordinis. Literis.) ad quem literas ferret. Paucis ante diebus.) id eſt per paucos dies ante. Fide publica.) ſcilicet habita quia ſenatus promiſit impunitatem. P. Autronium.) qui erat deſignatus conſul. Coarguunt.) accuſant. Præter literas.) ſcilicet quas oſtendebāt. Sermonibus.) unde Appianus Cicero factus certior, legatos diſcedentes & cum his Vulturcium intercepit, eosq; in Senatu ſubito inducit, hi quæ à Lētulo audierant ſenatui referunt, inducti porro addidere Lentulum ſæpenumero affirmaſſe tres è Corneliorum familia Romanis futuros principes. Ex his Cinnā & Syllā prius extitiſſe, ſe tertium libris Sybillinis declarari. Quibus cognitis Senatus Lentulum dignitate ſpoliant, Cicero unumquenq; ſeparatim in prætorum cuſtodia appoſuit: ipſe in ſenatu reuerſus, ſententiam de omnibus exquirit, ac ſtatim in ſenatu tumultus oritur, nec enim eorum quæ fatebantur manifeſte adhuc parebat timor, Cornificio qui tūc erat ſacerdos, & fuit competitor Ciceronis in conſulatu. Lætitiā.) quæ ut ait Feſtus, demōſtratur ex geſtu corporis. Gaudium ē in animo ſine geſtu aliquo exteriore. Prædæ.) ad prædam, quia coniurati præda omnia dare uolebant. Detrimēto.) ſcilicet unius partis. Ait Aſconius, Intrimentum eſt dantis & accipientis, Detrimentum eſt unius tantum partis. Incendium.) ſ. putabant. Immoderatum.) quia omnia diripit nec habet diſcrimē perſonarum. In uſu quot.) in ſupellectile. Poſt eū d.) id eſt poſtq. iſti ſunt traditi ī cuſtodiam. Fides p.) impunitas. Edicere.) propalare. Reficeret.) recrearet. Alij.) ſcilicet ſenatores. Rati.) credentes. Vis.) potentia. Exag.) irritāda. De eo.) ſcilicet ſua fore. Tantam rem.) accuſationem tanti hominis. Machi.) inuē tum. Appellato.) accuſato. Contumeliam.) falſam accuſationē.

Aetate extr.) id eſt ſenili. Sigillatim.) nōnulli ſingulatim legūt. Mentiendo.) ſcilicet Cæſarem eſſe in coniurationem. Mobilitate.) codex antiquus, legit nobilitatem. quod magis placet propter ſequentia. Minitarentur.) id eſt impetum facerent. Comprobato.) habito certo. Opifices.) mechanicos. In uicis.) ī oppidis.

Multitudinem.) id eſt militum. In audaciam.) ut auderent. Refert.) proponit. Primus rogatus ſententiam.) mos erat ut digniores rogarent ſentētias. utputa conſul, hac propoſitione. Scitis optimi ſenatores coniuratos in carcere detineri, eo q. contra rempub. arma ſumpſerint, dicite quid de his faciendum eſt, & tu Syllane quid tibi uidetur. Poſt eum alium rogabat prout dignior cæteris erat. Quādo uero ibant ab uno loco ad alium, dicebatur ire in ſententiam pedibus. Plura, Aſconius & Gellius lib. iiij. cap. decimo.

Primus roga.) Appianus. Syllanus conſul deſignatus primus, ut ſententiam efferret à conſule rogari cœperat: quippe Romanis conſul præfuturus merito in primis dicturus uidebatur. Conſulente itaque eo, coniuratos ultimo ſupplicio afficiendos eſſe, multi aſſenſi ſunt. Ad Neronem quouſque delata ſententia. Nero interim eos cuſtodiri donec Catilinam bello ſuperaſſent & rem diligētius animaduertiſſent, æquius cenſebatur eſſe. C. autē Cæſar hos uiros per municipia quæ Cicero elegiſſet diſtribuendos eſſe cenſuit, ne

quid autem

quid dirum in primores uiros præter ius æquumq; ſtatuendum. eius ſentētia cum iuſta apparuiſſet, Cato ob ſuſpicionē quæ in Cæſare latebat, graui & luculenta oratione eam iteruit. Præſidijs abditis.) codex antiquus hēt additis. quæ uera uidetur mihi lectio.

RIVIVS. IN urbe parata eſſe quæ iuſſerat.) Melius in uetuſtis, quæ iuſſerit. Sic enim eloquendi ratio poſtulat. Rem omnem aperit, cuius rei gratia mittebātur.) Codices in membrana deſcripti, cuius gratia mittebantur. Codices in membrana deſcripti cuius gratia mittebantur. & eodem modo Badianus. Sed in alijs ita ferè eſt, ut hodie legitur. Quamuis autem Hieronymus hoc in Rufino carpat, tamē (pace uiri dicam) ſæpenumero apud optimos quoſq; ac primæ notæ ſcriptores repetitur antecedens, iungiturq; cum relatiuo ipſo. Terent. in Heau. Habet honorum exemplum, quo exemplo ſibi licere id facere quod illi fecerunt putat. Cæſar, Vltra eum locum, quo in loco Germani conſederant. &, Erant omnino itinera duo quibus itineribus domo exire poſſent. &, Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conuenirant. &, Diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, Ita ſexcētes ferè apud eundem reperias. Sed & Cicero in Verrem, Aduenit dies, quo die ex inſtituto, &c. Adhæc mandata uerbis dat.) Legendum, adhoc. ex uetuſtis. quomodo ſemper Salluſtius. pro, præterea. & identidem Tacitus. Occulte pontē obſident.) In manuſcriptis, obſidunt. coniugatione tertia, Mox, Poſtquam ad id loci legati cum Volturcio uenerunt.) In codice Fabriciano eſt, uenere. Pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ reip. cauſam fore credebat.) In impreſſis uetuſtioribus non reperi Cauſam, nec ipſis manuſcriptis quorum plerunq; fidem ſequor. Sed nec magnopere ſenſus id requirit. Quare tollendum cenſeo. Conſul Lentulum, quòd prætor erat ipſe manu tenens perducit.) Sic in quibuſdam, ubi Gymnicus conſentientibus manuſcriptis, in ſenatum perducit. Quamuis aūt nec Aretinus hoc addit, mihi tamen relinquendum eſſe uidetur. Paulo poſt, Volturcius interrogatus de itinere, & de literis.) In manuſcriptis & alijs antiquioribus eſt illa copula Et omiſſa. maiore cum gratia & uenuſtate, quàm ſi addatur. Mox, Primo fingere alia omnia, diſſimulare de coniuratione.) In hunc modum eſt hic diſtinguendus locus, contra quàm in recentioribus habetur. Nam alia omnia prioribus addes, non ſequentibus. Senatus decreuit, uti abdicato magiſtratu Lentulus.) Manuſcriptum, decernit. tempore præſenti, quomodo & aliàs ſæpe. Quo & cæterorum animos reficeret, & illi facilius è periculo eriperentur.) Sic eſt è codice Fabriciano legendum. Quibus in uerbis hæc à uulgata lectione diſcrepent, facile eſt uidere. Primum addendum eſt, Et. quo & cæterorū. Dein è periculo, legendum. Paulo poſt, Magis lenenda.) In manuſcriptis leniūda. Plerique Craſſo ex priuatis negotijs obnoxij.) Legendum, ex negotijs priuatis, ut adiectiuum ſequatur. Sic enim eſt in manuſcriptis, & in impreſſis uetuſtioribus. Alijque de coniuratione deprehenſi.) Exemplaria calamo deſcripta, ex coniuratione. ſed eſt idem utrobiq; ſenſus, & utrunq; latine dicitur. Frequens ſenatus decreuit.) In iiſdem, decernit. Tantam illam contumeliam ſibi à Cicerone paratam.) Sic & Aldus. In antiquis rectius, ab Cicerone impoſitam. Sic enim codices in membrana deſcripti. Iam contumeliam imponere eſt alicubi apud Ciceronem. Quibus tu, inquit, priuatim iniurias plurimas cōtumeliaſq; impoſuiſti. Eodem modo Florentinum. Neq; precibus, neq; gratia, neq; pretio Ciceronem impellere quiuere) Manuſcriptū. neq; gratia neq; precibus, neq; pretio. Vti p Allobroges aut per alium idicem.) In manuſcriptis non eſt illa repetitio præpoſitiōis, per. Niſi quod in Fabriciano eadē eſt in ſpatio addita quod uerſus dirimit.

Nam uterq; cum illo graues inimicitias exercebant,) Hic ordo uerborum & hæc collocatio eſt in manuſcriptis. Porro, uterq; exercebant, peculiaris eſt loquendi ratio hiſtoricorum. Mox, Piſo oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum.) Quamuis & deſcripti calamo libri ſic habeant, non eſt in pleriſq; tamen, Pecuniarum. & melius atq; elegantius ſubauditur. irrepſit autem ex gloſſa. Aſcon. Fuit, inquit, Catilina patricius, et eodem illo tpe erat reus repetundarū. Idē, Nā iudicium quoq; ſecutum repetundarum. Nō negauerim tñ apud Ciceronem addi ſolere. ut, Clamares te lege pecuniarum repetundarum non teneri. &, Piſo frugi legem de pecunijs repetundis tulit. Magnam illi inuidiam conflauerant, uſq; adeo ut illi equites Ro.) Manuſcripta uſq; eo. ſed eodem ſenſu. quod ipſum frequens apud Ciceronem eſt. Mox, Qui præſidij cauſa cum telis erant circum ædem Concordiæ.) In Merſiburgenſi eſt, circum Concordiæ. ut ſubaudias ædem, quomodo in ſimilibus. uelut ad Iuturnæ apud Ciceronem. ante Caſtoris, apud eūdem. Sic Plautus in Veneris inquit. pro in fanum Veneris. teſtatur autem Porphyrio alicubi, libenter facere authores, ut hac Eclipſi utantur, cū de locis ſacris loquantur. In cæteris manuſcriptis eſt uulgata lectio. Quod de ea re, præſidijs additis, referendū eſſe cenſuerat.) In Fabriciano cæteriſq; uetuſtioribus eſt, præſidijs abditis. quomodo interpres quoq;. In iiſdem, referundum cenſuerat. omiſſo illo uerbo Eſſe, quod nec Merſeburgenſe uolumen habet.

GLARE. QVi ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces. Mirum in omnibus codicibus hæc uerba alia atq; alia inueniri. Aldinus codex, & Gothi noſtri habent, ut uulgo legitur. At in alijs quibuſdam uetuſtioribus hæc uerba codicibus ita leguntur. Qui ſim ſcies ex eo, quem ad te miſi, cura ut uir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus: & uide quid iam tibi ſit neceſſe: cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum. Qui hæc in Aldino codice emendarunt, in tertia Ciceronis inuectiua nō mutarunt, ubi ea uerba haud aliter hic præſcripſi excepta prima periodo, Qui ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces leguntur. Verum ita noſtra ætate emaculantur codices. Cæterum hæc ultima uerba: Cura ut omniū tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: plane oſtendunt proxime dein ſequentia hæc uerba, Quo conſilia ſeruitia repudiet? interrogatiua legenda, non enunciatiue, quod tamē ferè in codicibus neglectū uidemus. Permittit illis homines militares ſine tumultu præſidio.) Illud, Sine tumultu, ambiguæ diſtinctiōis ē, ad prioráne referas, an ad poſteriora. Vetuſtiores paulo codices ad priora referūt & à Præſidijs collocatis, nouam ordiuntur lectionem. Alij malunt ad poſteriora referre. Iudicet Lector, mihi ambiguum relinquitur.

Impunitatem perdūdæ reipub. fore credebat.) Quidam codices, Prodendæ reipub. habebant. Sane prodere rempub. tam in uſu eſt atq; perdere apud diſertos, nihil tamen definio. Et ſtatim poſt: Itemq; quendam Ceparium Tarracinenſem. Aldinus codex mutauit in Q. Ceparium, cum in Ciceronis oratione tertia omnes codices atq; adeo ipſius Ald. M. Ceparium habeant Verum in proprijs nominibus hæc omnia proſequi, in Liuianis decadibus expertus ſum quàm ſit propè impoſſibile, maxime in Romana hiſtoria. Quid aut qua de cauſa conſilij habuiſſet.) Ordinem puto, quid conſilij, aut qua de cauſa habuiſſet. Vetus codex Gothi habebat: Poſtremo quid conſilij, aut qua de cauſa abijſſet. Eſt tamen dicendi hoc genus notandum. Et fide publica, hoc eſt, impunitate promiſſa Volturtio, recte expoſitum eſt, quippe cui paulo poſt præmia decernuntur. Cum uero inquit: Nihil amplius ſcire

quàm legatos tantummodo audire ſolitum. Hic quanquam diſtingui poteſt, illud tamen ex Gabinio, etiam ex legatis auditum intelligi uult. Idem uetus codex diſtinguit poſt Legatos. *Sed uide, ut oppido eleganter uoluerit Salluſtius impoſtoris tergiuerſationē Lectori ob oculos ponere. Nam ita facere ſolent, qui omnia & ſimulant & diſſimulant. Puto autem P. Antronium, r, litera poſt t, legendum, non, P. Antonium. Quippe cui omnes copiæ in uſu quotid. & cul. cor. erant) Senſus præcedēs manifeſtus eſt. ratio autem quæ ſubiungitur, non item. Quidam exponunt, Omneis copias in uſu quotidiano, de ſupellectili: Cultum autē corporis, quòd illis nullæ aliæ eſſent diuitiæ. Quæ expoſitio non diſplicet, maxime quòd neſciam meliorem. Neq; amplius poteſtatem ſui facundam faciundi) ita habet codex Aldinus. Verùm ut ingenuè fatear, ego uerba hæc non intelligo. Fieri poteſt, ut ſit ex aliquo uetuſto authore, è quibus Salluſtius pleraq; habet: unde & furti accuſatus eſt, haud abſq; cauſa, ut putant. Vetuſtatis iudicium colligo, quòd nemo hæc uerba integre habet, quin aliquid ſuppleat. Vetus codex habet: Neque amplius poteſtatem facundam, niſi de eo, &c. Statim poſt. P. Antronio, legendum: non, P. Antonio, quod antea etiam admonuimus. In ſententiam Tiberij Neronis.) Suetonius in Ceſare, ubi de Prætura eius, aliquanto hæc uariat. Nam periculum Ceſaris, quod ab equitibus imminebat, longe maius facit. Verum & alia uariat. Inuenies enim in pleriſq; codicibus eius, L. Antronium: non, Publium. Decium uero Syllanum ait non piguiſſe ſententiā ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatiōe lenire. uelut grauius atq; ipſe ſenſiſſet exceptā. Sallu. in Tiberij ſnīam iſſe ait.*

VALLA. AB odio.] *nam odium, quod habetur contra rempub non ſinit ueritatem diſcernere, & quia odio habetis coniuratores nō recte iudicabitis quam propter iuſtitiam.* Amicitia.] *Nam gratia moti homines fauore iudicare ſolent contra iuſtitiam & rectum.* Ira.] *referas ad odium.* Miſericordia.] *referas ad amicitiam. nam odio iraſcimur.* Verum] *ueritate illa ſupra memorata. ſ. odium, ira, amicitia, atque miſericordia.* Officiunt.] *nocent in iudicando.* Quiſquam hominum.] *nemo.* Libidini.] *uoluptati ſuæ.* Vſui.] *utilitati, nemo eſt, qui animo ſuo morem gerere poſſit, & utilitatē pub. ſequatur.* Vbi.] *quando intenderis ingenium ad odium, ualet ad damnandum: ſi uero ingeniū intenderis ad miſericordiam, ualet ad abſolutionem.* Intenderis.] *intentum habebis ubi quando intenderis ad aliquam rem, quia intenſum fuerit & nō erit inflexum ab aliqua paſſione, uidelicet neq; ab odio, neq; à miſericordia.* Valet.] *ſuas proprias habet uires, nec ſibi ad huiuſmodi auferuntur, & ob eã cem, recte iudicare poterit, ſed ſi remiſſum fuerit ingenium, & inflexum aliqua paſſione, raro recte iudicabit.* Poſſidet.] *ingenium.* Ea libido.] *id eſt appetitus animi.* Animus.] *ingenium.* Magna copia.] *nunc incipit uti inſinuatione. qua rem ponit, & pro coniuratione ponit externarum ciuitatum defectionem.* Recte] *iuſte, & honeſte.* Ordinate.] *modeſte, quia ordo præcipue uerſatur in modeſtia.* Bello Macedonico.] *per exempla probat quod dixerat, neq; nō poſſe ſimul eos parere libidini & utilitati ſuæ, dicit enim &c.* Bello Macedonico.] *uere inquam omiſſis, quæ alij reges & populi inconſulte fecerunt, ea peccata, quæ maiores noſtri modeſte & ordinate fecerunt.* Macedonico bello.] *quod contra Macedones geſtum eſt.* Cum rege Perſa.] *Scimus quomodo extra ordinem Paulus Aemilius, eã prouinciam imperator miſſus debilitauit hoſtes & regem ipſum Perſam in triumpho Romam duxit.* Rhodiorū.] *Rhodos inſula eſt, & in ea ciuitas eiuſdem nominis.* Magna.] *ampla, magnifica, præpotens.* Infida.] *perfida, diuerſa, contraria, bello, ſcilicet Macedoniæ. rege Perſa uicto.* Conſultum.] *de Rhodijs, quidnam placeret fieri de Rhodijs, qui defecerant ad hoſtes.* Bellis Punicis.] *ſicut uideri poteſt apud Li.* Per inducias.] *cum induciæ eſſent inter Romanos & Pœnos Carthaginenſes claſſem Romanam inuaſere, & partem eius maris ſummerſerunt: partem autem traxerunt, & Romanos legatos uerberibus cædere auſi ſunt: & tamen cum legati Carthaginenſes ueniſſent ad Scipionem eos reliquit intactos: ſed cum legatis Romanorum eos Romã miſit, ſenatus ſimul Romanus eos Carthaginem tutos remiſit. Quod etiam Valerius lib. ſexto de fide potangit. Specioſa illa quoq; romana fides ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Hamilcar ire ſe ad conſulem negabat audere, ne eodem modo cathenæ ſibi iniicerentur, quo ab ipſis Cornelio aſinæ fuerant iniectæ: Hanno autē certior romani animi exiſtimator nihil tale timendum ratus, ma-*

CAESARIS ORATIO.

OMNEIS *homines* P.C. *qui de rebus dubijs conſultant; ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia uacuos eſſe decet. Haud facile animus uerū prouidet, ubi illa officiunt: neque quiſquam omnium libidini ſimul & uſui paruit: ubi intenderis, ingenium ualet: ſi libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil ualet. Magna mihi copia eſt memorandi* P.C. *qui reges aut qui populi ira aut miſericordia impulſi, male conſuluerunt. Sed ea malo dicere, quæ maiores noſtri contra libidinem animi ſui recte atq; ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege* Perſe *geſſimus* Rhodiorū *ciuitas, magna atque magnifica, quæ* Po. Ro. *opibus creuerat, infida atque aduerſa nobis fuit. Sed poſtquam bello confecto de* Rhodijs *conſultum eſt, maiores noſtri ne quis diuitiarum magis, quàm iniuriæ cauſa bellum inceptū diceret, impunitos eos dimiſerunt. Item bellis Punicis omnibus, cum ſæpe* Carthaginenſes *in pace, & per inducias multa nefaria facinora feciſſent, nunquam ipſi per occaſionem talia fecere: magis quid ſe dignum foret, quàm quid in illos iure fieri poſſet, quærebant.* Hoc *item nobis prouidendum eſt* P. C. *ne plus apud uos ualeat* P. Lentuli, *et cæterorum ſcelus, quàm ueſtra dignitas, néue magis iræ ueſtræ cōſulatis, quàm famæ.* Nam *ſi digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum conſilium adprobo: ſin magnitudo ſceleris omnium ingenia exuperat, his utendum cenſeo quæ legibus comparata ſunt.* Pleriq; *eorum qui ante me ſen-*

tus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit, apud quos cũ de fide belli ageret, & tribunus militum ei dixiſſet, poſſet illi merito euenire, quod Cornelio accidiſſet, uerq; conſul tribuno tacere iuſſit, iſto ĩquit metu: Hãmo fides ciuitatis noſtræ te liberat, claros fecerat tantũ hoſtium ducem uincere potuiſſe, ſed multo clariores fecit aduerſus eoſdem hoſtes parem fidem iniuriæ legationis tueri. P. C. debere. Occaſionem.) per opportunitatem, quam perfidia hoſtium ſibi dederat. Quod ſe dignũ ſa.} quid ad dignitatem ſuam pertineret, hoc item uidelicet, ut ſitis attẽtiores ad ſalutẽ cõiuratorũ, q̃ ad obſeruãdũ q̃d ipſi cõmiſerint. Iræ ueſtræ conſu.} ne magis irã ueſtra expleatis. Nam ſi digna &c.} .i. ſi tanta pœna reperiretur quanta ſuit magnitudo ſcelerum ſuorũ.

Pro factis} p magnitudine ſcelerũ ſuorũ. Nouũ conſiliũ} .ſ. non ſtetur legibus: ſed alia maiora ſupplicia inueniãtur. His.} conſilijs compa ſunt legi. nam leges nõ permittebant ciuem ro. uirgis cædi, nec capite puniri: ſed ſi deprehenſus eſſet, perpetuo carcere teneretur: ſin autem extra urbẽ fuiſſet, ita ut deprehendi non poſſet, exularet. Rapi}. i. ſtuprari. Pati }. i. ſtupra & adulteria. Sed p deos} obſecro uos. p. c. Quò.} id eſt ad quid illa oratio eſt, in qua crimina & ſcelera coniuratorum nonnulli exaggerare uoluerũt.

An uti.} an illa oratio amplificans ſcelera coniurationis pertinuit. An aut ĩfeſtos.) iratos & infenſos. Tanta res, atque tam atrox.} cum ironia legendum eſt. qui re nõ mouetur, multominus uerbis mouebitur.

Atrox.} ſæua. Suæ iniuriæ.) propriæ erant iniuriæ omnium ſenatorum, eo q, contra remp. ſua coniuratio facta erat.

Eas. } iniurias ſuas, ſcilicet grauius paſſi ſunt iniurias, q̃ æquum fuerat. Alijs.} alia ulciſcendi iniurias, nam priuati ho

tentias dixerunt, cõpoſite ac magnifice caſum Reipub. miſerati ſunt, quæ belli ſæuitia eſſet, quę uictis accideret, enumerare: rapi uirgĩes, pueros, diuelli liberos à complexu parentum, matres familiarum pati, quæ uictoribus collibuiſſent, fana, atque domos ſpoliari, cædẽ, incẽdia fieri, poſtremo armis, cadaueribus, cruore atq; luctu omnia compleri. Sed per Deos immortales, quò illa oratio pertinuit, an ut uos infeſtos coniurationi faceret? ſcilicet quem res tanta, atque tam atrox non permouit, eum oratio accenderet: non ita eſt, neque cuiquã mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur, multi eas grauius ęquo habuere. Sed alijs alia licentia eſt P. C. qui demiſſi in obſcuro uitam agunt, ſi quid iracundia deliquere, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorum pares ſunt: qui magno imperio prędıti, ĩ excelſo ætatẽ agũt, eorũ facta cũcti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minima licentia eſt: neque ſtudere, neq; odiſſe, ſed minime iraſci decet. Quæ apud alios iracũdia dicitur, ea in imperio ſuperbia atq; crudelitas appellatur. Equidem ego ſic exiſtimo P. C. omnes cruciatus minores, quàm facinora illorum eſſe. Sed plerią; mortales poſtrema meminere, & in hominibus impijs ſceleris eorum obliti, de pœna diſſerunt, ſi ea paulo ſæuior fuerit. D. Syllanum uirum fortem atque ſtrenuum certe ſcio, quę dixerit, ſtudio Reipub. dixiſſe: neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere: eos mores, eamq́; modeſtiam uiri cognoui. Verum ſententia eius non uidetur mihi crudelis, (quid enim in tales homines crudele fieri poteſt?) ſed aliena à Republica noſtra uidetur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te ſubegit Syllane, conſulem deſignatum, genus pœnæ nouum decernere. De timore ſuperuacaneum eſt diſſerere, cum præſertim diligẽtia clariſſimi uiri conſulis tanta ſint pręſidia in armis. De pœna poſſum equidem dicere, id quod res habet, in luctu atque miſerijs, mortẽ ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe; eam cuncta mortalium mala diſſoluere, ultra neque curæ neque gaudio locum eſſe. Sed per Deos immortales quamobrem in ſententiam non addidiſti, uti prius uerberibus in eos animaduerteretur? an quia lex Porcia uetat, aut aliæ leges? Item condemnatis ciuibus non animam eripi, ſed exilium permitti iubẽt. An quia grauius eſt uerberari, quàm necari? Quid aut acerbum aut nimis graue eſt in homines tanti facinoris cõuictos? Sin quia leuius eſt, qui conuenit in minori negotio legem timere, cum eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas Reipub. decretum erit? Item

mines poſſunt iniurias grauius ulciſci, quod potentes facere nõ poſſunt, niſi cum ignominia maxima &c. Demiſſi in obſcuro.} id eſt humiles homines, in humili & ignobili loco poſiti.

Si quid iracundia deliquere.} id eſt per iracundiam aliquod crimen fecerunt. Agunt.} id eſt uiuunt. Fama atque fortuna.) pares. fortuna eſt humilis. ergo fama eſt obſcura, & ignobilis. In maxima fortuna.) præpoſiti. exornati magno imperio. id eſt in locupleti & nobili præſtantiſſimoq; fortunæ ſtatu poſiti poſſunt pauca licenter facere, ipſis neq; odio quicquam facere licet. Studere.} quantum ad gratias. Odiſſe.} quantum ad odium. Equidem ego ſic exiſtimo.} & quia occurrebat, quòd ſenatores dicere poſſent, ergo Cæſar exiſtimat hos paruo ſupplicio eſſe afficiẽdos, ne crudeliores exiſtimemur potius quàm iuſti, confutat illud Cæſar. Poſtrema meminere.} quia non tam ſcelera eorum cõſiderauere quãtum pœnam exaggerauerunt. Poſtrema.} id eſt pœnas. primo dicitur de crimine, deinde d ſupplicio agitur.

In hominibus impijs.} id eſt in omnibus contra patriam arma ferentibus, quia impius dicitur in deos, in parentes in patriam paulo ſæuum eſſe dicebat. Decium Syllanum.} & quia multi clari uiri de pœna diſſeruerunt. uult ſe beneuolum reddere his, qui de pœna diſputauerũt, & in primis Decio Syllano, qui acerrimus fuerat in hoc. Fortem.} animo, ſtrẽnuũ corpore. Tanta re} . i. tanti momenti re. Gratia.} quantũ ad ſtudere. Aut inimicitiã.} quantum ad odiſſe. Eos.} id eſt tales. Modeſtiam.} id eſt talem ut nihil gratiæ, nihil amicitiæ cauſa faciat. Quid in tales homines &c.} per parẽtheſim lege. Nam profecto.} ſuperius excuſabat Syllanum, q, diceret talem uirum, tanquam modeſtum ſine odio, aut gratia

ſententiam dixiſſe, ut ſupplicio capitali animaduerteretur in cõiuratores, ergo nunc dicit, ſine odio, neq; gratia dixiſti, ſed aut metus, aut iniuria te dicere coegit. Nam uere inquam, aut odio aut iniuria dixiſti, q. hæc duo te dicere aut coegerunt, ut metus & iniuria. Nouum genus pœnæ:) de nouo genere ſupplicij iudicaret, ut neque capite puniantur. De timore,) neq; timebas ut ſi dimittantur hi, aliquod periculum immineat. Iniuria. } quam in rep. facere uoluerunt.

Superuacaneum } ſuperfluum non eſt opus, ut metuas. Diligentia clariſſimi) Beneuolentiam captat ab auditore, uidelicet à conſule, quem prudẽtiſſimum fuiſſe dicit in defendenda rep. Nam ut ait Cicero quotieſcunque datum fuerit, ut beneuolentiæ aliquid comparemus, ab auditoribus incipiamus. quod facit hoc loco Cæſar. Viri } ſcilicet Ciceronis cõſulis. De pœna poſſum. } quod pertinet ad iniuriam coniurationis, ut quemadmodum magna flagitia commiſerunt, ita magno ſupplicio afficiantur. Erumnarum. } miſeriarum. Requiem. } finem.

Non cruciatum.) non pœnam eſſe mortis cauſa inuentam, & poſſum dicere eam mortem.

Diſſoluere } delere. Vltra } ulterius, ſcilicet poſt mortem.

Curæ } uidelicet triſtitiæ: nã cura generatur ex triſtitia.

Vti prius uerberibus. } ut prius uerberibus cæderentur: deinde cæſi necarentur. Animaduerteretur in eos. } ut prius punirentur: nam animaduertere in aliquem eſt punire aliquem.

An. } nõ addidiſti. Lex porcia, } lex quã Porcius Cato tulerat, ne liceret ciuem Romanũ uerberibus cædi. An non addidiſti. } ut cæderẽtur uerberibus.

In homines. } contra homines.

Sin. } p ſed ſi non addidiſti, ut uerberentur prius. In minore negotio. } ſeruaſti legem, in hoc q. cenſuiſti ciues romanos non eſſe uerberibus cædẽdos: ſed fecisti contra legem, q. cenſuiſti eſſe necandos, quod cõtra leges eſt. In minori negotio. } ſcilicet in uerberãdo. In maiori } ſcilicet in necando. Parricidas. } id eſt eos, qui rempublicã perdere uoluerunt. Tempus reprehendet, } & tempus ſignificat ſtatum temporis. Fortuna. } caſus, quia aliquis incidet caſus, in quo hoc reprehẽdi poterit. Dies. } cum feminini generis eſt ſignificat lõgitudinem temporis. Libido. } uoluntas.

Moderatur libido gentibus. } id eſt gẽtes regit & gubernat.

Illis. } ſcilicet coniuratis.

Quid in alios. } bonum & ſupplicium ex coniuratis ſumere, ſed cauendum eſt. ne malum exemplum inde oriatur. Ignaros. } legum & iudiciorum.

Minus bonos, } non bonos.

Nouum exemplum. } quod cõtra leges factum fuerit. Lacedæ } Superius narrauit quõ Cæſar ad cõfirmationẽ ſuæ orationis ueniret, nunc dicit oĩa mala ex bonis principijs ueniſſe. hoc idẽ cauendũ eſſe. hoc ipſe dicit, ut ſi cõſul damnatos necauerit ciues. ad exẽpla hmõi rei, cũ imperium ad malos peruenerit, ciues bonos, et Reipublicæ amantiſſimos uidebunt necari pro arbitrio ſuo. Lacedæmonij } nũc uero exemplum ponit illius qđ ſupra dixerat, uidelicet à bonis initijs, mala exempla ſemper pfecta fuiſſe. Deuictis Atheniẽſibus. } dum bellum fuit inter Athenienſes & Lacedæmonios & magnæ clades ultro citroq; acceptæ ſunt, tandem Lacedæmonij ſuperauerunt Athenienſes, quibus deuictis triginta prætores crearunt. qui reip. adminiſtrationem haberent, qui poſtea in totidem tyrannos uerſi ſunt.

Tractarent. } ſcilicet triginta uiri. Omnibus inuiſum. } qui odio totius ciuitatis erat perſequendus. Indemnatum. } id eſt in dicta cauſa, antequam cauſæ indictio daretur, & ille indemnatus dicebatur. Ea } ſcilicet re, quòd peſſimi ciues & inuiſi omnes

pus, dies, fortuna, cuius libido gẽtibus moderatur. illis merito accidet quicquid euenerit. Cæterum uos Patres C. quid in alios ſtatuatis, conſiderate. Omnia mala exempla, ex bonis initijs orta ſunt. Sed ubi imperiũ ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit, nouũ illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & nõ idoneos trãsfertur. Lacedęmonij, deuictis Athenienſibus triginta uiros impoſuere, qui rempub. eorum tractarent. Hi primo cœpere peſſimũ quẽq;, & oĩbus inuiſũ, indemnatũ necare. Ea populus lętari, merito dicere fieri. Poſt, ubi licentia paulatim creuit, iuxta bonos et malos libidinoſe interficere, cęteros metu terrere. Ita ciuitas ſeruitute oppreſſa, ſtultæ lætitię graues pœnas dedit. Noſtra memoria uictor Sylla cum Damaſippum & alios huiuſcemodi, qui malo reipub. creuerant, iugulari iuſſit; quis non factum eius laudabat? homines ſceleſtos & factioſos, qui ſeditionibus rempub. exagitauerant, merito necatos aiebant. Sed ea res, magnę initium cladis fuit. Nam uti quiſque aut domum, aut uillam, poſtremo uas, aut ueſtimentum alicuius concupiuerat; dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet. Ita illi, quibus Damaſippi mors lętitiæ fuerat, paulopoſt ipſi trahebantur: neq; prius iugulandi finis fuit, quàm Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit. Atq; ego hoc non in M. Tullio, neq; his temporibus uereor, ſed in magna ciuitate multa & uaria ingenia ſunt. Poteſt alio tempore, alio conſule, cui item exercitus in manu ſit, falſum aliquid pro uero credi. ubi hoc exemplo per Senatus decretum, gladium conſul eduxerit, quis illi finẽ ſtatuet? aut quis moderabitur? Maiores nr̃i Patres C. neq; conſilij, neq; audacię unquam eguere: neq; illis ſuperbia obſtabat, quominus aliena inſtituta, ſi modo proba erant, imitarentur. Arma atq; tela militaria ab Samnitibus, inſignia magiſtratuum à Tuſcis pleraq; ſumpſerunt. Poſtremo quod ubiq; apud ſocios aut hoſtes ideoneũ uidebatur, cum ſummo ſtudio domi exequebãtur. Imitari, quàm inuidere bonis, malebãt. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati, uerberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis ſummũ ſupplicium ſumebant. Poſtquam reſp. adoleuit, et multitudine ciuiũ factiones ualuere; circũueniri innocẽtes, aliaq; huiuſcemodi fieri cœpere; tũc lex Porcia, alięq; leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium dãnatis permiſſum eſt. Hanc ergo cauſam P.C. quo minus nouum conſilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto uirtus, atq; ſapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea

bene parta uix retinemus. Placet igitur, eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? Minime. Sed ita cenſeo, publicandas eorum pecunias, ipſos in uinculis per municipia habendos, quæ maxime opibus ualent. neu quis de his poſtea ad Senatum referat, néue cū populo agat. Qui aliter fecerit; Senatum exiſtimare, eū cōtra remp. & ſalutem omnium facturum. Poſtquam Cæſar dicēdi finē fecit; cæteri uerbo, alius alij uarie aſſentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus ſententiam, huiuſcemodi habuit orationem.

omnes tollerētur. Paulatim.} ſenſim. Licentia.} id eſt qui firmato imperio, iam ſibi omnia licere intellexerunt. Iuxta bonos & malos.} id eſt ſine diſcrimine bonos & malos interficiebant. Iuxta.} æqualiter. Libidinoſe.} pro libidine, & uolūtate ſua, nam libido uoluntas dicitur. Ciuitas.} Lacedæmoniorū. Oppreſſa.} ſeruitute, hoc eſt ſubiecta & obnoxia his triginta prætoribus. Stultæ lætitiæ.} quia ſtulte lætata fuerat, perpeſſa eſt pœnas. Noſtra memoria.} Nunc probat exemplis domeſticis, quod ſuperius propoſuit. Nota eſt diſcordia pop. Ro. quæ fuit inter Syllam & Marium, qui fauore prædictorum ciuium factus eſt conſul, & Syllam cum ſuis complicibus ex urbe pepulit, & huius Marij partes fouebat. Damaſippus quidem Romanus ciuis peritus, ſed poſtquam Sylla recuperatis uiribus in urbem rediſſet, hunc Damaſippū, & alios ſeditioſos ciues interfici iuſſit. & hæc omnia po. Ro. laudabat, ſed &c. Quis non factum &c.) quaſi dicat laudabant omnes. Noſtra memoria.} noſtra ætate, quod meminiſſe poſſumus & alios huiuſmodi ſeditioſos, qui ſecuti fuerant Marij partes. Scelestos.} ſceleratos, & factioſos, qui conſpirauerāt in remp. Eſt factio malorum conſpiratio. Seditionibus.} diſcordijs. Exagitauerāt.} turbauerant. Magnæ cladis initium:} nā à ſeditioſis & perditis ciuibus, ad bonos, & reip. amantiſſimos, uel ſtudioſos Sylla tranſtulit. Dabat operam.} ſcilicet Sylla. Vt is.} Ro. ciuis, qui poſſederat, aut domum, aut uillam, aut uas, aut ueſtimentum. In numero proſcriptorum.} proſcripti ciues erant hi, qui cum nomina eorum in foro expoſita eſſent, interfici poterant à quocunq;. Illi.} quibus mors Damaſippi &c. id eſt qui morte Damaſippi lætati fuerant, eadem morte paulo poſt ipſi peribant. Prius finis iugulandi.} non prius factus eſt modus ciuium interficiendorum, quàm omnes Syllani milites ſint locupletati. Expleuit.} explere eſt plus quàm ſatiare. Atq; ego hæc non in Marco.} Reſpondet Cato obiectioni, quia dicere poſſet aliquis ſub eo conſule res geritur, nihil tale uerendum ſit, confirmat illud Cato: ſed certe poterit eſſe proſpiciendum. Multa, & uaria ingenia.} cum diuerſorum ingeniorum natura ſint homines in urbe Ro. Vbi hoc exēplo.} ſcilicet quòd M. T. Cicero gladio ciues necaret contra legem, etiam ſi ſeditioſi fuerint per decretū ſenatus: quia decreto ſenatus hoc ſibi commiſſum fuerat. Eduxerit.} perſtrinxerit. Statuet?} modum quis imponere poterit perdito ciui qui ad impium peruenerit? Quis moderabitur?) quis ciuis gubernabit uim & poteſtatem eius conſulis hominis perditi.

Maiores noſtri.} Pergit Cæſar ſuam orationem expedire: ubi ꝓbare intendit, non eſſe nouum conſilium de integro faciendum, uidelicet, ut inuſitata ſupplicia ſumantur de noxijs: & ꝓbat conſuetudine maiorum: dicit enim &c. Maiores noſtri.} cum hanc rempu. conſtituere. Neq; conſilij,} & propterea ſi hoc uidiſſent Reip. utile eſſe, illud conſtituiſſent. Neq; illis ſuperbia obſtabat,} quo minus, non hac ſuperbia atque arrogantia inducti ſunt maiores noſtri, q. aliena conſtituta ſpernerent, ſi modo probauiſſent. Quominus.} id eſt ut non. Proba.} optima. Arma atq; tela.} probat illud exemplis. A Samnitibus.} Eodem genere armorum utebantur Romani: quo Samnites. Pleraq; īſignia à Tuſcis,) uidelicet ſellam curulem, lictores, duodecimque faſces. Vbique.} id eſt in quocunque loco. Idoneum.} aptum ad conſeruationem reipublicæ, ſeu ſocij, ſeu hoſtes id inſtitutum habuiſſent, illi cōtinuo ſumebāt, ſi modo dignum imitatione uiſum fuiſſet. Studio} diligētia. Imitari,} ſcilicet bonos bonis illis. Malebant.} magis uolebant. Eodem illo tēpore.} quo ſupra memorata ſumpſerunt ab alijs. Animaduertebant in ciues.} id eſt puniebant ciues, uirgis tantummodo, non capitali pœna. Condēnatis.} ſcilicet capitali crimine. Summum ſupplicium.} quod erat ut uirgis cæderentur. Factiones} conſpirationes malorum. Capere circumuenire.} id eſt fraude opprimere, quia circūuenire eſt fraude & dolis aliquem decipere. Innocentes.} id eſt bonos, qui nullo crimine erant damnandi. Tunc lex Porcia,} qua improbi ciues plerūq; puniebant bonum contra ius & fas. Quibus exilium) ergo prohibitum eſt ciues Ro. uirgis cædi, & multo magis ſecuri. In primis.) præcipue, potiſſimum. Quominus.} ut non.

Nouum conſiliū) uidelicet, ne iubeat coniuratores, qui ciues ſunt necari. Hanc cauſam.) uidelicet, quia in poteſtate erant pernicioſi ciues animaduertebant in bonos ciues. Profecto uirtus,) alia ratio eſt. In illis.) iunioribus. Qui ex paruis.) nam cū nihil præter mœnia Romana haberent, quæ Romulus cōdiderat, imperium totius orbis terrarum pepererunt. Bene parta.) bene acquiſita, bene comparata. Placet.) dicet aliquis places tibi ô Iuli Cæſar &c. Minime?} pro non placet hoc. Pecunias,} pro omnibus bonis accipit, quia in peculibus omnis ſubſtantia fuit apud maiores. In uinculis.} in cōpedibus eſſe tenendos. Per municipia.} per ciuitates, quæ in ciuitatem Romanam acceptæ ſunt. Ne referat.} nullam rationem faciat de his coniuratoribus in ſenatu.

Agat cum populo.} Pulchram poſuit differentiam inter referre in ſenatu, & cum populo agere: nam refertur in ſenatu tunc, cum proponitur aliquid deliberandum ſenatui: agitur cum populo tūc, cum aliquid proponitur populo. Alter.} uidelicet, qui in ſenatu retulerit, uel cum populo egerit. Verbo.} quia & pedibus aſſentiūtur. Rogatus.) ſcilicet ut diceret quidnam ſentiret de hac re.

MARLI.

OMnis homines.} Oratio eſt in deliberatiuo et in conſultatione poſita. Conſultat an debeat coniuratos ultimo ſupplicio afficere. & quia turpem habet cauſam, inſinuatione utitur, nec nō exemplo, quia ut Fab. Quintilianus ſcribit lib. xij. exempla teſtimoniorum locum obtinent. Pa. Cōſcripti.} Vnde dicti, plura ſuperius ex Plutarcho. Vacuos.} id eſt liberos. Odio.} ne propter odiū damnent. Amici.} ne propter amicitiam abſoluant. Ira.} ne uincantur ab ira. Ira, ut diffinit Sen. eſt concitatio animi ad ultionem uoluntatis iudicio pergentis. Eſt enim ira quæ modū tranſilit, quæ ſecum rapit, & nihil per ſe audet ſed animo approbante, neq; enim poteſt fieri ut de ultione agatur animo inſciente. Eſt enim impotēs ſui decoris oblita, neceſſitudinum immemor. Si affectus iræ intueri uelis, nulla peſtis humano generi pluris ſtetit; uidebis cedes, ac uenena, & eorum mutuas ſordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium eſt principiū, ſub ciuili haſta capita uenalia, ſubiec

ctas tectis faces.mœnia eoercitos ignes ſe ingentia ſpatia regionum hoſtilis flamma relucentia. Ira,ut canit Horatius, ẽ furor breuis. Diſtat ab iracũdia,quemadmodum Ebrius ab ebrioſo, Timendus à timido. Officiunt.} impediunt. Quiſquam.} aliquis. Intẽderis ing.} Vbi habes animum inclinatum ad aliquem non potes exercere ueritatem. Libido.} appetitus,habent alij,& ea. Dominatur.} id eſt imperat,utitur ſententia,& à firmiſſimo argumento exorditur. Magna copia.} id eſt ampliſſimus dicendi campus,

Miſericordia impulſi. } ut de Tigrane qui Mitridati ſocero ſuccurrere uoluit & in ſe ipſum ruina eſt uerſa,de qua re Plutar. in uita Luculli & Pompeij, & Appianus in bello Mitridatico plura. Male conſuluerint.} ſcilicet rebus ſuis. Recte } ſecundum iuſtitiam. Ordinate.} id eſt penſiculate. Rhodij } an ac his ſumerent pœnas. Bellis punicis. } Carthaginenſes bella mouentes, Siciliam,Sardiniam, cæteraſq; inſulas quæ mari illo continentur occuparunt,& Hiberiam uſq; emiſere colonos, ſeptingentis deinde ex quo urbem condidere elapſis annis, Ro.Siciliam illis abſtulere Deinde Sardiniam. Quare mouentes bella Carthaginenſes. Contra ipſos miſſus eſt Attilius Regulus, à quo urbes ferè ducẽtæ in ditionẽ redactæ sũt,quæ Carthaginẽſiũ odio ad eum defecerũt. Attamen eo bello Xantippi ducis Lacedæmonij fraude Attilus capitur. qui cauea clauis circũuallata incluſus extinguitur,& hæc quidẽ primo punico bello Ro.uel aduerſa uel læta contigere. Poſt hæc inter Romanos & Cartha.pax ſecuta eſt, Libyci Interim et Celtibæ ſtipendio conducti conquerentes ſe à Carth.fraudari, acriter in eos bella uerterunt,Carthagi.Romanos in auxilium uocauere,qui iure hoſpitij dũtaxat illis aſtricti ab Italia bellum expulerant,ſic enim fœdera inter ipſos teſtari uidebantur.Quare abnuẽtibus Ro.auxilium,ſuis uiribus freti,magna claſſe in hoſtes delati, omnem maris nauigationem abſtulerunt,et Libyam in ſuam reduxere poteſtatem.hoc bello peracto,Carthag. memores negati auxilij,Romanos ſi quos intercepiſſent negotiatores,mari obruebãt. Quod cognitum,bellum in eos decreuere Ro. Itaq; in Hiberiam contra Annibalem.P.Cornelius et Cn.Cornelius Scipio ambo fratres miſſi ſunt,qui acriter pugnando interfecti fuere, quibus filius Publij illius qui perierat,ſucceſſit,hic uirtute & militari peritia Annibalem multis affecit cladibus.Quibus intellectis Pœni legatos Scipioni cum naũ deſtinãt Hanonem cognomine Magnum et Heriphum,ut, ſi poſſint,fœdera confirment.quibus ſic eſt affatus Scipio.Ne minima quidem uenia digni eſtis ô Carthag. qui toties fœdera uiolaſtis, & ultima in legatos adeo aperte adeo iniq; ſermentes corrupiſtis,ut neq; negare neq; contradicere fas ſit, quin extremo ſupplicio digni ſitis. Neque nos ſimilia uobis.egimus ex quo legatos ueſtros Romæ cõmorantes fœdera pro uobis ſanciẽtes.Cum noſtros uiolauiſſetis, ciuitas noſtra liberos abire iuſſit, ego ueſtros in caſtra delatos ad me inſtante adhuc bello illæſos remiſi. Neceſſe eſt igitur,ut tandem errores ueſtros cognoſcatis.Dicam quæ mihi uidebantur,Senatus uero ſentiet ſi putauerit.Dabimus iterum uobis pacem ô Cartha. ſi naues lõgas decem exceptis Ro.tradideritis.Multa alia impoſuit tributa quæ nõ eſt opus nunc referre,quibus aſſentientes Cartha.ſecunda facta ſunt fœdera.Quibus deinde neglectis,& denuo defecerunt,et ita tertiũ punicum bellum eſt ortum,qđ peractum fuit à Scipione Aemiliano. qui ſic ſuadente Catone Senatui,Carthaginẽ funditus deleuit.Hæc ex Libyco Appiani Bellis punicis.} alio utitur exemplo. Occaſionem } cõmoditatem. Talia fecere.} ſcilicet ut ſumerent ſupplicium uel ſpoliarẽt. Dignum ſe } Dignitate Romana. P.Lentuli ſcelus.} quia non tantum debetis ſpectare eorum ſcelera, ſed etiã dignitatem ueſtram. Famæ.} ne dicatis propter odium iudicaſſe.

Nouum conſilium.} ſcilicet ut ultimo ſupplicio & tali pœna afficiantur. Magnitudo.} grauitas. Exuperat.) quia nemo poſſet pœnam inuenire tam crudelem,quàm atrox eorum ſcelus fuit,cum ſit maius dedecus occupare patriam,quàm parentẽ occidere. His legibus,} id eſt ut in exilium mittantur. Compoſite.} ordinate.

Victis.} ſcilicet Romanis. Enumerauere.} ſcilicet qui dixerunt ante me. Matres f.} matronas pudicas. Pati.quæ.} ſcilicet ſtupra. Illa oratio.} id eſt ſcelerum enumeratio. Eum.} id eſt talẽ.

Aequo.} id eſt uero. Alijs.} diuerſis perſonis. Fama.} nam ſic fama eſt ut fortuna.id eſt diuitiæ,et quanto pauperior aliquis tanto minus,ſi aliquod,cõmiſit ſcelus uulgatur. Licentia.} ſcilicet peccandi, quia, quæ non faciet quod principis uxor. Studere.} id eſt fauere alicui. Alios.} infimos. In imperio.} in magiſtratu. Poſtrema.} quia mortales non de ſcelere damnatorum, ſed de pœna differunt. Seuerior.} aſperior. Fortem.} quia nõ mutatur animo. In tanta re.} in iudicio. In tales.} id eſt tam ſceleratos. Nouum.} Inuſitatum. Superuacaneum.} quia non eſt tormendum. De pœna.} de ſupplicio cõiuratorum. Quod res habet.} quod uerum eſt. In luctu.} id eſt dolore. Diſſoluere.} id eſt finire. Curæ.} dolori, quia ipſa mors liberat ipſos à miſerijs.

Condemnatis.} id eſt conuictis aliquo crimine. Quid.} quaſi dicat nihil eſt acerbum,leuius eſt. ſ. uerberari q̃ necari,codex antiquus ſic habet. Nam aliæ l.an aliæ l. ſicut lex Porcia iubent non aĩam eripi &c. Tempus.} id eſt temporis conditio, quia improbatur uno tempore nõ alio. Cuius.} ſcilicet fortunæ. Quicqđ.} omne ſupplicium. In alios.} præter coniuratos. Ex bonis.} quia aliquis bonus ut puta Cicero ſupplicio aliquẽ affici & in reip. utilitate. Deinde ſubſequetur aliquis, qui ira, aut alia cauſa cõmotus ciues perdet exemplo ipſius Ciceronis. Indignos.} quia omnes Cicerones.} id tam aſtuti erunt. Triginta uiri.} Sen.de animi exercitatione,ait.Nunquid potes inuenire urbem miſeriorem qui Athenienſium fuit,cum illam triginta tyranni diuellerent, mille trecentos ciues optimum quenque occiderant, nec finem ideo faciebant; ſed irritabat ſe ipſam ſæuitia. Lacedemonij.} Hiſtoriam ſcribit Plut.in uita Alcibiadis. Tractarent.} gubernarent. Indemnatum.} Non audita cauſa. Ea lege.} aliter,ea re. Fieri.} ſumi ſupplicium. Iuxta.} æque. Seruitute.} id eſt tyrannide. Stultitiæ poe.d.} quia primo lætabantur tanquam optimi iudices. q. ſi quis aliquod ſcelus cõmiſiſſet,ſine proceſſu,ut ita dicam, cum capite plectebantur. Malo reip.} id eſt bello ciuili. Sed ea res.) ſeditioſorum mors. Vas.} aureum uel argenteum. Poſt alio.} id eſt ſequenti. Alio.} non ſimili conſule. Item.} pariter. Eduxerit.} extraxerit. Obſtabat.} impediebat. Proba.) laudata. Samnites & Sabini non idem ſunt,ſunt tamen finitimi inter Latium & Vmbriã. Alia.) ſcilicet indigna huiuſmodi. Ex paruis copijs } alij nõ copijs: ſed opibus habent. Fecere.) Pepererunt, acquiſiti ſunt. Parta bene.) id eſt uirtute. Pecunias.} patrimonia. Valent.} Munita ſunt. Referat.} Proponat. Eum.} talem. Varie.} diuerſimode. M. P. Cato.} qui Vticenſis eſt dictus.

RIVIVS.

Qui reges aut qui populi, ira aut miſericordia ĩpulſi,male conſuluerunt.) Manuſcripta,conſuluerint.quomodo & latinitatis ratio poſtulat.niſi ſi quis ἐπὶ παντὸς eſſe modi uelit. Sed & codex Badianus eodem modo habet,& cæteri uetuſtiores. In fida atq; aduerſa nobis fuit.) In Fabriciano eſt, aduorſa.quod etiã

ſi leue, non tamen prætereundum eſſe duxi. Mox, Sed poſtquam bello confecto de Rhodijs conſultum eſt.} Fabricianum, conſultatũ eſt. ſed diſſentientibus ferè cæteris. Mox, Ne quas diuitiarum magis quàm iniuriæ cauſa bellum inceptum diceret.) In impreſsis quibuſdam eſt, cœptum: Ibidem, Impunitos eos dimiſerunt.) Manuſcripta, dimiſere, Mox, Cum ſæpe Carthaginenſes & in pace & per inducias.) Perperam eſt in recentioribus alterum Et omiſſum, non quidem ullo cum detrimento ſenſus, ſed elegãtiæ orationis tamen. Mox, Multa nefaria facinora feciſſent. In Merſeburgenſi eſt, nefanda. ſed eodem ſenſu. Eſt & apud Ciceronẽ nefarium ſcelus. Idem alicubi ſcelus nefarium facere dixit. Item, ſcelestum & nefarium facinus. Néue magis iræ ueſtræ, quàm famæ conſulatis.) In manuſcriptis atq; alijs antiquioribus, neu. pro neue legitur. Mox, Nam ſi digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum conſilium approbo.) Manuſcripta, reperitur. indicandi modo, tempore præſenti. Quo quidem & tempore & modo in ſta tim ſubſequentibus cumq; his cohærentibus utitur, Sin magnitudo ſceleris omnium ingenia exuperat &c. An ut uos infeſtos coniurationi faceret?) Manuſcripta, an uti uos. quomodo & ex impreſsis quædam. Mox, Scilicet quem res tanta atq; tam atrox non permouit, eum oratio accenderet!) In uetuſtis accendet. quomõ & Badianum exemplar. Quoddam è manuſcriptis, accendat. ut ἐν ευντικοῖς ponatur, ſeu modo potentiali, ut uocant. pro, accendere posſit. Sed alijs alia licentia.) Manuſcriptum, alia alijs. Sed hoc quidem nimis quàm leue. Omnes cruciatus.) Legendum, omneis. quomodo & aliàs ferè. Paulo poſt, D. Syllanum uirum fortem atq; ſtrenuum certe ſcio, quæ dixerit, ſtudio Reip. dixiſſe.) Volumen Fabricianum, certo ſcio. quomodo & Cicero ipſe loquitur. Nã is τῷ Certo ferè utitur, quoties quid ſine dubio ſcire ſe ſignificat. Mox, Verum ſententia eius non uidetur mihi crudelis. Quid enim in tales homines crudele fieri poteſt? ſed aliena à rep. noſtra uidetur.) Manuſcripta, uerum ſententia eius mihi non crudelis, omiſſo uerbo illo Videtur. id quod breuitati Salluſtianæ magis cõuenit. nam poſtea τὸ Videtur ſequitur. An quia lex Portia uetat aut, aliæ leges item condemnatis ciuibus non animã eripi, & quæ ſequuntur.} Legendum ex antiquis, An quia lex Portia uetat? At aliæ leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, ſed exilium permitti iubent. Sic & manuſcripta habent, & ſenſus ipſe poſtulat modo & ſequentia ſpectes, & locum accurate totũ excutias. Paulo poſt, Qui conuenit in minori negotio legem timere, cum eam in maiori neglexeris.} In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus eſt minore, maiore. Id rectius eſſe puto. Quod in Merſeburgenſi Obſeruare legitur, ubi nos timere, librarij mendũ eſſe ſuſpicor. Atenim quis reprehendet, id quod in parricidas reip. decretum erit?} In nonnullis eſt, reprehendat. idq; melius, ut mihi uidetur. pro, reprehendere posſit. Perperam in Badiano, At tu dices, quis reprehendet & cete. τὸ Dices in ſpatio forſan quod uerſus dirimit, adſcripſerat quiſpiam. id poſtea irrepſit in contextum, incuria, ni fallor, librarij. Legendum igitur ita uti hodie ferè eſt in exemplaribus. ut ſit hypophora, cui mox idem per anthypophoram, Tempus, dies, fortuna. cuius libido gẽtibus moderatur. Paulo poſt, Sed ubi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit.} Ciues, non reperi in uetuſtis. In Fabriciano eſt, ad ignaros eius. id eſt, imperij. nam hoc ſupra ſcriptum erat in ſpatio ipſo quod uerſus dirimit, Qui remp. eorum tractarent.} Sic & manuſcriptum uolumen In impreſsis uetuſtioribus. non eſt Eorum. ac omitti citra detrimentum ſenſus poteſt. Mox, Ea populus lætari et merito dicere fieri.} Merſeburgenſe, Ea re populus lætari. ſed perperam. nam nec aliter Priſcianus citat quàm habet uulgata lectio. Quamuis non ignorem, hoc uerbum pereleganter cum ablatiuo iungi. Iuxta bonos & malos libidinoſè interficere.} Quid ſi legas, iuxta bonos ac malos? Ego tamẽ, diſſentiente manuſcripto, nihil mutare auſim. Mox, Stultæ leuitatæ graues pœnas dedit.} Manuſcriptum grauets. Homines ſceleſtos & factioſos.} In impreſsis uetuſtioribus è illa Et copula omiſſa. idq; Salluſtianũ magis. Paulo poſt, Poſtremo uas aut ueſtimẽtum alicuius concupiuerat.} Manuſcripta, poſtremo aut uas, aut ueſtimẽtũ. geminata uidelicet coniũctione disiunctiua. Mox, Dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet.} Manuſcriptum, uti is. quomodo & alias ferè. Paulo poſt,

Quàm Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit.} Legendum, omneis ſuos, ex uetuſtis. Aliquid falſum pro uero credi.} Codices in membrana deſcripti cõſentientibus impreſsis quibuſdam, Falſum aliquid uerborũ ordine mutato. Mox, À Tuſcis pleraq; ſumpſerunt.} in iiſdem, ab Tuſcis. Tũc lex Porcia, aliæq; legẽs paratæ ſunt, quibus legibus exiliũ dãnatis pmiſſum eſt.} τὸ Legibus, in quibuſdã non eſt. Sed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto. Sæpe enim ueteres antecedẽs repetunt, ipſiq; relatiuo adiungunt. id quod alias quoq; eſt à nobis annotatũ. Sed & Tum lex porcia. pro tunc manuſcriptũ habet. Quo minus nouũ conſiliũ capiamus.} Merſeburgenſe, cõſiliũ nouũ. ut adiectiuũ ſequatur. Cæteri uerbo, alius alij uarie aſſentiebantur.} In quibuſdam antiquioribus eſt, aſſentiebant. ſed eodem ſenſu. Nam quamuis hodie ferè aſſentior dicimus, ueteres tamen & aſſentio dicebant, ut eſt à Gellio annotatum. Sed & Cicero ſæpe eſt hac terminatione uſus. Diomedes tamen Aſſentiebantur hic legit lib. 1. quo loco teſtatur non aſſentio ſolum, ſed & aſſentior dici.

GLAREANVS.

NEq; quiſquam omnium libidini ſimul & uſui paruit.} Alibi ita legitur: Neq; hominum quiſquam libidini ſimul & uſui pareret, Quæ lectio mihi non diſplicet. Nec ſcire poſſum, quid uariare uoluerit, quiſquis hæc nobis nuper emendauit. Idem paulo poſt cõiunctiuum Conſuluerint, mutauit in Conſuluerunt, præteritum indicatiui. Nam ſi digna pœna pro factis eorum reperiretur.} Reperitur, habent alij codices in indicatiuo, quod diſplicere non poteſt: cũ approbo, quod proxime ſequitur uerbum, eiuſdem ſit modi. Codex Gothi habebat: Si digna pœna pro factis eorũ reperiretur, nouum conſilium approbabo. quam lectionem ego non approbabo.

Aut aliæ leges: item condemnatis ciuibus non animam) Hoc loco & incerta diſtinctio eſt, & q̃d hæc uerba ſibi uelint, minus certum: tum quid ad hanc argumentationẽ faciant, haud equidem ſcio: Lector ipſe iudicet. Quidam putant, Aut aliæ leges, interrogatiue legendum: ac deinde inferendum, Item condemnatis ciuibus, &c. Quod rurſus de lege Pòrcia intelligi uolunt, & de alijs item legibus. Statim poſt. Quid autem acerbum, aut nimis graue eſt in homines tanti facinoris conuictos? Aldinus codex bis Aut legit, aut acerbum, aut nimis graue: & Coniunctos pro Conuictos, quorum neutrum mihi placet, Certe Gothi noſtri codex habet, Conuictos, non Coniunctos. Arma atq; tela militaria à Sannitibus.} Hoc notatu dignum, nam non temere apud alios reperias authores: niſi quis hunc locum corruptum putet, & pro Sannitibus, Sabinis legendum, aut alium quempiam populum, ab Roma non nimium diſtantem.

VALLA. LOnge alia.} Vidimus ſuperius, quomodo Cæſar ſuam ſententiam perorauit, uidelicet, ut diuiſi per municipia, quæ plurimũ ualebant opibus, in uinculis ſeruarentur coniurati: nunc uero ponit, quæ Cato reſponderit: dicit enim Cato ſe multo aliter ſentire, q̃ Cæſarem. Longe aliena.} ita quidem ſe dicit ſentire Cæſar, ego autem ualde aliter ſentio. Longe aliena.} ualde aliena à ſententia Cæſaris. Reputo.} mecum ipſe uoluo, & cogito. Illi.} ſcilicet qui ante me dixerũt.

De pœna eorum.) quaſi id in dubio ſit, numquid id puniendum eſſe uideatur. Patriæ, parentibus,} & hoc fecerunt, non dubiũ eſt, quin puniendi ſint. Res autem.) id eſt conditio rei. Cauere magis.} uidelicet, ne ipſi contra remp. faciant. Conſultare} quaſi dicat quis nec ſint coniuratores, quos in uinculis tenemus, eſſe necandos, & eos, qui adhuc ſunt in poteſtate ſua, uidelicet in exercitu Catilinæ ſimili ſupplicio eſſe afficiendos.

Proſequere.} p proſequi poſſis, cætera maleficia ſunt eiuſdẽ generis, ut cum perpetrata fuerint, puniantur, ſed maleficium, quod pertinet ad perdẽdam patriam, prius puniẽdum quàm factum ſit. Hoc.} ſcilicet quod p tinet ad perniciem patriæ, uidelicet coniuratio. Prouideas.} id eſt diligenter prouidebis.

Implores.} pro implorabis.

Euenerit.} acciderit. Nihil reliqui ſit.} nihil relinquitur uictis. Sed per deos immortales.} nolo inquit bonos ciues et reip. amantiſſimos alloqui, ſed uos, qui uoluptatibus & luxurijs dediti eſtis, & ea tamen bona eſſe putatis, cur non expergiſcimini, ut remp. defendatis à cõiuratis, ut ueſtris uoluptatibus diu ſatisfacere poſſitis. Domos.} in urbe. Villas.} in agris. Signa.} ſtatuas, picturas ueſtras. Iſta.} ſcilicet domus, uilla, ſigna, & tabellas.

Cuiuſcunq; modi.} ſeu bonas, ſeu quouis alio modo, & loquitur Cato ſecundum Stoicos. Nã que & ipſe Cato ſtoicus erat, & ſtoici hæc externa nullo modo bona eſſe appellanda putabant, niſi q̃ ad uirtutem animi pertinent. Amplexamini.} maxima cupiditate comprehendetis. Otium præbere.} id eſt pacem quærere, per quam ueſtris uoluptatibus uti poſſitis. Expergiſcimini,} excitamini. De uectigalibus.} quaſi ſi uectigalia expilarẽtur, ſi ſocij etiam expilarentur, tamẽ reſpub. maneret. ſed non ita ẽ de coniuratione. Luxuria & auaritia.} hæc duo mala inter ſe contraria eſſe uidentur, & tamen habent coniunctionem inter ſe. Nam luxuria ferè eſſe non poteſt ſine auaritia, & tamen luxuriæ auaritia uidetur eſſe aliena, ſed quia, qui luxurioſi ſunt, multas pecunias profundunt, ergo, ut pecunia ſuis uoluptatibus ſatisfaciant, auari efficiuntur.

Aduerſos.} contrarios, & infenſos. Qui mihi.} ſed eſt cur mihi ipſi ueniã præſtare debeãt, quòd grauiter inuectus ſum in eorum libidinem. Vnquam delicti.} i. nunq̃ ullius delicti ueniã dediſſe mihi, neq; aĩo meo. & ẽ honeſtus dicẽdi modus, gratiam tibi facio huius delicti. i. ueniã tibi do huius delicti. Haud facile cõdonabã.} non facile remittebam. Sed ea tametſi.} Supius p amplificationẽ cœpit deteſtari cõiurationem, & allocutus ẽ eos, qui uoluptatibus dediti, otiũ ſibi perpetuũ fore exiſtimarẽt, hanc coniurationem impunitam nullo modo permitterent, nunc probat illud, dicit enim ea neq; de peculatoribus ærarij, neq; de iniurijs ſociorum. Opulẽtia.} negligẽtia tolerabat, quia adeo negligentes eſſe poteramus, ut copias & opes reip. aſſumeremus. Nam opes reip. maiores erant, quàm negligẽtia noſtra.

Bonis an malis moribus.} utrum modeſti ſimus in ſocios noſtros. Futura noſtra.} id eſt ſint futura tãtummodo poſſeſsionis noſtræ. Hoſtium futura} uidelicet, ut nõ noſtra ſolum, ſed communia hoſtium nobiſcum ſint futura. Quia bona aliena &c.} quia corruptis uocabulis res appellatur. Audacia malarum.} id eſt, qui audent diripere aliorum bona, uel interficere inimicos ſuos, uel ſtuprare mulieres fortes uocantur, & hæc talis audacia malarum rerum iſtis tẽporibus fortitudo appellatur. Eo.} ideo.

In extremo ſita.} in extremo & ultimo

ORATIO M. CATONIS.

LOnge mihi alia mens eſt, P.C. cũ res, atque pericula noſtra conſidero, & cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe uidẽtur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atque focis ſuis bellum parauere. Res autem monet, cauere ab illis magis, quàm quid in illos ſtatuamus, conſultare. Nam cætera maleficia, tum perſequare, ubi facta ſunt: hoc niſi prouideris, ne accidat, ubi euenit, iudicia fruſtra implores. Capta urbe, nihil ſit reliqui uictis. Sed per deos immortales uos ego appello, qui ſemper domos, uillas, ſigna, tabulas ueſtras pluris, quàm rempub. feciſtis, ſi iſta cuiuſcunq; modi ſint quæ amplexamini, retinere, ſi uoluptatibus ueſtris otium præbere uultis, expergiſcimini aliquando, & capeſſite remp. Non nũc agitur de uectigalibus, neq; de ſociorum iniurijs: libertas & anima noſtra in dubio eſt. Sæpenumero P.C. multa uerba in hoc ordine feci, ſæpe de luxuria atq; auaritia noſtrorum ciuium queſtus ſum, multoſq; mortales ob eam cauſam aduerſos habeo, qui mihi atq; animo meo nullius unquam delicti gratiam feciſſem haud facile alterius libidini malefacta cõdonabã. Sed ea tametſi uos parui pendebatis, tamen reſpub. firma erat, opulentia negligentiam tolerabat. Nunc uero non id agitur, boniſne an malis moribus uiuamus, neq; quantum, aut q̃ magnificũ imperiũ Romani populi ſit. Sed hæc, cuiuſcunq; modi uidẽtur noſtra, an nobiſcum unà hoſtium futura ſint. hic mihi quiſquam manſuetudinem, & miſericordiam nominat? Iam pridem equidem nos uera rerum uocabula amiſimus: quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerũ audacia, fortitudo uocatur: eò Reſpub. in extremo ſita eſt. Sint ſanè, quoniam ita ſe mores habent, liberales ex ſociorum fortunis; ſint miſericordes in furibus ærarij: ne illi ſanguinem noſtrum largiantur; & dũ paucis ſceleſtis parcũt, bonos omnes perditum eant. Bene & compoſite C. Cæſar paulo ante in hoc ordine de uita & morte diſſeruit, credo falſa exiſtimans ea quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis, loca tetra, inculta, fœda atq; formidoloſa habere. Itaque cenſuit pecunias eorum publicandas, ipſos per municipia in cuſtodijs habendos: uide-

licet timens, ne ſi Romæ ſint, aut à popularibus coniurationis, aut à multitudine conducta, per uim eripiantur. Quaſi uero mali, atque ſceleſti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam ſint; aut non ibi plus poſſit audacia, ubi ad defendendum opes minores ſunt. Quare uanum equidem hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis metuit, ſi in tanto omnium metu ſolus nõ timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere. Quare cum de P. Lentulo, cæteriſq; ſtatuetis, pro certo habetote, uos ſimul de exercitu Catilinæ, & de omnibus coniuratis decernere. Quanto uos attentius ea agetis, tãto illis animus infirmior erit. Si paululum modo uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis Rempub. ex parua magnam feciſſe; ſi ita res eſſet, multo pulcherrimam eã nos haberemus; quippe ſociorum, atque ciuium, præterea armorum, atque equorum maior nobis copia, quàm illis eſt. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla ſunt. Domi induſtria, foris iuſtum imperiũ, animus in conſulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atq; auaritiam, publice egeſtatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam. Inter bonos & malos nullum diſcrimen eſt. Omnia uirtutis præmia ambitio poſſidet; neque mirum, ubi uos ſeparatim ſibi quiſque conſilium capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ ſeruitis. Eo fit, ut impetus fiat in uacuã Rẽpub. Sed ego hæc omitto. Coniurauere nobiliſſimi ciues patriam incendere, Gallorum gentem infeſtiſſimã Romano nomini ad bellum accerſunt. Dux hoſtium cũ exercitu ſupra caput eſt; uos cunctamini, etiam nũc & dubitatis, quid intra mœnia deprehenſis hoſtibus faciatis? Miſereamini cenſeo; deliquere homines adoleſcentuli per ambitionẽ; atq; etiam armatos dimittatis. Næ iſta uobis mãſuetudo, et miſericordia, ſi illi arma cœperint, in miſeriam conuertetur. Scilicet res ipſa aſpera eſt, ſed uos non timetis eã, imo uero maxime. Sed inertia & mollitia animi, alius alium expectãtes cunctamini; uidelicet Dijs immortalibus confiſi, qui hanc Remp. in maximis ſæpe periculis ſeruauere. Non uotis neq; ſupplicijs muliebribus auxilia deorum parãtur; uigilãdo, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt. Vbi ſocordiæ te, atq; ignauiæ tradideris, nequicquam Deos implores; irati, infeſtiq; ſunt. Apud maiores noſtros Aulus Manlius Torquatus, bello Gallico filium ſuum, quòd is cõtra Imperium in hoſtem pugnauerat, necari iuſſit; atque ille egregius adoleſcens immodera

& ultimo ſita eſt. Ita mores ſe habent.} qui ita uiuunt. Ex fortunis ſociorum } id eſt fortunas, atq; diuitias ſociorum largiantur, & ſe liberales appellent. Furibus. } id eſt ueniam præſtent peculatoribus reipub.

Ne illis ſanguinẽ, } ſcilicet & fortunas ſociorum largiantur, & peculatoribus reipublicæ ueniam præſtent, non largiantur ſanguinem noſtrum. Ne perditũ eant, } id eſt non dent, & ẽ honeſtus dicendi modus. Bene & compoſite.} Hactenus ſuam confirmauit orationem, nunc incipit confutare argumenta aduerſarij, ſcilicet C. Iulij Cæſa.

De uita & morte. } Cum dixit mortem miſeriarum finem, non cruciatum eſſe. Falſa exiſtimans diſſeruit. Diuerſo itinere.} quia alij itinere camporum eliſiorum poſſidẽt amœna loca, alij itinere tartari ingentia ſupplicia proferunt. Tetra obſcura. } inculta, ſyluestria.

Pœda. } turpis. deformia, & fœtida. Formidoloſa. } horrore & formidine plena. Vidwon.} cenſuit. Popularibus } fautoribus coniurationis. Cõducta } ſcilicet pretio. Audacia plus. } quaſi plus audaciæ non in municipijs quàm in urbe, ubi ſunt opes ad defendendum, ne eripiantur per uim. Si tanto omniũ.} Nos clare ſuperius uidimus, quo argumẽtari cœpit Cato aduerſus Cæſarem. uidelicet, q. cenſuiſſet in cuſtodijs habendos per municipia coniuratos, & confutauit illud Cato: quia dixit tutius ſeruari Romæ quàm in municipijs, ſi uim eorũ timeret. Nunc reſpondet ad illam partem ſi non timet dicens. ſi ille non timet p. e. nec me uſq; ſimul magis timere decet. Si ĩ tãto,) ẽ pl. bra cõpoſitio, aut timet, aut ſi nõ timet uanũ eſt cõſilium ſuum, uidelicet q. per municipia diſtribuantur. ſi non timet nobis multo magis timendum eſt, & hic latenter innuit, eum huius coniurationis cõſciũ eſſe. Eo magis. } tanto magis

referi, ad rem pertinet. Mihi atque uobis. } id eſt timere mei cauſa & cauſa ueſtri. Statuetis. } ſententiam tuleritis. Pro certo. } certum hoc ſit, & exploratum uobis. Decernere. } iudicare & ſententiam afferre.

Illi } ſ. Catil. & complicibus ſuis. Infirmior. } Imbecillior.

Lãguere } torpeſcere. ad uindictam eorum, qui capti ſunt.

Omnes. } Catilina cũ ſuis militibus, quos in exercitu habet.

Feroces aderunt } urbem ferociter inuadent. Armis. } id eſt tantummodo armis. Si res ita eſſet uidelicet, ut armis tãtummodo auctum eſſet imperiũ noſtrum. Quippe ſociorum inquã. } ſi reſpub tantummodo armis aucta fuiſſet, nos eam multo maiorem atq; ampliorem haberemus. Illis. } id eſt maioribus noſtris } Induſtria } uidelicet retinẽdi ea, quæ ipſi pepererant foris. Iuſtum imperiũ } uidelicet nullis iniurijs afficiendo ſocios. Animus. } non gratia, non metu, non miſericordia commouebatur, ſed ueritatem tantummodo ſequebatur.

Obnoxius) ſubiectus libidini. nam qui ſibi conſcius eſt alicuius delicti uel libidinis, non audet liberam habere ſententiam.

Pro. } uidelicet pro induſtria, pro iudicio uecto. pro conſilio, pro libertate conſulendi. Publice egeſtatem. } quia rempub. nihil omnino curamus. Priuatim opulentiam } quia dũmodo nos diuites ſimus, parum curamus quomodo ſe reſp. habeat.

Laudamus diuitias. } unum ſequitur ex reliquo: nam quia diuitiæ nobis placent, ideo otio torpeſcimus. Inter bonos, & malos } quia nulla differentia ſit, ſeu bonus, ſeu malus fuerit.

Ambitio. } ambire eſt blanditijs circuire, uidelicet ſignis blanditijs allicere. Neq; mirum } nũc rationes adducit Cato, quia adeo corrupti ſunt mores ciuitatis, ut nullum diſcrimẽ inter bonos & malos. Sed. } ſcilicet quia quæ præmia uirtu-

tis ſunt, omnia ambitio ſequitur. Neque mirum.)ſcilicet eſt, nõ diſcrepare bonum à malo & præmia uirtutis ambitionẽ poſſidere. Separatim.)ubi non in commune conſulitis, ſed priuatum ſibi quiſq; prouidet. Vbi domi.)& non eſt mirũ. Vbi.) quando. Voluptatibus.)edendi, bibendi, ueſtiendi, exornandi domos ueſtras, & ædificandi eas. Hic pecuniæ, aut gratiæ ſeruitis.}uidelicet pecuniæ gratia omnia conceditis. ſi quis pecuniam nobis tradiderit, ille in ſenatu cõſequitur qđ optauerit: et ſi quis plus gratia apud uos ualuerit, facile quicquid uoluerit obtinebit. Eo.} id eſt ideo. Vacuam.}deſertã, quia reſp. defenſoribus nuda inuaditur à ſceleratis hominibus. Coniurauere.} rem omnem ante oculos ponit, ut periculoſior uideatur. Nobilisſimi.}quaſi dicat, ſi homines humiles conditionibus hoc feciſſent, fortaſſe ueniã

te fortitudinis, morte pœnas dedit. Vos đ crudelisſimis paricidis quid ſtatuatis cunctamini: uidelicet cætera uita eorum huic ſceleri obſtat. Verum parcite dignitati Lentuli, ſi ipſe pudicitiæ, ſi famæ ſuę, ſi Dijs aut hominibus unquam ullis pepercit. Ignoſcite Cethegi adoleſcentiæ, niſi iterum iam patrię bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus ſi quidquam penſi unquam fuiſſet, nõ ea conſilia de Rep. habuiſſent. Poſtremo, P.C. ſi me hercle peccato locus eſſet, facile paterer uos ipſa re corrigi, quoniam uerba mea contemnitis. Sed undique circumuenti ſumus. Catilina cũ exercitu in faucibus urget. Alij intra mœnia, atque in ſinu urbis ſunt hoſtes; neque parari, neque conſuli quicquam poteſt occulte, quo magis properãdũ eſt. Quare ego ita cenſeo: cũ nefario conſilio ſceleratorũ ciuium Reſp. in maxima pericula uenerit, hiq; indicio T. Vulturij, & legatorum Allobrogum conuicti, confeſsiq; ſint, cædem, incendia, aliaq; ſe fœda, atque crudelia facinora in ciues, patriamq; parauiſſe; de confeſſis ſicuti de manifeſtis rerum capitalium, more maiorũ ſupplicium ſumendum.

ſunt nobis. Quicquam penſi.} aliquid conſiderationis habuerunt. Me Hercule.} peccato locus eſſet, ut peccari poſſet ſine excidio reip. ut demisſis cõiuratoribus experiamur, quanta pernities nobis inſtaret. In faucibus ita.}uidelicet in alpibus. In ſinu.} In gremio uidelicet. Parari }neque conſuli, nã ſi quid occulte facere uoluerimus, continuo coniuratores in urbe ſunt, qui conſilia noſtra palam faciant Catilinæ. Quare ego.}ecce nunc ſententiam ſuã concludit. Nefario.}ſcelerato, nõ dicẽdo cõtra deorũ iura. Cõſilio.}qa nefas ptinet ad deos et cõtra deos facit, q patriæ nocere machinatur. In maxima.)uidelicet, ut imperiũ amitteret. Titi Volturtij.}quia facta fide pub. dixit de coniuratione. Conuicti.}ſunt argumentis confesſi ſua ſponte, nam conuincimur argumentis, confitemur ſponte noſtra. Fœda.}cruenta.

dandam eſſe cenſerem. Infeſtisſimam }ſcitis Gallos ſemper populo Romano infeſtisſimos fuiſſe, & ſuperatis alpibus in Italiam tranſitum feciſſe, eamque armis plurimum uaſtaſſe. Dux.} Cati. ſuper caput imminet nobis, qui iam occupauerat alpes. Vos cunctamini.} cum tantum periculum immineat, tergiuerſamini. Miſeremini } irridet Caij Cæſaris orationem per quandam ironiam.

Adoleſcentuli.}ualde iuuenes. Per ambitionem.}non ſpe regni ſed ambitione quadam. Res ipſa.}licet aliquis. ô Cato nõ eſt qđ mireris, quia res quidem per ſe aſpera eſt, ſed non timetur, immo tu, ſcilicet timeris. Inertia }inertiam corporis, mollitiem animi eſſe uult. Inertia.}imbecillitate corporis. Mollitie.}effœminatione animi. Cunctamini.}moramini. In maximis periculis.}ſcilicet bellis gallicis omnibus belli punici, primo & ſecundo & tertio. Supplicijs.}id eſt precibus, quia non ſolum ſupplicium pœna dicitur, ſed etiam preces ſignificat, quia apud maiores omnis pœna erat pecuniaria, etiam qui interfeciſſet pecuniam ſoluebat, ſed multo maiorem, & quia hac pecunia mulctatitia, quæ ſoluebatur propter ſupplicium emebantur hoſtiæ quæ dijs immortalibus immolarentur. inde conſuetudo inoleuit, ut ſuppliciũ preces ſignificaret. Vigilando}procurando res. Agendo} tractando. Cedũt} eueniunt. Secordiæ atq; ignauiæ.}ſecordiæ animi et inertiæ corporis te tradideris. Sunt.}ſcilicet dij. Hoſtem.}contra hoſtem.

Egregius adoleſcẽs.}egregij animi iuuenis. Immoderatæ fortitudinis.}quia præter modum fortis fuit. Morte.} id eſt capitali pœna affectus eſt. Cætera ui.}id eſt præter hoc ſcelus, i omni reliqua uita modeſtisſimi ac temperantes fuerint. Cætera.}reliqua. Obſtat huic.}ut ſcilicet propter reliquam ante actam uitã hoc ſcelus remitti debet. Dijs uidelicet. }ne peieraret per deos.

Hominibus.}uidelicet, ne homines iniurijs afficeret. Iterum }ſecundo. Nam quid ego.}ac ſi diceret, eorum flagitia ſatis nota

ta. Confesſi }nam ſi confesſi ſunt, ideo manifeſti. More maiorum.} antequam lex Porcia ferretur, nam lex fuit ut ciues qui contra rempub. quicquam patrauiſſent capite punirentur. ſicut Brutus duos filios uirgis cædi, & ſecuri percuti iusſit, q. conſilia prodendæ urbis ſumpſerint. Valerius libro V. cap. octauo de ſæueritate parentum in liberos. Brutus quoq; gloria par Romulo, quia ille urbem, hic libertatem Roma. condidit. Filios ſuos dominationẽ Tarquinij à ſe expulſam reducẽtes ſummum imperium obtinẽs comprehenſos, proq; tribunali uirgis cæſos, & ad palum religatos ſecuri percuti iusſit, & pater ut conſulem ageret, orbusq; uiueret, quàm publicæ uindictæ deeſſe maluit.

LOngæ aliena.} diuerſa. Catõis oratio ĩ del. eſt. Beneuolentiã MARLIA
captat ab auditorum perſona appellando eos à nomine dignitatis, & à propria perſona cum demonſtret in ſenatu pro communi utilitate concionem habuiſſe. Argu. ſumitur ab ho. honeſtum eſt pro ſalute patriæ coniuratos interficere & à tuto quia tutiores erũt ſi de his ſumpſerint ſupplicium cum Catili. iam urgeat Italiam exercitu. Varias ſententias confutat Cato per confirmationem & ſubiectionem. Illi mihi.}nunc proponit. omnis propoſitio ex duabus rationibus ſaltem conſtare debet. Diſſeruiſſe. } diſputaſſe. Res.}difficultas. Nam cætera.}prima propoſitionis ratio. Facta } cõmiſſa. Iudicia.}ut puniantur. Capta ur.}Secunda propoſitionis ratio. Fu uictis }nihil in uictoris poteſtatem remanet

Appello }ad uos conuerto ſermonem ô ciues. Villas ſigna.} articulus eſt. Amplexamini.}tanto tenetis affectu. Capesſite.} defendite. Vectigalibus.} prouentibus reip. Sæpe numero.}more Catoniano digreditur & eſt expolitio. Luxuria.}intemperantia. Aduerſos.}infenſos. Mihi & animo.}dictis & factis. Condonabam }tacebam. Sed ea.)ſcilicet uerba mea. Opulentia.} diuitiarum affluentia. Tolerabat.} ſuſtinebat. Negli.}ignauiã

Romanorum

Romanorũ. Agitur.} quæritur. Miſericordia.)ut diffinit Sen. in ſecundo de clementia, eſt ægritudo animi ob alienorum malorum ſpecie, quæ nõn uiris, ſed mulieribus conuenit. Amiſimus.} quia ſi ſceleſtus plectitur, illa quæ, tuſtitia eſt, appellatur crudelitas, cũ, ut ait Sen. tam omnibus ignoſcere quàm nulli crudelitas ſit. ergo ille qui miſericordiam nocentibus præbet crudelis eſt. quãuis ea ue nia ab imperitis miſericordia dicatur, cum re uera non ſit. Sociorum.} cõfœderatorum. Sanguinem.} uitam. Compoſite.} elegãter, eſt enim ſpecialis confutatio. Diuerſo itinere.} quia boni ad elyſios tendunt, mali autem in inferno cruciãtur. Vnde ait Plato: anima, ſi intemerata exierit de corpore, ſupna ſortitur; ſi polluta, relegatur ad inferos. Formid.} horrenda. Pecunias.} patrimonia. Publicandas.} confiſcandas. A' popularibus.} fautoribus.

Quare uanum}.i. futile, firmiſſima argumentatio eſt cum ſubiectione. Decernere} ferre iudiciũ. Languere.} deficere animo.

Feroces.} terribiles. Armis.} militum multitudine. Sed alia.} præter arma. Magnos.} potentes. Induſtria.} exercitatio. Inter bonos & malos} unde Sen. in primo de clementia ait, ubi diſcrimen inter bonos & malos ſublatum eſt, confuſio ſequitur & uitiorum eruptio. Itaq; adhibenda eſt moderatio quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat, nec promiſcuam habere clemẽtiam oportet. Sibi.} ad propria commoda. Hic.} in ſenatu. Pecuniæ.} quia propter præmium datis ſententias. Vacuam.} ſine defenſoribus. Miſereamini.} ironia. Si illi.} coniurati. Non uotis atq;} ſententia. Bello Gallico.} Liuius & Val. Max. bello latino fuiſſe ſcribunt, Dionyſius quarto lib. bello Gallico. Contra impe.} ſine imperio patris. Cunctamini.) hæſitatis. Cætera uita.} ante acta in qua boni fuere. Obſtat.} impedit ne puniantur in hoc ſcelere. Si famæ.} quia contaminatus fuit. Iterum, nã prius in coniuratione Piſonis fuit. Ipſa re.} in effectu. Vrget.} inſtat. More maiorum.} non ſecundum legem Porciam.

RIVIVS. ET cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo.} Duo è manuſcriptis, mecum ipſe repeto. Nec aliter Florentinum.

Non nunc agitur de uectigalibus, neq; de ſociorum iniurijs} Codex Fabricianus, non de ſociorũ iniurijs. Id quod & acrius eſt & lepidius Eodem modo ex impreſſis quidã. Paulo poſt, Multoſq; mortales ob eam cauſam aduerſos habeo.} In manuſcriptis eſt, ut & impreſſis uetuſtioribus, Multoſq; mortaleis ea cauſa &c. pro, ob eam cauſam. Quomodo Terent. Nec tu ea cauſa, minueris hæc quæ facis. Idem, Et ea me hic reſtitiſſe gratia. pro, eius rei gratia.

Aut quàm magnificum imperium Roma. populi ſit.} Manuſcripta, populi Ro. ut ſequatur adiectiuum. id quod ſonantius eſt.

Sed hæc. cuiuſcunq; modi uidentur.} In manuſcripto quodam eſt, Sed cuius hæc cunq; modi uidentur. ut ſit τμῆσις quomodo & Exemplar habet Beroaldinum. Paulo ante in hoc ordine de uita & morte diſſeruit.} In hoc ordine, non eſt in impreſſis quibuſdam licet in manuſcripto ſit. Quaſi uero mali atq; ſceleſti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam ſint.) In Fabriciano omiſſa illa Et copula, non per totam Italiã, legitur. quamuis ſecus in alijs.

Si ita res eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus.} Volumen Fabricianum, Si ita eſſet. nec additur ibi Res. atq; hoc modo etiam Aur. Auguſtinus in 5. de Ciuitate Dei citat, Vtrunq; autẽ recte dicitur, ſic eſt, & ſic res eſt. οὕτως ἔχει & utroq; Terentius in Andria utitur. Inter bonos & malos nullũ diſcrimen eſt.} In manuſcriptis, diſcrimen nullum. omiſſo uerbo ſubſtantiuo. nec aliter Auguſtinus 5. de Ciuitate Dei, cap. 12. Gallorum gentẽ infeſtiſſimam Romano nomini ad bellum acceerſunt.} Codices in pergamenis deſcripti, nomini Romano ac ſic rectiùs legitur. Sed & accerſunt ibidem, non accerſunt. quamuis eodem ſenſu. Miſereamini cẽſeo, deliquere homines adoleſcentuli. per ambitionem.} Sic & manuſcriptum & alia ferè. Sed Merſeburgenſe & Schurrerianum, miſeremini. perperam uidelicet. τὸ Cenſeo, hic ad ironiam facit. Neque enim hoc uult Cato, miſericordiam eſſe deprehenſis intra mœnia hoſtibus impertiẽdam, ſed grauiter in eos animaduertendũ, & ſeuera uindicãdum. Propterea & ironicam extenuationem criminis addit, quo nullum atrocius eſſe poterat. Næ iſta uobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam conuertetur.} Hic exemplar Fabricianum, in miſeriam uertet, idq; cum uerius multo, tum elegantius. pro, uertetur & commutabitur. Tacitus, Actusq; hoſtium in perniciem ipſis uertebat. Idem, Seu temere lapſa uox in præſagium uertit. Liuius, Verteratq; Scipionum inuidia in prætorem. Idem, In perniciem adoleſcenti uerterunt. Sic Cn. Vellelus in annalibus apud Gellium, Poſtquam tempeſtas ſedauit, inquit pro, ſedata eſt. Pro paſſiuo enim actiuum poſuit. & Varro apud eũdẽ, In priore uerbo graues proſodiæ quæ fuere manẽt. reliquæ mutãt, inqt. pro, mutantur. Liu. 9. Dec. 4. Mores quidẽ po. Ro. q̃tũ mutauerint, uel hic dies argumẽto erit. Idẽ 8. bel. Pun. 2. Nõ ſæpties die, ſicuti fama fert, tẽpibus ſtatutis reciprocat. p reciprocatur. Suetonius, Quoties terra in urbe mouiſſet. pro, mota fuiſſet. Talia apud Virg. Nox humida cœlo præcipitat. &, Ingeminãt auſtri, p præcipitatur ingeminãtur. Niſi quis eclipſin eſſe malit pronoĩs, Se. Quomõ, ni fallor, in illo. Accingunt oẽs operi. &, Tũ prora auertit. Liu. 2. ab V. C. Secuti dedita opa paſſim ad illecebras ꝓpulſa pecora, præcipitauere in inſidias. Hic præcipitare paſſiue poſitum uidetur. Quamuis Adrianus ferè ſemper ueteres ita fuiſſe locutos adnotant, maxime quoties de ſideribus aut temporibus mentio incideret. Cæſar, Hyems iam præcipitauerat, inquit. Eſt & apud Ciceronem. Sol iam præcipitans. Sed & alijs de rebus loquentes hoc uerbo in hunc modum utimur. ut Cic. Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem. &, Loca ubi Nilus præcipitat ex altiſſimis montibus. Idem, Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Sic apud eundem præcipitantem retinere, præcipitanti reip. ſubuenire &c. quæ omnia paſſiue intelligenda eſſe uides. Sed ad inſtitutum. Eſt in quibuſdam perperam. Vereor ne iſta manſuetudo &c. Qua in re lapſus eſt Felicius quoq; Durantinus. Nam ut exemplarium conſenſum omittam, Donatus in Andriam hunc locum ita citat, ut nunc uulgo legitur. Eſt autẽ Næ diphthongo ſcribendum, idemq; omnino eſt, quod latinis Profecto, & illa iurãdi particula Mediusfidius. Cic. Næ iſti uehemẽter errãt. idem, Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ tuæ conſuluiſſes. Interdum idem coniungit Næ & Mediusfidius, uelut ad Atticũ alicubi, & in quæſtionibus Tuſculanis. Vbi ſocordiæ te atq; ignauiæ tradideris, nequicquam deos implores.) Seruius in tertio. Georgi. ſic citat, Vbi ſocordiæ tete &c. Quod ut mihi quidem ualde placet, ſic nullo in exemplari, quod ſciam, reperitur. Niſi iterum iam patriæ bellum fecit.) In manuſcriptis eſt, niſi alterum iam patriæ & cæ. ſenſu tamen eodem. Quod in quibusdam Intulit legitur, id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Paulo poſt, Facile paterer uos ipſa re corrigi, quoniam uerba contemnitis.) Ita codices in membrana deſcripti. Perperam in Gymnico & alijs, uerba mea. Nam uerba in genere, opponit ipſi rei. Sed & Badianum exemplar ſic habet, & Beroaldinum. Quare ita cenſeo.) In manuſcriptis additur Ego, haud male ut opinor. Paulo poſt, Cædem incendia, aliaq; ſe fœda atque crudelia & cæ.) In manuſcriptis eſt, aliaq; fœda, omiſſo

pronomine Se, idq́; melius.

GLAREANVS.

A. Manlius Torquatus bello Gallico.} Liuius lib. VIII. ac Cicero. III. Officiorum ſatis concorditer hunc Titum, non Aulum nominant: & bello Latino id factum, non Gallico. Vetus codex omiſerat prænomen. Quanquam libro quarto de Aul. Poſthumio Tuberto tale quiddam memoriæ proditum ait, cui tamen ipſe non ſubſcribit. Valerius maximus libro II. de Diſciplina militari, de utroq; eandem ſcribit hiſtoriam. Ideo hoc ab authoribus uarie traditum uidemus: quod nos ea de cauſa admonendum duximus, ne in his codices temere, ut fieri ſolet, emendentur. Catilina cum exercitu in faucibus urget.} Riſum hoc loco mouerunt mihi ieiuni illi Commentatores in hunc authorem: quorum alius exponit In faucibus, ſcilicet, ad deuorandum, alius, In faucibus, id eſt, introitu ciuitatis: tertius, In faucibus Italiæ, id eſt, in Alpibus. Cæterũ non omnes codices habẽt Italiæ, Ideoq; malim, quando hoc tempore Catilina cum exercitu in Hetruria erat, exponere, In faucibus Apennini, quæ ipſa tamen ſunt Italiæ.

POſtquam Cato aſſedit; conſulares omnes, itemq́; Senatus magna pars, ſententiam eius laudant, uirtutem animi ad cœlum ferunt: alij alios increpantes, timidos uocãt; Cato, magnus, atq; clarus habet. Senatus decretum fit, ſicut ille cenſuerat. Sed mihi multa legenti, multaq́; audiẽti, quę populus Ro. domi, militięq́;, mari atq; terra præclara facinora fecit; forte libuit attendere, quæ res maxime tanta negotia ſuſtinuiſſet. Sciebam ſæpenumero Populũ Romanũ parua manu, cum magnis legionibus hoſtium contendiſſe; cognouerã paruis copijs bella geſta cum opulentis Regibus. Ad hoc, ſæpe fortunæ uiolẽtiam tolerauiſſe, facundia Græcos, gloria belli Gallos, Romanos ante fuiſſe. Ac mihi multa agitanti conſtabat, paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauiſſe; eoq́; factum, uti diuitias paupertas, multitudinẽ paucitas ſuperaret. Sed poſtquam luxu atq; deſidia ciuitas corrupta eſt; rurſus Reſpub. magitudine ſua Imperatorum, atque magiſtratuum uitia ſuſtẽtabat; ac ueluti effœta parentum, multis tempeſtatibus haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit. Sed mea memoria, igẽti uirtute, diuerſis moribus fuere duo uiri M. Cato, & C. Cęſar: quos quoniam res obtulerat, ſilentio præterire nõ fuit conſilium, quin utriuſq; naturam & mores quantum ingenio poſſem, aperirem.

VALLA. Poſtquam Cato aſſedit.} nũc dicit quid fecerint ſenatores, perorata Cato oratione. Aſſedit.} ſcilicet perorata oratione. Omnes conſulares.} omnes conſulares, qui conſulatum geſſerãt. Ferunt,} efferunt, extollunt. Sed mihi multa.) digreſſionem facit, in qua oſtẽdit, quæ nam res fuerit, quòd à paruulo initio reſp. Roma. ad imperium totius orbis terrarum peruenerit. Multa legenti,) multas hiſtorias. Audienti.) à maioribus, à ſenatoribus. Domi.) in pace. Mari, atque terra.) bello terreſtri, atque nauali. Attendere) diligẽter conſiderare. Quæ res.) ſcilicet bello paceque geſta.

Parua.) parua turba. Magis legiõibus hoſtium) duabus legionibus Lucullus contra Mithridatem & Tigranẽ pugnauit, qui in exercitu quinquaginta milia hominum habuiſſe dicitur, unde Cic. in oratione p Archia poeta cũ Lucullũ laudaret, ut populi Romani exercitus, nõ cum magna manu innumerabiles armatorũ copias fudit. Violentiam.) ut aduerſus Annibalem, aduerſus Gallos. Facundia Græcos.) quia Græci ſemp Romanis eloquentia, Galli ijſdem Romanis bellicis rebus ſupiores extiterunt.

Fuiſſe ante Romanos.) id eſt ſuperiores fuiſſe Romanos, & ẽ idoneus dicendi modus. Petrus eſt ante Ioannem uirtute. id eſt, Petrus præſtat Ioannem uirtute. Agitanti.) cogitanti. Cõſtabat.) manifeſtum erat. Patrauiſſe.) confeciſſe cuncta, quæ ad augendum imperium populum Roma. pertinuiſſent. Eoq́; factum eſt.} quia egregia uirtus paucorum omnia comparauerat populo Romano, ſequitur illud, ut paupertas diuitias, & paucitas ſuperaret multitudinem.

Poſtquam luxu.) quia occurrebat, ſi paupertas diuitias, & paucitas multitudinem, quomodo ergo tantum imperium permanſit cum nec uirtus, nec parſimonia remanſerit in urbe? Reſpondet Salluſtius luxu. luxuria, ſuperfluitate. Deſidia.) inertia. Nam deſes dicitur, qui labore deſiſtit. Suſtentabat.) quia ad eam magnitudinem peruenerat, ut euerti non poſſet uitijs Imperatorum. Sicuti effœta.) diu inquit ciuitas parentibus. quaſi orba ſine magnæ uirtutis ciuibus fuit. Effœta.) ſiue ſi reſpub. eſſet priuata & orbata parẽtibus. nam mulier dicitur eſſe effœta cum partum ediderit. aut effœta caſus ablatiui ẽ, ut ſit effœta, ſcilicet exiſtente. Sed memoria mea.) poſt magnum temporis interuallum ætate mea inquit Salluſtius duo præſtantiſſimi uiri in urbe Roma inuenti ſunt, C. Cæſar. & M. Cato. & uide quomodo poſt digreſſionem ad id peruenerit, quod intendebat, uidelicet ut de uirtutibus C. Iulij Cæſaris et M. Catonis diceret. Res obtulit} .ſ. dicendo de orationibus. quas uterque in ſenatu habuerit. Non fuit conſilium) non placuit. Præterire ſilentio.) non nihil de uirtute eorum prædicare. Naturã.) ingenium. Mores.) conſuetudines uitæ. Quantum ingenio poſſem.) quantum uiribus ingenij ualerem.

MARLia. Timidos.) puſillanimes. Magnus). i. magnæ fortitudinis. Sicut il. cẽſuerat.} non mirum ſi Catonis ſententiã approbauit Senatus erat enim magnæ authoritatis apud oẽs, & ut ait Plut. in Demoſthenis uita, Plerunq; probatus uir, & fidem apud populũ habens uno uerbo uel nutu longas aliorum orationes exuperat. Domi.) in rep. Maxime.) præcipue, Tanta negotia) tanta difficilima bella. Contendiſſe.) pugnaſſe. Violentiam for.) Impetum: quia quãuis fractis, tamẽ non deiecere aĩum. Conſtabat.) certum erat mihi. Patrauiſſe} aliter parauiſſe. Luxuria.} intẽperãtia. Ciuitas} ciues ipſi. Magnitudine ſua.} opulentia. M. Catonis.) ſcilicet uticẽſis. Ne qd nouaretur.} Appianus. Veritus itaq; Cicero, ne inſtãte nocte aliqua coniuratorum manus in foro exurgeret ac pro illis pariter & ſe ipſo ſolicitus ne quid dirum aut fœdum molirentur, utilius eſſe ratus, cum ſenatus in curia adhuc eſſet celeriter nullo iudicio rem cõficere unumquemq; ex coniuratis in carcerem duci imperat. Ibidẽq;

multitudine

multitudine inſcia ſupplicio affecit. Cæteri metu territi hinc inde di labuntur. Eo modo ciuitas territa pauliſper reſpirauit.

RIVIVS. SEnatus decretum ſit ſicut ille cenſuerat }Exemplar Fabricia num, ſicuti ille cenſuerat. Sed & eraſa ibi cadiello erat ultima in Senat. ut ſuſpicer ibi fuiſſe Senati decretum. quomodo & aliàs ferè Salluſtius. Priſcianus quidem certe hic legit, Senati. ut ſit genitiuus antiquus. Eodem modo Donatus in Hecyram Terentij, ubi adnotat ueteres tumulti & ſenati dicere ſolitos. Sic ſupra Salluſtius, Igitur Senati decreto Q. Martius Rex &c. pro, ſenatus decreto. quod ipſum & Nonius obſeruant Illud hic obiter addam ex Cicerone ad Atticum, non dixiſſe Catonem primum ſententiam de animaduerſione, ſed omnes ante eum, præter Cæſarem. Cur ergo in ſententiam Catonis? Quia uerbis, inquit, luculentioribus, & pluribus, rem eandem comprehenderat. Mox, ubi leniter innuit, non ſe retuliſſe ſolum ſed & pateſeciſſe, & cohortatum eſſe, et ante præterea quàm conſuleret, ipſum indicaſſe. Quæ omnia, inquit. quia Cato laudibus extulerat in cœlum, perſcribendaq; cenſuerat, idcirco in eius ſententiam eſt facta diſceſſio. Sed mihi multa legẽti, multaq; audienti. }In manuſcriptis duobus eſt omiſſa illa Que coniunctio ἐγκλιτικὴ, ſicut in Beroaldino quoq; Id Salluſtianum magis eſſe uidetur. Ad hoc ſæpe fortunæ molẽ iam toleraſſe. }Merſeburgenſe, toleraſſe. ſublata è medio ſyllaba per Syncopam.

Paulo poſt, Ac uelut effœta parente multis tempeſtatibus, haud ſanè quiſquam Romæ uirtute magnus fuit.) Hic perperam alij parentum. quomodo quidem & manuſcripti codices, & alij uetuſtiores. Quamuis autem & Marinus quiſpiam Scodrenſis hoc modo legendum contendat, tamen, quod bona eius uenia dictum uelim, nequaquam probo interpretationem eius, ut quæ totum mihi Salluſtiani loci corrumpere ſenſum uideatur. Nam & perperam per tempeſtates, ipſe calamitates intelligit, & per parentes, minores. quamuis aſtipulatorem habeat Iacobum quendam Bononienſem. Ego uero Parente legendum arbitror, ut Beroaldinum habet exemplar. & hoc Salluſtium dicere uelle puto, neminem iam multo tempore Romæ uirtute præſtantem & egregium extitiſſe idq; uelut effœta parente, hoc eſt, tanquam iam exhauſta & defecta uiribus urbe Romà, quæ quaſi parẽs eſt ciuium Romanorum.

Eſt aũt elegans metaphora à fœminis, quæ frequenti aut ægro partu non amplius pariant. Qua tralatione & Virgilius effœtos agros dixit, quaſi continua fertilitate laſſatos. & Columella, ubertate nimia prioris æui defatigatum & effœtum ſolum nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta. Iam tempeſtatibus Salluſtium pro temporibus uſum eſſe, nihil mirum, cum id ſæpe aliàs faciat, cuius & Seruius in primum Georgi. meminit, neque Salluſtius modo, ſed & Cicero & alij. Sic poeta quiſpiam apud Ciceronem, Qua tempeſtate Pœnus in Italiã uenit. pro, quo tempore. Ac ſi quis eſt in me iudicij maxime hac uoce Salluſtiũ, ut antiquarium, uti decuit. Iam tempeſtatem pro tempore apud Salluſtium accipi oportere, indicio ſunt ea quæ mox ibidem ſequũtur, Sed mea memoria ingenti uirtute, diuerſis moribus, fuere uiri duo, M. Cato, & C. Cæſar. Nam multis illis antea temporibus, opponit memoriam ſuam. hoc eſt, ſeculum & ætatem ſuam. Hoc modo & Auguſtinus intellexiſſe hunc locum uidetur, cum inquit, Laudat idem Salluſtius temporibus ſuis magnos & præclaros uiros, M. Catonem & C. Cæſarem, dicens quòd diu illa reſp. non habuit quenquam uirtute magnum, ſed ſua memoria fuiſſe illos duos ingẽti uirtute, diuerſis moribus. Hæc Auguſtinus 5. de Ciuitate Dei. Quod Salluſtius ait, multis tempeſtatibus, id nimirũ Auguſtinus Diu interpretatur. Sed de hoc ſatis. Illud quoque non prætereũdum, in manuſcriptis ipſis reperiri, Ac ſicuti effœta. pro uelut. q̃ hodie legitur. Nec ſecus in Veneto atque alijs quibuſdam. Vtitur autem & aliàs Salluſtius τῷ Sicuti. pro tanquam ſeu ueluti. ne quem inſolentia uocis in hoc ſignificato offendat, ut, Nihilominus inſontes, ſicuti ſontes circũuenire. &, Conſtituere ea nocte paulo poſt cum armatis hominibus ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem. &, Sicuti iurgio laceſſitus foret. pro tanquam foret laceſſitus. &, Alij ſicuti iura populi defenderent. pro, quaſi defenderent. Sed mea memoria ingenti uirtute. } Eſt in cunctis manuſcriptis, atque item impreſſis quibuſdam, memoria mea, ut pronomen ſequatur. Diuerſis moribus fuere uiri duo. } Sic in manuſcriptis. nec aliter ab Adriano citatur de modis latine loquendi. Eodem modo codex Beroaldinus.

GLAREANVS.

AC uelut effœta parentum} Effœta parente legit Badius in auferendi caſu utrunq; quæ lectio quidẽ placet: nam alteram per genitiuum parentum, ego ſanè non intelligo. Etiamſi & uetus codex ita habeat.

VALLA. GEnus, ætas, eloquentia. } quia ambo erant ætate florẽtes, eloquentia inſignes, genere nobiles. Alia alij) notandum eſt q. alius cum de pluribus dicatur, hic de duobus tantum dicitur. Beneficijs. } merẽdo. Munificentia. } largiendo. Ille. } Cæſar. Mãſuetudine, & miſericordia. Ignoſcendo. } nocentibus, ſeueritate dignitatis nemini parcendo, qui quidem aliquid deliquiſſet. Dando. } beneficia pauperibus. Subleuando, } miſeros. Ignoſcendo. } nocentibus. Nihil largiendo. } nec pecunias, nec pœnas remittebat Cato. Pernicies.) exitium. Facilitas. } quia facilis erat ad ignoſcendum. Conſtãtia. } quia conſtans erat et à iuſtitia nullo modo deterreri poterat. Poſtremo. } pergit mores & ingeniũ Cæſaris & Catonis proſequi oſtendens, quæ nam inter eos differẽtia eſſet. dicit enim, ut omnia complectar, Cæſar uir nobiliſſimus fuit, Cato autem ſeueriſſimus & modeſtiſſimus. Laborare, uigilare. } laboribus uigilijs operam dare & intentum eſſe. Sua negligere. } paruipendebat res ſuas priuatas, dummodo ſociorum negotia procuraret. Quod dono. } nihil quod donari poſſet unquam negabat. Nouum. } magnum. quod tandẽ obtinuit cum in Galliam miſſus eſt. Vbi. } in quo ſtudium exercitatio. Decoris, } decentiæ et ornamenti, ne quid faceret contra honeſtatẽ. Seueritatis. } iuſtitiæ. adeo enim ſeuerus erat, ut precanti ignoſcere nollet.

Diuitijs. } ut cæteris diuitijs præſtaret. Factione. } Factio dicitur malorum cõſpiratio. Factiones interdum dicuntur opes & diuitiæ. Cum ſtrenuo. } ut

COMPARATIO M. CATONIS, ET C. CÆSARIS.

IGITVR his genus, ætas, eloquentia propè æqualia fuere; magnitudo animi par, item gloria, ſed alia alij. Cæſar beneficijs ac munificentia magnus habebatur; integritate uitæ, Cato. Ille mãſuetudine, et miſericordia clarus factus eſt; huic ſeueritas dignitatẽ addiderat. Cæſar dando, ſubleuando, ignoſcendo; Cato nihil

largiendo gloriam adeptus eſt. In altero miſeris profugium erat, in altero malis pernicies. Illius facilitas, huius conſtantia laudabatur. Poſtremo Cæſar in animũ īduxerat, laborare, uigilare, negotijs amicorũ intẽtus, ſua negligere, nihil denegare quod dono dignum eſſet. ſibi magnum imperium, exercitum, nouum bellũ exoptabat, ubi uirtus eius eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiæ, & decoris, ſed maxime ſeueritatis erat. Non diuitijs cum diuite, nec factione cũ factioſo, ſed cum ſtrenuo uirtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat: eſſe quàm uideri bonus malebat. Itaq; quo minus gloriã petebat, eo magis illam adſequebatur. Poſtq̃, uti dixi, Senatus in Catonis ſententiam diſceſſit; conſul optimum factu ratus, noctem, quæ inſtabat; ante capere, nequid eo ſpatio nouaretur; Triumuiros quæ ſupplicium poſtulabat, parare iubet. Ipſe diſpoſitis præſidijs, Lentulum in carcerem deducit: cæteris idem fit per prætores. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur; ubi paululum aſcenderis ad læuam circiter xij. pedes humi depreſſus: eum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus iũcta, ſed inculta tenebris, odore fœda, atq; terribilis eius facies ẽ. In eũ locũ poſt q̃ demiſſus ẽ Lẽtulus, iudices rerum capitaliũ, quibus præceptum erat laqueo gulam fregere. Ita ille Patricius ex gente clariſſima Corneliorum, qui conſulare Imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factiſq; ſuis exitum uitæ inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario eodem modo ſupplicium ſumptum eſt.

ſtrenuum uirtute, modeſtum pudore, innocentem abſtinentia ſuperaret. Eſſe.) poſtquam ad propoſitum redit, dicens, duo tanta uirtute uiri ſententiam ſuã dixerant. Senatus in Catonis ſententiam diſceſſit. } Senatus omnis laudauit Catonis ſententiã. Antecapere.) præuenire, anticipare. Triumuiros. } iudices rerum capitalium. Diſpoſitis præſidijs. } in locis opportunis, ne quis per uim Lentulum eriperet. Nã potentiſſimus erat in urbe. Fuerat enim ante conſul, nunc uero prætor. Quæ poſtulabat. } uidelicet laqueum & eiuſmodi, quibus noxij necantur. Quod Tullianum. } quotienſcunq; relatiuum inter duo ſubſtantiua diuerſorum generũ ponitur, cuicunque uolueris addere potes, dummodo utrunq; ſit appellatiuum. quòd ſi eorum alterum proprium eſt, concordatur cum proprio non cum appellatiuo. Parietes. } murus. Differentia ẽ inter mœnia, murũ, & parietẽ. Nã mœnia ſunt urbis, murus publicorũ ædificiorũ, paries priuatorũ. Camera. } arcus incuruus. Differẽtia ẽ inter camerã, et fornicem. Nã camera eſt totũ ædificiũ cõiunctũ, fornix ẽ quælibet ex quatuor arcubus cameræ, ſup quibus ædificata eſt ipſa camera. Inculta. } deformis. Lapideis fornicibus }. i. uincta fornicibus ex lapide factis. Fœda. } ſordida. Terribilis } formidoloſa. In eũ locũ } deſcripſit locũ in quo demiſſi ſunt nocẽtes, nunc dicit quõ ſuppliciũ ſumptum eſt de his. Demiſſus. } ſuperiori loco miſſus in inferiorem. Iudices reorum. } hos maleficiorum iudices appellamus.

MARLI. GEnus. } Catonis genus principium dignitatis & gloriæ ſumpſit à proauo uiro claro, hic Cato portius apud L. Druſum auunculum educatus eſt mortuis parentibus, ferunt ſtatim à pueritia conſtantiam & Catonis ſeueritatem conſpicuam fuiſſe. hæc Plutar. multa de hoc Catone. Vale. Max. cap. de maieſtate & de indole. Cæſaris ingenium & mores deſcribunt Plut. & Tranquillus. Alta. } ſcilicet gloria. Seueritas. } rigiditas ſubleuando opitulando miſeris. Pernicies. } calamitas. Facultas. } humanitas. Eniteſcere. } ſuſcipere lucem. Nihil den. } quod poſſet amicis impartiri. Factione. } quia non ſtudebat populari auræ. Quanto magis. } Cicero in Tuſcu. Quanto magis fugiebat gloriam tanto magis inueniebat & tanquam umbra corpus ſequebatur. Tullianum ab etymologia, Nam Tullus ſignificat ſanguinis effuſio, quia ſceleratorum ibi erat carnificina. Alij ab ipſo inuẽtore. Muniuntur. } claudunt, quia non habet feneſtras.

RIVIVS. ILle manſuetudine & miſericordia clarus factus eſt. } τὸ Eſt non reperi in manuſcriptis. ac maiore cum gratia abeſt. Nec eſt in omnibus impreſſis. Vbi uirtus eius eniteſcere poſſet. } Eius non eſt in manuſcriptis, nec impreſſis uetuſtioribus. Ne Auguſtinus quidem addit, ubi hunc locum citat, libro 5. de Ciuitate Dei. Paulo poſt, Itaq; quo minus petebat gloriam, eo magis illam aſſequebatur. } Illam, non reperi in quibuſdam, nec in Merſeburgenſi. & omitti poteſt, citra detrimentum ſenſus. Auguſtinus haud ſcio an memoria lapſus ita citat. eo magis illum ſequebatur. nempe gloria Catonem. Forte nõ fuit ad manum liber. itaq; memoriæ fiſus, ut fit, perperam hoc modo citauit. In manuſcriptis præterea non Itaq;, ſed ita legitur conſentientibus exemplaribus Badiano & Beroaldino. ac ſiquid eſt in me iudicij, rectius hoc modo legitur. In altero miſeris profugiũ erat. } In quibuſdam, perfugiũ. Vtrunq; apud Ciceronem reperitur. τὸ Erat, non eſt in manuſcriptis, nec in impreſſis quibuſdã. ac rectius abeſt. Paulo poſt Nihil denegare quod dono dignum eſſet. } In uno Fabriciano eſt, bono dignum, cæteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuncio, tantum diuerſam lectionem indico, non iudicium interponens meum, ſed integrum relinquens lectori ſuum. Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. } In uetuſtis eſt, Vindices rerum capitalium. pro, triumuiri capitales, quorum interuentu ſupplicium de facinoroſis ſumebatur. De his autem hiſtoricum loqui, cum per ſe facile liquet, tum author libelli de magiſtratibus Romanis, quem Feneſtellam uocant, teſtatur. Nam quo loco capitales dictos oſtendit, quod capitalibus quæſtionibus præeſſent, mox ibidem Eorundem, inquit, interuentu triumuirorum, in eos qui cum L. Catilina coniurauerant, animaduerſum eſt. ut meminit Salluſtius. Vt autem Salluſtius hic uindices capitalium rerum, ſic alicubi Cicero uindices facinorum & ſceleris dixit. Eſt apud eundem peccatorum uindex, uindex ſcelerum. Paulo poſt, Dignum moribus factiſq; ſuis exitium uitæ inuenit. } Sic & uolumen Fabricianum, & alia duo. In Merſeburgenſi uero cæteriſq; uetuſtioribus, exitum uitæ. quomodo Liuius, Quòd nemo eorum ſatis dignum ſplendore uitæ exitum habuit. Mihi utra lectio uerior, haud dum liquet.

GLAREA. TRiumuiros quæ ad ſupplicium poſtulabat, parare iubet. } Oppido obſcurus eſt hic ſermo, cum ſenſus ſit ſatis manifeſtus.

ſtus. Quidam putarunt plurali numero legendum, Poſtulabant. quod etiam uetus codex habet, ſed æque in obſcuro manente ſenſu. Ego quid certo dicam non habeo, coniecturas illibenter adfero. Paulo poſt: Vbi paululum aſcenderis ad læuam circiter duodecim pedes humi depreſſus, dubium eſt, utrum, Vbi aſcenderis, duodecim pedes intelligamus, an locus humi depreſſus, duodecim pedes. Sed poſterius malim, propter reliquam loci deſcriptionem. Quidam codices, Fornicibus uincta legunt paulo poſt, à uincio: quod alij iuncta, à iungo. Et uetus codex Aſcenderis habet, non Deſcenderis. Sed iudicet Lector.

VALLA. *DVm ea Romæ.} Nunc redit ad Catilinam, dicẽs, quomodo ſe habuerit poſtquam audiuit, quæ facta fuerant. Abduxerat} tunc cum ab urbe profectus eſt. Inſtituit.} ordinauit. Cohortes.) pro numero: nam legio ſex cohortes continet, unaquæq; cohors ſexcentos milites cõtinet. Aequaliter.) per omnes cohortes. Sed ex omni.} hoc plurimum Catilinæ nocuit, pauci admodũ arma militaria habebant. Caſus.} ſicut caſu unicuiq; ad manus arma peruenerant. Sparos.} eſt genus teli, quo utũtur ruſtici ad putandas arbores, & poſt oblongum, & in extremo incuruum in modum pedis.*

Galliam uerſus.} notandum ẽ hanc præpoſitionem uerſus ſiue in appoſitione ſiue in compoſitione ſemper poſtponi debere: in compoſitione, ut dextrorſum, leuorſum; in appoſitione, ut hic Galliam uerſus. Incepta.} incendia, rapinas. Seruitia.} id eſt ſeruos, quorum magna copia confluxerat libertatis cupiditate. Alienum.} incõueniens, ne exiſtimaretur malo potius quàm bono cœtui ſe facere. Dilabuntur.} in diuerſas partes fugiunt. Magnis itineribus,} lõgis itineribus. Piſtorienſem.} Piſtorium ciuitas eſt Hetruriæ. Tramites, dicuntur anguſtiores ſemitæ. Præſidebat,} erat ĩquit ĩ agro Piceno Q. Metellus: qui cum uideret in maximis anguſtijs Catilinã, exiſtimauit, Catilinam eadem illa cogitare, quæ propoſuerat Salluſt. Ex difficultate rerum.} ex anguſtijs, quibus oſ ſitus erat Catilina. Sub radicibus.} in faucibus alpiũ. Qua deſcenſus.} qua parte deſcenderet Catilina, ut iret in Galliã.

Neq; tamen Antonius} ſuperius ſcripſit, quomodo Metellus Celer exiſtimans id, quod erat, ſcilicet in Galliam tranſire ſtatuiſſe Catilinam, qui alpium fauces occupauit, nec interea eum perſequi deſiſtebat Antonius, & non ualde erat aptior Catilina ad fugiendum quàm ad perſequẽdũ. Antonius:} nam ſi Catilina erat cum ſuis expeditior ad fugam, Antonius locis æquioribus iter faciebat, igitur quãtum minuebat ſpes fugæ Catilinam, tantum Antonium æquiora, tamen quãuis Metellus Celer Catilinæ deſcendenti ex alpibus oppoſitus eſſet. Tentare.} experiri. Aequioribus.} planioribus. Montibus.} Obiectis. Clauſum.} hinc Antonius premebat, hinc montes aſtabãt. Fortunam.) ſeu proſperam, ſeu aduerſam. Concione.} multitudine. Ex timido.} ſi naturaliter fuerit imbellis, non poteſt firmior fieri corpore, & ſi timidus fuerit, non põt audaciam, & fortitudinem animi capere. Ignauo} ad corpus. Timido.} ad animũ. Natura} ad ſtrenuũ.

Moribus.} ad fortitudinem: ſed cum hinc pericula ſint, hinc gloriã uidetis ſtrenuos & fortes eſſe oportere. Patere.} apparere. Sed ego uos quo,} occurrebat, ſi nihil proficit oratio Imperatoris ad milites adhortandos, cur nos aduocaſti.

Secordia.} ignauia. Cladem.} calamitatem. Nequitiam.} quæ ſe nobis obijcit. Mecum.} nunc uero pergit Catilina quod ſuperius cœperat, ut oſtendat, in qua neceſſitate ſint milites ſui, ut fortiter ſibi pugnandũ intelligant. Iuxta.} pariter. Loco} ſitu. Ab urbe.} ſcilicet exercitus Antonij. A Gallia.} ſcilicet exercitus Metelli. Parato.} Prompto. Dextris.} nam dextræ noſtræ poſſunt nobis hoc parare.

Texerint.} defenderunt. Nobis & illis.} non eadem neceſſitate bellum geritis, quia nos pro nobis, illi pro alijs pugnãt.

Superuacaneum.} ſuperfluũ, & minime neceſſarium.

MARLIA. *CVm ea Ro.} dum cõiurati puniuntur. Legio habebat x. cohortes partim ex equitibus & plurimas ex peditibus. Cohors conſtabat ut plurimũ ex quingentis quinquaginta qn*

DVM ea Romæ geruntur; Catilina ex omni copia, quam & ipſe adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum complet. Deinde, ut quiſq; uoluntarius, aut ex ſocijs in caſtra uenerat, æqualiter diſtribuerat, ac breui ſpatio legiones numero hominum expleuerat, cum initio duobus non amplius milibus habuiſſet. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa: cæteri, ut quenq; caſus armauerat, ſparos, aut lanceas, alij præacutas ſudes portabant. Sed poſtquam Antonius aduentabat cum exercitu; Catilina per mõtes iter facere; modo ad urbem, modo Galliam uerſus caſtra mouere; hoſtibus occaſionem pugnandi non dare; ſperabat propediem magnas copias ſeſe habiturũ, ſi Romæ ſocij incepta patrauiſſent. Interea ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant; opibus coniurationis fretus, ſimul alienum ſuis rationibus exiſtimans uideri cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis cõmunicaſſe. Sed poſtquam in caſtra nuncius peruenit; Romæ coniurationem patefactam; de Lentulo & Cethego, cæteriſq; quos ſupra memoraui, ſupplicium ſumptũ; plerięq; quos ad bellum ſpes rapinarũ aut nouarum rerum ſtudium illexerat, dilabuntur; reliquos Catilina per montes aſperos magnis itineribus in agrum Piſtorienſem adducit, eo conſilio, uti per tramites occulte perfugerent in Galliam tranſalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præſidebat, ex difficultate rerum eadem illa exiſtimans, quæ ſupra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter eius ex profugis cognouit, caſtra propere mouit, ac ſub ipſis radicibus montium conſedit, quà illi deſcenſus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam ſequeretur. Sed Catilina, poſtquam uidet montibus, atque copijs hoſtium

ſe clauſum, in urbe res aduerſas, neq; fugæ, neq; præſidÿ ullã ſpẽ; optimũ factu ratus ĩ tali re fortunã belli tẽtare, ſtatuit cũ Antonio *quamprimum confligere. Itaque concione aduocata, huiuſcemodi orationem habuit.*

que peditibus & ſexaginta ſex equitibus, ut ait Vegetius. Prima tamen cohors quæ in dextro cornu erat maiorem numerum habebat cæteris, & uires nobiles nec non fortiores, in ea que erat aquila præcipuũ Romani exercitus ſignum cui preerat Tribunus. Instructa.} cathaphrata. Lanceas } Hiſpanicum eſt uocabulum. Pugnãdi.} conſerendi manus. Cuius rei. } aliqui legunt, ſed Priſcia ſexto, ſi recte memini, legit cuius pro quorum, figurate. Opibus coniur.} potentia coniuratorum diuitum. Communicaſſe.} coniunxiſſe. Dilabuntur. } in diuerſis modis effugiũt. Occulte.} euitatis Antonio & ſla. Metello Præſidebant collocãdos erat in præſidum. Exiſtimans.} ſcilicet Catiliniam Agitare nã Catili putabat qua uia ſaluti ſuæ conſuleret. Cognouit.} ſcilicet metellus. Illi.} ſcilicet Catilinæ. Fortunam belli.} nam fortuna in rebus humanis plurimum poteſt, & præcipue in bello cum exitus bellorum ſint incerti.

eum populo primus agere inſtitut. Strenuos & induſtrios hoies, qui hæc in Indice annotarũ. Cæteri ut quęq; caſus armauerat, ſparos, aut lãceas, alÿ præacutas ſudes portabãt. Seruius in 11. Aen. portare legit, niſi ſint mendoſi codices. Vt ſit enallage modi, quæ figura ꝓpria hiſtoricorũ eſt. ſicut idem in 2. Aen. annotauit. Interea ſeruitia repudiabat, cuius rei initio ad eũ magnæ copiæ concurrebant.} Legẽdũ, cuius initio. ut eſt in manuſcriptis. Nam perperam additur Rei, in libris recentioribus. Tum de ſi lubet Priſcianum libro 17. ubi docet illud Cuius ſingulare, ad rem & ſenſum potius eſſe, q̃ ad uocem referendum. Mox, Cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe.} τὸ Seruis, nõ ẽ in uetuſtis quibuſdam, neque id addit Felicius Durantinus. Forte ex gloſſa irrepſit. nam & apud Ciceronem ſæpe ſic reperitur. ut, Habet legionẽ, hẽt fugitiuos. &, Viuebat cũ fugitiuis, & Arſenio princeps fugitiuorum. In Epiſtola tamen Vatinÿ ad eundem additur Seruus. Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaci eſſe. Eſt in pandectis libro 11. titulus de fugitiuis. ut ſubaudias, Seruis. Paulo poſt, In agrum Piſtorienſem adducit.} Manuſcripta & itẽ illud a Badio excuſum, cõſentiente Beroaldino, abducit, Virũ rectius, alÿ iudicent. Profugeret in Galliã tranſalpinam.} In quodam è manuſcriptis reperi, Ciſalpinam. Montibus atque copÿs hoſtium ſeſe clauſum.} Sic in manuſcriptis, & quidem melius.

RIVIVS.

COhortes pro numero militum complet.} In uetuſtis, Cohorteis. Nec multo poſt, Catilina ꝑ monteis iter facere ubi hodie ferè, montes. Et paulo inferius, reliquos Catilina per monteis aſperos. Nec multo poſt, octo cohorteis. & Cohorteis paulatim incedere iubet. Adnotauit autem libro 7. Priſcianus, quæ in ns & rs deſinant, horũ accuſatiuũ pluralẽ ferè in eis exire. Hinc fonteis apud Virgi. parteis & bidẽteis apud eundẽ parenteis apud Teren. Modo ad urbem, modo Galliam uerſus caſtra mouere.} Priſcia. ſuper 12. uerſus Virgilÿ legit, in Galliã uerſus. Eius uerba ſunt Verſus quoque ſuppoſitum, inquit, localibus nominibus, aduerbium eſſe inuenitur. ut, Italiam uerſus, Galliam uerſus. Salluſtius tamen etiam præpoſitionem et antepoſuit in Catilina, in Galliam uerſus. Hæc Priſcianus quem mehercule ipſe memoria lapſum putarem, niſi eodem modo, atq; ille citat. in codice manuſcripto reperiſſem, Sed et Velleius Paterculus 1. Ante triennium, inquit, quàm Caſſius cenſor à Lupercali in palatium uerſus theatrum facere inſtituit. Cæſar 7. Caſtra ex Biturigibus mouet in Aruernos uerſus. Idem 6. T. Labienum cum legionibus tribus, ad oceanum uerſus in eas parteis quæ Menapios attingunt proficiſci iubent. Non diſſimile illud Hirciÿ 5. de bello Africo, Ad Cercinnam inſulam uerſus ire iubet. &, Claſſem ad inſulas Baleares uerſus conuertit. Corn. Tacitus in Germania, Modico flexu, inquit, in occidentem uerſus. Tale forſan uideri poſſit illud Ciceronis in Lælio, Atq; is primum inſtituit in forum uerſus agere cum populo, Niſi quis participium eſſe malit τὸ uerſus. ut intelligas eum primum concionari cœpiſſe conuerſum non ad Senatum & comitium, ita uti alÿ fecerint, ſed ad forũ. Vt iure hic mireris ruditatem & inſcitiam eorum, qui, ſi dÿs placet, uerſus agere, pro habere orationem metro conſtantem interpretantur. nec minus illius, qui in editione Heruagiana operum Tullianorum hæc in Indicem coniecit. C. Licinius Craſſus uerſibus cum

GLAREA. INterea ſeruitia repudiabat, cuius initio.} Quidam adiecerant Rei ut ſit ſenſus, Cuius rei. Quidam putant per Syllepſim relatiuum ad intellectum genus relatum hoc ſenſu, cuius generis initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Sed hercle relatiuum ſæpe numerum mutat cum antecedente, ut hic ſingularem plurali. Contrarium eſt hoc Boetÿ: Quid uero ſi corpus ſpectes, imbecillius homine repertre queas? quos ſæpe muſcularum quoq; morſus necat. Qualia multa ſimilia apud authores reperias. Vetus codex habet: Interea ſeruitia repudiabat, quorum initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. quæ ſi uera eſt lectio, nullam prorſus habet difficultatem. Occulte perfugerent in Galliam tranſalpinam.} Haud dubie ab ſtolo aliquo additum eſt illud, Tranſalpinam, quanquam & Gothi habet codex, nimis enim ea dyſtabat. Et cum ante et poſter fiat huius in Galliam ſeceſſionis, ſiue fugæ potius mentio, nunquam tamen additur, Tranſalpinam. Sanè Salluſtius, niſi paulo ante agri Piſtorienſis feciſſet mentionem, ignotum reliquiſſet nobis locum in quo facta hæc eſt pugna. Quòd autem Commentarÿ hæc Salluſtÿ uerba; Sub ipſis radicibus montium cõſedit, qua illi deſcenſus erat in Galliam: in faucibus Alpium exponunt. id uero eſt inſanire, quaſi in Ciſalpina Gallia hæc fuiſſet pugna, cum in Hetruriæ extremis ad Apenninum finibus ſit facta: ideoq; exponendum hoc de Apennino, non de Alpibus. Verum Salluſtius hoc cum Liuio habet commune in locorum indiligenti deſcriptione, ſecus certe quam C. Cæſar.

ORATIO CATILINÆ.

COMPERTVM *habeo milites, uerba virtutem non addere; neque ex ignauo ſtrenuum, neq; fortem ex timido exercitum Imperatoris oratione fieri. quan*

VALLA. COmpertum habeo &c.} In hac oratione intendit Catilina ſuos animare, ut fortiter pugnando hoſtes deuincant. uel ſi uicti fuerint, luctuoſam & cruentam uictoriam relinquant: dicẽs. Compertũ &c.) quaſi dicat multitudine uerborũ nihil eſt opus, ſcio enim multitudinem uerborum non addere uiris uirtutem & hoc eſt cõpertum ego &c. Oratione } id eſt per orationem, quia inutiliseſt longa oratio, uere uerba

ta cuiuſque animo audacia, natura, aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam hortere; timor animi auribus officit. Sed ego uos, quo pauca monerem, aduocaui; ſimul uti cauſam mei conſilij aperirem. Scitis equidem milites, ſocordia atque ignauia Lentuli quantam ipſi, nobiſq; cladem attulerit; quóque modo, dum ex urbe præſidia opperior, in Galliam proficiſci nequiuerim. Nūc vero quo loco res noſtræ ſint iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hoſtiū duo, vnus ab vrbe, alter à Gallia obſtant. Diutius in his locis eſſe, ſi animus maxime ferat, frumenti atque aliarum rerum egeſtas prohibet. quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum eſt. Quapropter vos moneo, vti forti atque parato animo ſitis; & cum prælium inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam in dextris ueſtris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, municipia atque coloniæ patebunt. Si metu ceſſerimus, eadem illa aduerſa fient; neque locus, neq; amicus quiſquam teget, quem arma non texerint. Præterea milites, non eadem nobis, & illis neceſſitudo impendet. nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis ſuperuacaneum eſt pugnare pro potentia paucorum. quo audacius aggredimini, memores priſtinæ virtutis, licuit nobis cum ſumma turpitudine in exilio ætatē agere. Potuiſtis nōnulli Romæ amiſſis bonis alienas opes ſpectare. quia illa fœda atq; intoleranda uiris uidebātur, hæc ſequi decreuiſtis: ſi hæc relinquere uultis, audacia opus eſt. Nemo niſi uictor pace bellum mutauit. Nam in fuga ſalutem ſperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris, ea uero dementia eſt. Semper in prælio ijs eſt maximum periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur. Cum uos conſidero milites, & cum facta ueſtra æſtimo, magna me ſpes uictoriæ tenet: animus ætas, uirtus ueſtra me hortantur; præterea neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Nam multitudo hoſtium ne nos circumuenire queat, prohibent anguſtiæ loci. Quòd ſi uirtuti ueſtræ fortuna inuiderit; cauete, ne inulti animam amittatis, neu capti ſicuti pecora potius trucidemini, quàm uirorum more pugnantes, cruētam atq; luctuoſam uictoriā hoſtibus relinquatis.

ba nō addunt uirtutē.mone uiri, quia quanta audacia ineſt animo cuiuſque, nam naturaliter inſita. Aut moribus.} id eſt per doctrinam, uere uerba non addunt ignauo uirtutem, quia quē neq; gloria uictoriæ, neq; pericula, neq; fugæ. Vere neq; quicquam horrere. Timor auribus officit.} id eſt nocet auribus, id eſt per auditionem. Cū enim pericula timido enarrantur, ipſe fit timidior. Sed ego.} & quia uerba nec ſtrenuo, nec ignauo addunt uirtutē, non ideo uos uocaui, ut hortarer ad uirtutem: ſed quo id eſt, ut pauca monerem &c. Scitis equidē} finito exordio incipit narrare, & conſilium aperire. Nunc uero, quo in loco.} id eſt in quāta aduerſitate. Iuxta.} id eſt æqualiter. Vnus ab urbe.} ſcilicet exercitus Antonij, ex parte urbis. Alter à Gallia, ſcilicet Q. Metellus Celer, hic autem non poſſumus morari pro egeſtate, & hoc eſt. Diutius &c. Si maxime animus ferat.} id eſt ſi maxime uellemus, & ex utraque parte obſeſſi ſumus, ergo quocunq; &c. Aperiendum.} cum ſit ab hoſtibus impeditum. Quapropter.} Quia ita agendum eſt, uos moneo &c. Potentia paucorū.} & ob eam rem parui faciunt uter uincat. Licuit.} ecce neceſſitas maxima. Amiſſis.} perditis bonis ueſtris. Hæc.} arma. Niſi uictor.} cui ſemel bellum placuerit, ſi pacem uoluerit, neceſſe eſt ut uictor euadat. Auerteris.} abieceris.

Ea uero.} id eſt certe. Maximum periculum.} quia maximo timore afficiuntur, qui periculis ſubiacent. Nam.} reſpondet obiectioni. Inulti.} non uindicati ſicut pecora, quia quemadmodum pecora iugulātur, ita uos cum in eorum manibus perueneritis, iugulabimini.

Ordines inſtituit.} totius aciei centuriones tribuni militum, manipuli. Legati.} legati qui legioni ſex milium, ſexcentorū, & ſexaginta ſex hominū præerāt.

MARLIA. Compertum habeo. Strenuum.} alacrem. Natura.} quia à natura naſcuntur fortes. Moribus.} uſu et exercitatione armorum. Patere.} cognoſci. Officit.} obſtruit. quia non audiunt imperatoris uerba. Sed ego.} Propoſitio eſt. Pauca.} docilitatem captat. Secordia} ad conſilium.

Ignauia.} ad corpus. i. ſomnolentia. Quo in loco.} quo ſtatu. Ferat.} cupiat, & ſi uellimus non poſſumus quia non habemus cōmeatum. Patebūt.} aperta erunt. id eſt, nobis obſequētur. Eadem neceſſitudo.} eadem neceſſitas. Priſtinæ.} ſolitæ fortitudinis. Eſt opus audacia.} id eſt aggredi maximū diſcrimen. Audacia pro.} id eſt fortitudo pro magno munimento. Conſidero uos.} fortitudinem ueſtram. Fortes facit.} Vnde Sene. acerrima eſt uirtus, quam ultima neceſſitas excutit.

RIVIVS. Compertum habeo milites.} In manuſcriptis & impreſſis antiquoribus eſt additum, Ego. quod perperam in noſtris deeſt. Mox, Verba uirtutem uiris non addere.} τò Viris, non eſt in exemplaribus calamo deſcriptis, neque item in impreſſis paulo correctioribus.

Nunc uero quo loco res noſtræ ſint.} Manuſcripta ferè, quo in loco, addita præpoſitione. Cicero haud ſcio an uſquā præpoſitionem addat, nam ad Atticū, perbono loco res fuit, inquit, &, Quoad perſpiciamus, quo loco ſit res. &, Meliore loco res erant noſtræ. Paulo inferius. Si animus maxime ferat.} In manuſcriptis ē, ſi maxime animus ferat. ordine uocum immutato. id ni fallor mollius eſt. Cum arma quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris.} In Merſeburgenſi eſt, quis corpus tegitur. Id rectius eſſe puto. Mox, Semper in prælio ijs eſt maximum periculum, qui maxime timent.} In prælio, non eſt in codice Fabriciano. Verum in ſpatio ipſo tamen quod uerſus dirimit adſcriptum eſt. S. in prælio, quo ſignificatur id ſubaudiri quod nos in contextu habemus. Ego relinquendum arbitror,

propterea quòd in cæteris manuſcriptis ſit. Nam multitudo hoſtium: e nos circũuenire queat. } Nos, manuſcripta non habent, nec in impreſſis uetuſtioribus additur. ac ſicut ego exiſtimo, abeſſe maiore cum gratia poterit. Sed nec Felicius Durantinus addit.

GLAREANVS.

Timor animi auribus officit. } Amphibolen in animi, diceréne uelit, Timor animi: an, Auribus Animi per metaphoram, ſed prior ſenſus magis arridet. *Illis ſuperuacaneum eſt pugnare pro pauc. pop.* } Hoc cum irriſione tanquam in otioſos, uel in ſtolidos potius ac ſtupidos, ab homine Thraſone dictum uidetur. *Quia illa fœda &c. hæc ſequi decreuiſtis.* } Ingens hic difficultas eſt, quid per illa & Hæc intelligendum. Quidam Illa exponunt, in exilium fugere: & hæc, arma, alterum hæc, quæ incipimus. Item, relinquere, id eſt, ab ijs cœptis deſiſtere. Atqui haud ſcio, num ſatisfaciant ſtudioſo lectori Hoc etiam apud me maxime dubium, quid hæc ſibi uerba uelint, audacia opus eſt, ſiquidem recte expoſitum eſt, relinquere, id eſt, ab ijs inceptis deſiſtere, quæ nullus Commentatorũ attingit. Lector ipſe diſputat. Codex uetus pro Hæc ſequi, legit Hoc ſequi. *Cum arma quibus corpus tegitur ab hoſtibus auerteris.* } Si auerteris, pro Abieceris dixit, ut quidam exponunt, diſtinguendum uidetur poſt Ab hoſtibus, ut ſit ſenſus, Cum arma auerteris, quibus corpus tegitur ab hoſtibus.

VALLA. *Pedes.* } cum deſcendiſſet equo. *Pro loco.* } pro qualitate. *Aſpera rupe.* } aſpero ſaxo reliquarum cohortium. *In ſubſidijs.* } ſi forte prima acies ceſſiſſet. *Ab his centuriones.* } pergit dicere, quo pacto inſtruxit exercitum ſuum, dicit enim cum à dextra in rupe aſpera poſuiſſet aciem in ſubſidijs manipulos collocaſſet, ex his delegit centuriones &c. *Ab his.* } ſubſidijs. *Centuriones.* } qui præerant manipulis. *A ferentarijs.* } Ferentarij dicuntur milites leuis armaturæ, eo quod arma tantummodo ferebant, quæ leuia manibus geruntur.

Prætoria. } cuius cohortis imperatoria tutela erat, hi ex robuſtisſimis totius exercitus erant delecti. *Expeditis.* } leuis armaturæ. *Ex lateribus*) non in fronte ubi Catilina uerſabatur. *Imprimis.* } inter primos. *Catilina.* } poſtquam Catilina omnes ſuos uidet fuſos memmor ſuæ nobilitatis, & ne turpiter caperetur in hoſtes conferitisſimos prorupit, ubi confoſſus eſt. *Fuſas.* } ſtratas, cæſas. *Confoditur.* } transfigitur. *Sed confecto.* } Nunc dicit Saluſtius, qualiter ſe habuerint Romani fuſo exercitu hoſtium. *Confecto.* } perfecto, ſcilicet inter Catilinam et Marcum Petreiũ, quod in ancipiti fortuna lanco ſteterat. *Tũc uero cernes &c.* & eſt ordo clarus. *Vis.* } conatus. *Amiſſa anima,* } id eſt uita. *Diuerſius.* } ſuis. *Catilina uero longe.* } Catilina non modo contentus fuit non fugere, uerum etiam Romanos irrũpere uoluit, ne inultus moriretur. *Ingenuus* libere natus eſſet. *Iuxta* } ſimiliter. *Tamen.* } quamuis cæſus eſſet exercitus Catilinæ. *Voluentes.* } ut ſpoliarent. *Lætitia.* } eorũ, qui inimicos reperiebãt. *Mœror.* } luctus eorum, qui amicos, cognatos, aut hoſpites inuenerant.

Haec ubi dixit, paulūlum commoratus, ſigna canere iubet, atq; inſtructos ordines in locum æquum deducit. Deinde remotis oĩum equis, quo militibus exæquato periculo animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitũ pro loco, atq; copijs inſtruit. Nam uti planities erat inter ſiniſtros montes, & ab dextera rupe aſpera, octo cohortes in fronte conſtituit. reliqua ſigna in ſubſidijs arctius collocat: ab his centuriones omnes lectos & euocatos. præterea ex egregijs militibus, optimũ quenq; armatũ in primã aciẽ ſubducit. C. Manliũ in dextra, Feſulanũ quendã in ſiniſtra parte curare iubet. Ipſe cũ libertis & colonis ꝓꝑ Aqlã aſſiſtit, quã bello Cymbrico C. Marius ĩ exercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quòd plio adeſſe nequibat, M. Petreio legato exercitũ permittit. Ille cohortes ueteranas, quas tumultus cauſa cõſcripſerat, in frõte; poſt eas cæterum exercitum in ſubſidijs locat, Ipſe equo circumiens, unumquenq; nominãs, adpellat, hortatur, rogat, ut meminerint ſe contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atq; focis ſuis certare. Homo militaris, quòd amplius xxx. annis tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, pleroſque ipſos factáq; eorũ fortia nouerat; ea cõmemorando militũ aĩos accẽdebat. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petreius tuba ſignum dat; cohortes paulatim incedere iubet: idem facit hoſtium exercitus. Poſtquam eò uẽtum eſt, unde à ferẽtarijs prœliũ committi poſſet; maximo clamore infeſtis ſignis utrique concurrunt, pila omittunt, gladijs res geritur. Veteram priſtinæ uirtutis memores,

Euocatos. } euocati dicebantur, qui ſcripti erant ex diuerſis urbibus ſociorum populi Romani. *Ex gregarijs.* } Gregarij milites dicuntur de grege, qui nullum ordinem habent.

Curare } curã habere. *Aquilam.* } ideo prope uexillum, eò quòd aquilas ſigna Romana ſcimus fuiſſe. *Cymbrico.* } quod geſſit contra Cymbros. *Aeger pedibus.* } podagra laborans. *Veteranas cohortes.* } id eſt ueteranorum militum cohortes. Veterani milites dicebãtur, qui diu militiam geſſerant et propterea rei militaris erãt peritisſimi, *Tumultus cauſa.*) ueterani milites ſubiti periculi cauſa conſcripti erant. *Poſt eas.* } poſt ueteranos milites, quos ſubiti periculi cauſa conſcripſerat. *In ſubſidijs.* } ſubſidia dicta ſunt à ſubſidendo, eo quod poſt primas acies ſubſideant id eſt ſtent, & cum prima acies uicta, uel labefacta fuerit. tunc milites, qui ſubſidijs præerant, in primo loco ponebantur, unde prima acies pedẽ retulerat.

Nominãs } nolatim. *Ipſe.* } Petreius. *Pro aris. & focis* ꝓ templis et focis. *Præfectus* } qui princeps exercitum ductauerat. *Prætor.* } imperator idemq; facit, quo tempore motus eſt exercitus Antonij, & eodem Catili. motus eſt exercitus.

MARLIA. *In ſubſidio.* } ut ſi pedites qui anteierant retrocederẽt illis ſubſidium afferunt, quibus præeſt unus qui dicitur el Re de guarda. *Ab his.* } quæ collocarat in ſubſidio. *Euocatos.* } collectos ex diuerſis locis, nec erant milites, ſed pro militibus habebantur uiputa Mediolañ. qui in auxilium regis ſine ſtipendio

cõminus acriter inſtare. Illi aut timidi reſiſtunt: maxima ui certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie uerſari, laborantibus ſuccurrere, integros pro ſaucijs arceſſere, omnia prouidere, multum ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire: ſtrenui militis, & boni Imperatoris officia ſimul exequebatur. Petreius, ubi uidet Catilinam contra ac ratus erat, magna ui contendere, cohortem prętoriam in medios hoſtes inducit: eosq́; perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes interficit. Deinde utrinque ex lateribus cæteros aggreditur. Manlius & Feſulanus in primis pugnantes cadunt. Poſtquam fuſas copias, ſeq́; cum paucis relictum uidet Catilina, memor generis atque priſtinę dignitatis ſuę, in cõfertiſſimos hoſtes incurrit, ibiq́; pugnans confoditur. Sed confecto pręlio, tum uero cerneres, quanta audacia, quantaq́; uis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. Nam ferè quem quiſq; uiuus pugnando locum ceperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Pauci aũt, quos medios cohors ꝑtoria diſiecerat, paulo diuerſius. Sed omnes tamen aduerſis uulneribus conciderant. Catilina uero longe à ſuis inter hoſtium cadauera repertus eſt, paululum adhuc etiam ſpirans; ferociamq́; animi, quam habuerat uiuus, in uultu retinens. Poſtremo ex omni copia, neque in pręlio, neq; in fuga, quiſquam ciuis ingenuus captus eſt: ita cuncti ſuę, hoſtiumq́; uitę iuxta pepercerant. Neque tamen exercitus Po. Ro. lętam, aut incruentam uictoriam adeptus erat. Nam ſtrenuiſſimus quiſq;, aut occiderat in pręlio, aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Multi autem, qui ex caſtris uiſendi, aut ſpoliandi gratia ꝓceſſerant, uoluẽtes hoſtilia cadauera, amicum alij, pars hoſpitem, aut cognatum reperiebant. Fuere item qui inimicos ſuos cognoſcerent. ita uarie per omnem exercitum lętitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabãtur.

ne ſtipendio iuerũt euocati dicũtur. Marius. } Cymbros apũd aquas ſextias profligauit. Colonijs. } quæ olim á Sylla in Hetruriam miſſæ fuerant. Legato. } loco tenenti. Permittit. } dat regendum. Veteranas. } id eſt exercitatas. Cõſcripſerat, } id eſt uocauerat in exercitum. Hortatur } ſcilicet ad pugnam. Foris. } priuatis domibus. Homo. } ſcilicet Petreius Prætor. } ductor exercitus. Exploratus. } uiſis ordinibus ſuis. Signum. } canit claſsicũ. A` ferentarijs. } qui utuntur iaculis. Erianus trifariam diuidit pedeſtrem turbam. Primo ſunt Armati, qui grauis armaturæ dicuntur. Lorica & teſlo, uel clipeo & ſcuto utuntur, ſunt uelites q expediti dicũtur, & ſolum iaculum habent una cum enſe. Sunt etiam medij qui peltati dicuntur. id eſt leue & breue ſcutum habentes q uulgo dicitur el brochelere. Sunt ut ait Vegetius lib. ij. Rorarij à rorando dicti qui more roris ſparguntur & primi ſtimulãt hoſtes. Ferentarij. } à ferendo, accenſi, funditores, exultatores, & ſagittarij. Pila. } haſtas longas de quibus Dionyſius. Infeſtis. } aduerſis. Res. } conflictus. Priſtinæ uirtutis. } ſo i'æ fortitudinis. Acriter. } uehementer. Interea. } dũ in prima acie certatur. Laborantibus. } inclinatis. Arceſſere. } arceſſebat. Strenui. } Fortisſimi. Generis. } quia et nobilis familiæ fuit & ſi fuiſſet captus ludibrio omnibus ſe fore cognoſcebat. Ibi. } Inter hoſtes. Vis animi } Fortitudo. Diſiecerat. } Diſturbauerat. Diuerſius } ex ordinibus ſuis. Suæ uitæ. } quemadmodum cædebant hoſtes non dubitabant & ipſi cædi.

RIVIVS. DEinde remotis omnium equis, quo militibus exæquato periculo animus amplior eſſet. } Manuſcriptũ. dein. idq́; rectius. Venetum, remotis omnibus equis, id perperam. Nam & Hircius eodem ferè modo quo Salluſtius. Cæſar, inquit, primum ſuo, deinde omnium è conſpectu remotis equis, ut æquato omnium periculo &c. Eſt & in quibuſdam, quo peditibus. uelut in Veneto, Argentoratenſi, alijs plerisq;. Nos hoc in medio relinquemus. Illc cohortes ueteranas, quas tumultus cauſa conſcripſerat. } Legendum, quas tumulti cauſa. idq́; Salluſtianum magis, nec aliter Nonius Marcellus. Sic apud eundem Ennius. Quid hoc tumulti eſt? pro tumultus. Sic Terẽt. Nihil ornati, nihil tumulti. Sic Salluſt. ante, Senati decreto. pro ſenatus.

In ſubſidijs locat } Hã. l õnẽ ipſe ꝓbo q̃uis in quibuſdã ſit collocat. ſed eodẽ ſenſu. Paulo uniferius, Interea Catilina cũ expeditis militibus ĩ primã acie uerſari. } τὸ Militibus, nõ ẽ in manuſcriptis, & ĩpreſsis antiquioribus. Paulo diuerſius iacebãt, ſed oẽs tñ aduerſis uulneribus cõciderãt. } In manuſcriptis nõ eſt, iacebãt, & citra detrimentũ ſenſus abeſſe poterit. Paulo poſt. Paululũ adhuc ẽt ſpirãs. } Fabricianũ, paruũ ẽt ſpirãs, nec uero ſecus in impreſsis uetuſtioribus. niſi q paululũ in his reperitur. Forſan aliquis Etiã, pro adhuc poſitũ ãnotarat. id poſtea irrepſit in cõtextũ. Quãuis nõ negẽ, hæc cõiungi ſimul poſſe, uelut apud Ciceronẽ, Factum fortaſſe adhuc in nullo ẽt uindicatũ. Nã ſtrenuisſimus quiſq; aut occiderat ĩprælio, aut grauiter uulneratus diſceſſerat } Quãuis Laurẽ. Valla in quibuſdam repererit: ſtrenuus quiſq;. tamen exemplar manuſcriptum quod penes nos eſt, cum uulgata hodie lectione facit. Sed & Cato de re ruſtica, At ex agricolis, inquit, & uiri fortisſimi, & milites ſtrenuisſimi gignũtur. & Corn. Tacitus 20. Summi bellum etiam ab ignauis, ſtrenuisſimi cuiuſq; periculo geri.

Hoc uelut corollarium addere libet. Multa de Cicerone Salluſtius in hiſtoria Catilinæ ſilentio prætermiſit, eaq́; cum primis, quæ præcipue ad eximiam & ſingularem Ciceronis gloriam ſpectarent, conſultóne ut qui eius eſſet inimicus, an uero imprudens, haud facile dixerim. Eò tamen potius inclinat animus, ut dedita opera Salluſtium hæc de induſtriaq́; omiſiſſe credam, & illam hiſtoriæ legem, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribẽdo, ne qua ſimultatis, in his prætermittendis neglexiſſe. quæ nequaquam fuerint ſilentio prætereunda. Eorum hic aliqua ſubijcienda eſſe duxi.

I. Primum igitur Ciceroni gratiæ ſunt amplisſimis uerbis actæ, quòd uirtute, conſilio, prudentia ſua Remp. periculis maximis liberaſſet, idq́; ſine cæde, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, tanta pace, tanto otio, tanto ſilentio. ut ipſemet Cicero inquit 3. inuectiua in Catilinam. De hoc uerbum nullum Salluſtius.

II. Dein Pater Patriæ eſt à Q. Catulo, ac M. Catone frequentisſimo ſenatu nominatus. nec de hoc Salluſtius quicq̃. Iuue. uero.

Sed Roma parentem
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Et in 7. Plinius, Salue, inquit, primus omnium Parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæq; lauream merite.

III. Præterea eius nomine decreta dijs immortalibus ſupplicatio eſt. qui honos ante Ciceronem togato contigit nemini. Atque his decreta uerbis eſt, ut ipſemet inquit, quòd urbem incendijs, cæde ciues, Italiam bello liberaſſet. Quæ ſupplicatio, inquit, ſi cum cæteris conferatur, hoc interſit, quòd cæteræ de repub. bene geſta, hæc una conſeruata repub. conſtituta eſt. Ne huius quidem facta ab eo mentio.

IIII. Ad hæc L. Gellius ei ciuicā à rep. deberi dixit. Et hoc quoque ſilentio præteritum, ut cætera pleraque, dum aduerſarium Criſpus debita commendatione defraudat. Sed audiamus, quid ipſemet Cicero in Piſonem de hoc atque alijs ad gloriam ſuam ſpectantibus. Me, inquit, Q. Catulus, princeps huius ordinis, & author publici conſilij, frequentiſſimo ſenatu parentem patriæ nominauit. Mihi hic uir clariſſimus qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi à rep. dixit. Mihi togato ſenatus, non ut multis bene geſtæ, ſed ut nemini, conſeruatæ reipub. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa patefecit. Idem ad Atticum, Cn. Pompeium affirmat in ſenatu non ſemel, ſed ſæpe, multis uerbis Ciceroni ſalutem imperij atque orbis terrarum adiudicaſſe.

V. Poſtremo ſtatua eum inaurata Capuæ decuriones decorarunt, & patronum adoptarunt, propter ſalutem illius urbis conſulatu conſeruatam ſuo, ut ipſemet pro P. Seſtio teſtatur. Sed & in Piſonem, Quorum Capuæ, inquit, te prætextatum nemo aſpexit qui non gemeret deſiderio mei, cuius conſilio cum uniuerſam rempub. tum illam ipſam urbem meminerant eſſe ſeruatam. Me inaurata ſtatua donarant, me patronum unum aſciuerant, à me ſe habere uitam, fortunas, liberos, arbitrabantur. Hæc Cicero. Sed quid de hoc uſpiam Salluſtius? Quaſi uero & hæc & hoc genus alia non multo ad rem magis facerent, quàm aut illa ueterum Romanorum laus, deq; corruptis ſeculi ſui moribus querela, aut uero tam libenter ac prolixe tributum Cæſari Catoniq; præconium. Quorum ut uterq; fuerit merito laudandus, Cæſaris tamen in laudibus, cum & ipſe ſit coniurationis creditus particeps, tam diu commorari, ſuperuacaneum eſſe mihi uidetur, ne dicam præter decorum. Nam illa de origine urbis & corruptis populi Romani moribus, initijsq; motuum ciuilium ſiue à propoſito digreſſio, ſeu uerius altior repetitio, utcunque nominare libeat, nec aliena prorſus ab hiſtoriæ argumento uidetur, & lectori accidit non ingrata. Sed de hoc iam ſatis, modo unum addidero. Mire Salluſtius hoc diſſimulat, Cæſarem fuiſſe inter cōiuratos habitum. qua de re tam multa interim Suetonius, cuius cum primis probatur in hiſtoria fides. Nam is in ſuſpicionem ueniſſe illum teſtatur, quaſi conſpirarit cum M. Craſſo conſulari, item P. Sylla, & Antronio, poſt deſignationem conſulatus ambitus condemnatis. Cuius coniurationis meminerint Tanuſius Geminus ī hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus, de qua et Cicero in quadam ad Atticum epiſtola ſignificare uideatur. Sed & authores eſſe ait, qui cum Cn. etiam Piſone conſpiraſſe Cæſarem teſtentur. Nam fuiſſe inter ſocios Catilinæ nominatum, et apud Nouium Nigrum quæſtorem à L. Vectio indice, & in Senatu à Q. Curio, quorum hic è Catilina ſeſe cognouiſſe diceret, ille chirographum quoque eius Catilinæ datum polliceretur, Suetonius ipſe confirmat, quantumuis hoc diſſimulare noſter ſtudeat. Itaque an hic nulla gratiæ in ſcribendo ſit ſuſpicio, aliorum eſto iudicium.

GLARE.

ET ab dextra rupes aſpera } Ita uetus codex. Quidā noīatiuū Rupes, in ablatiuū Rupe, mutarunt. Sed temere meo quidē iudicio, cum ante copulam Et, alter præcedat nominatiuus Planities. Scio etiam alterum eſſe apud authores loquendi modum, at hic non habet locum. Continuo poſt: Reliqua ſigna in ſubſidijs arctius collocat. Codices quidam habent, Reliquarum ſigna, ut ad cohortes reliquas referatur, Vetus codex, Reliquorū. At id haud magni momenti. Ipſe cum liberis & Colonis. } Dubiū, liberis'ne ſuis, an liberis, qua ſeruitia repudiauit, intelligendum. Vetus codex Libertis habet. Quid ſi municipes intellexerit, cum Colonorum proxime ſubiunxerit mentionē? Ille cohortes ueteranas. Ipſe equo circuiens. } Mirum quàm hic hæſitent Commentatores, ac contraria & ſentiant, & exponant in re non admodum difficili. Ego per, Ille Petreum, intelligo, per Ipſe Antonium: quod Lector ipſe, ſimul atq; priora cum ſequentibus conferet, facile intelliget.

COMMENTARIA IOANNIS CHRISOSTOMI SOLDI

Brixiani in Bellum Iugurthinum.

SAlluſtius ciuis Romanus Senatorij ordinis fuit. Hic primo ſe ad rempublicam contulit, & in ea aliquãdiu uerſatus eſt, poſtea cum ei in ſenatu, ut tradit Acron, à cenſoribus obiectum eſſet, q̃ libertinarum ſectator eſſet, tũ ille non ſe matronarum, ſed libertinarũ ſectatorem eſſe teſtatus ẽ: atq; ideo ſenatu repulſus eſt: quod et in principio belli Catilinarij, et in præſenti exordio excuſat. Dicit enim aliam fuiſſe cauſam, quamobrem ſe ab adminiſtratione Reipublicæ remoueret, q̃ uidelicet uirtuti honos non daretur; ſed ambitio omnia uirtutis præmia poſſideret. Sed re uera conſtat Salluſtium infamia circa fœminas laboraſſe. Nam ut idem Acrõ refert, in Fauſtinæ Syllæ filiæ & Milonis uxoris adulterio deprehenſus ab ipſo T. Annio Milone flagellis cæſus eſt. Igitur Salluſtius ob eiuſmodi flagitia à ſenatu remotus, cum intelligeret ſibi ob tantam ignominiam aditũ ad honores penitus interclusum, omiſſa cura Reipublicæ, ſe ad hiſtoriam ſcribendam contulit. In qua re ita claruit, ut omnibus qui hiſtoriam ſcripſerunt, omnium iudicio anteponatur. Et quẽadmodũ apud Græcos Thucydides, Herodotum, cæterosq; qui hiſtoriam ſcripſerunt nobilitate & artificio dicendi ſuperauit, ſic apud Latinos Salluſtius Liuium cæterosq; hiſtoricos facile uicit. Vnde Quĩtilianus Thucydidi Salluſtium comparat; Liuium Herodoto. Porro tam in Thucydide, quàm in Salluſtio mira breuitas quædam & affectata rerum ubertas commendatur. Nam uterq; ita rerũ frequentia creber eſt, ut uerborũ prope numerum ſentẽtiarum numero conſequatur. Genus autem dicendi preſſum & nitidum & omnino rebus magis, quàm uerbis redundans. In hoc autem opere, bellum, quod Romani cum Iugurtha rege Numidiæ geſſerunt, conſcribit. Sed ante præmittit exordium: in quo cauſam, ut diximus, oſtendit, quamobrem ſe ab adminiſtratione Reipublicæ ad hiſtoriam ſcribendam contulit: ne forte ignauiæ daretur, ſi uel tædio laboris, uel metu periculi potius, quàm iuſto iudicio animi Rẽpub. reliquiſſe uideretur. Dicit enim ſic. Cum multa ſint ſtudia & exercitia animi, quibus ſumma laus & claritudo cõparari poſſit, uelut conſilio Remp. regere, dare operam literis, & alia huiuſmodi: hoc tempore mihi non placuit per adminiſtrationem Reipub. laudem & gloriã comparare, quia uidebam hoc tempore imperia & honores & magiſtratus dari hominibus indignis & non uirtute præditis, ſed ambitione corruptis. Et propterea aliud ſtudium atque aliud exercitium animi quærendum eſſe putaui, in quo laudem & gloriam comparare poſſem. Sed ex omnibus ſtudijs, quæ exercentur animo atq; ingenio, utiliſſimum uiſum eſt hiſtoriam ſcribere, & memoriæ mandare res geſtas. Et ideo ad hoc ſtudium atque exercitium me contuli, omiſſa cura Rep. Sed uideamus, quomodo paulatim ueniat ad exponendam hãc cauſam, atq; hunc ſenſum explicandum. Falſo queritur.) Iniuſte inquit homines conquerũtur de natura ſua, dicẽtes, q̃ natura ſua ĩbecilla ſit, & uiribus infirma, & breui tempore duret, & q̃ fortuna potius quàm cõſilio regatur. ſed male faciũt, qui ſic conqueruntur. Nam ego cõtrariũ exiſtimo. Nihil enim eẽ puto maius, aut præſtabilius natura hominis, homo enim cũctis animantibus præſtat, & excellit. Nam homo capax eſt rationis, & cætera omnia animãtia præter hominem, carent ratione. Eſt autem ratio aſpectus animi, qui per ſeipſum uerum, non per corpus intuetur. Et ratio ẽ, per quam uerum à falſo diſcernitur. Et hac ratione carent cætera animantia præter hominẽ. Falſo.) Ordo eſt. Genus humanum falſo queritur. id eſt conqueritur de natura ſua, q̃ imbecilla ſcilicet ipſa natura, atque



C. CRISPI SALLVSTII DE BELLO IVGVRTHINO HISTORIA.

FALSO queritur de natura ſua genus humanũ, quòd imbecilla, atq; æui breuis, ſorte potius quàm uirtute regatur. Nam cõtra reputando, neque maius aliud, neque præſtabilius inuenias, magiſq; naturę induſtriam hominum, quàm uim, aut tempus deeſſe. Sed dux atque imperator uitę mortalium, animus eſt. qui ubi ad gloriam, uirtutis uia graſſatur; abunde pollens, potensq́;, & clarus eſt. neq; fortunę eget. quippe quę probitatem, induſtriam, cęterasq́; artes bonas, neq; dare, neq; eripere cuiquam poteſt. Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam, & uoluptates corporis peſſundatus eſt, pernicioſa libidine pauliſper uſus, ubi per ſocordiam, uires, tempus, ętas, ingenium defluxere, naturę infirmitas accuſatur, ſuam quiq; culpam authores ad negotia trãſferũt. Quòd ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumq́; etiam pericoloſa petunt; neque regerentur magis caſibus, quàm regerent caſus: & eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloria æterni fierent. Nam uti genus hominum compoſitum è corpore & anima eſt; ita res cunctæ, ſtudiaq́; omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequũtur. Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc uis

æui breuis regatur potius forte, quàm uirtute. Falſo.} id eſt falſe. eſt aduerbium. i. iniuſte.

Genus humanum.} id eſt homines. Quòd imbecilla } id eſt uiribus infirma. Ecce cauſas.} quare homines conqueruntur de natura ſua. Tres ſunt cauſæ: primam cauſam eſſe dicunt quia natura hominis infirma ſit uiribus. Nam multa ſunt animalia fortiora hominibus quantum ad uires, ut bos, leo, et multa alia. Secundam cauſam eſſe dicũt, quia natura hominis, breuis ætatis eſt. Nam ætas hominis breuis admodum, eſt: pauci enim ſunt, qui centeſimum annũ attingant, multi inter ipſa infantie primordia intereunt, denique communis hominũ natura, uix ſexageſimum annum attingit. Tertia cauſa, quare conqueruntur de natura ſua eſt, quia dicunt, hominem magis regi & gubernari à fortuna quàm à cõſilio. propterea quia dicunt hominem multis caſibus fortunæ eſſe ſubiectum, quã non poſſunt humana ratione, neque conſilio euitari. Sed has omnes rationes inferius confutat, & eas falſas eſſe oſtendit. Aeui } id eſt ætatis, ipſis. Forte.} hoc ẽ fortuna, & eſt caſus ablatiui, nominatiuus ẽ fors. Terentius.} Quod fors feret ferã. Quã uirtute.} id eſt conſilio, & iudicio animi. Nam contra reputando.} Ordo eſt. Nam reputãdo contra, neque inuenies aliud maius, neque preſtabilius, ſcilicet ipſa natura hominis magisque. ſ. inuenies induſtriam hominum deeſſe naturæ quàm uim, aut tẽpus. Nam contra.} uere dico, quod genus hominum falſo cõqueritur, quia è contrario exiſtimãdo, nihil inuenitur preſtabilius humana natura. Et reddit cauſam, quare dixit, quod genus humanum falſo conqueritur. Et confutat eas rationes, propter quas homines conqueruntur de natura ſua. Dicit enim ſi diligenter inſpicere uolumus, nõ uires, aut tempus deeſt naturæ hominum

corporis, & alia huiuſcemodi omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. poſtremo corporis & fortunæ bonorum, uti initiũ, ſic finis eſt. omniaque orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agitẽ atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda eſt, qui dediti corporis gaudijs per luxum, atque ignauiam ętatem agunt; cæterum, ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium eſt, incultu, atque ſocordia torpeſcere ſinunt: cum præſertim tam multæ, uariæque artes ſint animi, quibus ſumma claritudo paratur. Verum ex his magiſtratus, et imperia, poſtremo omnis cura rerũ publicarum, minime mihi hac tempeſtate cupienda uidentur: quoniam neque uirtuti honos datur; neque illi quibus per fraudẽ ius fuit, utique tuti, aut eo magis honeſti ſunt. Nam ui quidem regere patriã, aut parẽtes, quanquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt; cum præſertim omnes rerum mutationes, cędem, fugã, aliaque hoſtilia portendant. Fruſtra autẽ niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementię eſt; niſi forte quem inhoneſta, & pernicioſa libido tenet, potentię paucorum decus, atque libertatem ſuam gratificari. Cęterum ex his negotijs, quę ingenio exercentur, in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum; cuius de uirtute quia multi dixere, prętercũdum puto; ſimul ne per inſolentiam quis exiſtimet, memet ſtudium meum laudando, extollere. Atque ego credo fore qui (quia decreui procul à Repub. agere ętatem) tanto, tamque utili labori meo, nomen inertię imponant. Certe, quibus maxima induſtria uidetur, ſalutare plebem, & conuiuijs gloriam quęrere. qui ſi reputauerint, & quibus ego temporibus magiſtratum adeptus ſim, & quales uiri idem aſſequi nequiuerint, & poſtea quę genera hominum in Senatum peruenerint; profecto exiſtimabunt me magis merito, quàm ignauia iudicium animi mei mutauiſſe; maiusque commodum ex otio meo, quàm ex aliorum negotijs Reipub. uenturum. Nam ſępe audiui ego Quintum Maximum P. Scipionem, prętere a ciuitatis noſtrę pręclaros uiros ſolitos ita dicere; cum maiorum imagines intuerentur, uehementiſſime animum ſibi ad uirtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantam uim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum, eam flammam egregijs uiris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm uirtus eorũ famã, atque gloriam adæquauerit. At contra, quis eſt omniũ his moribus, qui non diuitijs & ſumptibus, non

ſed induſtria: quia ſi homines uellent exercere animum, & ingenium, ſatis uiribus & fortes ualidi eſſe uiderẽtur, & ubi breuis uitæ eſſe uidentur, exercendo uirtutẽ animi, & ingenij, immortales efficerentur, quia memoria eorum nũquam periret, ſi preclarum aliquod monumentum ingenij ſui relinquerent. Et certe uerum eſt, quod dicit. Ecce quãuis Salluſtius ipſe ſecundum naturam humanam breui tempore durauerit: tamen quia præclarum ingenij ſui monumẽtũ reliquit, memoria eius æterna manebit. Et hoc eſt, quod dicit. Nam } pro quia. Contra reputando contra exiſtimando.

Præſtabilius.} id eſt excellẽtius. Induſtriam.} id eſt exercitationem animi, & ingenij.

Quã uim.} Refertur ad id, quod dixit, Imbecilla. Aut tempus.} ad id, quod dixit, Aeui breuis. Sed dux.} Ordo eſt. Sed animus eſt dux, atque imperator uitæ mortalium, qui ſcilicet animus eſt abunde pollens, potens & clarus, neque eget foelunis. ubi. id eſt quando graſſatur. ſcilicet ille animus ad gloriam uia uirtutis. Sed dux. } Ac ſi diceret Ita quidem homines conquerũtur de natura ſua dicentes illam eſſe infirmam, et breuis ætatis, & fortunæ eſſe ſubiectam. Sed ego oſtendam illos falſum exiſtimare, & iniuſte conqueri. Et hic incipit confutare opinionem eorũ, qui exiſtimant & conqueruntur, quod natura hominis ſit infirma, et breuis ætatis, & quòd fortuna potius quàm conſilio regatur. Dicit enim ſic. Homo compoſitus eſt ex anima & corpore. Anima à deo eſt, corpus à terra. Animus, ſiue anima dominari debet, corpus ſeruire. Si igitur homo animum teneat corpori imperantem, neque permittat illum uinci, & peſſundari à uoluptatibus corporis, ſed illum ad uirtutes exerceat, ſine dubio ſatis uiribus potens erit, neque à fortuna regetur. ſed ipſe reget

fortunam

probitate, neq; induſtria cum maioribus ſuis contēdat?
Etiam homines noui, qui antea per uirtutē ſoliti erant
nobilitatē anteuenire; furtim & per latrocinia potius,
quàm bonis artibus ad imperia, & honores nituntur:
perinde, quaſi prętura & conſulatus atq; omnia alia
huiuſcemodi per ſeipſa clara & magnifica ſint; ac non
perinde habeantur, ut eorum, qui ea ſuſtinent, uirtus
eſt. Verum ego liberius, altiusq; proceſſi, dum me ciui
tatis morum piget, tędetq;. Nunc ad inceptum redeo.

fortunam, & eas res geret, quarum memoria æterna erit: ut cum ipſe homo mortuus fuerit, tamen facta eius uiuant. Et ita oſtendit quemadmodum homo poſſit ætatem ſuam, quæ natura breuis eſt, memoria excellentium factorum quàm longiſſimam facere. Sed dux.} .i. rector, quia animus regit corpus. Imperator.} id eſt dominus. Nam animus dominatur, corpus autem ſeruit, unde ipſe Salluſtius in Catilinario. Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune eſt. Mortalium.} id eſt hominum. Qui cum inquit animus tendit ad gloriam per uiam uirtutis, ſatis potens eſt, & uiribus ualet. neque fortuna indiget contra opinionem eorū qui dicunt q. natura hominis, id eſt homo ſit imbecillis, & à fortuna regatur. Ad gloriam.} Gloria eſt frequens fama cum laude. Virtutis uia.} id eſt per uiam uirtutis. Graſſatur.} id eſt tendit, uadit, & graſſari uenit ab eo, quod eſt gradior. & graſſari, ſecundum Nonium Marcellum duo ſignificat. aliquando graſſari eſt ſupra modum ſæuire, aliquando ſignificat ambulare, ut hoc loco. Potens.} id eſt ualens. ſcilicet uirtute, potens ſcilicet uiribus. Clarus.} nobilis. Neque fortuna eget.} quia animus prouidet ſibi ea, quæ ſunt neceſſaria ad gloriam comparandam ſine adminiculo & præſidio fortunæ. Quippe.} id eſt quia.

Quæ.} ſcilicet fortuna, uere dico quòd animus non indiget fortuna, quia animus per ſe ſibi parat, & acquirit probitatem, & induſtriam, & alias bonas artes, quibus tendit ad gloriam, quas res fortuna nec dare unquam, nec tollere poteſt. Bonas artes} id eſt bonos mores, & uirtutes: nā artes in numero plurali mores ſignificant. Sin captus.} ordo eſt. Sed infirmitas naturæ accuſatur, et quiq; authores transferunt ſuam culpam ad negotia. ubi, id eſt, qñ uel poſtquam uires, tempus, & ingenium defluxere per ſecordiam ſi animus captus prauis cupiditatibus eſt peſſundatus ad inertiam, & uoluptatem corporis uſus pauliſper pernicioſa libidine: ſin̄ ea ptus, ita quidem animus ſatis eſt potens, & clarus, neq; fortuna indiget, quando per uirtutem exercetur ad gloriam imperium retinens ſupra corpus. ſed è contrario, ſi animus uincatur à uoluptatibus corporis, ignauiæ & libidini deditus cum homo ad finem uitæ ſuæ peruenerit, ætate conſumpta in luxu & inertia, & nihil præclarum, & memoria dignum in tota ſua uita geſſerit, tōtummo naturam culpat humanam, cum reuera nō natura, ſed uitia culpare debeat. Captus.} irretitus. Prauis} peruerſis. Peſſundatus ē.} id eſt calcatus. Ad inertiam.} pigritiam, ut nihil agere uelit memoria & laude dignum. Voluptatem corporis.} ueluti ad luxuriam & gulam, his enim uitijs uigor animi eneruatur. Pernicioſa.} mala & dānoſa. Vbi per ſecordiam} id eſt ignauiam, & negligentiam. Secordia proprie eſt negligentia animi, inertia eſt negligentia corporis, ſecordia dicta, quaſi ſcorſum à corde. Defluxere.} id eſt tranſiere. Naturæ infirmitas accuſatur.} id eſt culpatur, quia dicunt naturam infirmam eſſe, & imbecillam, ut pati non poſſit tot labores. Nam cum uident in uita ſua nihil præclarū & memoria dignum geſſiſſe, dicunt hoc eueniſſe propter imbecillitatem humanæ naturæ, quæ tot labores pati non poteſt. Atque ita culpant naturam, cum potuiſſent ipſos culpare, qui ſe totos uoluptatibus corporibus dederunt, & luxuriæ, atque ignauiæ ſeruierunt. Suam quique culpam authores ad negotia transferunt.} id eſt. aut culpam in naturam transferunt, aut in aliqđ aliud negotium, cum potius in ſeipſos culpam transferre deberent. Culpam.} ſcilicet, q. nihil in uita ſua præclarum, & memoria dignum geſſerunt.

Ad negotia.} id eſt ad res, quæ in humana uita contingunt. Multa enim contingere poſſunt homini, quæ illum impediunt, ne præclarum aliquid gerere poſſit, ut ægritudo, inopia. Sed reuera ſeipſos potius quàm aliquid aliud culpare deberent, quia animum uirtutibus excolere noluerunt. ſed illum prauis cupiditatibus, ac uoluptatibus corrumpi permiſerunt. Quòd ſi hominibus.} Ordo eſt. Homines neque regerentur magis caſibus, quàm regerent caſus, & procederent eo magnitudinis ubi pro mortalibus fierent æterni gloria, ſi tanta cura bonarum rerum eſſet ipſis hominibus, quanto ſtudio petunt aliena, ac nihil profutura, & multum etiam periculoſa. Docet quomodo poſſint homines facere, ne regantur à fortuna, ſed ipſi regant fortunam, & quomodo poſſint ex mortalibus immortales fieri non natura, ſed æternitate gloriæ. Et ita perſtat in propoſito, ut oſtendat falſo homines conqueri, q. natura humana ſit breuis, & q. à fortuna regatur. Dicit enim, ſi homines tanto ſtudio bonis artibus & uirtutibus operam darent, quanto ſtudio caduca, & nihil profutura quærunt, profecto non magis regerentur à fortuna, quàm ipſi infortunati regerent, & ad eam magnitudinem peruenirent. ut pro mortalibus, gloria immortales fierent. Bonarum rerum.} Omnino tria ſunt genera bonorum, uidelicet bona animi, bona corporis bona fortunæ. Bona animi ſunt uirtutes, uidelicet, iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Iuſtitia autem diuiditur in has partes. ſ. religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam, & ueritatem. Prudentiæ partes ſunt memoria, intelligentia, prouidentia. Partes fortitudinis, magnificentia, fidentia, patientia, perſeuerantia. Temperantiæ partes, continentia, clementia, modeſtia. Hæ igitur uirtutes, earūq; partes bona animi dicuntur, quæ ſtabilia ſunt, nec à poſſidente poſſunt auferri. Bona corporis, ſunt incolumitas, ſanitas, uelocitas, uires, pulchritudo: & hæc inſtabilia ſunt, & breui tempore dilabūtur. Bona uero fortunæ, ſunt diuitiæ, honores, dignitates. Et hæc quoque bona nequaquam ſtabilia ſunt, ſed pro arbitrio fortunæ feruntur, licet Chriſtiana religio fortunam tollat, & cuncta nutu diuino regi, atque euenire confirmet. Dicit ergo Salluſtius. Si homines bona animi tanto ſtudio, atque ſolicitudine quærerent, quanto ſtudio quærunt bona corporis, atque fortunæ, quæ ſunt caduca, & inſtabilia, profecto non magis regerentur à fortuna, quàm ipſi regerent fortunam, et ex mortalibus gloria æterni fierent. Bonarum.} ſcilicet bonarum animi, quæ ſunt uirtutes, quas ſupra poſuimus. Aliena.} id eſt extranea à nobis. id eſt bona fortunæ, ſicuti ſunt diuitiæ, quæ bona externa dicuntur, quia ſunt extra nos. Ac nihil profutura.} quæ nihil prodeſſe poſſunt, immo plerunq; obſunt. Periculoſa.} quis neſcit, diuitias multis ſæpe periculo, & exitio fuiſſe. Petunt.} appetunt, quærunt. Neq; regerentur magis à caſibus.} Cauſa quare homines putant naturam humanam caſibus fortunæ eſſe ſubiectam, hæc eſt, quia ſequū

tur ea bona, quæ reuera fortunæ ſubiecta ſunt, ſicuti ſunt diuitiæ, quæ cum ab eis auferuntur, dicunt naturam humanam fortunæ eſſe ſubiectam. Sed ſequantur bona animi, ſequantur uirtutes quæ ab eis auferri nõ poſſunt, & tũc intelligent, id qđ eſt uerũ, uidelicet naturam humanam caſibus fortunæ non eſſe ſubiectam. Et eo magnitudinis procederent.} id eſt ad eam magnitudinem peruenirent.

Gloria æterni.} ubi ſunt mortales, efficerentur immortales: non quia non morerentur, ſed quia poſt mortem facta eorum uiuerent.

Nam uti.} Ordo: ita res cunctæ, & omnia ſtudia noſtra ſequuntur: alia naturam animi, alia naturã corporis: uti pro ſicut genus humanum compoſitũ eſt ex anima & corpore. Nam uti.} Oſtẽdit quomodo fieri poſſit id, quod dixit, ſcilicet, ut homines ex mortalibus, gloria immortales, & æterni fieri poſſint. Dixit enim. Sicut homo compoſitus eſt ex anima & corpore: anima autem immortalis eſt, corpus uero mortale: ſic etiam omnes res, & omnia, quæ facimus, alia ſunt mortalia, alia uero immortalia. Mortalia ſunt ea, quæ ptinent ad corpus: ſicuti eſt pulchritudo, diuitiæ. Nam iſta pertinent ad corpus: & ad tempus pereunt. Immortalia uero ſunt ea, quæ pertinẽt ad animum, ſiue animam: ſicuti ſunt ea, quæ exercẽtur cõſilio prudentia, & ingenio: & hoc breuiter dicit. Bona animi ĩmortalia ſunt: ſicut ipſa aĩa. Bona corporis, & fortunæ ſunt mortalia: ſicuti corpus. Si ergo ex mortalibus immortales effici cupimus: ſequamur bona animi: & omittamus, ac cõtẽnamus bona corporis, et fortunæ. quia illa ſunt æterna & immortalia: hæc uero mortalia & corruptibilia. Studiaq; omnia.} i. oĩa exercitia ſ. quæ facimus, & exercemus. Alia ſequũtur naturã corporis.} ſicuti ſunt bona corpis et fortunæ: quæ ſunt mortalia et corruptibilia: ſicuti corpus: alia ſequũtur naturã aĩ, et hæc ſunt bona animi, quæ ſunt immortalia: ſicut ipſa anima. Igitur præclara facies.} Oſtendit, quæ ſunt ea, quæ ſequuntur naturã corporis: & quæ ſunt illa, quæ ſequuntur naturam animi: dicit ergo: pulchritudo corporis, magnæ diuitiæ, præterea uis corporis, & cætera huiuſmodi: quæ ponuntur in numero bonorum corporis, uel fortunæ: ſequuntur naturam corporis: quia ſunt mortalia: ſicuti corpus: & breui tempore pereunt. Ad hoc}. i. præterea. Dilabuntur.} cadunt & pereũt: ſicuti corpus. At ingenij.} Nunc oſtẽdit quæ ſint illa: quæ ſequũtur naturam animi, & immortalia ſunt: ſicuti anima. Ingenij egregia facinora}. i. preclara facta ingenij. ſicuti eſt dare operã philoſophiæ, res geſtas mandare memoriæ, cauſas forenſes oratoria facultate tractare, & eas ſcriptis ac memoriæ commendare, conſilio iuuare remp. hæc & huiuſmodi præclara ingenij ac uirtutis opera immortalia ſunt: ſicuti anima.

Poſtremo corporis.} Ordo eſt. Poſtremo ſic eſt finis bonorum corporis, & bonorum fortunæ, id eſt ſicut eſt initium, ac ſi diceret. quid opus eſt multa dicere? bona corporis & fortunæ ſicuti habent principium, ſic & habent finem: quia neceſſe eſt, ut omne quod oritur, aliquando moriatur. & omne quod creſcit, aliquando ſeneſcat, & ad finem aliquando perducatur. Sed alia eſt ratio animi, quia animus æternus eſt, & propterea opera eius æterna ſunt ſimiliter. Aeternum dicimus, quod eſt ſine principio, & fine, ſicuti eſt deus. qui nec principium habet: nec finem. Sed anima licet finem non habeat: tamen habet principium: quia à deo creata eſt, Omniaq; orta occidũt.} id eſt omnia, quæ ſunt nata aliquando moriuntur. Et occido media correpta ſignificat morior, media uero pducta ſignificat interficio: primũ a cado, ſcđm à cædo cõpoſitũ ẽ. Aucta.} quæ creſcũt. Aĩus ĩcorruptus}. i. incorruptibilis, & immortalis. Aeternus}. i. qui finẽ non habet.

Rector humani generis.} quia animo, & uirtute eius cuncta gubernantur. Agit.} id eſt regit, Virgilius in primo æneidos. Tros Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur, id eſt regetur. Habet}. i. tenet, & intelligit: nam habere ſignificat intelligere, ut ait Donatus in Terentium. Quod enim tenemus corpore, habemus quoq; cõmune animo. quod habemus intelligimus. Neq; ſe habet.} ipſe animus non intelligitur. Quo}. i. propter quod. Nunc concludit dicens: Cum hæc ita ſint: reprehendendi ſunt magnopere illi, qui in uita ſua tantummodo curam corporis habent: animum autem atq; ingenium incultum: & inexercitatum relinquunt. cum multæ ſint artes, ac multa ſtudia, in quibus ſi animũ et ingenium exercere uellent, ſummam laudem, & gloriam comparare poſſent. & hoc eſt quod dicit. Prauitas.} id eſt peruerſitas. Corporis gaudijs}. i. uoluptatibus. Per luxum} atq; ignauiam ætatem agunt, id eſt uiuunt luxuria, & ignauia. Cæterum.} id eſt ſed. Amplius: id eſt maius. nihil enim eſt melius, aut maius ingenio in natura hominis: quia per exercitationem ingenij ſumma quoq; claritudo comparatur. Incultu.} id eſt ignauia, inexercitatione, quia non exercendo ingenium torpeſcit. Secordia.} id eſt negligentia. Torpeſcere.} marceſcere, corrumpi. Sinunt.} permittunt. Cum præſertim tã multæ.} Paulatim deſcendit ad id, quod ſupra diximus, uidelicet, ut oſtendat rationem conſilij ſui: quare, omiſſa cura: & adminiſtratione reip. ſe ad hiſtoriã ſcribendã contulerit. Tã multæ uariæq; ſunt artes ai.} multa enĩ ſtudia, ac multæ artes, in qbus aĩam, et ingenium exercere licet, ad gloriam comparandam, ueluti dare operam philoſophiæ: in adminiſtratione reip. uerſari: cauſas forenſes tractare: hiſtoriam conſcribere: hæ omnes artes animo: atq; ingenio exercentur, ex quibus ſumma claritudo comparatur. Claritudo.} gloria, fama. Paratur.} id eſt, comparatur, & acquiritur. Verum ex his.} artibus. Supra generaliter docuit, quemadmodũ hoĩes poſſint ad ſummã gloriã peruenire, ſi uidelicet contẽnere uelint bona corporis & fortunæ, & amplecti bona animi, uidelicet uirtutes, & ſi non patiantur animum, & ingeniũ ſuũ otio, & ignauia torpeſcere. præſertim, cum multa ſint ſtudia, ac multæ artes, in quibus illud ualeant exercere. Nunc ſpecialiter ad cauſam ſuam deſcendit, ut oſtendat, in qua arte potiſſimum ingenium ſuũ exercere uoluerit. Dicit enim cum adminiſtratio reipublicæ una illarum artium ſit, in quibus ſi animus & ingenium exerceantur, ſumma gloria comparari poteſt: non placuit mihi hoc tempore in hac arte ingenium meum exercere: & propterea me ad aliam artem, atque aliud ſtudium contuli, uidelicet ad hiſtoriam ſcribendam: quoniam inter cætera ſtudia, hoc maxime utiliſſimũ eſt, memoriæ mandare res geſtas. & ita honeſto nomine factum ſuum excuſat. Nam cum pp flagitia ſua turpiter à ſenatu repulſus, adminiſtrationem reip. relinquere coactus ſit, dicit ſe non coactum, ſed ſponte & certo iudicio rempub. reliquiſſe. quia uidelicet honores, & magiſtratus darentur non uirtute præditis, ſed ambitione corruptis: & hac de cauſa relicta Republica ſe ad hiſtoriã ſcribendam contuliſſe. Verum ex his artibus.) Multæ & uariæ ſunt artes animi, ex quibus ſumma gloria comparatur: ſed ex his artibus adminiſtratio Reipublicæ hoc tẽmpore mihi non uidetur eſſe cupienda. Verum.} id eſt ſed. Magiſtratus.} officia publica, ut pretura, ædilitas, tribunatus. Imperia.} ut erãt conſules, & pconſules, ac etiam pretores. Nam erant pretores prouinciarum. Hac tempeſtate.} i. hoc tempore. Quoniam neq; uirtuti honos datur. Reddit cauſam, quare adminiſtratio reipublicæ hoc tempore ſibi non placeat. Dicit enim hoc tempore nemo per uirtutem ad honores

aſpirat

aſpirat.i. nemo p̄ uirtutē honores aſſequi pōt. Et quia occurrebat illud. Si nō potes ô Saluſti p̄ uirtutē honores adipiſci, adipiſcare p̄ fraudē, & ambitionē, ſicut multi faciūt. Sed hoc quoq; oſtendit nō eſſe faciēdū. Dicit enim illi qui p̄ latrocinia, & uim, & fraudē, & ambitionē, honores, & magiſtratus aſſequūtur, in magno periculo uerſantur: ualde enim periculoſum eſt uelle per uim patriam regere, & rempublicam adminiſtrare, etiam ſi delicta, & peccata corrigas: quia ſi poſtea rerum cōditio mutetur, imminent tibi hæc mala ab his, quorum delicta correxiſti, uidelicet cædes, exilium, direptio bonorum tuorum, & alia huiuſmodi mala. Si autem delicta & peccata non corrigas: dementia ſuma eſt uelle regere, & nihil pficere. Quoniā neq; uirtuti honos datur. } aut p̄ uirtutē peruenitur ad honores & magiſtratus, aut per fraudem, et uim, et ambitionē. Sed hoc tempore per uirtutem non peruenitur: per fraudem uero, & ambitionem peruenitur quidem, ſed cū magno periculo. & hæc eſt cauſa, quare hoc tempore adminiſtratio reipulicæ mihi non placet. Neque uirtuti honos datur. i. quia hominibus uirtute præditis hoc tpe non dātur honores: & magiſtratus, ſicut cōſulatus, prætura, cenſura, & ædilitas, tribunatus, imperia. Imperiū dicitur ꝓprie pretura, et cōſulatus, qn̄ aliqs in ꝓuinciā mittitur cū offō publico, et exercitu, ſicuti qn̄ Cæſar miſſus eſt in Gallias cū quatuor legionibus proconſul, hic dicebatur eſſe cum imperio. Virtuti }. i. hoī uirtute prædito & ornato. Neq; illi quibus per fraudem ius fuit utiq; tuti, aut eo magis honeſti ſunt, } id eſt neque illi, qui aſſequūtur magiſtratus & honores per uim, & fraudem, & ambitionem ſunt tuti, quia in magno periculo uerſantur, et quomodo uerſantur in magno periculo, ipſe ſubdit cauſam, quia periculoſum ualde eſt per uim patriam regere uelle, etiā ſi poſſis, & ſi delicta corrigas, ſicut iuſtum eſt. Sed quare periculoſum eſt per uim patriam regere, quia ſi poſtea ſtatus rerum mutetur, hæc omnia mala immineāt tibi ab his, quorum delicta correxiſti, & qui nolebant regere Rē publicam, uidelicet, cædes, exilium, direptio bonorum tuorum, & alia mala his ſimilia. Et hoc eſt, quod dicit. Per fraudem }. i. per ambitionem, per uim. Ambire eſt blanditijs circūuenire. Qui ergo per ambitionem magiſtratus obtinere uolebant, populum largitione pecuniarum, & numerum corrumpebant, aliquando cōuiuia populo exhibebant, & eo modo fauorem populi ſibi conciliabant. Ius fuit. } id eſt poteſtas publica fuit. id eſt illi, qui magiſtratum aſſecuti ſunt per fraudem. Vtique tuti. } non ſunt tuti. quia in magno periculo uerſantur & ſtatim cauſam ipſe ſubiūgit. Aut eo. } id eſt propter id, uidelicet, quia aſſecuti ſunt magiſtratum. Magis honeſti ſunt } id eſt propter eum magiſtratum, quem per fraudem aſſecuti ſunt, non ſunt magis honorati. quia magiſtratus ſic acquiſitus, non tam illis honori eſt, quàm dedecori. uel quidem melius eſt. non ſunt magis honeſti. id eſt non ſunt magis boni non ſunt meliores, neque enim honor homini uirtutem, aut bonitatem addit.

Nā ui quidē regere } Quare dixit, q. illi non ſunt tuti, qui honores aſſequuntur per fraudem. et uim, quia periculoſum eſt per uim patriam regere uelle. Et hoc eſt, quod dicit. Regere ui parētes. } hoc quod dicit de parentibus, ideo dicit, ut oſtendat tam turpe eſſe per uim patriam regere uelle, quàm etiam eſſet turpe, ſi quis per uim parentes, patriamq; ſuam regere uellet. Oſtendit ergo Salluſtius, turpe eſſe, & periculoſum patriam & parentes regere uelle per uim. Nā ui quidem regere patriam & parentes. } Ordo eſt. Nā regere ui parētes, aut patriam, tn̄ eſt īportunū. q̄q̄ poſſis id, et quanq̄ delicta corrigas, præſertim cum omnes mutationes rerum portendant cædem, fugam, & alia hoſtilia, quanq̄ id poſſis, ſcilicet facere, ac ſi diceret. etiam ſi poſſis per uim patriam regere, et eius delicta corrigere, tamen non debes, quia & turpe eſt, & periculoſum. Importunum. } id eſt incommodum & periculoſum Importunum, quaſi ſine portu. Mare autem, quod caret portu ualde incommodum eſt, & periculoſum. Omnes rerum mutationes. } quia ſi mutetur ſtatus rerum, ut qui tui erant inimici. in rep. obtineant poſtea principatum imminent tibi hæc mala. Cædes. } exilium, & alia huiuſmodi mala. Fugam. } id eſt exilium. Aliaque hoſtilia. } alia mala, quæ hoſtes facere ſolent, ut eſt direptio bonorum. Portendant. } id eſt denuncient. Fruſtra autem niti. } Vide qd̄ dicat. Velle regere patriam per uim, etiam ſi poſſis, tn̄ eſt turpe, & periculoſum. Velle autem regere per uim, et non poſſe, hæc eſt ſumma ſtultitia. Et hoc eſt, quod dicit. Fruſtra autē niti. } Ordo autem eſt. Sed extremæ dementiæ fruſtra niti, neque quærere aliud, niſi odium fatigando ſe. Et hoc dico, niſi forte quem inhoneſta, & pernicioſa libido tenet, gratificari ſuum decus, atq; libertatem ſuam potentiæ paucorum. Fruſtra autem niti. } id eſt contendere. ut per uim regas patriam, & nihil proficere, niſi acquirere odium, eſt ſumma ſtultitia: niſi forte aliquis ſit, qui cupiat gratum reddere magiſtratum ſuum, & honorem ac libertatem potentiæ paucorum. Odium quærere. } id eſt acquirere. Extremæ dementiæ } id eſt ſummæ ſtultitiæ. Niſi forte quem libido pernicioſe tenet. } dico quòd eſt extremæ dementiæ aliquem niti fruſtra, niſi illum, quem inhoneſta, id eſt turpis & pernicioſa libido. id eſt pernicioſa cupiditas gratificari. i. pernicioſa libido, & cupiditas gratificandi tenet. Potentiæ paucorum. } ueluti potentiæ. Cæſaris & Pompeij, qui rēpub pro arbitrio ſuo uerſabant. Salluſtius enim floruit temporibus Cæſaris & Pompeij. Multi ergo ambitioſi erāt, quia omnia pericula ſubire non dubitabant, ut ſe gratos redderent Pompeio, uel Cæſari, quoniam decus & libertatem ſuam in his poſitam eſſe uolebant. Decus. } honorem. Gratificari. } gratiam facere. Quid eſt gratificari libertatem ſuam, & decus potentiæ paucorum, niſi libertatem ſuam, & decus potentiæ paucorum, gratis concedere, & libertatem, ac decus ſuum pro potentia paucorū periculis exponere, ut eis gratos faciant. Cæterum. } Ordo eſt. Cæterum memoria rerum geſtarum in primis eſt magno uſui, ex alijs negotijs, quæ exercentur ingenio. Supra monſtrauit, quare ſibi non placet adminiſtratio reipub. Nunc dicit, quemadmodum ex omnibus alijs artibus, & ſtudijs, quæ ingenio & animo exercentur, maxime utile ſibi uiſum ſit hiſtoriam conſcribere. Ex alijs negotijs. } id eſt ex alijs ſtudijs, & artibus. Multæ enim ſunt artes animi, quibus gloria comparatur, ſicuti ſupra diximus, dare operā philoſophiæ, in adminiſtratione reip. uerſari, cauſas tractare forēſes, hiſtoriam conſcribere, & multa alia, excepta ergo adminiſtratione reip. quæ mihi hoc tempore non placet, ex omnibus alijs artibus, maxime utilis ipſa eſt hiſtoria. & proptera me ad hanc ſcribēdam contuli. In primis. } præcipue, maxime. Magno uſui }. i. magnæ utilitati, dicimus enim, hæc res magnæ utilitati eſt mihi. Memoria rerum geſtarum. } id eſt hiſtoria. Inter annales, & hiſtorias hoc intereſt, quia annales dicūtur eorum temporum, quæ ætas noſtra non nouit, hiſtoria eſt eorum annorum, uel temporum, quæ uel uidimus, uel uidere potuimus dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν. id eſt à uidendo, tamen iſta licenter confundit autoritas, ut Virgilius. Et uacet annales noſtrorum audire laborum. annales poſuit pro hiſtoria. Cuius de uirtute. } Nolo inquit laudare hiſtoriam, quia multi ſcriptores eam laudauerunt, & etiam ne uidear per ſuperbiam laudare ſtudium meum. Et hoc eſt quod dicit. Ordo eſt. Puto

eſſe prætereundum, quia multi dixerūt de uirtute, cuius, id eſt illius hiſtoriæ. ſimul, id eſt, & ne quis exiſtimet, me extollere laudando memet, & ſtudium meum per inſolentiam. Prætereūdum. } id eſt tranſeundum ſcilicet eſſe, ne dicam aliquid de laude hiſtoriæ, uidelicet quàm utilis ſit. Simul } id eſt & per inſolentiam, arrogantiā, & ſuperbiam. Nam arrogans uidetur, qui facta ſua laudat. Atq; ego. } Ordo is eſt. Atq; ego credo fore. ſcilicet aliquos, qui imponant nomen inertiæ tanto, & tā utili labori meo. quia decreui agere ætatem procul à rep. Credo, inquit, fore nonnullos, qui uocabūt & appellabunt me inertem, & ignauum, quia ſubtraxi me ab adminiſtratione reip. & me ad hiſtoriam ſcribendam contuli. Agere ætatem procul à republica. } id eſt uiuere procul ab adminiſtratione, & cura reipublicæ. Labori meo. } ſcilicet ſcribendi hiſtoriam. Certe. } quibus. Scis qui erunt illi, qui me inertem uocabūt, ambitioſi, qui blandis ſalutationibus ſplendidisq; conuiuijs auram popularem ſibi conciliare conantur, ut qui per uirtutem ad honores aſpirare non poſſunt, ad eos populo corrupto, per ambitionem accedunt. Certe. } Ordo eſt. Certe, ſubaudi illi imponent nomen inertiæ, quibus uidetur maxima induſtria ſalutare plebem, & quærere gratiam conuiuijs. Salutare, uulgo dicitur uiſitare. Plebem. } plebeios homines, ut eos fautores habeant in petitione magiſtratuum. Tres ordines erāt Romæ. ordo ſenatorius, ordo equeſtris, ordo plebeius. Senatus prouincias regebat, ordo equeſtris uectigalia Reip. adminiſtrabat plebs bella gerebat. Ex his tribus ordinibus populus Romanus conſtabat. Et conuiuijs. } per conuiuia. Solebant enim, qui ad honores inhiabant, & paulo potentiores erant, ingentia conuiuia populo exhibere, ut hac liberalitate ſibi fauorem populi conciliarent. quod ſuper omnes effuſo ſumptu feciſſe Cæſarem legimus. Gratiam quærere } gratiam, & fauorem acquirere. Qui ſe reputauerint. } Ordo eſt. Profecto illi exiſtimabunt me mutauiſſe iudicium animi magis merito quàm ignauia, & maius commodum uenturum Reip. ex otio meo, quàm negotio aliorum, ſi qui. id eſt illi reputauerint, & quibus tēporibus ego ſum adeptus magiſtratum et quales uiri nequiuerint aſſequi idem, ſcilicet, quod ego adeptus ſum uidelicet magiſtratū, & poſtea quæ genera hominum peruenerint in Senatum Illi inquit intelligent, me non propter ignauiam, ſed iuſtis de cauſis ſubtraxiſſe ab adminiſtratione reip & me ad hiſtoriam ſcribendam contuliſſe, ſi conſiderare uoluerint, quibus ego temporibus ſum adeptus magiſtratum, & quales uiri non potuerint aſſequi illum magiſtratum, & ſi conſiderabunt, quæ genera hominum peruenerint in ſenatum: nā hoc tempore uenerunt in ſenatum homines ſordidi, & ignobiles, qui, maieſtatem Senatus ignobilitate ſua polluunt. Et propterea ego pati non potui, uerſari in adminiſtratione reipublicæ. cum uiderem Senatum electum non ex nobilibus, et ſapientibus, ac præſtātibus uiris, ſed ex omni fece hominum commixtum atq; pollutum, & ideo mutaui conſilium, & iudicium animi mei, ut nollem diutius uerſari in adminiſtratione reip. ſed potius hiſtoriam conſcribere, præſertim cum ego iam perfunctus eſſem honoribus in rep. & cū magiſtratum eſſem aſſecutus, quem ſummi, & præſtantes uiri aſſequi non potuerunt. Et hoc eſt, quod dicit. Qui ſi reputauerint. } id eſt conſiderauerint. Quibus ego temporibus. } uidelicet cum adhuc iuuenis eſſem, magiſtratum adeptus ſum, hoc ideo dicit, quia poſſet dicere aliquis, ô Salluſti, tu ideo non uis in adminiſtratione reipublicæ uerſari, quia non ſperas, te poſſe aliquem magiſtratum conſequi. Reſpondet, hæc non eſt cauſa, quia cum eſſem iuuenis, tū magiſtratum ſum conſecutus, quem ſummi, & excellentes uiri aſſequi non potuerunt, nunc in hac ætate iam matura multo magis me poſſe aſſequi magiſtratus ſperare licet. Quales uiri. } uidelicet, præſtantes & excellentes. Ipſum. } ſcilicet, quod ego ſum aſſecutus, uidelicet talem magiſtratum. Cicero in inuectiua contra Salluſtium obijcit ei, q. quæſtor, & prætor prouinciam Africam expilauerit: ergo Salluſtius hunc magiſtratum eſt aſſecutus, quia prætor prouinciam Africam rexit. quem magiſtratum Salluſtius ſit aſſecutus non legimus, ſed intelligere poſſumus aliquem ex minoribus magiſtratibus, ut quæſturam, ædilitatem, fortaſſe etiam præturā, ſed in hoc nihil temere affirmamus. Quæ genera hominū. } uidelicet homines ſordidi, & ignobiles. qui non erant digni, ut in Senatum admitterentur. Magis merito. } id eſt iuſta de cauſa.

Ignauia. } id eſt propter ignauiam, quia laborem ſubterfugerem adminiſtrandæ reipublicæ, & iudicium animi mei mutauiſſem, ut exiſtimarem melius eſſe hiſtoriam conſcribere, quàm adminiſtrare rempub. Maius commodum } i. maiorem utilitatem. Ex otio meo. } Duplex eſt otium, honeſtum otium, & turpe otium. Otiū honeſtum dicitur eorum, qui ſubtrahunt ſe à rebus gerendis, & in aliquo honeſto ſtudio plurimum occupantur, ſicuti multi philoſophi temporibus ſuis feciſſe leguntur, qui nequaquam ſe ad rempub. conferebant, ſed ſe totos ad contemplandam rerum naturam tradebant, ſicut Plato feciſſe legitur, qui Rempublicam nō attigit, ſed totum tempus in philoſophia conſumpſit. Otium turpe dicitur eorum, qui laborem prorſus fugiunt, & ſe ignauiæ dedunt, nec ingenium, nec corpus exercentes. Ex otio meo. } ſcilicet ſcribendi hiſtoriam. Quàm ex aliorum negotio. } qui remp adminiſtrāt. Ociū proprie eſt illorum, qui ingenium in aliquo ſtudio contemplationis exercent, ut philoſophi, hiſtorici, et poetæ faciunt Negotium ē illorum, qui in rebus gerendis occupantur, ut ſunt illi, qui in adminiſtratione reipub uerſantur, in foro cauſas agunt, qui bella gerunt, & cætera huiuſmodi faciunt. Ex negotio } i. ex occupatione, & labore adminiſtrandæ reip. Reipublicæ } i in repub. Nam ſæpe ego audiui. } Reddit rationem, quare utilius ſit, hiſtoriam ſcribere, quàm adminiſtrare Rempublicam & hoc eſt quod dicit. Hiſtoria eſt imago quædam, & figura, atque pictura earum rerum geſtarum, quam uiri gloriæ cupidi intuentes accenduntur, & deſiderio quodam uehementi inflammātur, ut ea facta imitentur, quæ in ipſa imagine hiſtoriæ depicta intuentur. Sic enim inqt. } Audiui Quintum Maximum, & Publium Scipionem Africanum, & alios claros uiros ſolitos dicere, audite, atq; uehementer ſibi accendi animū, cum imagines maiorum ſuorum intuerentur, quia ipſa imagine geſta præclara maiorum in eorū animo cernerent, quæ imitari atq; inſequi cupiebant. Quòd ſi imago, uel pictura tantam habet uim ac uirtutē, ut animos intuentium uehementer accendat. quia in ipſa imagine quodammodo cernant facta illius, cuius effigiem intuentur, quanto magis hoc facit hiſtoria, quæ multo clarius, multòque expreſſius, quàm ſtatua, uel pictura, non ſolum egregie geſta, & facta, ſed etiam dicta, & conſilia, & animos clarorum, atq; excellentium uirorum ante oculos ponat. Nam ſæpe ego audiui. } Vere dico, quòd maius commodum uenturum eſt in rempublicam ex otio meo ſcribendi hiſtoriam quàm ex aliorum negotio, quia animi hominum accenduntur per hiſtoriam. Nam cum legunt in hiſtoria excellentium uirorum facta, accenduntur, & inflammātur animi eorum, ut imitentur facta, quæ legunt. Sic enim audiui Quintum Maximum, & Publium Scipionem ſolere dicere q. eorum animi magnopere accenderentur, cum excellentium uirorum imagines intuerentur, quia tunc in memoriam ueniebant facta uirorum

illorum

illorum, quorum imagines intuebantur. & ſic animi eorum accendebantur, ut facta illorum imitarentur. q. ſi per imaginem, uel picturam tantopere accenduntur animi, quanto magis accenderentur per hiſtoriam, quæ eſt imago multo expresſior, atq; politior. Nã imago, uel pictura tantummodo exprimit corporis effigiem, ſed hiſtoria exprimit effigiem animi, conſilij, mentis, & habitus, ut Cicero pro Archia poeta. An cum ſtatuas, & imagines non animorum ſimulachra, ſed corporum ſtudio ſe multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum reliquere, & uirtutum noſtrarum effigiem nonne: multo malle debemus ſummis ĩgenijs expreſſam, atq; pollitam. Nã ſæpe. } Ordo eſt. Nam ego ſæpe audiui Quintũ Maximum, & Publium Scipionẽ, & præterea præclaros uiros noſtræ ciuitatis ſolitos dicere ita, uidelicet, animum uehementisſime accẽdi ſibi ad uirtutem, cum intuerentur imagines maiorum. Et etiam dicere ſcilicet, ideſt certe, non illam figuram habere tantam uim in ſeſe, ſed eam flammam creſcere in pectore uiris egregijs, memoria rerum geſtarum, neq; illam flammam, ſcilicet prius ſedari, quàm uirtus eorum adæquauerit famam, atq; gloriam eorum. Audiui ſcilicet à maioribus natu. Quid eſt hoc, quod audiui, hoc quod ſequitur. Q. Maximum & cæ. } Hic eſt, qui Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua uicit, cuius nõ dimicare uincere fuit. De hoc Ennius. Vnus qui nobis cunctãdo reſtituit rem. P. Scipionem. } Hic eſt, qui Annibalem prælio fudit, atq; fugauit, & Carthaginem tributariam popu. Roma. fecit. Præterea. } id eſt præter hos. Imagines. } uel ſtatuas, uel picturas. Ceram. } id eſt ſtatuam ceream. Neq; figuram. } id eſt picturam. Tantam uim in ſe habere, } quia animi nõ accendebantur propter ſtatuam illam, uel pictum, ſed propter memoriam rerum geſtarum ab eo, cuius imaginem intuebantur. Memoria. } propter memoria. Eam flãmam. } id eſt eam cupiditatem, illud deſiderium. Sedari. } id eſt cõprimi, & extingui. Ceſſare. } quieſcere. Sedari. } ſcilicet illam flammam. i. illam cupiditatem non prius conquieſcere, & ceſſare quàm uirtus adæquaret famam, & gloriam. id eſt priuſquam uirtus pertingeret, & perueniret ad æqualem gloriam. At quis ita quod maiores noſtri uirtute conabantur maiorum ſuorum gloriã adæquare. Sed econtrario homines huius noſtræ ætatis faciunt. Nam non famam, neque gloriam, aut probitatem, uel induſtriam maiorum ſuorum: ſed ſumptus, & diuitias adæquare contendunt.

At qui. } id eſt ſed certe. Contra. } id eſt contrarium. Ordo eſt At quis cõtra, id eſt econtrario: qui omnium eſt exiſtens his moribus, qui non contendat cum ſuis maioribus diuitijs, & ſumptibus, non autem ſcilicet probitate, neq; induſtria. Hoc dicit. Homines noſtri temporis contendunt cum ſuis maioribus, cum diuitijs, & ſumptibus, non cum probitate, & induſtria, quia conantur ſuperare maiores ſuos in diuitijs, & ſumptibus, non autem in uirtutibus.

Quis eſt omniũ. } quaſi dicat nemo eſt, qui non faciat hoc. His moribus. } id eſt talibus moribus, quales ſcilicet ſunt mores noſtri temporis. Diuitijs, & ſumptibus, per hæc duo uitia notat contraria, auaritiam & prodigalitatem. Auaritiam in accumulandis diuitijs, prodigalitatem in expendendis. Sumptibus } .i. expenſis.

Probitate. } id eſt bonitate. Contendat } .i. certet. Etiam homines } Carpit mores ſui tẽporis: & ſupra luxuriam, & auaritiam notauit. nunc carpit ambitionem dicens. Antea noui homines erant qui nullis maiorum ſuorum imaginibus adiuti, propria uirtute honores aſſequebantur, nunc autem per latrocinia, ambitionem eos aſſequũtur, quaſi claritudo in magiſtratibus ſit, ac non potius tales ſint magiſtratus, qualis eſt eorum uirtus: qui eos adminiſtrant. Et hoc eſt quod dicit. Homines noui. } Homines noui dicũtur, qui nulla maiorum ſuorum nobilitate, aut gloria, ſed propria uirtute ad honores accedunt, ſicuti fuit Marius, & Cicero: qui cum maiores ſui nulla gloria, aut fama rerum geſtarũ claruiſſent, facti ſunt conſules, alter ſepties, alter ſemel. Hi nobilitatem non acceperunt: ſed uirtutem ſibi pepererunt. Ergo noui homines dicuntur ignobiles genere, qui uirtute ſibi nobilitates, & gloriã acquirunt. Etiã homines noui } Ordo eſt. Etiam homines eleuantur ad imperia: & ad honores furtim, & per latrocinia potius, quàm bonis artibus, qui ſoliti erant anteuenire nobilitatem per uirtutem. Anteuenire nobilitatem, cum eſſent ignobiles: uirtute nobiles ſuperabant in petendis honoribus. Nũc aũt nõ uirtutẽ, ſed p ambitionẽ ad honores accedũt. Anteuenire. } uincere, ſupare. Furtim, & p latrocinia } .i. p ambitionẽ, quia pplm largitiõe, pecunijſq; corrũpũt. Potiuſq̃ bonis artibus } .i. bonis moribus et uirtutibus. Ad imperia. } uidelicet ad cõſulatũ & preturã. Na hi duo magiſtratus pprie dñr ĩperia, quia his faſces conceduntur. Conſul duodecim faſces habet. i. duodecim lictores, prætor ſex. Lictores autem dicuntur à ligando. hi conſulem, uel prætorem præcedunt, faſces uirgarum ſecuribus alligatos portantes, quæ ſunt inſignia magiſtratus. Virgis autem reos pro qualitate criminis cedebant: ſecuri autem percutiebant, & occidebant. Nituntur. } id eſt craſſantur, & tendunt, Perinde } id eſt ſimiliter. Quaſi. } id eſt ſicut. Perinde quaſi, } ordo pendet à ſuperiori, dico q. noui homines per ambitionem nituntur ad honores, perinde quaſi conſulatus, & prætura, atq; alia huiuſmodi ſint clara: & magnifica per ſe, ac non habeantur: perinde ut eſt uirtus eorum, qui ſuſtinent ea, id eſt hi noui homines tendunt ad honores per ambitionem, quia credunt ſe per honores nobilitatem, & gloriam acquirere: ſed decipiuntur. Nam honores & magiſtratus per ſe non habent nobilitatem, aut claritudinem, ſed clari et magnifici uidentur, ſi illi uirtute præditi ſunt, q eos magiſtratus adminiſtrant. Et hoc eſt, quod dicit. Atq; alia huiuſmodi. } id eſt cæteri magiſtratus, ut tribunatus, cenſura, ædilitas, quæſtura.

Ac nõ perinde habeantur. } id eſt & non reputentur talia, qualis eſt uirtus eorum, qui ea adminiſtrant. Suſtinent, } adminiſtrant. Et bene dixit, ſuſtinent, quia honores ſemper, ſunt cum onere. Verũ: } paulo inquit longius procesſi, dum mores ciuitatis reprehendo, quia mihi diſplicent. Nam tota ciuitas auaritia, luxuria, & ambitione corrupta eſt. Hec enim tria uitia. & hic & in Catilinario carpſit. Liberius } quia licẽter carpſi mores ciuitatis. Altius. } id eſt longius. Procesſi. } progreſſus ſum. Nũc ad inceptum redeo. } id eſt nunc reuertor ad id, qđ inceperam, uidelicet. ut ſcribã res geſtas populo Romano. ante enim bellũ Catilinæ ſcripſerat. ſed digreſſus erat ab incepto interponens hoc exordium.

FALSO, } acentum habet in fine. i. non merito. MARLia.

Imbecilla. } fragilis. Vnde Pli. Quid eſt homo imbecilisſimum corpus obnoxium ſexcentis malis. & Sen. Quid eſt homo qđlibet uas quaſſum & tactu fragile. Breuis: } Sen. de breuitate uitæ inquit, Maior pars mortalium naturæ malignitate conqueritur quòd exiguũ æui gignimur, quòd hæc tã ueLociter, tam rapide dati nobis temporis ſpatia decurrant. Non exiguum enim temporis habemus, ſed multum perdidimus. ſatis longa uita eſt, ſi tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur, ultima demũ neceſſitate cogẽte, quam ire nõ intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt non accepimus breuẽ uitã, ſed fecimus, ſicut amplæ & regiæ opes ubi ad malũ dominũ per-

tenerunt, momento diſſipantur. At quãuis modice ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, uſu creſcunt, ita ætas noſtra bene diſponenti multum patet, ergo falſo conqueritur genus hominum de uitæ breuitate.

Forte. } quod falſum eſt. quãuis Theophraſtus, authore Cicerone, dicat, uitam regit fortuna non ſapientia. Et Iuue. Si fortuna uolet &c. Maiores fortunam ſtantem in pila pingebant, in altera manuum copiam habebat, & diuitiarum affluentiam oſtendebat, In altera gubernaculum tenebat quo demonſtrabat omnia ſe regere. Reputando. } conſiderando. Contra. } quòd ætas regatur forte. Quam uim. } quia ſatis habent uirium mortales, ſi induſtriam exercerent. Aut tempus. } quia ait Sen. Quàm bene uiuas refert non quàm diu. Animus Dux. } Imperator, & dominus corporis. Graſſatur }. i. pleno gradu it. eſt etiam graſſari impetum in aliquam facere. Ad gloriam. } ſcilicet ſolidam, quia eſt etiam gloria adumbrata, ut in ueſtibus & in diuitijs Aug. in ciuitate dei ait, Gloria eſt conſentiens laus bonorum, quam bonus quidem repudiare non debet. Abunde } plus ſatis. Fortuna eget: } qa animus omnia bona in ſe habet. fortuna uero, authore Cicerone in Lælio, cæca eſt, Quippe. } quia. Neq; eripere. } ſcilicet ꝓbitatem. Inde Sen. ad Albinam ait, Nihil eripit niſi quod dedit fortuna, uirtutem non dat neque eam detrahit. Prauis. } Prauus dicitur ille qui ſibi ipſi nocet, ut in Catili. Sed ingenio prauo maloq;. Peſſundatus }. i. conculcatus. Libidine pern. } Peſtifera uoluptate.

Culpam. } quòd amiſerint uirtutem. Negotia } . i. occupationes.

Tanta cura. } Sen. multi corpora pauci ingenia curant, corpora in ſagina, animi ĩ macie, celebres ſunt culinæ, ĩ ſcholis philoſophorum ſolitudo. Caſus. } eſt, ut ait Boetius in quinto, euentus inopinatus. Ariſt. Quotiens aliquis aliquid conatur, et aliter eueniat caſus dicitur. Eo. } ad eam magnitudinem. Dilabuntur. } quia ut in Catili. dixit diuitiarum & formæ gloria fluxa eſt. Agit }. i. omnia gubernat. Habetur. } quia non eſt ſub imperio uoluptatis. Gaudijs. } illecebris. Virtuti. } honeſto & laudato uiro.

Per fraudem }. i. illi qui aſſecuti ſunt magiſtratus largitione.

Portendant. } à longe denuncient. Odium. } quia non emẽdabis urbem corruptam ſed odium capies. Inhoneſta. } illaudata. Decus }. i. magiſtratum. Libertatem. } quia uendit ſe ipſum. Nam quamuis habeat magiſtratum, tamen nutu paucorum omnia agit.

De uirtute cuius. } ſcilicet hiſtoriæ. Memoria rerum ge. } hiſtoriæ. Annales libri ſunt continentes res pluriũ annorũ geſtas. obſeruato cuiuſq; anni ordine, unde & nomen accepere, nudi ſunt & ſimplices, uelutiq; commẽtarij qui breuiter rem complectentes materiam præbent uolentibus hiſt. ſcribere. hiſtoria eſt rerũ geſtarũ narratio, dicta ab ἱστορέω, quod eſt narro, Cicero in 2. de Oratore. Erat hiſtoria annalium confectio. Res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex maximus, efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet cognoſcendi populo, hiq; annales maximi nominantur. Virgi. itaq; omnium rerum peritiſſimus inducit Aeneam tanquã Pontificem dicere, Et uacet annales. Cum ergo Aeneas ut Pontifex inducatur, merito ãnales appellat hiſtoriam. Labori. } otio meo in ſcribendo geſta aliorũ.

Salutare plebem. } allicere ad ſe plebem ſalutando quenquam nomine proprio. Induſtria. } cura. Gratiam. } auram popularem.

Quæ genera hominum } quaſi dicat uilia unde Sen. proſpera, in plebem & in uilia ingenia plerũq; deueniunt. Merito. } legitima de cauſa. Negotijs. } gubernatione reip. Q. Fabium. } ſcilicet maximum de quo Plut. & Ennius, Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem, Non ponebat enim rumores ante ſalutem. Pub. Scipionem. } qui eo die quo Carthaginẽ uidit, eo die ipſam expugnauit, & po. Roma. tributariam fecit, de quo Plutar. Appianus in lib. lybico & Val. Max. pluribus in locis. Eam flãmam }. i. eam uirtutis cupidinẽ. Contra. } nunc agunt mortales. Per latrocinia. } per fraudes & corruptiones. Virtus. } id eſt præſtantia. Liberius. } id eſt nimis aperte.

IOANNIS RIVII ATTHENDORIENSIS IN C. Criſpi Salluſtij de Bello Iugurthino hiſtoriam, Caſtigationum Liber Secundus.

SORTE potius, quàm uirtute regatur. } Manuſcripta, quæcunq; ipſe uiderim, Forte potius. pro, fortuito euentu. nam Fors pro fortuna ſæpe ponitur. Cicero ad Atticũ, Sed hæc fors uiderit, quæ talibus ĩ rebus plus quàm ratio poteſt. Idem, Quemcunq; fors tulerit caſum. Sed & impreſſa quædam ſic habent. Neq; tamen priorem lectionem repudio, quæ & ipſa bene habet. Mox, Nam contra reputando, neque maius aliud, neq; præſtabilius inuenies. } Manuſcripta, inuenias. pro inuenire aliquis poſſit, συντακτικῶς, ac per ἑτέρωσιν modi. quomodo & ex impreſſis quædam. Eſt autem multo elegantius, quàm quod Gymnicus habet. Qui ubi ad gloriam uirtutis uia graſſatur. } Eſt in manuſcripto quodam, ui graſſatur. quomodo & Calepinus quiſpiam citat. Verum priorem lectionem probandam magis eſſe duco. Graſſatur. pro toto impetu fertur, & quaſi pleno gradu contendit. Paulo poſt. Neq; fortunæ eget. quippe quæ probitatẽ, induſtriã, aliasq; bonas artes, neq; dare neq; eripere poteſt. } Eſt in alijs ꝑperam, ut opinor, neq; fortuna eget. nam & idem alibi, Maiores noſtri P. C. neq; conſilij, neq; audaciæ unquam eguere. Cicero tamen ablatiuum ferè huic uerbo addit, ſicuti et Salluſtius interdum. Quanquam ad Atticum Cicero, egeo cõſilij, inquit. M. Cato apud Gellium, Vitio uertunt, inquit, quia multa egeo. Accuſatiuum huic uerbo τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit. Ne quid diſſimulem tamen, eſt in manuſcriptis uno excepto, fortuna, caſu ablatiuo, & haud ſcio, an apiculus ille quo fit diphthongus perperam ſit ibidem omiſſus. Illud quamuis leue, non tamen prætereundum eſſe duxi, arteis hic habere uetuſtos codices, nõ artes. idq; Salluſtianũ magis. Sic poſtea, quaſcunq; urbeis & agros manu ceperat. pro, urbes, quod in peruulgatis exemplaribus eſt. Habet et Aſcenſianus codex, cæterasq; artis bonas. ubi hodie ferè, aliasq; bonas artes. In manuſcriptis τὸ Bonas adiectiuum, poſt ſubſtantiuum ponitur. Mox. Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam & uoluptates corporis peſſundatus eſt. } In Fabriciano atq; alijs quibuſdam, diuiſim, legitur peſſum datus. quomodo Tacitus 1. Poſtquam hic ſocordia ſenuerit, ille per libidines peſſum datus ſit. Mox. Vbi per ſocordiam uires, tempus, ingenium diffluxere. } Sic in manuſcriptis. ubi hodie ferè, defluxere. Id recte, an ſecus, aliorum eſto iudicium. Neq; regerentur magis, quàm regerent caſus. } Ita manuſcripta uolumina, contra quàm hodie legitur. ut ſubaudias, Caſibus, idq; magis breuitati Salluſtianæ cõuenit. Quale propemodum eſt illud apud Plinium libro ſeptimo de Cicerone, Omnium triumphorum lauream adepte maiorem, nam ſubauditur Laurea. Quod quidam non attendentes, neque rationem breuiloquentiæ Plinianæ habentes, triumphorum pro omni triũpho poſitum per enallagen exiſtimarunt. In Merſeburgenſi eſt, Neque regerẽtur magis, quàm ipſi regerent

gerent caſus. Cum præſertim tam multæ uariæq; artes ſint animi.} Eſt in manuſcriptis & impreſſis uetuſtioribus, tam multæ uariæq; ſint artes animi. Id mollius eſt, alioqui ſibilum efficit iniamœnum & inſuauem τὸ S in priore uoce extremum, in inſequente primum. Quoniam neq; uirtuti honos datur, neq; illi quibus per fraudem ius fuit, utiq; tuti aut eo magis honeſti ſunt.} In manuſcriptis duobus eſt, quibus per fraudem is fuit, pro, quibus honos per fraudem contigit. Exemplar Aſcenſianum & Beroaldinum, quibus per fraudem conceſſum ius fuit. Niſi quis pro imperio poteſtateq; publica ius accipere uelit. τὸ Vtiq;, non habent codices in pergamenis deſcripti. Tametſi non me fugit, apud Ciceronem aliquoties hanc particulam reperiri, cum primis ad Atticum. Sed & Merſeburgenſe exemplar eam habet, & impreſſa cũcta quotquot ipſe uiderim. Certe quibus maxima induſtria uidetur, ſalutare plebẽ, & cõuiuijs gloriã quærere.} In manuſcriptis ẽ, cõuiuijs gratiã quærere, pro colligere gratiã, & captare atq; aucupari fauorẽ et beneuolẽtiã multitudinis, apparãdis conuiuijs. Sed nec Gloriã repudio, etenim apte ſanè quadrat. Quòd ſi gratiã legere malis, id qđ mihi magis arridet, ad liberalitatem & benignitatem opulentorũ. ſui gloriam ad magnificentiam & ſplendorem ſpectabis. Nam et qui conuiuia libenter exhibẽt aut epulum uulgo dant, gratiam; qui laute & ſumptuoſo apparatu gloriam conſequi ſolent. Intelliges autem hunc locum de publicis conuiuijs, quibus multitudinis ſtudiũ & amorem ſibi homines ambitioſi conciliabant. Qua de re Cicero in oratione pro L. Murena. Paulo inferius, At contra, quis omnium eſt his moribus qui non de uitijs, & ſumptibus, non probitate, neq; induſtria cum maioribus ſuis contendat?} In manuſcriptis eſt, quin diuitijs & ſumptibus pro, qui non. Et ſic idẽ idem Cicero hac particula utitur. Iam nõ uitijs, ſed diuitijs et ſumptibus eſſe legendum, præter antiquorum fidem, etiam Aſcenſianus codex indicat. Coniunxit autem hæc Salluſtius alibi quoq;, nimirũ ad Cæſarem de rep. ordinanda, Iuuentus, inquit, probitati & induſtriæ, non ſumptibus neque diuitijs ſtudeat. Paulo poſt. Perinde

quaſi

quaſi prætura & conſulatus.} Legendum, proinde quaſi, ut in manuſcriptis eſt. quomodo ferè ſemper apud Salluſtium. Nũc ad inceptum opus redeo.} In manuſcriptis nõ eſt, Opus. Sed & poſtea Salluſtius, Quamobrem ad inceptum redeo, inquit.

IN C. CRISPI SALLVSTII Iugurthinum bellum, HENRICI GLAREANI Annotationes.

DECVS atq; libertatem ſuam gratificari.} Illud gratificari, uarie exponunt Commentarij Soldus cõiungit, libido gratificari, et expont, Libido gratificandi. Badius addit in expoſitione ſua uerbum Velint, quod nulli contextus habent. Sed ſubiungit, Si ordo hic eſt, Libido gratificari, ponitur more Græcorũ pro gratificandi. Sin, libido tenet gratificari, Tenet ponitur quaſi pro cogit. Hæc ille. Ego puto ordinem eſſe: Niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet gratificari, id eſt, gratis donare decus atq; libertatem ſuam potentiæ paucorũ, quaſi diceret, quos iuuat fieri mancipia. Neq; prius ſedari quàm uirtus eorum famã atq; gloriam adæquauerint.} Et hoc loco illud, Eorum, non omnes legunt. Sanè ambiguum eſt, quò referendum, Virtúsne eorum, an famam atq; gloriam eorum coniungendũ, poteſt enim ad utrũque referri. Badius etiam ita dubitauit, ut bis legeret Eorum, quippe qui exponat, Neq; flammam illam ſedari prius quàm uirtus eorum, ſcilicet uirorum præclarorum adæquauerit famam atq; gloriam eorũ ſcilicet, maiorum ſuorum Quod non ſequemur. Lector iudicet, & inueniet nos non temere dubitaſſe. Etiam homines noui, &c. furtim & per latrocinia.} Quidam Ciceronem notari putant. Sed quo de eo, quantumuis inimicus diceret, per latrocinia, qui in Catilina ſua eum laude non priuauit? Soldus per latrocinia exponit, per ambitionem, Badius uero, occulta largitione. Ego quid certo dicam plane hæſito: fieri autem poteſt, ut de alijs quibuſdam loquatur, ſceleratis inquam, quorũ ea tẽpeſtate magna erat uatio.

SOLDVS. BELLVM.} Exordio præmiſſo, rem ipſam aggreditur. Dicit ſe ſcripturum eẽ bellum, quod populus Romanus geſſit cum Iugurtha Rege Numidarum. Numidia eſt pars Africæ: in qua regnauit Maſiniſſa rex, ſocius, & amicus po. Ro. Hic Maſiniſſa tres habuit filios, Micipſam, Manaſtabalem, et Guluſſã. Sed mortuo Manaſtabale, & Guluſſa, Micipſa ſolus regnũ obtinuit, qui Adherbalẽ & Hiempſalẽ filios ex ſeſe genuit. Iugurtham autem filiũ fratris ſui Manastabalis educauit ut filium, quẽ Maſiniſſa auus priuatum reliquerat, quia ex concubina natus erat. Sed Iugurtha uirtute & uiribus multũ ualebat, ingenio maxime excellens, maior natu Adherbale, & Hiempſale. Micipſa igitur timens, ne post mortem ſuam Iugurtha, paruis liberis Adherbale, & Hiempſale exiſtentibus, regnũ ſibi uſurparet, ſtatuit eũ

obiectare

obiectare periculis, & eo modo tentare, ſi quo modo Iugurtha perire poſſet. Cum igitur populus Romanus Numantiam ciuitatem Hiſpaniæ, duce Scipione, obſideret: Micipſa auxilia peditũ, & equitum ad id bellum populo Romano miſit, quibus Iugurtham præfecit, ſperans illum in eo bello poſſe interire. Sed longe aliter euenit. Nam uirtus Iugurthæ in eo bello plurimum enituit, ac multa præclara facinora geſſit, ob quæ Scipio Iugurtham in cõcione laudatum, ac donis militaribus inſigne donatũ, finito bello capta & deleta Numantia ad Micipſam remiſit cum literis, in quibus uirtutem Iugurthæ miris laudibus extollebat. Quo factum eſt, ut Micipſa, mutato conſilio, ac animo, quem antea interire cupiebat, hunc maxime incolumem eſſe uellet. Micipſa igitur Iugurtham ſibi in filium adoptat, & paulo poſt mortẽs fortunas ſuas omnes, ac regnũ ipſum ei cum liberis communẽ reliquit. Mortuo Micipſa cum

BELLVM ſcripturus ſum quod Populus Rom. cum Iugurtha rege Numidarum geſſit: primum, quia magnum & atrox, uariaq; uictoria fuit; deinde, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiam itũ eſt: quæ contentio, diuina & humana cũcta permiſcuit: eoq; uecordiæ pceſſit, ut ſtudijs ciuilibus bellum atq; uaſtitas Italiæ finem faceret. Sed priuſquam huiuſcemodi rei initium expediam; pauca ſupra repetam, quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis, magiſq; in aperto ſint. Bello Punico ſecundo, quo Dux Carthagi

nenſium Annibal, poſt magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxime attriuerat: Maſiniſſa Rex Numidarum, in amicitiam receptus à P. Scipione, cui cognomen poſtea Africano ex uirtute fuit; multa & præclara rei militaris facinora fecerat. Ob quę, uictis Carthaginenſibus, & capto Syphace, cuius in Africa magnum, atq; late imperium ualuit; Populus Romanus quaſcunq; urbes & agros manu ceperat, Regi dono dedit. Igitur amicitia Maſiniſſæ bona atq; honeſta nobis permanſit; ſed imperij uitæq; eius finis, idē fuit. Deinde Micipſa filius eius regnum ſolus obtinuit, Manaſtabale & Guluſſa fratribus morbo abſūptis. Is Adherbalem & Hiempſalem ex ſeſe genuit: Iugurtamq; Manaſtabalis fratris filium, quem Maſiniſſa, quia ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat; eodem cultu quo liberos ſuos domi habuit. Qui ubi primum adoleuit, pollens uiribus, decora facie, ſed multo maxime ingenio ualidus, non ſe luxui neq; inertiæ corrumpendum dedit; ſed (uti mos gentis illius eſt) equitare, iaculari, curſu cum æqualibus certare. & cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus eſſe. Ad hoc, pleraque tempora in uenando agere; leonem atque alias feras primus aut in primis ferire; plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui.

tres reguli, Adherbal, Hiempſal, & Iugurtha regnum inter ſe diuidere conſtituiſſent, loco, & tempore ad id faciendum cōſtituto, Iugurtha Hiempſalem natu minorem per īſidias interfecit. Quo extincto, cum ad occupandum uniuerſum regnū iecisſet animum, contra Adherbalem exercitum parat, & prælio facto, illum uictum fudit, fugauitq;. Adherbal uictus, ac regno ſpoliatus Romam uenit, expoſitaq; nefanda crudelitate Iugurthæ in ſe, fratremq; ſuum Hiempſalem extinctum a Senatu petit auxilium contra illum. Senatus decretum fit, ut mittantur decem legati, qui regnum inter Adherbalem & Iugurthā diuiderent. Diuiſo itaq; regno: cum legati Romani ex Africa diſceſſiſſent, rurſus Iugurtha animum intendit, ad occupandū regnū Adherbalis. Igitur exercitu comparato regnū eius inuadit, Adherbal neceſsitate coactus, & ipſe copias parat, Iugurthæ obuiam proficiſcitur, mox prælio commiſſo, Iugurtha Adherbalis exercitum fudit, atque ipſum Adherbalem cum paucis equitibus in Cyrtham oppidum fugere compellit. Iugurtha oppidū obſidet. Interea Adherbal per literas Senatum monet, quo in ſtatu fortunæ ſuæ ſint poſitæ, regno ſpoliatum à Iugurtha eſſe, fame, ac ferro ad extrema eſſe deductum, nec amplius obſidionem poſſe ſuſtinere, Iugurtham decreta ſenatus paruifacere, petere, ut ſibi auxilium mittat. His literis in Senatu recitatis, fuerūt, qui cenſerēt ſtatim Adherbali ſubueniendum eſſe, & exercitum in Africam contra Iugurtham eſſe mittendum. Sed reſiſtentibus amicis Iugurthæ, quos ſibi pecunijs parauerat, ne quid tale fieret, legati ad Iugurtham mittuntur. qui uerbis Senatus eum ab incepto deſiſtere cogerent. Iugurtha legatis uerba dedit, quo ad uſq; diſcederēt. quo facto, illi qui cū Adherbale intra oppidum obſidebantur, perſuadent ei, ut oppidum Iugurthæ tradat, tantum ab eo uitam petat. Deditione igitur facta, Iugurtha ſtatim contra fidem datam Adherbalem excruciatum interfecit. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, grauiter à Senatu ſunt habita. Igitur. L. Calphurnius Beſtia conſul cum exercitu cōtra Iugurtham mittitur, à quo conſul pecunia corruptus, turpiter cum eo fœdus fecit. quam rem Senatus, populusq; Romanus grauiter tulit. Poſt Calphurnium, Albinus conſul mittitur contra Iugurtham, à quo diu ludificationibus tractus, cum ei res ſpem deditionis faceret, tandem, re infecta, quia tempus comitiorū inſtabat, Romam rediit, Aulo fratre ſuo proprætore relicto, qui exercitui & prouinciæ præeſſet. Hic ſeu belli conficiendi cupidus, ſeu, ut à rege pecuniam, acciperet, menſe Ianuario, aſpera hyeme, exercitum ex tabernaculis in expeditionem uocat. Iugurtha cognita imperitia eius, uelut pauidus ad eum ſupplices legatos mittit, Ipſe exercitum per loca ſaltuoſa, uelut fugiēs ducit. Aulus hūc magis inſequitur. Vbi Iugurtha uidet ſe traxiſſe Romanos in locum ſibi commodum ad pugnandum, prælium committit, in quo Romanos fudit, ac fugauit. Poſtero die cum Aulus, & Iugurtha in colloquiū ueniſſent, fœdus inter eos ita factum eſt, ut omnes Romani incolumes ſub iugum mitterētur, & poſt, ut decem diebus extra Numidiam decederent. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, dolor ac timor omnes inuaſit. Poſt Auli fœdus, & Romani exercitus fugam, Metello conſuli prouincia Numidia per ſortem uenit. Hic optimi imperatoris artibus uſus, cum exercitum, uitio ſuperiorū ducū licentia ſolutū accepiſſet, ad normā ueteris diſciplinæ reduxit, atq; ita Iugurtham eggreſſus aliqđ grauibus prælijs, opes eius attriuit. Poſtremo. C. Marius poſt Metellum conſul creatus, cum ei Numidia prouincia decreta eſſet, Iugurtham bello perſequens, tandem illum ad extrema cōpulit, & per proditionem ſibi traditum in triumphum duxit. Hoc eſt totus operis argumentum. Primum, quia magnum } i. aſperum, & difficile. Variaq; uictoria, } quia aliquando Romani uicere, aliquando ſunt uicti, ut ſupra monſtrauimus. Ergo uaria uictoria, quia aliquando uicerunt Romani, aliquando Iugurtha. Superbiæ nobilitatis obuiatum eſt. } Sæpe certamina erant, & ſeditiones inter patres. i. inter ſenatum, & plebem, quia ſenatus magna ex parte cuncta pro arbitrio ſuo gerebat. in hoc ergo bello plebs maxime nobilitati, & patribus reſtitit, ſicuti infra uidebitur. Nā magna pars nobilitatis Iugurthæ fauebat. quia ab eo pecuniam acceperat, qđ plebs moleſte ferebat. Sed quomodo plebs reſtiterit nobilitati, uidebitur infra. Nam C. Marium nouum hominem & ignobilem contra factionē nobilitatis cos. creauit. Et hinc primum factiones in urbe Ro. pullulare cœperūt, quia ciuitas quodāmō in duas partes diuiſa ē, una factio, et una pars erat nobiliū, altera pars plebis. Nec hæ partes prius deſtiterunt, quàm tota ciuitas, atque uniuerſa Italia uaſtata eſt, & cæde, ac ſanguine ciuium repleta eſt. Contentio, } certamen. ſ. partium. Diuina, & humana cuncta pmiſcuit. } Hoc ideo dicit, quia ex his partibus bellum ciuile inter Marium, et Syllam ortum eſt, dum plebs Marium, nobilitas Syllam ſibi ducē aſſumit, quo bello omnia iura diuina, & humana uiolata ſunt, nec enim leges humanæ, aut diuinæ in bello ualuerunt, ſed prout libido uictoris erat fiebant. Permiſcuit. } perturbauit. Eoq; uecordiæ proceſsit }. i. ad eam inſaniam peruenit. Studijs ciuilibus }. i. partibus & factionibus. Bellū atq; uaſtitas Italiæ finem faceret, } non

prius

prius inquit partium, & factionum certamẽ ceſſauit, quàm bello, & uaſtitate finiretur Italiæ. Nã tota Italia bello ciuili Marij, & Syllæ implicata eſt. Quæ contentio. } *Ordo eſt. Et quæ contentio permiſcuit diuina & humana, & proceſſit, ſcilicet ea cõtentio eo uecordiæ, ut bellum, atque uaſtitas Italiæ faceret finem ſtudijs ciuilibus. i. factionibus, & partibus ciuium, quia non prius ceſſauerunt partes, & factiones ciuitatis, quã finirentur bello & uaſtitate, ac clade totius Italiæ.* Sed priusquam. } *Ordo. Sed ego repetã pauca, priuſquam expediam initiũ huiuſcemodi rei. quo. i. ut omnia ſint magis illuſtria ad cognoſcendum, & ſint magis in aperto.*

Sed prius. } *Ante, inquit, quàm incipiam narrare bellum Iugurthæ: pauca, quæ antea geſta ſunt, exponam, ut omnia clarius intelligãtur, et facilius.* Priuſquam expediam initiũ huiuſcemodi rei. } *.i. priuſquã exponam, & explicem initium belli Iughurtini.* Pauca repetam. } *pauca ante geſta narrabo, & exponam, nam repetere, hoc loco non ſignificat rem antedictam replicare, ſed rem ante geſtam narrare, quia bellum punicum ſecũdum geſtum eſt ante bellum Iugurthinum.* Illuſtria. } *clariora.* Bello punico ſecundo. } *Ter Romani cum Carthaginenſibus bella geſſerunt. Primum Punicum bellum confecit Q. Luctatius conſul. Secundum Scipio Africanus maior, uicto Annibale, & Carthagine tributaria facta Po. Ro. Tertium Scipio Africanus minor, deleta prorſus, & extincta Carthagine.* Bello punico ſecundo. } *Ordo eſt. Maſiniſſa rex Numidarum eſt receptus in amicitiam à Publio Scipione, cui poſtea fuit cognomen Africanus ex uirtute, dico quòd eſt receptus in amicitiam, Bello punico ſecundo, quo Annibal dux Carthaginenſium maxime attriuerat opes Italiæ, poſt magnitudinem nominis Ro. & fecerat. ſ. Maſiniſſa multa præclara facinora rei militaris, ob quæ populus Romanus dedit dono regi quaſcunque urbes & agros ceperat manu.* Victis Carthaginenſibus, & Capto Siphace, imperium eius magnum, atque latum ualuit in Africa. Bello punico ſecundo. } *Primo punico bello finito. Q. Luctatio, & M. Manlio conſulibus, pax Carthaginenſibus annis xl. data eſt. xxiij. annis poſt inceptum eſt ſecundum bellum punicum & xxvij. anno finitum. Hoc aũt ordine geſtum eſt. Annibal Amilcaris filius poſt mortem patris dux Carthaginẽſium creatus, quinto menſe poſtquam à Carthagine diſceſſerat in Italiam peruenit cum lxxx. millibus peditum. x. millibus equitum. Conſules P. Cornelius, & T. Sempronius inter ſe prouincias partiti ſunt. Cornelio Hiſpania, Sempronio, Sicilia cum Africa ſorte euenit. Copias ita inter ſe diuiſerunt Sempronio datæ ſunt legiões duæ, quæ octo millia militum continebant. Nam ſingulæ legiones quaterna millia militum habebant. Poſt. ccc. equites, & hic numerus ex Romanis. Sociorum autem populi Romani data ſunt ſexdecim millia peditum, equites mille octingenti, naues longæ. clx. celoces. xij. Cum his terreſtribus, maritimisq. copijs in Siciliam profectus eſt Sempronius, ubi feliciter contra Carthaginenſes dimicauit. yij. nauibus captis, cæteris in fugam uerſis. Cornelio minores copiæ datæ ſunt. Legiones duæ cum ſuo uſito equitatu, & quatuordecim millibus peditũ, equitibus mille ducentis ex ſocijs. Cornelius igitur cum his copijs obuiam proficiſcitur Annibali in Italiam tranſeunti, in tranſitum Rhodani primum prælium commiſſum eſt, haud grande, ſed atrox in quo ſuperiores Romani fuerunt. cc. ex hoſtibus ceciderunt in eo prælio: ex Romanis. clx. Secundum, apud Ticinum flumen, haud longe à Placentia prælium ab Annibale, & Scipione commiſſum eſt, cum omnibus copijs, in quo Annibal ſuperior fuit, grauiter conſule uulnerato, quem è periculo liberauit uirtus pubeſcentis filij, cui poſtea cognomen Africani fuit. Et cum P. Cornelius Scipio uiribus, & numero copiarum Annibali par non eſſet, iuſſu Senatus, Sẽpronius, relicta Sicilia, ſe Scipioni coniunxit, & apud Trebiam caſtra locauit, ubi cum conſilio, uel potius temeritate Sempronij, renitente Scipione, cum prælium cum Annibale eſſet commiſſum, ingenti clade fuſi, fugatiq; ſunt Romani. Deinde cum alpes Annibal tranſiſſet, apud lacum Traſumenum, Flaminio Conſule duce, exercitum Romanum prælio fudit, in quo prælio cæſa ſunt Romanorum. xv. millia, decem milia ſparſa fuga per omnem Hetruriam diuerſis itineribus Romam petiere. Trãslato deinde in Apuliam bello, apud Cãnas, conſulibus Aemilio Paulo, ac Terẽtio Varrone, Annibal, prælio commiſſo, temeritate Terentij, inuito collega ac renitente, exercitum Romanum fuſum ad internitionem occidit. In hoc prælio Romanorum, xl. peditũ milia cæſa ſunt, equites duo millia ducenti, & tanta propè ciuium ſociorum pars cæſa traditur. In his Paulus Aemilius cõſul cecidit. Hac clade res Romana afflicta eſt, ut de ſumma rerum propè deſperatum ſit. Cum Mango frater Annibalis, nuncius huius uictoriæ, Carthaginẽ miſſus, de rebus à fratre geſtis in Italia, apud ſenatum loqueretur, dixit occidiſſe illũ ſupra ducenta milia. ſupra quinquaginta milia hoſtium cepiſſe, ad fidem deinde tantæ felicitatis effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ annulos aureos: qui, ut quidam tradunt, tres modij cum dimidio fuerunt, uerior tamen fama eſt modium non exceſſiſſe. Hac uictoria multæ ciuitates ad eum defecerunt, inter quas Capua ciuitas opulentiſſima. Vario deinde euentu cũ Marcello apud Nolam pugnauit, ſed tandem Marcellus cum ſpeculatum exiſſet, inſidijs interceptus occiditur. Dum in Italia hæc ab Annibale geruntur, P. Cornelius Scipio in Africam mittitur, ibi Siphacem regem Maſſeſſulorum, qui cum Carthaginenſibus fœdus habebat, ad amicitiam Romanorum traxit. Maſſeſſuli gens affinis Mauris eſt in regionem Hiſpaniæ maxime, quia ſita noua Carthago eſt. quo facto in Hiſpaniam trãſijt, ubi ſeditio militaris orta comprimitur. Deinde compoſitis rebus Hiſpaniæ, cum rediret Maſiniſſa, qui cũ Carthaginenſibus erat, ad Scipionẽ uenit, eũq; alloquitur. gratias agit ei de fratris filio remiſſo, ex eo tempore affirmat, eam ſe quæſiſſe occaſionem, quam oblatam deorum beneficio omiſerit. Cupere ſe illi populoq; Romano operam nauare, ita ut nemo unus magis enixe adiuuerit rem Romanam. Lætus eum Scipio uidit, audiuitque, cum caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam ſciret, fide data, acceptaque, firmataque amicitia. Maſiniſſa digreditur, permiſſuq; Scipionis populatur agros uicinos, ne ſine cauſa ex Gadis, ubi erat, in continentem tranſiſſe uideretur, ſicq; Gadis redit. Deinde cum Romam Scipio rediſſet, & in Senatu extra urbẽ res à ſe in Hiſpania geſtas narraſſet, quot oppida ex hoſtibus, ui cepiſſet, acie dimicaſſet. ſenatu miſſo, urbem ingreſſus eſt, ſtatimq; ſummo omnium conſenſu ante annos conſul creatus eſt P. Licinio Craſſo pontifice maximo: ſtatimq; ingenti claſſe, atque exercitu Siciliã traiecit, præmiſſo in Africam Lælio, ad quẽ prædas ex agro inermi agentem Maſiniſſa cum paucis equitibus, uenit, queritur, quòd in Sicilia Scipio cunctetur. Cum igitur hæc per Lælium Scipioni nunciata eſſent, & in alterum annum ei prorogatum eſſet imperium: cum exercitu in Africam traiecit, ac primo Vticam ciuitatem obſidere parat. Carthaginenſes Haſdrubalem ex Hiſpania acerſunt, ut patriæ propè circumſeſſæ opem ferat, Siphacem qui iã Haſdrubalis filiã ĩ uxorẽ acceperat, orat, ut Carthagini, ut uniuerſæ Africæ ſubueniat. Haſdrubal cũ triginta milia peditum, tria milia equitũ confeciſſet: Siphaci ſe coniũxit, qui exercitũ quinquagin*

ta milia peditum cum multo equitatu comparauerat. quorum aduẽtu Scipio ab obſidiõe Vticæ diſceſſit. Sextodecimo anno belli punici, Seruilio Cepione, & Seruilio Heminio conſulibus, Scipioni prorogatum eſt imperium, donec in Africa bellatum foret. Scipio igitur caſtra Siphacis & Haſdrubalis, inſtructo exercitu, nocturno tempore aggreſſus incendit. Cæſa ſunt, aut flãmis conſumpta quadraginta milia hominum, capta ſupra quinque milia, undecim ſenatores nobiles Carthaginenſium, centũ octogintaquatuor ſigna militaria capta. Carthaginenſes tanta clade accepta, cum quid agendum eſſet, conſiderent, decernunt exercitum reparãdum, Siphacẽq; orandum, ne bello obſiſteret. igitur, nouo exercitu comparato, qui fuit ad triginta milia armatorum, Scipionem ab Vticæ oppugnatione depellunt, commiſſoque in campos magnos, ſic uocant, prælio, Pœni, Numidæque funduntur à Romanis. Ibi Siphax, grauiter equo uulnerato, dum obequitat, ſi aciem nutantem inſiſteret, effuſus in terram uiuus opprimitur. Qua clade Carthaginenſes coacti ſunt Annibalem ex Italia reuocare. Cum igitur Annibal in Africam traiecit, & contra Scipionem caſtra locaſſet, duces in colloquium uenerunt, ſi forte de pace fienda inuicem conuenirent. Cum de pace nihil agerent, uterque exercitum ad prælium inſtruit. Dato utrinque ad pugnam ſigno concurrunt, ſumma ui utrinque pugnatum eſt, tandem Pœni funduntur. Carthaginenſium, ſociorũque, ea die cæſa ſunt ſupra uiginti milia, totidem ferme capta, cum centum triginta duobus ſignis militaribus. Elephanti undecim capti, quos ad. lxxx. Annibal in acie locauerat. Nõ tñ Romanis incruẽta uictoria fuit. Nã. x. milia ex Romanis ceciderũt poſt hæc: Verminã Siphacis filiũ, Carthaginẽſibus auxiliũ ferentẽ miſſa exercitus partes, Scipio fudit, cæſa eo prælio quindecim milia hominum. Deinde uictis Carthaginenſibus pax data eſt his conditionibus, ut liberi legibus ſuis uiuerent, populandi eo die finem Romani facerent, perfugas, fugitiuosque, & captiuos, ut Carthaginenſes redderent. Romanis bellum ne in Africam, ne ue extra Africam, iniuſſu populi Rom. facerent, naues roſtratas traderent, Maſiniſſæ res redderent, & fœdus cum eo facerent, decem milia talenta argenti deſcripta, æquatis penſionibus, in annos quinquaginta ſoluerent, centum obſides arbitratu Scipionis darent. Atq; ita finis ſecundo punico bello à Scipione impoſitus eſt. His ita geſtis Romam reuerſus clariſſimum omnium egit triumphum. Bello ſecundo punico.} Pœni dicuntur Carthaginenſes, quaſi Phœni. Nam de Tyro Phœnicis regionis parte uenere, qui Carthaginem condiderunt, inde Punicus Carthaginẽſis, Dido nãq; de Tyro, quæ eſt pars Phœnicis regionis uenit, quæ Carthaginẽ condidit. *Poſt magnitudinem nominis romani.}* Nam iam tunc nomen Romanorum magnum erat per totum orbem terrarum propter magnitudinem imperij. *Italiæ opes maxime attriuerat.}* quia multas & clariſſimas uictorias in Italia ex ducibus, atque imperatoribus Romanis aſſecutus fuerat. 17. annis, quibus in Italia fuit: ſicuti ſupra monſtrauimus. *In amicitiam receptus eſt à. P. Scipione,* eo modo, quo ſupra diximus. *Multa militaris rei, & præclara facinora fecerat:* quia una cum Scipione bis Haſdrubalem, & Siphacem prælio, atq; acie uicit, & poſtremo ipſum Annibalem, uictis Carthaginenſibus, ſcilicet Haſdrubale, & Siphace bis prælio uictis ac ad poſtremum, ipſo Annibale acie ſuperato à Scipione, qui poſtea ob eam uictoriam dictus eſt Africanus. *Capto Siphace,}* eo prælio, quo ipſe, & Haſdrubal uicti ſunt in campos magnos apud Vticam Africæ ciuitatem, ut ſupra monſtrauimus. *Regi dono dedit,}* ſcilicet Maſiniſſe, ut refert Titus Liuius, Scipionem, parta uictoria de Hasdrubale duce Carthaginenſium, Siphacẽ regẽ ſceptro, & corona, atq; alijs inſignibus Maſiniſſam donaſſe, ac præſente exercitu regem appellaſſe, poſtea Senatus decreto, quicquid urbium, & agri bello acquiſiuerant in Africa Romani ipſi Maſiniſſæ dono datum eſt. *Bona}* ſcilicet ipſius utilis. *Atque honeſta.}* hoc eſt honorifica, & honeſtate digna. *Imperij, uitæq; eius idem finis fuit.}* quia finitum eſt imperium, quãdo uita Maſiniſſe finita eſt. *Deinde.}* uidelicet poſt mortem Maſiniſſe. *Is.}* ſcilicet Micipſa. *Quòd ortus ex concubina.}* Maſiniſſa auus Iugurthæ, ipſum Iugurtham priuatum reliquit, quia non erat natus legitime, ſed ex concubina. Nam qui ſunt illegitime nati, non ſuccedunt in hæreditatem, ſicuti etiam hoc tempore fit. *Priuatum.}* uidelicet ſine regno, non dedit ei partem aliquam regni. *Eodem cultu.}* uidelicet quantum ad uictum & ueſtitum. tractauit Iugurtham, ſicuti filios proprios, quantum ad uictum & ueſtitũ. *Eodẽ cultu.}* uictu & ueſtitu. *Habuit}* .i. tractauit. *Qui:)* ſcilicet Iugurtha. *Adoleuit.}* id eſt creuit. *Pollens.}* id eſt potẽs. *Decora facie.}* id eſt pulchra. facies dicitur tota, ſpecies, quæ apparet. & cernitur, ſecundum Donatum in Terentium. *Validus.}* id eſt potens. *Luxu.}* id eſt luxuriæ, & delicijs. *Inertiæ.}* id eſt ignauiæ corporis. *Vti mos eſt gentis illius.)* ſicuti eſt conſuetudo Numidarum, quia Numidæ, ubi ad adoleſcentiam ueniunt, exercent aa iuuẽtutem corpus equi, natando, iaculando, currẽdo, uenando. nã p hæc exercitia uires corporis roborãtur. *Equitare.}* p equitabat. Conſuetudo hiſtoricorum eſt, ut infinitum ponant frequenter pro præterito imperfecto indicatiui. *Iaculari.}* pro iaculabatur. *Cũ æqualibus.}* id eſt ſocijs, & coæuis, id eſt, qui eiuſdem ætatis ſunt.

Certare.} pro certabat. *Cum omnes anteiret.}* id eſt ſuperaret.

Gloria.} id eſt fama, & laude. *Tamen omnibus charus eſſe poterat.}* hoc ideo dicit, quia fermè ſemper uirtuti comes eſt inuidia, ſed in Iugurtha aliter erat Nam quãuis uirtute ſuperaret, tamen nemo ei inuidebat, ſed omnibus charus erat, & ab omnibus amabatur. *Ad hæc}* .i. præterea, & eſt uſitatus loquẽdi modus apud Criſpum hic & in Catilinario multes patet, & alibi notatũ fuit.

Pleraque tempora} .i. multa tempora, hoc eſt multum temporis.

Agere.} pro agebat. i. conſumebat. *Ferire.}* pro feriebat. & hic uirtutem, & exercitationem Iugurthæ oſtendit, qui non dedit ſe luxuriæ, & ignauiæ, ſed uirtuti, & exercitationi corporis. *Facere}* pro faciebat. *Loqui.}* pro loquebatur. Non oſtẽtabat uirtutem ſuam, uerbis: neque egregia facta ſua, quæ in expugnatione Numantiæ, & alibi geſſerat, uerbis extollebat: ſed cum multa faceret, nihil de ipſo dicebat.

BEllum ſcrip. *Superbiæ.}* arrogantiæ. *Diuina.}* quia deorum templa, tẽpore Syllæ ſpoliata fuere. *In aperto.}* in manifeſto. *Poſt magnitudinem.}* poſtq̃ Romani rerum potiebãtur. MARLia

Attriuerat.} conculcauerat, perdiderat. *Capto Siph.}* De Maſiniſſa plura Appianus in libyco bello, qui de Siphace ſic ait, Siphax conſpecto Maſiniſſa ira concitus in eum fertur, cui læte Maſiniſſa obuiat. Dum igitur ſingulari certamine inter ſe dimicant, Siphacis milites terga uertentes ad alteram fluminis ripam traiecere, hic dum quiſpiam Siphacis equum propuliſſet, Regem inſidentem humi deiecit, eoque modo captus eſt Siphax, et cum eo alter ex filijs, Siphacem ductum Romam, alij dignum ſupplicio, q. ſocijs et amicis bellum intuliſſet; alij amicum populi Ro. in Hiberiam fuiſſe aiebant hoc inter rumores Siphax Numidæ rex mœrore confectus interijt. *Imperium magnum.}* quantum ad opes. *Valuit.}* potens fuit. *Manu}* .i. armis. *Regi dono d.}* factus ſecundis

cundis fœderibus inter Ro.& Carth. duce Scipione, quia poſtea maior Africanus eſt appellatus, Maſiniſſæ Romani ſocietatis & fidei monumenta huiuſcemodi contulere, Coronam auri, enſēq; ex auro pariter cælatum, curum ex ebore, et purpuream ſtolā, q; Romanam, equum præterea phaleris ornatum aureis & arma quibus in bello uterentur. hæc Appianus in bello lybyco, nullā tamen mentionem facit q̃ Ro. dederint urbes & agros. Amicitia.) uſq; ad extremum uitæ diem cum populo Ro. in amicitiam permanſit. unde idem Appianus, Romani legatos ad Maſiniſſam miſere, qui illum hortarentur ad bellum, uerum ille ſenio ac ualetudine confectus iacebat, qua ex re à legatis haud adiri potuit, habebat plures filios, ſed nothos, tres tātum legitimos ad opera male concordes. Qua ex re Scipionem ueteris cum illo atque auo beneuolentiæ memor quaſi regni ac filiorum conſultorem futurum acceſſerat. ad quem Scipio cum proficiſceretur Maſiniſſa paulo ante aduentum eius, iam morti proximus filijs mandauit, ut Scipioni obſequerentur, ipſum inter eos compoſiturum omnia. quibus dictis ceſſit è uita. uir ad omnia fortunatus, adeo ſe extulit, ut à Marſuriys qui ab oceano ſunt uſque ad Cyreneos, uſque in Mediterraneis propagauerit imperium. Manſuefecit plurimas Numidarum nationes à natura corpore eximio ac robuſto uſque ad extremum fuit ſenectutis, prælijs ad ultimum uitæ diem operam attendit, equū ſine ephippijs ſolitum aſcendere. Honeſta.} quia populus erat honoratus ex tanti uiri ſocietate & ipſe ex ſuis uirtutibus à populo. Vitæq;.} quia quemadmodum imperium ipſius tranquillum fuit, ſenio confectus, ita imperium & tranquillam uitam terminauit. Solus obti. regnum} .ſ. Numidiæ, nam mortuo patre placuit Scipioni, ut Micipſa maior natu ſuccederet, cui ſtudiū pacis in primis fuit curæ, et Cyrthan urbem, & quæcūq; regia in ea eſſet habere conceſſit. Geloſſo militaribus artibus edocto qui ſecundus ab illo fuit, belli paciſq; poteſtas pariter tribuit, Manaſtabale, qui minor natu fuerat, & iuſtitiæ fauebat plurimum, quæ dubia inter populos forent dijudicare dedit. In hunc modum Scipio Maſiniſſæ regnum ac ſubſtantiam diuiſit. Priuatum.} ſine parte regni. Habuit.} nutriuit. Luxu} i. crapulæ. Iaculari uenādo.} uenationi intentus erat. quam, ut Dion oſtendit, principi utilem eſſe, optimi principes uenationes exercent rem honeſtā laudabilemq;, unde corpus robuſtior, animus ferocior efficitur, nam in ea omnia quæ pertinent ad rem militarem exercentur, ſudant, laborāt, famē ſitimq; patiuntur. Cum æqualibus.} quia pares cum paribus etc. Alias feras,} pantheras, urſos.

RIVIVS. Deinde quia tum primū ſuperbiæ nobilitatis obuiā itū eſt.} In quibuſdā eſt, dehinc, uelut manuſcriptis, qua particula Cicero quoq; utitur. In Veneto, quod eſt à Pincio excuſum, Obuiatū legitur, pro obuiam itum. ſed perperam uidelicet. quamuis eodem modo & Merſeburgenſe habeat, & Florentinum. Sed priuſquam huiuſcemodi rei initium expediam.} Manuſcripta quædam, expedio. quomodo Cicero quoq; interdum. Velut de Or. Sed priuſquam illa conor attingere, proponam breuiter &c. & in Philipp. Cui priuſquam de cæteris rebus reſpōdeo, de amicitia pauca dicam &c. Paulo poſt. Quo dux Carthaginenſium Annibal.} In manuſcriptis eſt Carthaginenſium. quomodo & aliàs ferè in ijſdem. Vult autem & Priſcianus Carthaginenſem dici, libro 4. Sed & Ennianus ille uerſiculus, quem Cicero alicubi citat, cum Priſciano facit, Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginēſis. Niſi quis hoc metri ratione excuſatum uelit. Sic infra Salluſtius, uictus Carthaginienſibus. & bello Carthaginienſi. Item, Syphacem & Carthaginienſes. Eodem modo in Catil. eum ſæpe Carthaginienſes in pace &c.

Quaſcunque urbes & agros manu ceperat.} Legendum, urbeis quomō in impreſſis quoque uetuſtioribus. Manu ceperat. pro, pugnādo ceperat. ut alibi idem loquitur. T. Liuius 3. ab V. C. Quem agrum miles pro parte uirili manu cepiſſet, cum ſenex quoq; uoce qua una poſſet uindicaret. Paulo poſt, Deinde Micipſa filius eius regnum ſolus obtinuit.} τὸ Eius, non eſt, in uetuſtis, nec in manuſcriptis ipſis, & ex gloſſa irrepſiſſe uidetur. In eiſdē, dein legitur. In Merſeburgenſi. dehinc. Quem Maſiniſſa, quia ortus ex concubina erat.} In manuſcriptis alijſq; uetuſtioribus, quòd ortus, tametſi eodem ſenſu. Paulo poſt, Non ſe luxui atque inertiæ corrūpēdū dedit.} Volumē Fabricianū, non ſe luxu neq; inertiæ. pro luxui. quomō ueteres loqui conſueſſe annotauit libro 4 Gellius cap. 16. Hinc Terentius, Veſtitu nimio indulges. pro ueſtitui. & Virgilius, teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. pro aſpectui. &, Quòd nec concubitu indulgent. &, Parce metu Cytherea. Sed & Cæſarem in Anticatone dominatu, pro dominatui dixiſſe oſtendit. & alibi ornatu, pro ornatui. Tacitus 3. per cultum & munditias, copiaq; & affluētia luxu proplor, pro luxui. & 14. Cruciatu aut præmio cuncta peruia eſſe, pro cruciatui. Mox, Et cum oēs gloria anteiret.} Legendum, omneis. quomodo & Donatus in Andriam citat, ut eſt in uetuſtis exēplaribus. Leonem atque alias feras primus aut in primis ferire.} Sic in Fabriciano eſt. non primas. Mox, Plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui.} In Veneto & alijs quibuſdam, de ſe ipſe, legitur.

GLAREA. Iugurthamq; Manaſtabalis fratris filium, quem Maſiniſſa.} Illud, Quem, non Iugurtham, ſed Manaſtabalem referre quidā putant, ideoq; quam uetuſtiores habēt codices, alteram lectionem non putant rejciēdam, quæ ita habet, Iugurthamq; filium Manaſtabalis fratris, quem Maſiniſſa, quòd ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat. Vt intelligamus, Manaſtabalem Micipſæ fratrem ex concubina ortum, non Iugurtham. Neq; obſtare quod poſtea dicit author, Hiempſalem etiam antea Iugurtham deſpexiſſe, quia materno genere impar erat. Id enim intelligi de genere quod à matre traxerat parens Iugurthæ, & in ipſum deinde Iugurtham etiā deriuatum. Nam qua, inquiunt, alioqui ratione Maſiniſſa Iugurtham in imperium poſuiſſet, nepotem cum filijs? Commentatores uero de Iugurtha intelligunt. Ipſe Lector iudicet. nam ego me hic non prorſus explico.

SOLDVS Quibus rebus Micipſa.) Ordo eſt. Micipſa tamen permotus uehementer eo negotio, uoluebat multa cum ſuo animo poſtquam intelligit hominem adoleſcentē magis ac magis creſcere, exacta ſua ætate, & paruis liberis, ſcilicet exiſtentibus

Quibus rebus Micipſa, tametſi initio lætus fuerat exiſtimans Iugurthæ uirtutem regno ſuo gloriæ fore; tamen poſtquam hominem adoleſcentem, exacta ſua ætate, & paruis liberis, magis magiſq; creſcere intelligit, uehementer eo negotio permotus, multa animo ſuo uoluebat. Terrebat eum natura mortalium auida

ſtentibus, tametſi ipſe Micipſa fuerat lætus in initio, quibus .i. illis rebus, exiſtimans uirtutē Iugurthæ fore gloriæ ſuo regno. A' principio Micipſa gaudebat, q; Iugurthæ uirtus indies creſcebat, credens, & exiſtimans, Iugurtham futurū

imperij, & præceps ad explendam animi cupidinem: præterea opportunitas ſuæ liberorumq; ætatis, quæ etiam mediocres uiros ſpe prędę tranſuerſos agit: ad hoc ſtudia Numidarum in Iugurtham accenſa; ex quibus, ſi talē uirum dolis interfeciſſet, ne qua ſeditio aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circũuētus, ubi uidet, neq; per uim neq; inſidijs opprimi poſſe hominem, tam acceptum popularibus; quòd erat Iugurtha manu promptus, & appetens gloriæ militaris, ſtatuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numãtino Micipſa cum Populo Romano equitum atq; peditum auxilia mitteret: ſperans uel oſtentando uirtutem, uel hoſtium ſæuitia facile eũ occaſurum, præfecit Numidis, quos in Hiſpaniam mittebat. Sed ea res lõge aliter, ac ratus erat, euenit. Nã Iugurtha, ut erat impigro atq; acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hoſtium cognouit; multo labore, multaq; cura, præterea modeſtiſſime parendo, & ſæpe obuiam eundo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerat ut noſtris uehementer charus, Numantinis maximo terrori eſſet: ac ſane, quod difficilimũ in primis eſt, & prę lio ſtrenuus erat, & bonus conſilio. quorum alterum, ex prouidentia timorē, alterum ex audacia temeritatē plerũq; afferre ſolet. Igitur Imperator omnes ferè res aſperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magiſq; eũ indies amplecti. quippe cuius neq; conſiliũ, neq; inceptum ullum fruſtra erat. huc accedebat munificentia animi & ingenij ſolertia. Quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

gloriæ regno ſuo, ſed poſtea timere cœpit, cum uideret illum nimium creſcere. Timebat enim ne ſi ipſe moreretur, uel etiam adhuc, ipſo uiuente, Iugurtha regnum occuparet, quia filij ſui Adherbal, & Hiempſal adhuc parui erant, & ipſe erat ſenex.

Quibus rebus } uidelicet, quia Iugurtha ita ſe dederat ad exercendas uires corporis. Fore } .i. futurum eſſe. Gloriæ, } id eſt ad gloriam. Exacta } .i. finita, quia iam Micipſa ad extremam ſenectutem uenerat.

Paruis liberis } .i. filijs ſuis Adherbale, & Hiempſale. Eo negotio } i. ea re, uidelicet, quia creſcebat nimium uirtus, & potentia Iugurthæ. Voluebat. } id eſt agitabat, conſiderabat.

Terrebat eum. } Micipſa ideo timebat, quia uidebat naturam hominum eſſe procliuem, & cupidam ad imperium. Nam naturaliter homines magis cupiunt imperare, quàm ſeruire. Et propterea timebat, ne ſi moreretur, Iugurtha capta occaſione filios ſuos interficeret, et regnũ uſurparet, ſicuti etiam fecit.

Terrebat } .i. pauefaciebat. Mortalium } .i. hominũ. Auida } .i. cupida. Et præceps. } id eſt prona, procliuis, & inclinata, quia naturaliter homo nititur explere cupidinem animi ſui. Opportunitas } .i. occaſio. ſ. terrebat. Suæ ætatis } quia ſenex erat. Liberorum } .i. filiorum, quia adhuc parui erãt.

Quæ etiam mediocres uiros ſpe prædæ tranſuerſos agit. Opportunitas, inquit, facit, ut hi, qui à natura boni ſunt, ſpe alicuius commodi data, mali, & peruerſi efficiantur. nam ſæpe hoc euenire ſolet, ut homo, qui à natura bonus eſt, oblata ſibi occaſione ad aliquod facinus perpetrandum ducatur: quod non feciſſet, nec excogitaſſet, niſi occaſio ſibi oblata eſſet. & hoc eſt, quod dicit.

Quæ. } ſcilicet opportunitas. Etiam mediocres, } non ſolum malos, ſed etiam moderatos, & modeſtos. Spe prædæ } .i. ſpe lucri, & commodi. Tranſuerſos agit } .i. peruertit, & peruerſos facit, ut ex bonis malos faciat. Ad hoc } id eſt præterea. Studia } .i. fauor. & beneuolentia, qua Numidæ omnes miro quodam amore Iugurtham diligebant propter uirtutē eius, & ei fauebant. In Iugurtham } .i. erga, & in fauorem Iugurthæ. Ex quibus. } ſcilicet ſtudijs, propter ſtudia Numidarum in Iugurtham Micipſa timebat, ne ſi Iugurtham dolo, uel ui interfeciſſet, ſeditionem populi contra ſe, uel bellum concitaret. Ordo eſt. Ex quibus anxius erat ſcilicet Micipſa, ne qua ſeditio, aut bellũ oriretur, ſi interfeciſſet talem uirum dolis. Talem uirũ } ſcilicet Iugurtham, ac ſi diceret tam gratũ omnibus. Ne qua ſeditio } .i. ne aliqua diſcordia. Et ſeditio proprie dicitur populi diſcordia: neq; enim recte diceretur ſeditio inter duos, & dicitur ſeditio, quaſi ſeorſum itio.

Anxius erat. } id eſt timebat.

His } .i. talibus. Circumuentus } .i. circundatus, & preſſus, ſcilicet Micipſa. Acceptum popularibus } .i. tã gratum populo. Popularis dicitur ſecundũ Donatum, in Teren. qui à populo amatus eſt, & hoc loco hanc ſignificationem nõ habet. Popularis etiam dicitur ciuis, popularis humilis, popularis uilis, & hæ ſignificationes hoc loco conueniunt, ut popularibus dicat hominibus populi. Manu promptus } .i. ſtrenuus, & fortis manus. Obiectare. } id eſt obijcere, & exponere. Periculis } ut quem aperte interficere non audebat, exponendo illum periculis faceret interire. Fortunam tentare } .i. experiri fortunam. ſ. ſi aliquo modo Iugurtha perire poſſet. Numantino } Numantia ciuitas eſt Hiſpaniæ, quã Scipio Africanus minor diu obſeſſam tandem cepit, atque deleuit. Ad hoc bellum } Micipſa auxilia peditum & equitum miſit Populo Ro. quia amicus erat, et ſocius erat populi Ro. His igitur peditibus & equitibus, quos mittebat in Hiſpaniam Micipſa ducem præpoſuit Iugurtham ſperans illum in eo bello poſſe interire, uel dum uirtutem ſuam oſtentare uult, uel propter ſæuitiam hoſtium. Sæuitia } .i. crudelitate. Occaſurum, } id eſt periturum, moriturum.

Præfecit } præpoſuit. Res longe aliter, ac ratus erat, euenit } .i. res multo aliter euenit quàm putabat. Longe } .i. ualde. Ac. } pro quàm. Ratus erat } .i. putauerat. Nam Iugurtha. } Ordo eſt. Nam Iugurtha breui tempore peruenerat in tantam claritatē ut eſſet uehementer noſtris charus, & eſſet maximo terrori Numantinis, multo labore, & multa cura, præterea parendo modeſtiſſime, & ſæpe eundo obuiam periculis, ubi pro poſtq̃ cognouit naturam P. Scipionis, qui tum erat imperator Romanus, et poſtq̃ cognouit morem hoſtium, dico fecit hæc omnia, ut i ſicut erat. ſ. homo pigro, atque acri ingenio. Nam Iugurtha. } Reddit cauſam, quare res aliter euenit quàm putabat Micipſa, quia Micipſa putabat Iugurtham in eo bello periturum, ipſe autē clarior euaſit.

Vt erat. } Ac ſi diceret. facile cognouit naturam P. Scipionis, & conſuetudinem hoſtium, tanquam homo acuti, & acris ingenij.

Impigro. }

Impigro.} dicimus, Cæſar uir acer ingenio, & uir acri ingenio, & uir acris ingenij. Impigro.} ueloci. Acri.} id eſt uehementi. Imperator.} id eſt dux. Morem.} cõſuetudinem. Parendo} obediendo, ſcilicet imperatori. Claritudinem }.i. famam, gloriã.

Noſtris.} id eſt Romanis. At ſane,} id eſt certe. Quod difficillimum in primis.} id eſt quæ res maxime difficilima eſt, ut inueniantur in uno, & eodem homine & conſilium animi, & fortitudo corporis. Strenuus.} fortis. Quorum alterum.} ſcilicet eſſe bono conſilio. Hoc dicit, euenire ſolet, ut hi qui ualent conſilio, plerũque ſint timidi, quia prouident, & intelligunt ea, quæ contingere poſſunt, & hi qui ualent uiribus, temerarij ſint, & ſe imprudenter periculis obijciunt propter audaciam, quam habent ex uiribus. Dicit ergo: eſſe bonum conſilio, ſolet afferre timorem ex prouidẽtia; eſſe ſtrenuum prælio, ſolet afferre temeritatem ex audacia.

Ex prouidentia.} id eſt propter prouidentiam, nam quia prouident etiã aduerſa ſibi poſſe cõtingere, plerunq; timẽt, et propterea dixit rem eſſe difficilimam, ut hæc duo in uno inueniantur: quia contraria ſunt prouidentia, & temeritas, & duo contraria non poſſunt ſtare ſimul in uno ſubiecto: una enim & eadem res non poteſt eſſe alba ſimul, et nigra. Igitur, quia Iugurtha erat ſtrenuus prælio, & bonus conſilio, agere, pro agebat, fermè omnia difficilia, & aſpera Scipio per Iugurtham faciebat. Amplecti.} pro amplectebatur. Quippe.} quia Iugurtha nihil p ſe excogitabat, conſilio aut opere incipiebat ſine cauſa. Erat fruſtra }.i. inutiliter, ſine cauſa. Huc accedebat }.i. ad hoc addebatur, adiungebatur, nam accedere eſt addi, & adiungi, unde acceſſio eſt additio, et incrementum. Munificentia }.i. liberalitas, quia Iugurtha liberalis erat. Solertia.} induſtria. Eſt autẽ induſtria proprie uis quædam ingenij exercitata, cui contraria eſt ignauia.i. torpor ingenij, quando ingenium non exercetur. ſed torpore langueſcit. Quibus rebus.) his inqt rebus multos ex Romanis ſibi fecerat amicos.

MARL. Quibus rebus.} quibus uirtutibus. Creſcere.} ſcilicet in pretio. Permotus.} perturbatus. Aetatis ſuæ.} id eſt ſenilis. Tranſuerſos.) ſcilicet relicta uirtutis & honeſtatis uia. Difficultatibus.} quia ex una parte hominis uirtutem, ex alia ſe ſenẽ conſiderabat, & timebat ne regnum ſuis filijs eriperetur. Tentare fort.} ut in bello interficeretur. Bello Numantino: Cicero in offi ijs. Numantino.} celtiberico quod per uiginti annos durauit. Numantiam eandem eſſe q. Cæſaream Auguſtam aliqui aiunt, ſed authore Strabone diſtat ab illa per mille & trecenta ſtadia.

Oſtendendo.} demonſtrando fortitudinem ſuam in primis feriendo hoſtem. Lõge aliter.} Vnde Sen. ſæpe locum fecit maiori fortunæ, inuidia. Acri.} id eſt perſpicaci ingenio ad omnia obeunda.

Hoſtium } Hiſpanorum qui primo impetu ſunt minaces. Modeſtiſſime.} ſine querela, unde Sen. malus eſt miles qui Imperatorem gemens ſequitur. Periculis } ita prouidebat ne hoſtes aliquod incommodum exercitu uel ſibi poſſent inferre. Strenuus prælio.} ad conſerendas manus. Timorem ex prouidentia.} Nam ille qui prouidus eſt timet conſiderando pericula quæ ſibi euenire poſſunt. quod præcipit Sen. in cap. de exercitatione animi his uerbis, Aeſtimãda ſunt ipſa quæ aggredimur, & uires noſtræ cum rebus quas tractaturi ſumus cõparare, Debet enim ſemper plus eſſe uirium in authore q̃ in pondere, Neceſſe eſt ut opprimant onera, quæ ferente maiora ſunt. Audacia } quia homo audax ſine prouidentia in hoſtes ruit. Habere.} pro habebat, ſcilicet Iugurthã. Magis atque m } quas ait Plin. in panagiricis. Virtutes ſunt amores inflammatrices. Erat fruſtra.} quia quicquid dicebat id eueniebat effectu. Solertiam ingenij } erat ut ait Apuleius & Plin. homo chamæleon, qui conuiuebat cum omnium moribus.

RIVIVS. EXacta ſua ætate, & paruis liberis.} Manuſcriptum, exacta ætate ſua, ut pronomen ſequatur. Vehementer eo negotio permotus, multa animo ſuo uoluebat.} Manuſcripta, cum animo ſuo. addita præpoſitione. quomodo & Aldinum exemplar. pro, multa ſecum ipſe agitabat, reputabat. Paulo poſt. Præterea opportunitas ſuæ, liberorumque ætatis.} Legendum è uetuſtis, ſuæq; & liberorum ætatis. eaq; loquendi ratio, hiſtorica magis eſt. Nec procul inde. Vbi uidet neque per uim neque inſidijs opprimi poſſe.} In Merſeburgenſi erat, neq; per uim, neq; per inſidias. Verum prior lectio melior. nam & poſt eodem modo, aut per uim aut dolis tentare; inquit. Qui tum Romanis imperator erat.} Hæc uera lectio, quamuis & in manuſcripto quodam & in Beroaldino ſit Romanus imperator, caſu nominatiuo. Eſt in Veneto, præerat. ſed haud dubie perperam. Huc accedebat munificentia animi, & ingenij ſolertia.} Illa Et copula, non eſt in plerisque uetuſtis. Mox.

Quibus rebus multos ex Ro. ſibi familiari amicitia coniunxerat.} In quibusdam eſt, Quibus rebus Iugurtha. Id quanquam & ſententia poſtulat, & ambiguitatis euitandæ ratio (nam alioqui ad P. Scipionem referri uerbum poſſet) tamen quia non incommode omitti poteſt, haud magno in diſcrimine pono, addas ipſum, necne.

SOLDVS EA tempeſtate.} id eſt eo tempore. Noui atque nobiles }.i. ignobiles, & nobiles. Eo tẽpore inquit, multi fuerunt, tã nobiles quàm ignobiles, qui Iugurtham incitabãt, dicentes fore, ut ipſe totius Numidiæ occuparet imperium, ſi Micipſa patruus eius interijſſet, & dicebant Iugurtham hoc facile aſſequi poſſe, quia in eo magna uirtus erat, & Romæ omnia uendebantur, uidelicet, prouinciæ, regna, & imperia. Qui autem ita Iugurtham incitabant, erant homines factioſi, auari, potentes. & hoc eſt quod dicit. Cum plures }.i. ualde multi. Quibus diuitiæ bono, honeſtoq; potiores erant.i. quibus diuitiæ cariores erant, quàm honeſtas, & iuſtitia. Nam eiuſmodi homines propter diuitias, iuſtitia, & honeſtate calcata, unumquodque facinus perpetraſſent. Bono & honeſto }.i. utili, & honeſto. Nihil autem utile eſſe poteſt, quod iuſtitia uacat, ſecundum Stoicos, & hoc Cicero tractat. & propterea diximus bonum, iuſtitiam intelligi aut certe bono, & honeſto dixit, utili & honeſto ſecundum Ciceronem, qui in arte ueteri honeſtatis duas partes eſſe dicit, honeſtatem ſimplicem, & honeſtatem iunctam: honeſtas ſimplex dicitur, quæ appetitur propter ſe: honeſtas iuncta dicitur, quæ appetitur partim propter ſe, partim propter aliud.i. propter utilitatem, honeſtas ſimplex eſt uirtus. Eſt autem uirtus habitus animi, naturæ modo rationi conſentaneus. Hæc diuiditur in iuſtitiam, pru-

EA tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui atq; nobiles; quibus diuitiæ, bono, honeſtoq; potiores erant; factioſi; domi potentes; apud ſocios clari magis, quàm honeſti; qui Iugurthæ non mediocrẽ animum pollicitando accendebãt; ſi Micipſa rex occidiſſet, fore uti ſolus regno Numidiæ potiretur; in ipſo maximam uirtutẽ; omnia Romæ uenalia eſſe. Sed poſtquam

Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, & ipſe reuerti domum decreuit; donatum atq; laudatum magnifice pro concione Iugurthã in prætorium adduxit. Ibiq; ſecreto monuit, ut potius publice, quàm priuatim amicitiã populi Ro. coleret, neu aliquibus largiri inſueſceret: periculoſe à paucis emi, quod multorum eſſet. ſi permanere uellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriã, & regnum uenturum: ſin properantius pergeret, pecuniam, & ipſum præcipitem caſurum. Sic locutus, cũ literis eũ, quas Micipsæ redderet, dimiſit. Earum ſententia hæc erat. Iugurthæ tui bello Numantino lõge maxima uirtus fuit: quam rem certo ſcio tibi gaudio eſſe. Nobis ob merita ſua charus eſt: ut idem ſenatui, populoq; Romano ſit, ſumma ope nitemur. Tibi quidẽ pro noſtra amicitia gratulor. En habes uirum dignum te, atq; auo ſuo Maſiniſſa. Igitur Rex ubi ea, q̃ fama acceperat, ex literis Imperatoris ita eſſe cognouit, tum uirtute, tum gratia uiri permotus, flexit animum ſuum & Iugurtham beneficijs uincere aggreſſus eſt: ſtatimq; eum adoptauit, & teſtamento pariter cum filijs heredẽ inſtituit. Sed ipſe paucos poſt annos morbo atq; ætate confectus, cum ſibi finem uitæ adeſſe intelligeret; coram amicis & cognatis, itemq; Adherbale, & Hiempſale filijs, huiuſcemodi uerba cum Iugurtha fertur habuiſſe.

dentiam, & temperantiam. Iuſtitia eſt habitus animi, communi utilitate conſeruata, ſuã cuiq; tribuens dignitatem. Prudentia eſt rerum bonarum, & malarum, & utrarũq; ſcientia. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum cum utilitatis ratione perpeſſio. Tẽperantia eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma, & moderata dominatio. hæ uirtutes in eas partes diuiduntur, quas ſupra nominauimus, quæ ad ſimplicem pertinẽt honeſtatem, honeſtas autem uncta eſt, quæ in ſe honeſtatis habet, et utilitatis conſiderationem. Sũt enim multa, quæ nos cum dignitate, tum quoque fructu ſuo ducuntur, ut gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas eſt alicuius honeſta, & honore & uerecundia digna authoritas. Amplitudo eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarũ copiarũ magna abundantia. Amicitia eſt uoluntas erga aliquem rerum bonarũ, illius cauſa, quẽ diligit, cum pari eius uolũtate. Bonum ergo Salluſt. appellat hanc honeſtatis partem, quam habet cum honeſtate coniunctam, conſiderationem utilitatis, honeſtum autem appellat ſuperiorem illam ſimplicẽ partem honeſtatis. Sed diuitiæ, quas illi, qui Iugurtham accendebant, bono & honeſto cariores habebant, neque ſuperiorem illam, neq; hanc poſtremã partẽ honeſtatis attingũt. Potiores }.i. cariores. Factioſi }Factio dicitur malorum hominum conſpiratio. Domi potentes. }uidelicet Romæ. Apud ſocios. }Socij populi Romani dicebantur, qui erant cum po. Roma. confœderati, ſicuti erant Latini, ſicuti fuit Maſiniſſa, & Micipſa. Nam quotiens popu. Roma. bellum gerebat, ſocij auxilia mittebant & uiciſſim, ſi ſocijs bellum ab aliquo populo illatum eſſet, popu. Roma. eis auxilia mittebat, & eos tuebatur. Clari. }hoc eſt fama inſignes. Quàm honeſti }. i. quàm uirtute præditi, Clarus autem, & nobilis in bonam & in malam partem accipiuntur. Pollicitando }. i. promittendo. Accendebant }.i incitabãt. ſ. dicentes. Occidiſſet }.i. mortuus eſſet, & interiret. In ipſo. }& dicebãt in ipſo eſſe uirtutem. Romæ omnia uenalia }.i. Romæ omnia uendi, & omnia eſſe uendibilia, ſi dici poſſet. Ecce occaſiones ad obtinendum imperium Numidiæ. In te ô Iugurtha eſt uirtus, & Romæ omnia uenduntur. hoc autem ideo dicitur, quia Iugurtha dicere potuiſſet. Senatus populuſq; Roma. non patietur ſocios ſuos, uidelicet filios Micipſæ regno ſpoliare. Reſpondent ad hoc. Tu omnia pecunijs obtinebis. quod etiam poſtea fecit. Venalia dicuntur, quæ ad uendendum exponuntur, à ueneo uenis. i. uendo. Sed poſtquã Numãtia, }ac ſi diceret, ita quidem homines corrupti Iugurtham incitabãt, ſed Scipio Imperator aliter ipſum admonuit, cum deleta Numantia ipſum, & donatum, & laudatum domum remiſit. Ordo eſt. Sed P. Scipio adducit in prætorium Iugurtham donatum, atque laudatum magnifice pro concione, poſtquã ipſe Scipio decreuit dimittere auxilia, & ipſe decreuit reuerti domũ deleta Numantia. Deleta }.i. exciſa, deſtructa. Dimittere uulgo dicitur licentiare. Auxilia. ꝓprie dicuntur copiæ, quæ à ſocijs mittuntur in auxilium belli. Ipſe }.ſ. Scipio. Reuerti domum }.i. Romã. Donatũ. }ſcilicet donis militaribus. Atq; laudatum, }quia miris laudibus Scipio in concione uirtutem Iugurthæ, & facta illius laudauit. Pro cõcione }.i. in concione. Concio eſt multitudo populi uel exercitus conuocata. Prætorium dicitur tabernaculum Imperatoris. Ibique }.ſ. in prætorio. Coleret }.i. ſeruaret, cuſtodiret. Neu }.i. & ne largiri, uel pecuniam, uel munus. Inſueſceret. }conſueſceret. Periculoſe à paucis emi quod multorum eẽt, }Scipio ſciebat & ipſe, q̃ Ro. per pecuniã omnia fiebant. Sed tamen monebat Iugurtham, ne pecunijs ſibi regnum parare uellet quia cum periculo emitur à paucis, quod eſt commune omnium.

Periculoſe. }ſubaudi dicebat. Nam omnia pendent ab eo, quod dixit. monuit, & monere non potuit, niſi dicẽdo, Periculoſe à paucis emi, & dicebat Scipio, q̃ ſi quis uelit emere à paucis hominibus id, quod eſt commune omnibus, ualde periculoſe hoc facit, quia omnes nõ patiuntur, q̃ pauci uendant ea, quæ ſunt communia tam ſibi, quàm his, qui ea uendunt. Si permanere uellet. } ſubauditur & dicebat. Scipio, inquit dicebat ad Iugurtham, ô Iugurtha, ſi pſeueraueris in uirtutibus, & gloria, & regnum habebis, ſed ſi ante tempus per largitionem pecuniarum, imperium tibi parare uolueris, & pecunia tua, & tu ipſe peribis. Suis artibus. } ſuis moribus, & uirtutibus. Vltro. }id eſt etiam ſi non quæſieris. Venturum. }ſcilicet eſſe. Properantius. }feſtinantius. Pergeret }.i. tẽderet, iret caſurum. ſ. ruiturum. Sic locutus. } Cum hæc inquit Scipio dixiſſet, Iugurtham dimiſit, & ei literas dedit, quas Micipſæ redderet. Earum }ſcilicet literarum. Iugurthæ. } Hæc fuit ſententia literarum Scipionis ad Micipſam. Longe }. id eſt ualde. Sũma ope }.i. ſumma ui. En }pro ecce. Virum. } ſcilicet Iugurtham. Dignum }quia non degenerat à moribus tuis, & aui ſui Maſiniſſæ. Igitur rex. } Cum igitur rex per literas Scipionis intellexiſſet id, quod antea per famam cognouerat, mutauit animum ſuum, ut Iugurtham, maxime incolumẽ eſſe uellet, quem paulo ante interire cupiebat. Ordo eſt. Rex. ſ. Micipſa permotus: tum

uirtute

uirtute ipſius Iugurthæ,tum gratia uiri flexit animum ſuum, & eſt aggreſſus uincere Iugurtham beneficijs,& ſtatim eum adoptauit,& inſtituit hæredem pariter cum filijs teſtamento. ubi. i.poſtquam ipſe rex cognouit ex literis imperatoris ea eſſe,ita quæ,acceperat fama. Fama }per famam. Acceperat).i. audiuerat, intellexerat. Tum }.i partim. Gratia uiri }.ſ. Scipionis, & uirtus Iugurthæ,mouit eum:& gratia Scipionis,qui ita ſcripſerat. Flexit }.i.mutauit. Aggreſſus eſt }.i.conatus eſt, & cœpit. Eum adoptauit. } id eſt filium fecit. Secundum Aul. Gelium cum extranei ſumuntur in locum liberorum,aut per prætorem fit,aut per populum. Quod per prætorem fit,adoptatio dicitur, quod per populum,arrogatio. Ergo adoptare eſt extraneum in locum liberorum ſumere. Inſtituit. } ordinauit. Sed ipſe. } ſ. ille. et Micipſa. Cum Micipſa ad extremum diem uitæ ueniſſet, coram amicis,& cognatis,& filijs proprijs, Adherbale,& Hiempſale, ita cum Iugurtha locutus eſt. Morbo } ægritudine. Aetate. }ſcilicet ſeneſtute. Confectus. } conſumptus maceratus. Adeſſe }.i.imminere. Ordo eſt. Sed ipſe poſt paucos annos confectus morbo, atque ætate dicitur habuiſſe huiuſcemodi uerba cum Iugurtha, corã amicis,& cognatis, & item coram Adherbale, & Hiempſale filijs ſuis,cum intelligit finem uitæ adeſſe ſibi. Huiuſcemodi uerba } .i. talia uerba Eſt autem huiuſcemodi indeclinabile,& generis omnis ſicut illuiuſmodi.

tio. Deleta. } ſolo æquata. Donatum. } ſcilicet coronis armis belliqué inſignibus. Magnifice. } honorata concione. Publice.) ut uniuerſum populum conciliaretur. Aliquibus. }ſcilicet paucis. Quod erat multorum. } quia non erat in arbitrio paucorum ſed omnium Numidiæ regnum. Vltro. }ſine inſidijs. Properatus. } ante tempus non data occaſione. Præcipitem. }aliquo caſu inopinato. Sit idem.)tam carus. Summa ope. } quãtum in me erit. Dignum te. } uirtute & amplitudine regia. Adoptauit. }elegit in filium ex tertia parte. Aetate. }id eſt ſenio confectus.

RIVIVS.

VTi ſolus regno Numidiæ potiretur. } In alijs ẽ, imperio Numidiæ. quomodo & manuſcripta cũcta habẽt. ſed eodem plane ſenſu. Mox, Omnia Romæ uenalia eſſe. } In manuſcriptis & impreſſis uetuſtioribus, Romæ omnia &c. Id nimirum rectius eſt. Ne aliquibus largiri inſueſceret. } Manuſcripta, neu quibus. idq; melius atq; elegantius. Tum uirtute, tum gratia uiri permotus. } Manuſcriptum, cum uirtute tum gratia. Pariter cum filijs hæredem inſtituit. } Merſeburgenſe, pariter cum liberis. uerum eodem ſenſu. Paulo poſt, Huiuſcemodi uerba cum Iugurtha fertur habuiſſe. } Manuſcripta, dicitur huiuſcemodi uerba &c. ſed eodem ſenſu nec ſecus exemplar Merſeburgenſe,& ex impreſſis Badianum & Florentinum.

MARLIANVS.

CLari magis quàm bo. } Nã multi ſunt famigerati propter ſcelera & diuitias male acquiſitas,non propter honeſtatem. Honeſti. }honorati. Animum non med. } promptum ad regnum. Solus. } ſine liberis Micipſæ. Venalia. } Romæ omnia cũ pretio.

GLAREANVS.

QVi Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando. } Non mediocrem, dixiſſe mihi quidem uidetur, pro Non mediocriter. quod quia Commentatores prætericrant nobis annotandum fuit.

SOLDVS. PArvum ego. } In exordio huius orationis captat beneuolentiam Micipſa à perſona ſua,cum oſtendit, qualis fuerit in Iugurtham. Sine ſpe. }ſine opibus, quia Maſiniſſa auus, ut ſupra dixi, Iugurtham priuatum reliquit, quia natus erat ex concubina. Si genuiſſem } quando Micipſa Iugurtham paruum accepit in domum ſuam, nondũ filios genuerat, & ideo dicit, quãdo te paruũ accepi in domũ meã exiſtimaui me, ita charũ tibi fore, ſicuti ſi filios genuiſſem. Neq; ea res falſum me habuit }.i neque ea res me decepit, quia ſemper me charum habuiſti, & nõ fefelliſti opinionem meam. Hic nunc captat beneuolentiam à perſona auditoris. i. à perſona Iugurthæ, cum quo loquitur, quia pietatem erga ſe commemorat, & præclara facta eius. Nam ut alia. } Ecce cauſam reddit, quare Iugurtha non fefelliſt opinionem ſuam, quia ſemper eum mirifice coluit Patrẽ, & eius honori non defuit, nam Iugurtha magno honori Micipſæ fuit: tum alijs in rebus, tũ

præcipue

præcipue in bello Numãtino. In Hiſpania nomẽ familiæ noſtre renouatũ eſt. } Sicuti ſupra monſtrauimus. Maſiniſſa amicitiam cũ Scipione cõtraxit. Cũ Scipio ipſe ex Hiſpania diſcederet, uel certe quia Maſiniſſa anteq̃ ſe cũ Romanis coniũgeret, multa cũ Haſdrubale duce Carthaginenſium bella in Hiſpania geſſerat cum contra Romanos, et nomen eius in Hiſpania pp hoc celebre erat, qđ poſt multos ãnos Iugurtha, bello Numãtino, inſigni uirtute, ac gloria renouauit. In Hiſpania } in qua eſt Numantia. Renouatum eſt. } quod erat iam uetuſtate detritum. & prope memoris extinctum. Poſtremo, } Ordo. Poſtremo uiciſti inuidiã gloria, quod eſt difficilimum inter mortales. i. quæ res difficilima ẽ inter homines. Hoc ideo dicit, quia, ut diximus ſupra, uirtuti ſemper comes eſt inuidia, nã qui uirtute præditi ſunt, ſemper eis inuidetur, ſed Iugurtha uirtute ſuperauit inuidiam, quia uirtus ei, non inuidiam peperit, ſed beneuolentiam conciliauit. Nam propter uirtutem Iugur-

MICIPSÆ VERBA.

PARVVM ego te Iugurtha amiſſo, patre, ſine ſpe, ſine opibus, in meum regnũ accepi; exiſtimans, non minus me tibi quàm liberis, ſi genuiſſem, ob beneficia charum fore. Neque ea res falſum me habuit. Nam, ut alia magna & egregia tua facta omittam; nouiſſime rediens Numantia, me regnumq; meum gloria decoraſti; tuaq; uirtute nobis Romanos, ex amicis amiciſſimos feciſti, in Hiſpania nomen familiæ noſtræ renouatũ ẽ: poſtremo, quod difficilimum inter mortales eſt, gloria inuidiam uiciſti. Nunc, quoniam mihi natura finem uitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obteſtorq; te; ut hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres ſunt, charos habeas, neu malis alienos adiũgere, quàm ſanguine coniunctos retinere. Non exerci

tus, neq; theſauri præſidia regni ſunt; uerũ amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio et fide parãtur. Quis autem amicior, quàm frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris? Equidem ego regnum uobis trado firmum, ſi boni eritis: ſi mali, imbecillum. nam concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Cæterum ante hos te Iugurtha, qui ætate & ſapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt, facere uidetur. Vos autem Adherbal & Hiempſal colite & obſeruate talem hunc uirum, imitamini uirtutem; & enitimini, ne ego meliores liberos ſumpſiſſe uidear quàm genuiſſe.

*ibus ab omnibus amabatur, ſicut ſupra monſtrauit. Gloria.} id eſt uirtute. Nunc.) Poſtquã beneuolentiam captauit: & à perſona ſua, & à perſona auditoris deſcendit ad cauſam, ut oſtendat quid uelit ab eo. Per hanc dexteram.} Intelligimus Micipſam hæc dicẽtem dexteram Iugurthæ apprehendiſſe. Hos.} deicticos i. demonſtratiue dixit oſtendens Adherbalem & Hiempſalẽ, qui aderant. Genere ſanguinis.} coniũctione. Nam Micipſa, & pater Iugurthæ fratres erant. Beneficio meo.} quia te adoptaui in filium, & nunc per adoptionem frater eorum es. Malis.} i. magis uelis. Non exercitus.} Sententiæ generales pulcherrimæ. Armis.} i. ui. Cogere.} i. comparare, acquirere. Auro.} id eſt pecunijs. Parare.} i. acquirere. Officio.} Officium dicitur cum homo facit, quod ex honeſtate facere debet. Pariũtur.} uel parãtur, i. acquiruntur officia. Quis autem.} Micipſa per ratiocinationem hoc concludere intendit, ut ſi regnum incolume ſeruare uolunt, concordes ſint Et propoſitio eſt talis. Si regnum, ô filij, incolume ſeruare uultis, uos oportet eſſe concordes, & amore coniunctos. Ratio propoſitionis eſt. Nam amici magis quàm exercitus, aut pecuniæ præſidio regni ſunt. Nemo autem amicior eſt, quàm frater fratri, ergo uos, qui fratres eſtis, oportet eſſe concordes, & amore coniunctos. Fidum.} i. fidelem. Imbecillum.} i. infirmum. Boni eritis.} i. concordes, & unanimes. Maximæ.} ſcilicet res. Cæterum ante hos.} ſcilicet Adherbalem & Hiempſalem. Ante hos.} i. magis, quàm hos, ſcilicet decet. Decet.} inquit, ut tu magis q̃ hi, prouideas, ne inter uos diſcordia oriatur, quia tu & ætate, & ſapientia antecedis eos. Nam in omni certamine.} Reddit autem cauſam & rationem, quare Iugurthamm magis quàm Adherbalem, & Hiempſalem prouidere deceat, ne diſcordia inter eos oriatur, quia ſi inter uos diſcordia & contentio oriretur, omnes tibi hanc culpam adſcriberent, & attribuerent, quia tu es potentior, & propter ætatem, & propter ſapientiam, & propter uires, quia in omni certamine, & in omni diſſenſione, ille qui plus poteſt, dicitur facere iniuriam, & eſſe cauſa totius diſcordiæ. pari ratione ſi inter uos diſcordia oriretur, oẽs exiſtimabunt ô Iugurtha cauſam diſcordiæ à te proficiſci, quia tu plus potes. Et propterea magis te quàm illos prouidere decet, ne inter uos diſcordia, et certamen oriatur. Ne aliter quid eueniat.} ſcilicet diſcordia aliqua. Nam in omni certamine.} in omni contentione, & diſcordia. Opulentior.} i. ditior potentior. Vos autem ô Adherbal.} Nũc Micipſa conuertit ſermonẽ ad filios Adherbalem & Hiempſalem. Colite.} amate, & honorate. Hunc talem uirum.} ſcilicet Iugurtham. ac ſi diceret, tanta uirtute, & gloria præditum. Nitimini.} conamini, & date operam, ne melior ſit filius Iugurtha, quem adoptaui, quàm quos genui. Meliores liberos.} notandum liberos numero plurali dici etiam de uno. Meliores liberos ſumpſiſſe.} ſ. Iugurtham. Quàm genuiſſe.} ſ. nos.

MARLIA.

PAruũ ego Iugur.} Micipſæ oratio ad Iugurthã in deliberatiuo ẽ. deliberat uelle, Iugurtham liberis ſuis fidum reddere. Arg. ab honeſto ſumitur. honeſtum ẽ enim nullas inſidias tẽdere filijs, illius, cuius beneficio in hereditatis parte eſt, aſcriptus, & à tuto. quia nemo eſt amicior fratribus. Beneuolẽtiã à pſona ſua captat, cũ oſtẽdat ſe liberaliſſimum erga Iugurtham fuiſſe, & à perſona auditoris laudando ipſum à uirtute, nec non à rebus ipſis cum dicat imperium firmum. nec inſtabile illis tradere. Sine ſpe.} q̃a nõ tibi nec imperium. nec diuitias reliquerat. Ob benef.} quia ex priuato te regem feci. Inuidiam.} adeo aſcendiſti ut nemo tibi inuideat. Cicero ait, inuidia ſemper aſcendit & ubi eò deuenit ubi equalis eſſe non poſſit, ceſſat. Gloria eſt laus conſentiens bonorum. Propinqui.} patrueles. Beneficio.} adoptione. Officio.} æquitate. Pariuntur.} acquiruntur. Dilabũtur.} Diſſipantur. quia omne regnum diuiſum diſſoluetur. Obſeruate.} omni honore imitamini. Sumpſiſſe.} ſcilicet in adoptionem.

RIVIVS.

FActa omittam.} Manuſcriptiſ, facinora. Me regnumq; meũ gloria decoraſti.} Quanto rectius in manuſcriptis, meq;, regnumq; meum. geminata coniunctione. Hic eſt enim peculiaris mos loquendi hiſtoricorum. Exempla penè ſexcenta apud Liuium, Curtium, reliquos. Moneo obteſtorq; te, ut hos qui genere tibi propinqui.} Legendum, uti hos. nam ſic ferè Salluſtius. Te, Volumen Fabricianum habebat alterius manu additum in ſpatio quod uerſus dirimit, neque eſt in alio præterea quodam, nec in exemplari deniq; Beroaldino. Verum amici, quos neq; armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide pariuntur.} Sic in manuſcriptis atq; alijs uetuſtis, non, parãtur. quomodo in Eunucho Terentius, Cupio aliquos parere amicos beneficio meo. & in Andria, Obſequium amicos ueritas odium parit. Sic alicubi amicitias parere dixit Cicero. Vocum affinitas anſam errori præbuit. Qui ætate & ſapientia prior es.} In Merſeburgenſi & impreſſis uetuſtioribus, Quia ætate &c. ſed eodem ſenſu Forte aliquo in exemplari ſcriptum erat, qui ætate. ut in initio poſterioris dictionis foret diphthongus, æ, Id aliquis non intelligens, illam a uocalem particulæ præcedenti addidit. Atq; ita forſan legi cœptum Quia, pro Qui. Verum hic nihil admodum pronũcio. tantum diuerſam lectionem eſt annotare uiſum. Colite & obſeruate talẽ hunc uirum.} τὸ Et, non eſt in manuſcriptis nec alijs uetuſtioribus, & ſic eſt Salluſtianum magis. Mox, Ne ego meliores liberos ſumpſiſſe, quàm uidear genuiſſe,} Legendum ẽ Fabriciano, ſumpſiſſe uidear, quàm genuiſſe. Porro ſumpſiſſe, pro adoptaſſe dixit.

SOLDVS

Ad ea Iugurtha, tametſi Regem ficta locutum intelligebat, & ipſe longe aliter animo agitabat; tamen pro tempore benigne reſpondit. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtquam illi more regio iuſta magnifice fecerant; Reguli in unum conuenere, ut inter ſe de cunctis negotijs diſceptarent. Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam ante ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, deſpiciẽs, dextra Adherbalem adſedit; ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Deinde tamen, ut ætati concederet fatigatus à fratre, uix in alteram partem traductus eſt. Ibi cum multa de adminiſtrando impio differerent; Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennij cõſulta, & decreta omnia reſcindi, nam per ea tempora confectum annis Micipſam, parum animo ualuiſſe. Tum idem Hiempſal placere ſibi reſpõdit, nam ipſum tribus his proximis annis adoptione in regnum perueniſſe. Quod uerbum in pectus Iugurthæ altius quàm quiſque ratus erat, deſcendit. Itaq; ex eo tempore, ira & metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere quibus per dolum Hiempſal caperetur. Quæ ubi tardius procedunt, neq; lenitur animus ferox; ſtatuit, quouis modo inceptũ perficere. Primo conuentu, quem ab regulis factum ſupra memoraui, propter diſſenſionem placuerat diuidi theſauros, finesq; imperij ſingulis conſtitui. Itaq; tempus ad utranq; rem decernitur, ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in loca propinqua theſauris, alius aliò cõceſſere. Sed Hiẽpſal ĩ oppido Thirmida forte eius utebatur domo qui proximus lictor Iugurthæ, charus, acceptusq; ei ſemper fuerat: quem ille caſu miniſtrum oblatũ promiſſis onerat; impellitq; uti tanquam ſuam domum uiſens eat; portarum claues adulterinas paret; nam ueræ ad Hiempſalem referebantur: cæterum ubi res poſtularet, ſeipſum cum magna uenturum manu.

Ad ea Iugurtha. } Quãuis, inquit Iugurtha intelligeret, Micipſam ficta locutũ fuiſſe, & aliud habuiſſe in animo, aliud dixiſſe, tamen benigne reſpõdit, ſicuti tẽpus poſtulabat. Et ipſe. } ſcilicet Iugurtha. Agitabat }. i. uerſabat, cogitabat ĩ animo ſuo, nõ nũdit, ſicuti cogitabat in aĩo, ſed ſicuti tẽps poſtulabat. Poſtquam. } mortuo inquit Rege, cũ exeqas magnifice celebraſſent, in unũ reguli cõuenerũt, ut de oĩbus rebus inter ſe differerent, et diſputarẽt. Illi }. ſ. Micipſæ mortuo. More regio. } ſecũdũ regiã cõſuetudinem. Magna. n. ambitione, & pompa exequiæ regum celebrabantur. Iuſta. } id eſt exequias funebres. Et tantũmõ plurali nũero declinãtur.

Reguli }. ſ. Iugurtha, Adherbal et Hiẽpſal. Diſceptarẽt. } diſcuterent. & diſputarẽt. Sed Hiempſal. } cum in unum reguli cõueniſſent, ut de omnibus rebus inter ſe colloquerentur, inter ſedendum Hiempſal, ita conſedit, ut fratrem Adherbalem inter tres medium conſtitueret, quãuis ætate Iugurtha prior eſſet, non enim ferre poterat, ut Iugurtha honore eſſet ſuperior, qui genere erat inferior: nam ex concubina natus erat. Ante Adherbalem aſſedit } i. iuxta Adherbalem ſedit. Deinde tamen, ut ætati concederet }. i. ut locum daret Iugurthæ, qui ætate maior erat. Vix } i. cum labore, difficulter. Ibi cum multa. } Oſtendit in hoc primo colloquio, q̃ inter ſe reges habuerunt cauſam diſcordiarum, & certaminis eorum. Nam cũ Iugurtha dixiſſet omnia oportere reſcindi, quæ Micipſa ſtatuerat & decreuerat quinq; annis ante mortem ſuam, quia propter ætatem, & ſenectutem, non ſatis animo ualebat: Hiempſal reſpondit id, ſibi placere, nam in eo quinquennio dicebat Iugurtham à Micipſa filium adoptatum. Quod dictum ex animo et memoria Iugurthæ nõ deceſſit, poſtq; illud ſemper cogitauit Iugurtha, quo pacto Hiempſalem interficeret. Conſilia }. i. ſtatuta. Decreta } quicquid decreuiſſet Micipſa per quinque annos ante mortem. Reſcindi }. i. irritari, ut eſſent irrita quæcunque decreuiſſet, & nihil ualerent, nullam uim haberent. Nam }. ſ. dicebat. Confectum. } conſumptum. Parum animo ualuiſſe }. i. nõ ſatis intellectu ualuiſſe, ideo ipſe dicebat reſcindi. Altius }. i. interius. Quàm quiſque erat ratus. } quàm quiſquam putauerat. Anxius.) ſolicitus. Moliri. } pro moliebatur. i. parabat. Atque ea modo }. i. tantummodo. Habere. } pro habebat in animo. Quæ ubi tardius procedunt. } Cum, inquit, Iugurtha uideret Hiempſalem per dolum facile capi non poſſe, ſed eam rem tardius perfici, & in longius tempus ire quàm uolebat, decreuit, quoquomodo. i. uel per uim, uel per inſidias facere, quod ſtatuerat. Quæ. } ſcilicet ut per dolũ Hiempſal caperetur. Quæ id eſt quæ res. Vbi. } pro poſtquam. Tardius procedunt }. i. in longius tempus uadunt. Neque lenitur }. i. mitigatur. Animus ferox }. i. indomitus animus ſ. Iugurthæ. Quouis modo }. i. quoquo modo, quolibet modo, uidelicet, ut ſi non poſſet per inſidias interficere Hiẽpſalem, uia aperta eum occideret.

Inceptum }. i. propoſitum animi ſui. Perficere. } adimplere, complere. Primo conuentu. } in primo colloquio, quid fecerũt inter ſe reguli, decreuerant uidere theſauros, & omnes pecunias, & aſſignare unicuiq; partem ſuam imperij, ut unuſquiſq; ſciret, quod ſuum eſſet. Primo conuentu }. i quando primum cõuenerunt. Ad utranq; rem }. ſ. ad diuidendum imperium, & ad diuidendos theſauros. Maturius }. i. prius, celerius. Diſtribuendam }. i. diuidẽdam. Alius aliò }. i. alius in alium locum. Conceſſere }. i. uenere, profecti ſunt. Sed Hiempſal }. ſ. conceſſit, et profectus eſt. Oppidũ } id eſt in ciuitatem Thirmidam. Forte eius. } Nunc dicit, quo cõſilio Iugurtha uſus fuerit, ut per inſidias Hiempſalem captum interficeret. Dicit enim Iugurtha miniſtrum quendã habebat charum admodum et gratum ſibi, q̃ familiariter utebatur domo Hiempſalis. Nam domum habebat propriam in ea ciuitate, in qua Hiempſal ſe contulerat. Iugurtha igitur hunc miniſtrum adſe uocat, multa, & magna præmia ei promittit, ſi fecerit hoc, quod ei proponit. Tandem illum inducit, ut ad eam ciuitatem uadat, in qua erat Hiempſal, & claues portarum adulterinas, & falſas faciat, & certo, ac ſtatuto tempore portas aperiat, & Iugurthæ milites introducat. Miniſter ille omnia, ſicuti dixerat Iugurtha, breui tempore facit, et per non

ctem Iugurthæ milites introducit. Atque ita Hiempſal, qui auditu tumultu, in tugurium cuiuſdam ancillæ confugerat, capitur et obtruncatur, caputque eius ad Iugurtham defertur. Eius domo. } *ſcilicet Hiempſalis.* Lictor }. *i. miniſter. Nam lictores dicũtur miniſtri, qui magiſtratum, uel regem præcedunt.* Qui erat proximus Iugurthæ. } *ex multis lictoribus iſte, de quo loquitur, pximus erat Iugurthæ, quia magis prope Iugurtham incedebat.* Vtebatur. } *quia hic lictor familiariter uerſabatur in domo Hiempſalis.*

Acceptus }. *i. gratus.* Ei. } *ſcilicet Iugurthæ.* Quem ille. } *Ordo eſt, quem miniſtrum caſu oblatum ille onerat promiſſis, & impellit, ut eat tanquam uiſens domum ſuam, & paret claues adulterinas, nam ueræ, ſcilicet claues referebantur ad Hiempſalem.* Ille. } *ſcilicet Iugurtha.* Onerat promiſſis. } *quia multa Iugurtha, et magna præmia promittit.* Impellit }. *i. inducit.* Viſens }. *i. uiſitans.* Claues adulterinas }. *i. falſas.* Nã ueræ. } *ſcilicet claues, ac ſi diceret ueras claues habere non potuiſſet, quia cum clauſæ eſſent portæ ciuitatis, claues reportabantur ad Hiempſalem.* Cæterum, ubi res poſtulauerat } *i. quando omnia parata eſſent.* Se ipſum uenturum. } *ſcilicet dicebat.* Maxima manu }. *i. multitudine,*

MARLIANVS.

AD hæc } *ſcilicet uerba Micipſæ.* Agitabat }. *ſ. q. facturus eſſe in Imperio.* Pro tempore. } *quia egrotabat.* Magnifice. } *pompaliter.* Diſceptarent. } *communicarent.* Ferox. } *indomitus.* Antea. } *uiuente patre.* Ignobilitatem. } *utilitatem,* Deſpiciens. } *contemnens.* Ne medius. } *quia ille locus erat honoratior unde Virg. primo. Cum uenit auleis iam ſe regina ſuperbis. Aurea compoſuit ſponda, mediãq; locauit.* Fatigatus. } *multis precibus motus.* Ibi. } *hoc ĩ loco.* Alia res. } *neceſſarias regno.*

Proximis. } *præteritis.* Erat ratus. } *quia tametſi illud uerbum pariapendere uidebatur tamen timebat.* Ira. } *perturbatione.* Metu. } *ne à regno diſturbaretur.* Primo cõuentu. } *in prima cũgregatione.* Proximus } *familiaris.* Promiſſis. } *pollicitationibus.* Eat. } *ſcilicet Thermidã. Res po. data eſſet opportunitas.*

RIVIVS.

ETiam ante ignobilitatem Iugurthæ. } *Legendum, antea. Id & plenius eſt & ſonatius. Quid ſi diuiſim legas, Et iam antea? ubi nos coniunctum Etiam. Paulo poſt, Deinde tamen ut ætati cõcederet.* } *Manuſcripta, dein tamen. quæ particula ſanè eſt in ueterũ ſcriptis frequẽs. Ita poſtea, Dein loca exuſta ſolis ardoribus. Nã ſic exemplar manuſcriptũ. ubi hodie ferè, Deinde. Meiſſburgenſis codex, Dehinc tamen ut ætatati &c.* Mox, Vix in alteram partem traductus eſt. } *In manuſcriptis eſt, tranſductus. quod antiquitatem magis redolet, & apud Terentium & Cæſarem reperitur.*

Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſerrent, Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennij conſulta & decreta omnia reſcindi. } *Manuſcriptum, inter alias res iacit. pro, inter alia hoc ſignificat & innuit, oportere quinquennij conſulta. &c. Nam ſic interdum hoc uerbo utimur. Cicero ad Atticum 2. Sed illud quid ſit, ſcire cupido, quod iacis obſcure. Iam etiam ex ipſis Quinqueuiris loqui quoſdam. Quidnam id eſt? pro, quod obſcure & tecte ſignificas. T. Liuius 6. ab V. C. Adhoc domi con[illegible]nantis in modum ſermones pleni criminum in Patres. inter quos cum omiſſo diſcrimine uera an uana iaceret, theſauros Gallici auri occultari à patribus iecit. pro, ſignificauit: quomodo & aliàs idem. Sed & uerbo iactare Liuius in eodem ſignificato utitur. Vt 5. ab V. C. Iactantibus nõ obſcure Gallis, haud magna mercede ſe adduci poſſe, ut obſidionẽ relinquant. Eſt apud Tacitum, Iacere fortuitos ſermones. lib. 5. Idem Si qua diſcordes ieciſſent, inquit. Fuit credo qui quid ſibi uam uellet τὸ Iacit, minus intellexerit. Is igitur deceptus ſpecies recti, ut eſt inſcitia, ſubſtituendum putauit, Ait. Quòd ſi cui uulgata lectio magis arridet, is perſuaſum ſibi habeat, animum errore & uana ſpecie atque imagine ueri præoccupatum in cauſa eſſe, cur ei minus caſtigatio noſtra placeat. Hæc iam annotaram, cum ecce affertur & aliud manuſcriptum, in quo ipſo idem reperi, ut iã nullus ſcrupulus relinquatur. Cæteram decreta reſcindi Salluſtius, p irrita infectaq; fieri, ſiue pro irritis haberi dixit. quomodo & Cicero, Cæſaris acta reſcindere, conſtituta ab alio reſcindere, iudiciũ uel res iudicatas reſcindere, atque hoc genus alia. pro infirmare, diſſoluere, labefactare. nam his uerbis interdum eodem modo eſt uſus.* Quod uerbum in pectus Iugurthæ altius, quàm quicquam ratus erat, deſcendit. } *Legendum, quàm quiſquam ratus. omiſſo illo uerbo Erat. quod ex gloſſa inepti alicuius & inſulſi literatoris irrepſiſſe credo in contextum.* Sed Hiempſal oppido Thirmida.)

Manuſcripta cuncta, in oppido, addita præpoſitione. quomodo & Badianum, & alia quædam. Exemplar Florentinum, Venetũ, atque ex his deriuata, in oppidum Thirmida. quaſi ad uerbum Conceſſere referatur. ſed perperam meo iudicio.

GLAREANVS.

DExtera Adherbalem adſedit, ne medius ex trib. } *Quidam codices habebant, ante Adherbalem adſedit. Sanè illud Dextra ambiguum eſt, nihil enim refert, ſiue dextra Adherbalis, ſiue Hiempſalis intelligas, modo Hiempſal Adherbali proxime adſederit. Sic enim uel ipſe Hiempſal, qua iuuenili erat audacia, fiebat medius, uel Adherbal, quod iure poterat. Si itaque in medio ſedere, plus erat quàm ſuperiore alioqui loco, nihil refert in utram Adherbalis partem aſſederit Hiempſal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Iugurtha, ſiquidem duo hi contigui ſedebant. Quare paulo poſt uerbum, in partem alteram, Iugurthæ ſcilicet exponendum eſt. Alioqui Adherbal ſe feciſſet medium, unde Iugurtha nihil honoris habuiſſet, fruſtraq; fatigaſſet fratrem, ut ætati concederet.* Sed Hiempſal in oppido Thirmida forte eius utebatur domo. } *Aldinus codex hæc uerba, Forte eius utebatur domo, Parentheſeos ſignis incluſerat, cum nominatiuus Hiempſal ad Vtebatur uerbum conſtruatur. Soldus hanc domum Hiempſalis eſſe credidit, cum ſit Lictoris. Et ipſe author ſtatim de Iugurtha, atq; adeo de Lictore ſubiungit: Impellitq; uti tanquam ſuam domum uiſens eat. Soldum Badius in hoc recte redarguit, ut eum, qui authoris ſenſum non intellexerit.*

NVmida mandata breui conficit; atque uti doctus erat, noctu Iugurthæ milites introducit; qui poſtquam in ædes irrupere, diuerſi Regẽ quærere, dormẽtes alios, alios occurſantes ĩterficere, ſcrutari loca abdita, clauſa effringere, ſtrepitu, & tumultu omnia miſcere, cum interim Hiempſal reperitur, occultans ſe in tu-

OLDVS NVmida. } *ſcilicet miniſter ille.* Breui. } *ſcilicet tempore.* Doctus. } *inſtructus.* Introducit. } *uel in ciuitatem, uel certe in domum Hiempſalis.* Qui. } *ſcilicet milites.* In ædes. } *id eſt in domum.* Irrũpere } *.i. introiere.* Diuerſi. } *uidelicet, alius alia uia.* Quærere. } *pro quærebant.* Occurſantes. } *obuiam factos.* Interficere. } *pro interficiebant.* Scrutari. } *pro ſcrutabantur* }. *i. inquirebant.* Abdita }. *i.*

gurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius, uti iuſſi erant, ad Iugurtham referunt. Cæterum fama tanti facinoris per omnem Africam breui diuulgatur. Adherbalem omnesq; qui ſub Micipſæ imperio fuerant, metus inuadit. In duas partes diſcedunt Numidæ: plures Adherbalem ſequũtur. ſed illum alterum bello meliores. Igitus Iugurtha quàm maximas poteſt copias armat; urbes partim ui, alias uoluntate, imperio ſuo adiungit; omni Numidiæ imperare parat. At Adherbal, tãetſi Romam legatos miſerat, qui Senatum docerent de cęde fratris, & ſuis fortunis, tamen fretus multitudine militum parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen uenit, uictus ex pręlio, profugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit. Iugurtha patratis conſilijs, poſtquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus ſuum, cum animo reputans, timere populum Rom. neq; aduerſus iram eius uſquam, niſi in auaritia nobilitatis, pecunia ſua ſpem habere. Itaq; paucis diebus cum argento et auro multo, legatos Romam mittit: queis pręcipit, uti primum ueteres amicos magnis muneribus expleãt; deinde nouos acquirãt; poſtremo quemcunq; poſſint largiendo, parare ne cunctentur. Sed ubi Romam legati uenere, et ex pcepto regis hoſpitibus, alijsq;, quorum ea tempeſtate in Senatu authoritas pollebat, magna munera miſere, tanta cõmutatio inceſſit, ut ex maxima inuidia in gratiã & fauorẽ nobilitatis Iugurtha ueniret. Quorum pars ſpe, alij pmio inducti, ſingulos ex Senatu ambiendo nitebãtur, ne grauius in eum conſuleretur. Igitur ubi legati ſatis confidunt, die conſtituto Senatus utriſq; datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

dita }id eſt ſecreta. Clauſa.} quæ clauſa erant frangebãtur. Miſcebant }.i. turbabãt. Tugurio. } Tugurium eſt domus uilis, & abiecta, à tegendo dicta. Quo}.i. in quod tuguriũ. Referunt. }reportant. Tanti facinoris }.i. tanti ſceleris. Facinus in bonam, & malam partem accipi poteſt. Nam & bonum, & malum facinus dicimus. Diuulgatur }.i ſpargitur. Adherbalem. } ordo eſt. Metus inuadit Adherbalem, et omnes, qui fuerant ſub imperio Micipſæ. Numidæ.}tota prouincia Numidarum in duas partes diuiſa ẽ, una ps Adherbalẽ, altera Iugurtham ſequebatur, ſed plures tamen ſequuntur Adherbalẽ, qui meliores erant bello ſequuntur Iugurtham. Copias.}Exercitum. Qui ſenatum docerent. }qui ſenatui exponerent. Profugit in prouinciam.} Romani partes terrarum, quas bello ſubiugabant, puincias appellabãt: ad quas uel prætores, uel proconſules cum officio mittebant, qui eas regerẽt. Multa ergo oppida in Africa Popu. Ro habebat, quas per magiſtratus adminiſtrabat. Hæc ergo loca, quæ po. Ro. habebat, dicebantur prouincia, in hanc prouinciam rex Adherbal uictus à Iugurtha, pfugit, deinde in Romã uenit. Cõtẽdit}.i. uadit, pficiſcitur. Tũc cum Iugurtha Hiempſalẽ occidiſſet, et Adherbal regno ſpoliaſſet, ſcelus ſuũ ĩ aĩo ptractãs, timere cœpit Po Ro. nec aliq̃ ſpẽ hẽbat aduerſus irã eius, niſi in auaritia nobiliũ Roma. & in pecunia ſua. Ordo ẽ. Tunc Iugurtha reputãs facinus ſuũ cũ aĩo ſuo, timere p timebat Po. Ro. neq; hẽre, p hẽbat ſpẽ uſq̃ aduerſus irã eius, niſi ĩ auaritia nobilitatis, & ĩ ſua pecunia, poſtq̃ potiebatur oĩ Numidia in otio, peractis conſilijs. Peractis conſilijs }.i. perfectis conſilijs.i. cum perfeciſſet id, quod facere decreuerat, uidelicet cum Hiempſalem interfeciſſet, & alterum fratrem Adherbalem regno expuliſſet, & totum regnum Numidiæ uſurpaſſet, ſicuti facere cogitauerat. In otio. } in quiete et pace, quia nemo ei impedimentum afferebat. Reputans. } conſiderans, pertractans. Populum Romanum timere. } Timebat enim po. Ro. quia ſciebat illum non eſſe paſſurũ ſocios ſuos. tam indigne & crudeliter fuiſſe uexatos à Iugurtha. Vſquam }.i. in aliqua re. Niſi in auaritia nobilitatis, quia ſperabat nobiles ſenatores Romæ auaros, à ſe poſſe pecunia corrumpi, ne paterentur aliquid decerni contra ſenatum, quod etiam fecit. In auaritia nobilitatis }.i. nobilium ciuium Romanorum.

Et pecunia ſua. }quia ſperabat nobiles Ro. ciues poſſe corrumpere. Quibus præcepit.} id eſt iuſſit. Ne cunctentur}.i. ne morentur, ne differant. Sed ubi Romam legati. } Oſtendit quanta mutatio animorum Romãs. facta ſit, poſtquam legati Iugurthæ Romam miſſi, ciues. muneribus, & pecunia corruperunt. Dicit enim Iugurtham facta largitione, in gratiam olim uenisse, quem antea omnes odio habebant. Sed ubi. }Ordo eſt. Tanta commutatio inceſſit, ut Iugurtha ueniret in gratiã nobilitatis, ex maxima inuidia, ubi pro poſtquam legati Ro. uenere, et miſere magna munera hoſpitibus, & alijs, authoritas, quorũ pollebat in ſenatu, ea tẽpeſtate dico miſere magna munera ex præcepto regis, quorũ pars inducti ſpe, alij ĩducti præmio nitebantur, ambiẽdo ſingulos ex Senatu, ne conſuleretur grauius in eum. Hoſpitibus. } uel qui ſuſceperant legatos hoſpitijs, uel qui aliquando ſuſcepti fuerant hoſpitio à Iugurtha in prouincia Numidiæ. Ea tẽpeſtate. }eo tempore. Pollebat }.i. potens erat. Inceſſit.} inuaſit. Vt ex maxima inuidia .i. odio. Ecce commutatio.} quem primo maxime oderant, ei poſtea fauebant, eũq; ſumme diligebant. Quorum.} ſcilicet nobilium. Nam nobilitas collectiuum nomen eſt. Pars ſpe.} quidam inducti ſpe, quam legati faciebant. promittebant enim in futurum magna munera. Alij præmio.} alij inducti præmio, qui iam munera uel pecunias acceperant. Ambiendo }.i. blandicijs, circũueniendo, & blandiendo, quia qui corrupti erant, alios ſenatores ſigillatim alloquebantur, blandicijs rogantes, ne in Iugurtham graue aliquid decernerent. In eum }.i. Iugurtham. Conſuleretur }.i. decerneretur, deliberaretur, & determinaretur. Igitur legati. } Poſtquam legati uiſi ſunt muneribus & pecunijs ſatis ſibi propitios reddidiſſe ſenatores, ut iam confidere poſſent, dies ſtatuitur, in quo & Rex Adherbal, & ipſi legati in ſenatum uenirent. Locutum. }ſcilicet in ſenatu. Accepimus.}id eſt audiuimus, intelleximus. Vtriſque.} ſcilicet & regi, & legatis. Senatus datur.}ut Senatus eos audiat.

Mandata.} cõmiſſionem. Doctus.} inſtructus. Irrupere.} impetũ fecere. Alios.}ſcilicet regis ſatellites. Strepitu. } fragore. Tumultu. } clamore. Cæterum. } præterea. Diuulgatur. }Diſſeminatur. Meliores.}Fortiores & aptiores MARLIA.

ad res gerendas, non enim ad bonitatem refertur. Igitur, *ut poſſit occidere Adherbalem, alij codices ſic legunt.* Ig. Iugurtha, *q̃ maximas copias po eſt arm at ur. p ui ali uel imperio ſuo adiungit omni Nu. in omnibus partibus Numidiæ*, parat imperare. Debin..} *Ex puncia uel poſtea.* In otio } *ſine aduerſario.* Vſq̃ } *aliquo modo.* Primum.} *ante alios.* Quæcũq.} *etiam ignobilẽ.* Conſule etur.} *Fieret decretum.* Grauius.} *acerbius.* Conſtituto} *determinato.*

RIVIVS. O Ccultans ſe in tugurio mulieris ancillæ.} *Manuſcripta non habent additam præpoſitionem In. Seruius in primum Aeneidos hunc locum citans præpoſitionem addit. ni ſint mendoſi codices, Itidem in 8. At Donatus in Andriam quidẽ In omittit, conſentiẽtibus ad unum quotquot ipſe uidi im exemplaribus. in Phormionẽ uero, addit præterquam in codice Romano, ubi hic locus contra quàm in alijs ferè eſt omiſſus. Mihi uulgata lectio haud ſanè diſplicet. pro, deliteſcens in tugurio, abdensq́; ſeſe. Niſi quis legẽdum forte putet, Cum interim Hiempſal reperitur occultans in tugurio &c. accuſatiuo omiſſo. quomodo ad Atticum Cicero, Inuentus eſt uix in hortis ſuis occultans ut uidelicet abſolute actiuum ponatur. Tametſi in Merſeburgẽſi eſt, occultãs ſeſe. ut nihil certi quis affirmare queat.* Quã maximas põt copias armat.} *In Merſeburgẽſi & ĩpreſſis uetuſtioribus, copias parat, p cõpat. in cæteris manuſcriptis eſt uulgata lectio, conſentiente Beroaldino.* Mox, Vrbes partim ui, alias uoluntate imperio ſuo iungit.} *Legendum, urbes, &, adiungit. ex manuſcriptis, & Impreſſis quibusdam.* De cæde fratris, & ſuis fortunis.} *Manuſcripta. & fortunis ſuas, ut pronomen ſequatur. id quod elegantius eſt. Nec ſecus ex impreſſis quædam.* Ac deinde Romam contendit.} *in uetuſtis eſt, dehinc, qua uoce perſæpe & alias utitur.* Tum Iugurtha paratis conſilijs, poſtquam omni Numidia potiebatur.} *In quibusdam eſt peractis conſilijs. in manuſcripto, paratis. pro perfectis quæ in animo habuerat. idq́; uerbi maxime omnium placet. Sic dicimus, patrare incepta. patrare facinus pro peragere, perficere.* Mox, In otio facinus ſuum cum animo reputans } *Sic & Fabricianum. & cætera manuſcripta quomodo Cicero alicubi, Multa mecum ipſe reputaui, inquit. Verum in quibusdam tamen eſt, in animo, perperam ut opinor.* Paulo poſt. Romã legatos mittit, quibus præcipit.} *Manuſcripta, quis præcipit. quomodo & aliàs ſæpe.* Mox, Vti primum ueteres amicos magnis muneribus expleant.} *In manuſcriptis & alijs quibusdam non eſt, Magnis.* Mox. Deinde nouos acquirant.} *Eſt quidem in Merſeburgenſi atque alijs uetuſtis Exquirant. ſed in Fabriciano cuius nos plerũque fidem ſequimur, adquirant. pro compararent, conciliarent, adiungant. Id enim propriè hoc loco ſignificat. Habent eodem modo cætera manuſcripta.* Sed ubi legati Romam uenere, & ex præcepto regis.} *Perperam eſt in recentioribus omiſſa copula Et. quæ eſt in antiquioribus addita.* Mox, Vti ex maxima inuidia & maleuolẽtia ĩ gratiã & fauorẽ nobilitatis Iugurtha ueniret } *In uetuſtioribus quibusdã eſt Maleuolẽtia additum, cui fauorem ſtatim opponat, ſicut inuidiæ gratiam. In manuſcriptis tamen & recentioribus nõ eſt idem additum, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit.* Mox, Singulos ex ſenatu ambiendo.) *Fabricianum, ambiundo. nec aliter Merſeburgenſe.*

F Acinus ſuum cum animo reputans.} *Alij codices habent, In animo reputans, cum In præpoſitione, quod & ſimplicius eſt, & apud authores frequentius.* GLAREANUS.

SOLDVS *Oratio in Adherbalis Regis Numidiæ in Senatu Romæ habita.*

P Atres Cõſcripti } *Romulus, qui primus Romæ regnauit. centum ſenatores elegit, quos à ſimilitudine curæ, patres appellauit. poſt centum alij, ut refert Liuius, additi ſunt, qui quia ſimul cũ primis in ſenatu ſcripti ſunt, ſimul omnes patres conſcripti ſunt appellati, quaſi ſimul ſcripti. Patres autem ideo dicti ſunt, uel ab ætate, quia centum illi primi à Romulo ſenes electi ſunt, unde & ſenatores dicti, uel ut dicit Salluſtius, à ſimilitudine curæ, quia uelut patres filios ſuos, & familiam, ſic illi Remp. curarent, & adminiſtrarent. Qui ab his patribus deſcenderunt, patricij ſunt uocati. Hæc autem oratio in genere deliberatiuo poſita eſt. Eſt autem genus deliberatiuum, quod poſitum in cõſultatione habet in ſe ſuaſionẽ & diſſuaſionem. Suadet enim ſenatui, ut ſibi contra Iugurtham auxilium ferat. Huius autem generis finis eſt utilitas. Nam qui ſuadet aliquid, oportet ut oſtendat, id eſſe utile. Vtile autem diuiditur in tutum, & honeſtum. Tutum eſt, quod cum fiet inſtantia, ut conſequentis periculi uitationem, qualibet ratione. Honeſtum diuiditur in rectũ, & laudabile. Rectum eſt, quod cum uirtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, & modeſtiã. In hac igitur oratione ab his partibus maxime argumentatur, & à iuſtitia præſertim. Nam ut ait Cicero iuſtitiæ partibus utemur, ſi aut innocentium, aut ſupplicum miſereri dicimus oportere, ſi oſtenderemus bene merẽtibus gratiam referri conuenire. ſi demõſtrabimus ulciſci male meritos oportere, ſi ſocietates atq; amicitias ſtudioſe coli conuenire dicemus. Ab his partibus tota oratione arguit. Eſt autem oratio compoſita ad eliciendam miſericordiam ſenatus in ſe, & ad indignationem concitandam cõtra Iugurtham, Oratio diuiditur in exordium, narrationem, diuiſionem, confirmationem, confutationem, & concluſionem. In hac oratione omnes hæ partes tractantur, excepta diuiſione, quæ neceſſaria non erat. In exordio beneuolentiam captat à perſona ſua. & à perſona aduerſariorum. À perſona ſua beneuolẽtiam captat, cum quæ incommoda ſibi acciderint, ex-*

ADHERBALIS VERBA.

P ATRES Conſcripti, Micipſa pater meus moriens mihi præcepit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem exiſtimarem meam; cæterum ius & imperiũ eius penes uos eſſe, ſimul eniterer domi militiæq; quàm maximo uſui eſſe Pop. Rom. uos mihi cognatorum, uos affinium loco ducerem. Si ea feciſſem in ueſtra amicitia, exercitum, diuitias, munimenta regni me habiturum. Quæ præcepta patris mei cum agitarem, Iugurtha, homo omnium quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus, contempto imperio ueſtro, Maſiniſſæ me nepotẽ etiam à ſtirpe ſocium, atq; amicum Pop. Rom. regno, fortunisq; oĩbus expulit. Atq; ego P. C. q̃m eo miſeriarũ uenturus eram, uellem potius ob mea, q̃ ob maiorũ meorum beneficia poſſe me petere à uobis auxilium, ac maxime deberi mihi beneficia à Pop. Romano. quibus

ponis

ponit, dicit enim ſe expulſum regno, & omnibus fortunis ſpoliatum. Simul etiam beneuolentiam captat, cum obſecratione humili ac ſupplici utitur. A' perſona aduerſariorum beneuolentiam captat, cum crudelitatem Iugurthæ in ſe & fratrem ſuũ oſtendit, dicit enim ſe crudeliter ab ipſo regno expulſum. Attentos facit auditores, cum oſtendit hoc de quo agitur: ad ipſos, qui audiunt pertinere. Dicit n. ſe ex toto regno pulſum, cuius adminiſtratio tantummodo nõ ſua fuerit, ſed ius regni ipſius populi Ro ſit. Hæc in exordio facit. Nam exordium ẽ oratio, per quam nobis beneuolum, attentum, et docilem reddimus auditorem. Patres conſcripti. } Alloquitur ſenatores. Ordo patet & ſenſus. Dicit enim pater meus moriens præcepit mihi, exiſtimarẽ adminiſtrationẽ regni Numidiæ tantũmõ eẽ meã, ſed regnum ipſum eſſe po. Ro.

Procurationẽ }. i. adminiſtrationem. Eius.) ſcilicet regni.

Penes uos. } apud uos eſſe. i. regnum ipſum eſſe ueſtrum. Et ita attentos facit auditores, cum oſtendit hoc, de quo loquitur ad uos pertinere. Enterer. } conarer. Simul. } id eſt et præcepit, ut darem operam, ut eſſem maxime utilis populo Romano. Vſui. } id eſt utilitati. Vos mihi cognatorum. } uos affinium, cognati genus paternum reſpiciunt, affines genus maternum. Ducerem }. i. exiſtimarem. Si eam feciſſem pendet à ſuperiori, hoc enim reſpicit illud, quod dicit, præcepit, ſed præcipere non potuit, niſi dicendo. ergo ſubauditur. & dicebat, me habiturum exercitum, diuitias, munimentà regni in ueſtra amicitia, ſi ea feciſſẽ.

Si ea feciſſem }. i ſi ita exiſtimaſſẽ, ſicuti mihi præcipiebat.

In ueſtra amicitia. } quia ueſtra amicitia erit mihi exercitus, erũt diuitiæ, erit munimẽtũ regni. Et ex his uerbis ſibi beneuolẽtiam conciliabat auditorũ, cũ

utinam non egerem, ſed ea ſi deſideranda erant, uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per ſe ipſa probitas eſt, neq; mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret, ad uos confugi P.C. quibus, quod mihi miſerrimũ eſt, cogor prius oneri, quàm uſui eſſe. Cæteri reges, aut bello uicti in amicitiam à uobis recepti ſunt, aut in ſuis dubijs rebus ſocietatẽ ueſtram adpetiuerunt. Familia noſtra cum Populo Romano bello Carthaginenſi amiciam inſtituit: quo tempore magis fides eius, quàm fortuna petenda erat. Quorum progeniem uos P.C. nolite pati me nepotem Maſiniſſę, fruſtra à uobis auxilium petere: ſi ad impetrandum nihil cauſæ haberem, præter miſerandam fortunam, quod pauloante Rex genere, fama, atq; copijs potẽs, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes expecto: tamen erat maieſtatis Pop. Rom. prohibere iniuriam, neque pati cuiuſquam regnum per ſcelus creſcere. Verum ego his finibus eiectus ſum, quos maioribus meis Populus Rom. dedit; unde pater, & auus meus unà uobiſcum expulere Syphacem, & Carthaginenſes. Veſtra beneficia mihi erepta ſunt, P.C. uos in mea iniuria deſpecti eſtis. heu me miſerum, huccine Micipſa pater beneficia tua euaſere: ut quem tu parem cum liberis tuis, regniq; participem feciſti, is potiſſimum ſtirpis tuę extinctior ſit? Nunquamne ergo familia noſtra quieta erit? ſemper ne in ſanguine, ferro, fuga uerſabitur? Dũ Carthaginenſes incolumes fuere, iure oĩa ſęua patiebamur: hoſtes à latere, uos amici pcul, ſpes oĩs in armis erat. Poſtquam illa peſtis ex Africa eiecta eſt, læti pacẽ agitabamus: qppe, queis nullus hoſtis erat, niſi forte quem uos iuſſiſſetis. Ecce autem ex improuiſo Iugurtha intoleranda audacia, ſcelere, atq; ſuperbia ſeſe efferens, fratre meo, atq; eodem ppĩnquo ſuo interfecto, primũ regnũ eius ſceleris, ſui prędam fecit. Poſt, ubi me iiſdem dolis nequit capere, nihilominus, quàm uim aut bellum expectantem, in imperio ueſtro, ſicuti uidetis, extorrem patria, domo, inopem & coopertũ miſerijs effecit, ut ubiuis tutius, quàm in meo regno eſſem. Ego ſic exiſtimabam P.C. uti prædicantem audieram patrem meum, qui ueſtram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem ſuſcipere, cæterum ex omnibus maxime tutos eſſe. Quod in familia noſtra fuit, præſtitit, ut in omnibus bellis adeſſet uobis, nos uti per otium tuti ſimus, in manu ueſtra eſt P.C. Pater nos duo fratres reliquit, tertium Iugurthã beneficijs ſuis, ratus eſt nobis coniunctum fore. Alter eorum necatus eſt, alter ipſe ego manus impias uix effugi. Quid agam? aut quò potiſſimum infelix accedam? ge

in nulla remiſi in amicitia populi Romani ſe eum habuiſſe oſtendit. Quæ cum præcepta. } Nunc aduerſarium in odiũ adducit. cum ſuperbiam eius, & crudelitatem oſtendit, qui contempto, & neglecto imperio populi Romani, ſe regno crudeliter expulit. Agitarem }. s. ſeruarẽ. Ex hoc ſibi beneuolẽtiã cõparat, cũ laudat officiũ ſuũ ſine arrogãtia. Cõtẽpto imperio ueſtro. } Ex hoc indignationem ſenatus contra Iugurtham concitat. Maſiniſſæ me nepotẽ } Perſonam Maſiniſſæ nominat artificioſe, quia hic & amicitiam inſtituit cum populo Ro. & eam, dum uixit officioſiſſime coluit. Expulit } ui eiecit.

Atque ego. } Exordio præmiſſo, tranſit ad narrationem in qua breuiter exponit, quid uelit, petit enim auxilium à ſenatu contra Iugurtham, licet, & illa potuerit eſſe narratio in qua rem geſtam breuiter aperuit, uidelicet, quemadmodũ regno expulſus ſit à Iugurtha.

Atq; ego P.C. } Vide quid dicat. Vtinam, inquit, ita mihi eueniſſet, ut ſi aliquando in meis neceſſitatibus opus eſſet auxiliũ petere à uobis, id facere auderem magis propter beneficia mea erga populum Romanũ, quàm propter beneficia maiorum meorum. Ac ſi diceret. doleo, q cũ à me nullũ bñficiũ aceperitis, cogor à uobis bñficiũ petere. Nã ſi aliqñ uobis aliqd' bñficiũ præſtitiſſem, iuſta cauſa eſſet, cur in meis neceſſitatibus ego quoque à uobis beneficium & auxilium peterem. Nunc autem nullum meum erga uos beneficium, ſed tãtummodo beneficia ipſa maiorũ meorũ audaciã præſtant ad petẽdũ à uobis auxiliũ Sed uellem potius, ut mea erga uos beneficia quàm beneficia maiorum meorũ hãc præſtarent audaciam. Et hoc eſt quod dicit. Ordo eſt. Atq; ego, O patres con. Vellem potius me poſſe petere à uobis auxiliũ ob beneficia mea, quàm ob be-

neficia maiorum meorum, quoniam ergo eram uẽturus eo miſeriarum, ut uellem maxime beneficia deberi mihi à populo Ro. quibus uti nã nõ egerem, ſed uti uter er debitis, ſi erant deſideranda. Eo miſeriarũ }. i. ad eas. hoc ẽ in tãtas miſerias. ſcilicet ad quantas perueni. Ob mea }. i. ꝓpter mea ſcilicet ad beneficia. Meorum maiorũ. } In hac parte latenter tangit populum Ro. memorem eſſe debere beneficiorũ maiorum ſuorum. ſ. Maſiniſſæ aui, & Micipſæ patris ſui. Nã ut ſupra mõſtrauimus, Maſiniſſa in Africa contra Carthaginenſes multa præclara facinora geſſit, Micipſa etiam bello Numantino populum Romanum iuuit.

Ac maxime. } Vide quid dicat. Vellem inquit. ut populus Romanus mihi beneficia deberet, ſed nollem eis indigere. et ſi beneficijs po. Rom. indigerem, uellem poſſe uti debitis non gratuitis. Beneficia debita dicũtur, quæ alij debent ex merito noſtro, gratuita dicunt beneficia quæ alij nobis præſtat, non ex merito noſtro, ſed ex gratia ſua, et liberalitate, cum nihil nobis debeant. Deberi mihi beneficia à populo Roma. Quo modo popu. Ro. deberet Adherbali beneficia. Si pop. Romanus accepiſſet aliqua beneficia ab Adherbale, tunc ei deberet beneficia. Vti debitis uterer. } .i. uterer his beneficijs, quæ mihi deberentur ex merito meo à populo Roma. Sed quoniã. } ac ſi diceret nollem, ut mihi eſſet neceſſe petere auxilium à popu. Roma. Sed quoniam neceſſitas incumbit, propterea ad uos confugi. neque enim per me tutus eſſe poſſum. Et hoc eſt quod dicit. Sed quoniam ipſa probitas }. i. ipſa bonitas, ac ſi diceret, quoniam bonitas mea, & innocentia per ſe tuta eſſe non poteſt, neq; Iugurtham cognoſcere potui, qualis eſſet, ad uos confugi. Neque mihi in manu ſuit Iugurtha }. i. neq; mihi co

neris præſidia omnia extincta ſunt. Pater uti neceſſe erat, naturæ conceſsit: fratri, quem minime decuit propinquus per ſcelus uitam eripuit. Affines, amicos, propinquos cæteros meos, alium alia clades oppreſsit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars beſtijs obiecti ſunt: pauci, quibus relicta eſt anima, clauſi in tenebris, cum mœrore & luctu, morte grauiorem uitam exigũt. Si omnia quę aut amiſi, aut ex neceſſarijs aduerſa facta ſunt, incolumia manerent: tamen ſi quid ex improuiſo mali accidiſſet, uos implorarem P. C. quibus, pro magnitudine imperij, ius et iniurias omnes curę eſſe decet. Nũc uero exul patria, domo, ſolus, atq; omniũ honeſtarum rerum egens, quò accedam? aut quos appellem? Nationes'ne, an reges? Qui omnes familiæ noſtrę ob ueſtram amicitiã infeſti ſunt. an quoquam mihi, adire licet, ubi non maiorum meorum hoſtilia monimenta plurima ſint? an quiſquã noſtri miſereri poteſt, qui aliquando uobis hoſtis fuit? Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſtituit P. C. ne quem coleremus niſi Populum Romã. ne ſocietates, ne fœdera noua acciperemus: abunde magna præſidia nobis in ueſtra amicitia fore: ſi huic imperio fortuna mutaretur, unà occidendũ nobis eſſe. uirtute, ac Dijs uolẽtibus, magni et opulẽti eſtis: omnia ſecunda & obedientia ſunt: quo facilius ſociorum iniurias curare licet. Tantum illud uereor, ne quos priuata amicitia Iugurthæ parum cognita trãſuerſos agat: quos ego audio ſũma ope niti, ambire, fatigare uos ſingulos, ne quid de abſente ĩcognita cauſa ſtatuatis: fingere me uerba, & fugam ſimulare, cui licuerit in regno manere. Quòd utinam illum, cuius impio facinore in has miſerias proiectus ſum, eadem hæc ſimulantem uideam: & aliquando, aut apud uos, aut apud Deos immortales rerum humanarum cura oriatur: ut ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox, atq; præclarus eſt, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem noſtrum, fratris mei necis, mearumq; miſeriarum graues pœnas reddat. Iamiam frater animo meo chariſsime, quãquã tibi immaturo, & unde minime decuit, uita erepta eſt; tamen lætãdum magis, quàm dolendum puto caſum tuum. Non enim regnum, ſed fugam, exilium, egeſtatẽ & omnes has, quę me premunt ærumnas, cum anima ſimul amiſiſti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, ex patrio regno, rerum humanarum ſpectaculum præbeo, incertus quid agam. Tuas'ne iniurias perſequar, ipſe auxilij egens? an regno cõſulam? cuius uitæ, necisq; poteſtas, ex alienis opibus pendet? Vtinam emori, fortunis meis honeſtus exitus eſſet; ne

gnitus eſt Iugurtha, qualis eſſet. Et eſt modus notandus. Ea in manu eſſe dicuntur, quæ palã cognoſcuntur. Nam id, quod in manu habemus, nobis eſt notũ.

Confugi }. i. recurri. Quibus. } quod in hi miſerrimum ẽ: cogor prius oneri eſſe quàm uſui. Doleo inquit, ꝙ prius uobis ſum oneri, quam utilitati, quia à uobis beneficium peto, antequam aliquid utilitatis uobis attulerim. Vſui }. i. utilitati. Cæteri reges. } Per narrationem expoſita cauſa tranſit ad confirmationem. Nam tota ſpes uincendi, ratioq; perſuadendi in confirmatione & confutatione poſita eſt. Eſt autem confirmatio, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem, & authoritatem, & firmamẽtum adiungit oratio. Omnes autem argumentationes ſumuntur, aut ex his, quæ attributa ſunt perſonis, aut ex his, quæ ſunt attributa negotijs, perſonis attributa ſunt, nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. Hoc loco arguit à factis, dicit enim quid fecerint maiores ſui pro popu. Ro. Simul à partibus iuſtitiæ arguit, ut antea diximus. Nam iuſtum eſt benemerentibus gratiam referre, in hoc argumento maxime perſtat, ut meminerint beneficiorum, aut aui ſui Maſiniſſæ, & patris Micipſæ. dicit ergo. Cæteri reges in ueſtram amicitiam uenere neceſſitate coacti, cum ſibi magis, ꝙ̃ uobis prodeſſe quærerent, ſed Maſiniſſa auus meus uobiſcum amicitiam contraxit eo tempore, quo uobis ſe maxime eẽ utilem intelligebat, fidei magis ꝙ̃ fortunæ ratione. Cæteri reges. Familia noſtra, uidelicet Maſiniſſæ. Bello Carthaginẽſi. } ſcilicet bello punico ſecundo. hoc ſupra monſtrauimus.

Inſtituit. } incepit, inchoauit.

Fides eius magis quàm fortunæ. } quia tunc Maſiniſſa pauper erat. Vnde Liuius refert

ad eum

uiuere contemptus uiderer, ſi deſeſſus malis iniuriæ conceſſiſſem. Nunc quoniam neque uiuere libet, neque mori licet ſine dedecore, P.C. oro uos per liberos atque parẽtes ueſtros, per maieſtatẽ Populi Romani ſubuenite mihi miſero, ite obuiam iniuriæ, nolite pati regnum Numidię, quod ueſtrum eſt, per ſcelus, & ſanguinem familię noſtrę tabeſcere.

ad eum Romanos tranſiſſe tantummodo cum ducentis equitibus. Ergo fides eius magis q̃ fortuna erat petenda, qa ꝑ potentia eius erat parua, ut pote, qui ſpoliatus erat à Carthaginenſibus, & cum his poſtea fœdus fecerat. Petenda }. i. ex petenda, deſideranda. Quorũ progeniē. } ad familiam refertur, ſed familiam nomen collectiuum, & in numero ſing. plures ſignificat, unde nunc dicit, id eſt quorum filios ſcilicet me nepotem Maſiniſſæ nolite pati, fruſtra petere auxilium à uobis. Si nihil cauſæ. Nunc utitur locis ad eliciendam miſericordiam accommodatis, plures locos Cice. tractat, quibus miſericordia capeatur, quorũ primus eſt, per quem, quibus in bonis fuerimus, & nunc quibus in malis ſimus, oſtendimus. Hoc loco utitur Adherbal, dicit enim. Si nihil haberem aliud, quod uos moueret ad præſtandum auxilium, fortuna mea uos mouere deberet, quia paulo ante eram rex potẽs genere, fama, exercitu fortuniſq; omnibus, nunc inops, & calamitatibus, & miſerijs plenus, omnibus rebus ſpoliatus alienas opes mendicare compellor. Hic locus diligenter tractus ſine dubio multum ualet ad animos flectendos ad miſericordiam. Si nihil aliud) Ordo eſt. Tamen erat maieſtatis populi Romani prohibere iniuriam, neque pati regnum cuiuſquam creſcere per ſcelus, ſi nõ aliud cauſæ haberem ad impetrandum, præter miſerandam fortunam, quod pro quia, ego paulo ante rex potens, genere, fama, atq; copijs, nunc deformatus ærumnis, & inops, expecto opes alienas. Ac ſi diceret Si nullam cauſam ſocietatis & amicitiæ haberem cum populo Ro. tamen maieſtatis populi Romani eſt miſerabili fortunæ meæ ſubuenire, & non pati, ut aliquis uſurpet regnum alterius per ſcelus, ſicuti fecit Iugurtha. Genere. } ſanguinis nobilitate.

Nunc deformatus }. i. deturpatus. Aerumnis }. i. per ærumnas. Aerumnæ propriæ dicuntur labores onerosi. dictæ ab ærumnulis, quæ ſecundum Plautum ſunt furcillæ, quibus religatas ſarcinas maiores gerebãt ſecundum Sextum Pompeium. Alienas opes. } aliena præſidia, uel opes facultates. Tamen maieſtatis erat populi Roma } Arguit hoc loco à partibus fortitudinis quæ res magnas & excelſas ſequitur, & à partibus iuſtitiæ, quæ quod ſuum eſt cuiq; reſtituit. Per ſcelus creſcere. } ſicuti creſcit regnũ Iugurthæ ꝑ ſcelus, q Hiẽpſalẽ dolo interfecit, & Adherbalẽ regno expulit. Verum ego his. } Vide quid dicat, & quo hoc cum ſuperiore ſenſu coniungat. Si nõ haberem aliam cauſam, præter miſerandam fortunã, tum propter maieſtatem ueſtram, deberetis mihi ſubuenire. Sed præter fortunam miſerabilem habeo alias cauſas, uidelicet amicitiam, et ſocietatem antiquam, quia po. Ro. propter ſocietatẽ & amicitiam donauit maioribus meis hoc regnum, de quo ſum expulſus, & de quo auus meus, & pater meus una nobiſcum expulerunt Syphacẽ & Carthaginenſes, & hoc eſt, quod dicit. Verũ. } id eſt ſed. His finibus. } id eſt eo regno. Po Ro. dedit. } hoc ſupra dixit, quia uictis Carthaginẽſibus, et capto Syphace, po. Ro. dono dedit Maſiniſſæ quaſcunq; ciuitates, & loca bello acqſiuerat in Africa. Vnde auus meus ſcilicet Maſiniſſa. Pater. } ſcilicet Micipſa & ex hoc oſtendit ſocietatem antiquam, quæ fuit inter ſuam familiam, et po. Roma. Veſtra beneficia mihi erepta ſunt. } .i. non poſſum uti ueſtro beneficio, quia id, quod uos dediſtis aliqñ maioribus meis, mihi abſtulit Iugurtha. Vos in mea iniuria deſpecti. } dum Iugurtha facit iniuriam, uos deſpicit. Et ita ĩdignationem ſenatus cõtra Iugurthã concitat. Heu miſerũ me. Huccine Micipſa pater } Exclamatio eſt, quæ fit ad ſignificationẽ doloris, aut alicuius indignationis per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam cõpellationem. Locus ẽt unus ẽ ex his, ex qbus et in nos miſericordia captatur, & odium, atq; indignatio in aduerſarium concitatur, quod fit, quotiens cum indignatione conquerimur, quòd ab ijs, à quibus minime cõueniat male tractemur, amicis, propinquis, quibus benefecerimus, quos adiutores recitauerimus. Huccine. } Huc inquit, ô pater Micipſa tua beneficia peruenerunt, ut quem tu in filiũ adoptaſti, hic filiorum tuorum interfector exiſtat. Micipſa. } Sermonem ad patrem mortuum conuertit. Iure omnia ſæua patiebamur. } Dũ Carthaginenſes ĩ imperio fuerunt, merito omnia mala patiebamur. Nam iuſtum erat, ut eos hoſtes haberemus, q erant hoſtes po. Ro. Hoſtis à latere }. ſ. Carthaginẽſes. Nã et Carthaginẽſes et Numidæ ĩ Africa ſunt. A latere }. i. à uicino. Eiecta } Nã eo tpe quo Adherbal hæc dicebat, Carthago deleta erat ab Africano minore. Intolerantia aud. } Iugurtham in odium adducit, ſuperbiam eius, arrogantiam, & crudelitatem exponens. Regnum eius ſceleris ſui prædam fecit. } qa Iugurtha poſt ſcelus ſuum, quo Hiempſalem interfecit, regnũ eius rapuit. Poſt ubi. } Ordo eſt. Poſtq̃ ille Iugurtha effecit me extorrem, ſicuti uidetis, dico me nihil minus expectantem, quàm uim, aut bellum, & effecit me inopem patria, domo, & coopertum miſerijs ita, ſcilicet ut eſſem tutius, ubi uis, quàm in meo regno. Eiſdẽ dolis. } ſcilicet quibus ceperat fratrem meum. Nihil minus, quia nihil erat, quod minus timerem quàm bellum à Iugurtha. In imperio ueſtro. } Nam ut à principio dixit, regnum & imperium Numidiæ uult eſſe Romanorum, ſed adminiſtrationem tantum modo ſuam. Ego ſic. } In tota oratione hoc agit, ut oſtendat in nulla re ſpem habere uoluiſſe, aut præſidia regni ſui collocaſſe, niſi in amicitia, & ſocietate po. Roma. Cæterum. } id eſt ſed exiſtimabam eos multum laborem ſuſcipere, qui ueſtram tenerent amicitiam, ſed ſuper omnes eſſe tutos. Quod in familia noſtra fuit. } Arguit à partibus iuſtitiæ, uidelicet à gratia. Nam partes iuſtitiæ ſunt religio, pietas, gratia, uindicatio, obſeruantia, & ueritas. Eſt autem gratia, in qua amicitiarum, & beneficiorum alterius memoria, et alterius remunerandi uoluntas continetur. Dicit ergo familia noſtra ſemper uobis auxilio fuit in omnibus bellis, iuſtum eſt igitur. ſi grati & memores beneficiorum eſſe uultis, ut uos mihi ueſtrum in tanta neceſſitate præſtetis auxilium. Quod in familia. } Ordo eſt. Noſtra familia præſtitit ſ. hoc ut adeſſet uobis in omnibus bellis, quod in noſtra familia fuit .i. quantum familia noſtra potuit, uobis auxilio fuit in oĩbus bellis. Nos. } Ordo ẽ. In ueſtra manu. uti nos ſimus tuti per otium, ac ſi diceret. Parum eſt quod peto. Nam ſine bello uos facere poteſtis, ut tutus ſim in regno. Pater nos duos fratres reliquit. } Rẽ ponit ante oculos, ita ut magis geri, q̃ narrari uideatur. Alter eorum. } ſcilicet Hiempſal, alterius Iugurthæ. Propinquus. } ſcilicet Iugurtha oppreſſit. Quid agam? aut quò potiſſimum infelix accedam? } Color eſt, qui appellatur. Subiectio. Eſt autem ſubiectio, cum interrogamus, aut quærimus, quid contra nos dici poſſit, deinde ſubijcimus id quod oportet dici;

aut non oportet, aut nobis adiumento futurum ſit, aut aduerſarijs obfuturum. Dicit ergo. Quid agam? aut quò potiſſimum infelix accedam? ac ſi diceret, à quo præſidium petam? A' meis? At hi extincti ſunt. An ab affinibus, propinquis, amicis. At hi alius alia clade à Iugurtha ſunt oppreſſi. An ab alijs regibus, & nationibus. At omnes infeſti, & inimici ſunt mihi propter ſocietatem et amicitiam, quæ mihi eſt cum popu. Roma. Cum igitur & familiæ noſtræ, & propinquorum, & amicorum, & affinium, & regum, & nationum, ac gentium omnium præſidia mihi ſublata ſint, relinquitur, ut ad uos confugiam, & à uobis præſidium petam P. C. & à popu. Ro. in cuius amicitia, & ſocietate familia noſtra regni ſui præſidia, ſemper uoluit eſſe collocata, et hoc eſt, quod dicit. Vtitur autem colore, qui dicitur commoratio: quæ fit, cum in loco firmiſſimo manetur diutius, & eodē ſæpius reditur, ſicut facit Adherbal, qui per totam orationem hoc tractat, & ad hanc ſententiā ſæpius recurrit, ut dicat maiores ſuos ſpem omnem conſeruandi regni ſui in fide, ac ſocietate popu. Roma. poſitam eſſe uoluiſſe, nec ad præſidium regni ſui aliarum gentium aut regum ſocietates, aut fœdera quæſiuiſſe. Pauci.} Miram crudelitatem Iugurthæ oſtendit, quia ſupplicia morte grauiora inuenit. In tenebris.} id eſt in carcere. Sed ſi omnia,} Ordo eſt. O P. C. tum ego implorarem uos, quibus decet ius & iniurias omnes eſſe curæ pro magnitudine imperij, ſi quid aduerſi accidiſſet ex improuiſo, ſi omnia manerent incolumia, quæ aut amiſi, aut facta ſunt aduerſa neceſſarijs. Supra dixit præſidia generis, amicorum, affinium, & propinquorum eſſe ſublata, nec ab eis poſſe præſidium petere, quia eorum pars extincti ſunt, pars in carcere clauſi: nunc dicit. Si pater, & frater, & amici, & propinqui, & omnes ſupra dicti uiuerent, & incolumes eſſent, tamen ſi quid mihi aduerſi accidiſſe, ad uos confugiſſem, à uobis auxilium implorarem. nunc uero, cum eorum mihi præſidia ſublata ſint, & exul patria in tanta calamitate poſitus ſim, ad quos alios confugiam, niſi ad uos, quaſi dicat nemo mihi relictus eſt, à quo præſidium petam, niſi à uobis. Et quia quis obijcere potuiſſet. Sunt & aliæ nationes, atque alij reges, à quibus potes auxilium petere. Reſpondet Adherbal non poſſum, quia omnes mihi & familiæ noſtræ ſunt aduerſi propter ſocietatem, & amicitiam ueſtram. Sed ſi etiam poſſem ab alijs, quàm à uobis auxilium petere, non facerem, quia Maſiniſſa auus nos ita docuit, atque inſtruxit, ne cum aliquo populo, aut rege, uel gente ſocietatem, & amicitiam haberemus, niſi cum po. Roma. in eo magna nobis & ampla præſidia ad tuendum regnum noſtrum futura dicebat. Et hoc eſt qđ dicit. Quæ aut amiſi.} hoc pertinet ad patrem, & ad fratrem extinctum. Aut quæ neceſſarijs aduerſa facta ſunt, hoc pertinet ad affines, propinquos, & amicos. Nam neceſſarij dicuntur, non ſolum ſanguine, ſed & familiaritate, atque amicitia nobis coniuncti. Aduerſa facta ſunt.} nō ſolum quantum ad eos, qui necati ſunt, ſed ēt quantum ad eos, qui carcere afflicti ſunt. Incolumia manerent.} id eſt ſalua, atq; integra, et quantum ad uitam, & quantum ad fortunas, & q̃tum ad dignitatem. Nam ille dicitur incolumis de cuius ſalute, ac dignitate nihil diminutum eſt. Pro magnitudine imperij. Arguit à fortitudine, cuius partes ſunt magnificentia, fidentia, patientia, perſeuerantia. Nunc ab ea parte, quæ dicitur magnificentia arguit. Eſt autem magnificentia rerum magnarum, & excelſarum, cum animi ampla quadam, & ſplendida propoſitiōe agitatio atq; adminiſtratio. Dicit ergo pro magnitudine imperij ueſtri uos decet dare operam, ut unuſquiſque ius ſuum habeat, & iniurias illatas uindicetis, atq; puniatis. An quoquam.} id eſt ab aliquo ad aliquē locum. Quò inquit ire poſſem, ubi non appareat, quemadmodum maiores mei hoſtes fuerunt illius loci propter uos. Nam quicunque fuerunt hoſtes ueſtri, fuerunt et familiæ noſtræ propter ſocietatem. Poſtremo.} ac ſi diceret. Etiam ſi haberem præter uos, unde præſidium petere poſſem, non peterē, quia auus noſter Maſiniſſa ita nos docuit, ne cum aliquo populo ſocietatem haberemus, niſi cum populo Ro. Dicebat incolumi imperio Roma. nos quoque futuros incolumes. Et econtra, ruente & cadēte imperio Roma. nos etiam occaſuros eſſe. Ac dijs uolentibus} ac ſi diceret. benignitate deorum. Et arguit à poſſibili. Nam qui petit, ea petere debet, quæ is præſtare poſſit, à quo petit. Virtute.} ſcilicet ueſtra. Dijs uolentibus.} id eſt benignitate deorum.

Magni.} ſcilicet nomine, ac fama. Opulenti.} ſcilicet imperio. id eſt potentes, & diuites, ac ſi diceret. Date operam, ut intelligā, Maſiniſſam uera nobis prædixiſſe de uobis. Dixit enim incolumi hoc imperio, nos quoq; futuros incolumes. Nunc ueſtrum imperiū incolume eſt, & magnum atque amplum. Curate igitur, ut ego propter ueſtram ſocietatem incolumis ſim. Et ita concludit argumenta ſuæ confirmationis. Omnia ſecunda.} id eſt proſpera.

Sociorum.} confœderatorum, quos nunc uulgo colligatos uocant. Iniurias.} ſicuti eſt iniuria, quam mihi Iugurtha intulit.

Tātum illud uereor.} Nūc tranſit ad confutationem. Confutatio eſt, per quam aduerſariorum argumenta diſſoluimus. Quos'.} inquit, intelligo priuata amicitia fauere Iugurthæ, & ambire unumquemq; ueſtrum, ne ipſo abſente, aliquid contra ipſum ſtatuatis, & dicere, me fingere uerba, & ſimulare fugam, cum in regno manere potuerim, quod falſum ē. Ne quos.} .i. aliquos. Tranſuerſos agat.} id eſt peruertat, & à recto deducat. Maxima ope.} id eſt maxima ui. Niti.} id eſt conari. Ambire,} blandicijs circumuenire. Abſente} .ſ. Iugurtha. Fingere me uerba,} ſubauditur, & audio illos dicere, me fingere uerba. Quod utinam.} Per imprecationem uertit in Iugurtham hoc, quod de ſe dicunt aduerſarij ſui. Amici Iugurthæ, dicunt me omnino fingere, ſed utinam inquit ego aliquando uideam Iugurtham ſceleratum ita fingentem, & ſimulantem quemadmodum ego fingo, ut ſic pœnas meritas luat ſcelerum ſuorum, quæ in patrem meum et fratrē Micipſam auſus eſt perpetrare. Quòd utinam} id eſt, ſed utinam, ordo eſt. Quòd id eſt ſed utinam uideam illum ſimulantem hæc eadem, illum dico, impio facinore cuius ſum proiectus in has miſerias. Et aliquando oriatur cura rerum humanarum apud uos, aut apud deos immortales: ut ille, qui nunc eſt ferox, atq; præclarus ſuis facinoribus excruciatus omnibus malis, reddat graues pœnas impietatis in parētem noſtrum, & pœnas necis fratris mei, & pœnas miſeriarum mearum. Sceleribus ſuis ferox.} id eſt indomitus, et immanis propter ſcelera ſua. Præclarus, nobilis, per ironiam dictum. Impietatis in parentem.} quia à quo adoptatus erat in filium, eius filios impie perſecutus eſt. Iamiam animo meo chariſſime frater.} Hic incipit concluſio, quæ tripliciter tractatur, aut per enumerationem aut per indignationem, aut per conqueſtionem. hic concludit per conqueſtionem. Eſt autem conqueſtio oratio auditorum miſericordiam captans. In hac conqueſtione ex pluribus locis miſericordiam captat, ex primo loco, cum oſtēdit ex regno ad tātas miſerias eſſe deductum: ex loco ſexto, cum oſtendit præter ſpem in tantas calamitates incidiſſe: ex quartodecimo, cum humili & ſupplici oratione obſecrat auditores, ut ſui miſereantur, & ſibi opem ferant. Iā iam, color eſt, qui dicitur conduplicatio, quæ fit cum ratione amplificationis, aut commiſerationis eiuſdem unius, aut plurium uerborū

iteratio

iteratio ſit. Nũc unius uerbi iteratio eſt, et orationẽ ad fratrẽ extinctũ uertit, ut nece idigna fratris cõmemorata, aĩ oĩum magis ad miſericordiã commoueãtur. Animo meo chariſ. } Affectũ ſuum erga fratrem oſtendit. Immaturo } .i. iuueni. Et unde }.i. quo ſcilicet à Iugurtha propinquo tuo, & fratre adoptiuo. Vnde minime decuit. } Captat miſericordiã ex eo loco, per quem cũ indignatione conquerimur, q̃ male tractemur ab his, à quibus minime conueniat, propinquus, amicus, quibus bñfecimus. minime decuit ſcilicet eripi. Ordo eſt. O frater chariſſime aĩo meo, tãtũ tñ puto eẽ lætãdũ magis caſum tuũ quàm dolendũ: quãq̃ uita ſit erepta tibi ĩmaturo, & .ſ. erepta ſit ab eo, unde .i. à quo minime decuit. ſ. eripi. Caſum tuũ } .i. pp mortem tuam. Non enim } Reddit cauſam, quare magis lætandum ſit ex morte eius quàm dolendum. Melius fuit mori quàm uiuere, ſicuti ego uiuo ſcilicet in exilio, ĩ egeſtate, in ærumnis, hæc omnia mala cum uita ſimul amiſiſti. Fugam. } Declarat quid ſit fuga id eſt exilium. Premunt. } affligunt, ærumnas id eſt miſerias & labores. Anima. } id eſt uita. Præcipitatus }. i. deiectus. Rerum humanarum ſpectaculum præbeo. } Sine dubio ingenti artificio hanc concluſionem tractat. Paulo ante, inquit, rex eram, nunc in tanta mala deductus ſum, ut rerum humanarum ſpectaculum & exemplum ſim, quia qui me aſpiciunt, diſcunt ex me, quàm mutabilis ſit rerum humanarum natura, quia cum paulo ante rex fuerim, nũc autem tam inops & infelix, doceo rerum humanarum naturam inſtabilem eſſe, atq; uolubilem. Incertus }.i. dubius. Quid agam } Subiectio, quem colorem etiam ſupra tractauit. Tuasne iniurias perſequar. } ipſe auxilij egens, quaſi dicat nũ adhuc perſequar fratrem extinctum ab eo. An regno conſulam. } id eſt prouidebo, quaſi dicat non poſſum, cum uita mea & mors in poteſtate aliorum ſit poſita. Tuasne iniurias perſequar. } ipſe auxilij egens ô frater, an perſequar eum, qui tibi iniuriam attulit, cum ego indigeam auxilio. quaſi dicat non poſſum, nõ enim poſſum tibi ad uindicandas iniurias auxilium afferre, cum ego ipſe egeam auxilio. An regno. } ſcilicet meo. Cuius. } ſcilicet mei. Ordo. An ego conſulam regno cuius poteſtas uitæ, & necis pendet ex alienis opibus, uita inquit mea & mors ex aliorum pendet auxilio. Nam ſi mihi affertur auxilium, uiuam, ſi negatur auxiliũ, moriar. Ex opibus alienis. } id eſt ex præſidio alieno. Vtinam emori. } fortunis meis honeſtus exitus eſſet, ne uiuere contemptus uiderer, ſi defeſſus malis iniuriæ conceſſiſſem. Vtinam inquit pro dignitate mea honeſte mori poſſem, ne turpiter, & cum dedecore uiuere uidear, ſi malis defatigatus iniuriam prohibere, & ſuperare non ualens, in regnum non rediero. Atq; ita, neque mihi uiuere placet, neq; mori poſſum ſine dedecore. Adherbal in eo ſtatu, quo nec erat, nec mori, nec uiuere honeſte poterat, quia regno, & dignitate, & fortunis omnibus ſpoliatus tanquam homo priuatus, turpiter cum dedecore & uixiſſet, & mortuus eſſet. Quia ergo neutrum honeſte facere poterat, medium quoddam petit à ſenatu, populoq; Ro. ut præſidio eius reſtituatur in regnum. Vtinã emori. } id eſt utinam mors eſſet honeſtus finis ſtatui meo. & hoc eſt quod dicit. Contemptus. } id eſt neglectus ſpretus. Iniuriæ conceſſiſſem. } id eſt locum dediſſem iniuriæ. quid eſt locum dare iniuriæ, niſi uinci ab iniuriis, & iniuriam ſuperare non poſſe. Nunc neque uiuere libet, quia regno pulſus, & fortunis omnibus ſpoliatus cum dedecore uiuo. Neq; mori licet. } id eſt nec mori poſſum ſine dedecore eadem ratione. ſcilicet quia ſecundum dignitatem generis mei, regno amiſſo, & fortunis omnibus priuatus mori non poſſem. Subuenite mihi miſero, ite obuiam iniuriæ. } Diſſolutio eſt, quæ fit, cum oratio, coniunctionibus ex medio ſublatis, ſeparatis partibus, effertur. Ite obuiam iniuriæ. } id eſt iniuriam prohibete, arcete, repellite. Regnum Numidiæ, quod ueſtrum eſt } q̃d' eſt ualidiſſimum argumentum, & primum, & ultimum ponit. Vult enim hoc inhærere animis auditorum, regnum Numidiæ eſſe non ſuum, ſed populi Roma. Per ſcelus & ſanguinem, cædem fratris ſui à Iugurtha perpetratam notat, ut animi auditorum contra Iugurtham ad indignationem, & odium concitentur. Tabeſcere. } id eſt corrumpi.

Patres con. } Oratio Adherbalis ad ſenatum ſi finem eius ſpectamus in del. erit genere Tamen demonſtratiui habet partes q̃ præterita narrat. Bñuolẽtiã à pſona ꝓpria captat narrando incommoda ſua. & à rebus ipſis, cum dicat Numidiæ regnum eſſe in populi Roma. poteſtate. Similiter à perſona aduerſariorum nouiſſime, à pſona auditorũ. Arg. ſumitur ab honeſto. honeſtũ eſt.n. populi Roma. ſocium & amicum defendere nec nõ à regno expulſis auxilium præſtare & a facili, quia ô P. C. magni & opulenti eſtis & omnia ſecunda & obedientia uobis ſunt. Narrat & cõfutat. Nouiſſime cũ miſeratione concludit, iniam habet exornationem, in qua ĩmoratur. Moriens. } morientis enim uerba maximũ habẽt effectum ut his carminibus demonſtrat Auguſtus. Sed legũ ſeruanda fides, ſuprema uoluntas Quod mãdat fieriq; iubet parere neceſſe eſt. Præcepit. } mandauit. Quam maximo. } ualde uſui populo Roma. Pater. ſ. præcepit ut ducerem &c. Si feciſſem ea. } Si obſequabilis uobis fuiſſem. Agitarem. } cum effectu agerem. Contempto ueſtro imp. } quia regnum quod habemus nobis à Pop. Rom. conceſſum eſt quod tamen in eorum poteſtate eſt. MARLia.

A' ſtirpe. } à maioribus, nam ſolent poſteri factionibus quibus et parentes fauebãt fauere. Ergo à ſtirpe. } id eſt natum non factũ ex tempore. Eo miſeriarum. } ad tantas miſerias. Deſideranda. } petenda. Vti debetis. } quia amicitia debet eſſe mutua. Vterer. } ſcilicet beneficijs. Probitas. } innocentia. Per ſe ipſa. } ſine armis. In manu. } In promptu, differt à ſub manu. Nam ſub manus dicitur ille, qui ſemper habet conſilium paratum ad prouidendum aduerſis. Qualis, } q̃ ſceleſtus. Oneri. } quia prius à uobis peto ſubſidium quàm tribuerim. Vſui } id eſt cõmodo. Societatem. } cõfederationem. Fides eius. } ſcilicet familiæ noſtræ. } Fortuna. } opulentia. Impetrandum. } obtinẽdum auxilium. Rex genere, } quia non occupaui hoc armis nec ex ipſo aliquem expuli.

Defor. } quia ut ait Sen. grauiſſimum eſt de regno cadere. Defor. } Sordidatus. Aerũnis. } id ẽ laboribus corporis. Aerũnæ corpus affluctant ait Hiero. Apuleius Erũnulas appellat quaſdam furculas quibus uiatores utuntur ad ſuſtentandum onus cum defeſſi ſunt. Inops. } omnium indigens. Per ſcelus. } per cædem.

Dedit. } dono conceſſit. Vobiſcum. } cum Scipione. Veſtra beneficia. } Munera. Iniuria mea. } quia non ſolum ego ſum deſpectus, ſed & uos, nam imperium ueſtrum nobis eripiunt. Heu miſerum. } apoſtrophat ad patrem & ſubijcit indignitatẽ. Huccine. } Venerunt ad hunc finem. Stirpis } legitimorum filiorum. Nunquam. } Expolitio eſt tota. Iure omnia. } quia quicquid mali hoſti ab hoſte infertur, iure patitur. A' latere. } In confinibus & uos procul, nec tam cito auxilium nobis præſtabatis. Peſtis. } Carthaginis imperium. Læti. } quia non habebamus hoſtes. Iuſſiſſetis. } nam nullus hoſtis nobis erat, niſi quem uos uolebatis, quia ſi quiſpiã uobis hoſtis erat, & nobis, quia ſumebamus arma cõtra ipſum pro ueſtra defenſione. Fecit prædam. } occupauit. Poſt ubi. } ordo eſt. Iug. fecit me extorrem, exulẽ patria, domo, inopem, &

eo opertum.i.bonuſtum omnibus miſerijs,dico me expect.nihil minus qui im um aut bellum,ſicuti uidetis,in ueſtro imp. poſtquám nequiuit capere me in eisdẽ dolis: Vt ubi uis } in omni parte. Adeſſet. } paratus eẽt. Coniunctum.} nobis amicum. Impias.} ſceleratas. Extincta.} perdita. Erat neceſ.} quia ut ait Horatius & calcanda ſemel uia leti. Quem. } ſcilicet Iugur. propinquum.

Abiecti. } dati laniandi. Grauiorem. } peiorem, Etiã ſi ſta.} ſcilicet bona. Iniurias eius.} ſcilicet Iugurthæ, alius codex ita legit,quibus pro mag. Imperij ius & iniurias &c. Solus ſine,} cognatis. Appellẽ } inuocem. Inſtituit.} hæredes reliquit. Mutaretur }.ſ.Po.Ro.qui nunc proſperam habet fortunam aliquod in commodum pateretur. Virtute.} id eſt fortitudine. Dijs uolentibus.} opitulantibus. Curare.} repellere. Magni. } potẽtes. Priuata.} cum ſingulis romanis. Tranſuerſos. } Præter iuſtitiam.

Parum cognoſ. } quia Iugurthæ perfidia parum cognoſcitur.

Quos.} ſcilicet priuatos. Sũma ope.} manibus. Singulos }.i. ſeparatim. Licuerit.} facultas fuerit. Aliquando. } poſt longas calamitates. Oratur.} ueniat. Ferox.} Inſolens. Iãiã frater } nunc obijcit fratris imaginem tanquam miſeriarum ſpectaculum.

Animo meo. } ſcilicet es.non potes enim á mente mea auferri.

Immaturo.} ante tempus. Fugam. } quia non es coactus fugere ut ego.Sed an fiſti.i.euitaſti fugam. Non regnum } quia,imperan te perijſti. Infelix. } ſiniſtro fato genitus. Præcipitatus. } ex inopinato deuolutus. Spectaculum.} Sum exemplo quám mutabilis ſit fortuna. Egens auxilij tuas in } qui mihi ſuccurrere nõ poſſum quo modo ulciſcar tuas iniurias. Regno conſulam. } Inſiſtam ut regnum recuperarem. Pendet ex &c. } duco ſpiritum precariũ

Illi dicuntur ducere ſpiritum præcarium quorum uita eſt in poteſtate alicuius. Conceſiſſem. } locum dediſſem. Neq; mori licet ſine d. } non datur honeſta mors mihi,dicerent enim mortales me non fuiſſe conſtantem & propterea exceſiſſe humanis ut pericula & miſerias euitarem. Per liberos.} per beneuolentiam qua ꝑſequimini filios ueſtros. Eſt ueſtrũ, } qđ olim Maſiniſſa donaſtis,

Tabeſcere, } deficere.

RIVIVS. Cæterum ius & imperium eius penes uos eſſe. } Eius,non eſt in omnibus uetuſtis.nec ſenſus magnopere requirit. nam genitiuus ille regni Numidiæ, huc eſt referendus qui anteceſſit. Sic paulo poſt, Quæ præcepta patris mei cum agitarem } τὸ Mei. non eſt in omnibus uetuſtis.et eſt ab literatore forſan aliquo adiectum,qui uoluerit explicare,quo de patre loqueretur . proinde ac ſi non id ſatis è ſuperioribus planum perſpicuũq; foret.Talia permulta paſſim ſunt cum in Salluſtio , tum in cæteris ferè omnibus adiecta. Id quod facile ſentit,qui ſcripta ueterum diligenter euoluit. Ne quid tamen diſſimulem,eſt in manuſcriptis duobus hoc loco.parentis mei. Mox, Contempto ueſtro imperio.} Manuſcripta,contempto imperio ueſtro.ut pronomen ſequatur.quomodo et Badianus codex. Mox, Etiam à ſtirpe ſocium atq; amicum po, Ro.} Manuſcriptum,ab ſtirpe.Hoc autẽ ideo Adherbal. quód Maſiniſſæ nepos eſſet,qui rex,ſociusq;,& amicus fuerat ab ſenatu appellatus.Cuius nominis honorem & paucis admodum,& pro magnis erga ſe regum meritis atq; officijs dare populus Roma. conſueuit. Quibus utinam non egerem. } Non eſt in ullo uſpiam manuſcripto,quod ſciam,illa optandi particula Vtinam. ac mea quidem ſententia rectius eadem abeſt.Qui locum expenderit,ſi cuius modo eſt in literis iudicij,mecum haud dubie faciet. Nec exẽplar eam Beroaldinum habet. Secundum ea ſi deſideranda erant , uti debitis uterer. } Codices quidem in pergamenis deſcripti,conſentiẽtibus & impreſſis nonnullis,interq; hos eo qui à Pincio eſt Venetijs excuſus. Sed ea ſi deſideranda erant. Verum priorem lectionem eſſe ueriorem,è Priſciano liquet. Is enim libro 13. de prepoſitione agens,Secundum, inquit,quando pro κατὰ & μετὰ accipitur,loco præpoſitionis eſt . Salluſtius in Iugurthino , Secundum ea,uti debitis uterer. Lucanus 8. ſecundum Aemathiam lis tanta datur . Ita Priſcianus , uidelicet hoc dicit , Secundum in Salluſtij exemplo , poſt uel proxime ſignificare . in Lucani , pro. Vt mirari ſatis non queam , quid ille ſibi uelit , qui pro ſuper accipi adnotauit.quem in ſcopulum tamen & Thomas Linacer impegit. Sed ſi ad impetrandum nihil cauſæ haberem } illa particula Sed,non eſt in codicibus manuſcriptis,nec in cæteris impreſſis. Mox, Nunc deformatus ærumnis,inops.alienas opes expecto.}

In alijs eſt, expeto. Vtrunq; mea quidem ſententia ſic quadrat, uix ut noris,utrum alteri præferas.niſi quod prius illud eſt in codici manuſcriptis. Cic.ad Atticum,Cæſar iam opes meas , non ut ante opem expectat.Idem alibi,auxilium expetere dixit.quomodo & Terentius in Andria,auxilium expetens. Heu me miſerum.} In tribus manuſcriptis eſt.Eheu.nec aliter citare Probus uidetur, quo loco docet,hanc interiectionem etiam liberæ à numeris orationi,& cum primis hiſtoriæ conuenire.Quanquam autem Valla hanc particulam nulli caſui ſeruire do.et , eſt tamen inuenire ubi cum accuſatiuo iuncta ſit.Terentius in Phormione,Eheu me miſerum,inquit.Et Cicero in oratione antequam iret in exilium , Eheu conditionem huius temporis. Sed Virgilius nullum ei addit caſum in Buc.Eheu quid uolui miſero mihi.& iterum,Eheu quám pingui macer eſt mihi taurus in aruo.Sed nec Tibullus,Eheu diuitibus uideo gaudere puellas. Idem,Ferreus eſt eheu, quiſquis in te manet. Sunt q & hoc et ſimilibus locis,heu heu legere malint. Sanè codex Merſeburgenſis hic habet,Heu heu me miſerum , & eodem modo Florentinus.Verum,ne quid diſſimulem, & heu ſine caſu ſæpenumero ponitur.ut apud Ciceronem,Heu quám diſpari domino dominaris.Virg.Heu fuge nate dea.& , Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.ſic ſæpe alias uelut 2. Aen. Heu quæ nunc tellus inquit,quæ me æquora poſſunt accipere! & 4 Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? &, Heu furijs incenſa feror. Semper'ne in ſanguine,ferro,fuga uerſabitur? } Manuſcripti codices & impreſſi quidam,Verſabimur habent. Id mihi quidem magis arridet. Hoſtis à latere,uos amici procul .} In manuſcriptis eſt,hoſtis ab latere,idq; melius. Læti pacem agitabamus.quippe quibus nullus hoſtis erat } In manuſcriptis eſt, quis hoſtis nullus erat.pro,quibus.Ita in Officijs Cicero, A' quis male pugnatũ eſt,inquit.pro à quibus.Salluſtius paulo ante, Legatos Romã mittit quis præcipit.Sic poſtea alicubi,Quis adiutoribus Regẽ aggreſſus,ĩpellit uti aduerſum Roma.bellũ incipiat.Rurſus,Quis oĩa honeſta,atq; inhoneſta uẽdere mos erat.&, Quis oĩa regna aduerſa ſint. Mox, Ecce aũt ex ĩprouiſo Iugurtha intolerãda audacia.} Hæc uera lectio.Cæterũ ẽ in Merſeburgẽſi,de ĩprouiſo.ſed eodẽ planè ſẽſu.Dicimus.n.ĩprouiſo,ex ĩprouiſo.de ĩprouiſo. Cicero pro Murena,Syracuſani improuiſo in caſtra Hamilcaris irrũpunt.Idem in Verrem , Ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent.Sic & de ĩprouiſo alicubi dixit. Sicut uidetis,extorrem patria } Fabricianum.ſicuti uidetis. quomodo & aliàs ferè. Vt in omnibus bellis adeſſet nobis:} Manuſcripta,uti in omnibus bellis. Merſeburgenſe,adeſſent uobis.numero plurali. Alter eorum necatus eſt.}

In Merſeburgenſi & alio quodam manuſcripto non eſt uerbum ſubſtantiuum. Paulo poſt, Alium alia clade oppreſſit. }

Manuſcriptum

Manuſcriptum Fabricij, clades, conſentientibus & alijs duobus. Verum Merſeburgenſe, clade auferenda caſu. Iniurias omnes.} Legendum ex uetuſtis, omnes. Nũc uero exul patria, domo, ſolus, atq; omnium rerum honeſtarum egens, quò accedam, aut quos appellem?} Manuſcriptum, atque omnium honeſtarum egens rerum. Eſt qui accidam hoc loco, non accedam legat. itaq; ex commentarijs in Terentium Donati. Ac citat quidem in Hecyram Donatus locum Salluſtij quendam ubi is dixerit, Qua accidam, aut quò? ſed non hunc opinor è bello Iugurthino. itaq; lectionem uulgatam relinquendam puto. Cæterum appellare hic eo planè modo accipitur, quo apud Ciceronem cum ait, Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? &, Vos etiam atque etiam imploro atque appello ſanctiſſimæ deæ. Item, Quid agendum eſt? qui deus appellandus? cuius hominis fides imploranda? Ergo quos appellē Salluſtius, pro, quos inuocem? quorum fidem & miſericordiam implorē atq; expoſcã? à quibus opē auxiliũq; petã? Poſtremo Maſiniſſa ita nos inſtituit.} In nõnullis eſt, Micipſa, ut de patre ſuo, non auo loquatur. & ſic quoq; Florentinum. licet alter codices in membrana deſcripti. Quos ego audio ſũma ope niti.} Manuſcripta, maxima ope niti. quomodo & Badianum exemplar & Beroaldinum, ſed eodem ſenſu. pro, ſummis uiribus. Omnibus malis excruciatus.} In quibuſdã additur. Ipſe. Mox, Graues pœnas reddat.} Legendum, graues. Tamen lætandum magis quàm dolendum caſum tuum puto.} Manuſcripta, quam dolendum puto caſum tuum. Cuius uitæ neciſq; poteſtas ex alienis opibus pendet.} Manuſcripta, ex opibus alienis. ut adiectiuũ ſequatur. Oro uos ꝑ liberos atq; parentes ueſtros,} In manuſcriptis nõ eſt Oro, neq; in Beroaldino, ſed tantummodo Per uos. per liberos &c. quæ lectio, haud dubium quin melior ſit. Nec aliter ferè Liuius 9. ſecundi belli Punici, Quibus per uos fidemq; ueſtram P.C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neq; in Italia, neq; in Africa quicquam rei geſſeritis.

GLAREA. SEcundum ea ſi deſideranda erant, uti debitis uterer.} Obſcuriſſime hoc dictum eſt. Vetuſtiores codices habebant: Sed ſi ea deſideranda erant, &c. Cæterum uerba, quæ per duos deinde ſequuntur uerſus, etſi luculenta ſunt, ſenſus tamen ad præcedentia nullam facit fidem. Nam probitas, quid ad præcedentia? quid deinde hæc uerba, Neq; mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret? Hæc ideo mihi annotantur, ut eo diligentius codices antiqui inſpiciantur. Nam non eſt mihi dubium multis in locis, temporum potiſſimũ iniuria, ac ſciolorum quorundam audacia hunc authorem mutilum, cuius exemplaria tam uaria leguntur. Multa etiam diſſimulo, quia annotationes ſcribimus, non cõmentum. Aut ex neceſſarijs aduerſa facta ſunt.} Non dixit Neceſſarios maſculino, ſed Neceſſaria neutro genere, ut imperia & ſeruitia pro Imperatoribus ac ſeruis dicere frequenter claſſici ſcriptores ſolent. Ne uiuere cõtemptus viderer.} Omnes codices habent, Contemptus. atq; ita etiam Soldus legit: quippe qui exponat, Contemptus, ideſt, neglectus, ſpretus. Badius autem putat, Contentus legendũ eſſe. Quid illum mouerit, non hercle intelligo. Sed admonẽdus erat Lector, ſi forte alij aliud ſuccurrerit, quod me fugerit. Idem Badius nõ ita multo poſt, de L. Opimio, cum alij legant: Eum Iugurtha, tametſi Romæ in amicis habuerat: ipſe In inimicis, pro In amicis legit. propter illud Tamen, quod proxime ſequitur, tamen accuratiſſime accepit: & habet ſanè ueri ſpeciem, ſed Lector iudicet.

SOLDVS. POſtquã.} finita oratione Adherbalis, dicit quid ex altera parte legati reſponderint. Largitione.} quam fecerant, ut ſupra dixit. Cum cauſa eorum turpis erat. Freti.} confiſi. Paucis.} i. cũ paucis uerbis. Hiẽpſalẽ ob.} hoc falſum eſt. Adherbalẽ ultro bellũ inferentẽ. Et hoc quoq; eſt falſum. Vltro.} [illegible] prouocatus non eſſet. Queri.} pro conqueri. Adherbalem ꝑ omnia ſubauditur reſpondent, uel dicunt: nam reſpondentes dicebant. Ac Numantiæ cognitus eſſet.} uirtutè Iugurthæ in bello Numantino monſtratam in memoriam reducunt. Ac.} pro quàm. Vtriq;.} & rex, & legati. Curia.} id eſt ſenatu. Cõſulitur.} id eſt rogatur. Nam qui ſenatum rogabat, propoſita re, de qua deliberandum eſſet, unumquẽq; ſenatorem rogabat, ut ſententiam ſuam diceret. deinde, cum ſuper ea re ſatis dictum uideretur, ſenatores in ſententiã mittebãtur. Nã ab una parte curiæ, in alterã ptẽ trãſferebãtur. Et hoc erat ire pedibus in ſniãm, quòcũq; maior pars decreuiſſet ſcriptis notabatur. Et id tale dicebatur Senatuſconſultum, uel Decretum Senatus. Deprauata gratia.} ideſt ficta, ex corrupta ipſa gratia, ſiue per gratiam. Contemnere dicta Adherbalis.} pro contẽnebant. Extollere Iugurthæ uirtutem, pro extollebant.} id eſt laudabant. Nitebantur pro gloria.} id eſt certabant. Pro alieno ſcelere.} ſcilicet ipſius Iugurthæ. ita contendebant pro ſcelere Iugurthæ, ut ſcelus Iugurthæ defenderent, qui & Hiempſalem interfecerat, et Adherbalem regno ſpoliauerat. At contra bonum & æquum.} id eſt honeſtum, et iuſtum. i. honeſtas, & iuſtitia. Seuere.} id eſt iuſte, & ꝑ merito uindicandum. i. puniendum. Cenſebant.} iudicabant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus.} ſcilicet cenſebat. Super omnes Aemilius Scaurus cenſebat Adherbali eſſe ſubueniendum, & Iugurtham eſſe puniẽdum, qui Scaurus, quãuis auarus & diuitiarũ cupidus eſſet, tamen non permiſit ſe à legatis pecunia corrumpi, quia uidebat eam largitionem tam aperte, et impudenter fieri, ut inuidiam in eos qui corrupti eſſent, accendere poſſet. Mores autem Scauri deſcribit, hac de cauſa, quia cũ diuitiarum & potentiæ cupidus eſſet, mirum uidetur, q. & ipſe non fuerit à legatis largitione

POſtquam rex loquen[illegible] fecit: legati Iugurthæ largitione ma[illegible] cauſa freti, paucis reſpondẽt; Hiempſalem ob ſæuitiam ſuam à Numidis interfectum; Adherbalem ultro bellum inferentem, poſtquam ſuperatus ſit, queri, quòd iniuriam facere nequiſſet; Iugurtham ab Senatu petere, ne ſe alium putarent ac Numantiæ cognitus eſſet, neu uerba inimici ante facta ſua ponerent. Deinde utriq; curia egrediũtur. Senatus ſtatim conſulitur: fautores legatorum, prætérea Senatus magna pars, gratia deprauata, Adherbalis dicta cõtemnere; Iugurthæ uirtutem laudibus extollere; gratia, uoce, deniq; omnibus modis pro alieno ſcelere, & flagitio, ſua quaſi pro gloria nitebantur. At contra pauci, quibus bonũ & æquum diuitijs charius erat; ſubueniendum Adherbali, & Hiempſalis mortem ſeuere uindicandam cenſebant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus; auidus potentiæ, honoris, diuitiarum; cæterum uitia ſua

callide occultans. Is poſtquam uidit Regis largitionẽ famoſam impudentẽq;, ueritus (quod in tali re fieri ſolet) ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum à conſueta libidine continuit. Vicit tamẽ in Senatu pars illa, quę uero pretiũ aut gratiam anteferebat. Decretum fit, uti decem legati regnũ, quod Micipſa obtinuerat, inter Iugurtham & Adherbalem diuiderent. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens; qui cõſul C. Graccho & M. Fuluio Flacco interfectis, acerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha, tametſi Romæ in amicis habuerat, tamen accuratiſſime accepit: dãdo, & pollicendo multa perfecit; uti famæ, fidei, poſtremo omnibus ſuis rebus, commodum regis anteferret. reliquos legatos eadem uia aggreſſus, plerõſque capit; paucis charior fides, ꝙ pecunia fuit. In diuiſione regni, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agris uiriſq; opulẽtior, Iugurthæ traditur; illam alteram, ſpecie, ꝙ uſu potiorẽ, quæ portuoſior, & ędificijs magis exornata erat, Adherbal poſſedit. Res poſtulare uidet Africæ ſitum paucis exponere, & eas gentes quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quę loca, & nationes ob calorem aut aſperitatem, item ob ſolitudines minus frequentata ſunt; de his haud facile compertum narrauerim; cętera, quàm paucisſimis abſoluam.

corruptus. Sed Salluſtius cauſam oſtendit, quare non permiſerit ſe corrumpi, & dicit. Scaurus quidem erat potentiæ cupidus & diuitiarum, ſed ſua uitia callide et aſtute occultabat. Nolebat enim, ut omnes uitia ſua ĩtelligerent. Et ideo cum uideret eam largitionem, quam legati Iugurthæ faciebant, eſſe nimis apertam, & imprudentem, ita ut inuidiam accendere poſſet, et continuit ſeipſum, & nihil pecuniarum à legatis Iugurthæ accipere uoluit, & propterea libere contra Iugurtham in ſenatu locutus eſt. Et hoc eſt quod dicit. Hõ nobilis } ex gente patritia. Impiger } in laboribus exercitatus. Factioſus. } quia factiones amabat. Auidus. } cupidus. Calli de. } aſtute, malitioſe. Is poſtq̃. } Ordo eſt. Is ueritus. ſ. id quod ſolet fieri in tali re ſ ne polluta licentia accenderet nimiam inuidiam, cõtinuit animum à cõſueta libidine. poſtquam ille uidet famoſam, & impudentẽ largitionẽ regis. Regis }. ſ. Iugurthæ, q̃ faciebãt legati eius. Famo. } .i. infamem, & turpem. Impu } quia nimis aperte, et impudenter eam largitionem faciebant legati. Veritus. } id eſt timens. Quod in tali re fieri ſolet } Sic enim euenire ſolet, ut eiuſmodi largit. õ[illegible], & inuidiam pariant, quia corrumpunt uerum animi iudicium. Nã cum homo uel pecunijs, uel munere aliquo, uel gratia corruptus ẽ: non dicit id quod ſentit. & plerũq; non ſentit, id quod ſentire debet.

Ne polluta licentia. } id eſt ne turpis, & inhoneſta largitio.

Accenderet. } concitaret. Animum à conſueta libidine continuit. quia nihil à legatis accipere uoluit. A' conſueta libidine. nam ſupra dixit eum fuiſſe cupidum diuitiarum. Dicit tamen. quãuis pauci ſenatores, & maxime Scaurus, cuius magna erat in ſenatu authoritas cenſerent, Iugurtham eſſe puniendum, & Adherbali ſubueniendum. tamen fautores Iugurthæ uicerunt. ſcilicet ne quid contra ipſum decerneretur. uidelicet, ne pro tantis ſceleribus puniretur. Nam uerebatur ſe regno, & uita ſpoliari, quemadmodum ipſe Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno priuauerat.

Pars illa. } uidelicet fautores Iugurthæ qui corrupti erant pecunia, & qui præponebant pecuniam, & gratiam ueritati.

Quæ uero pretium, aut gratiam anteferebat. } id eſt qui præponebat pecuniam & gratiam ueritati. Vero. } id eſt ueritati. Decretum fit. } Dicit quid decreuerit ſenatus. Decreuit ſenatus ut eligerentur decem legati ex Romanis, qui diuiderẽt regnum totum, quod Micipſa tenuerat, inter Adherbalem & Iugurtham.

Qui conſul. } Caio graccho, & M. Fuluio Flacco interfectis acerrime uictoriã nobilitatis in plebem exercuerat. Dicit quamobrem L. Opimius princeps illius legationis eo tpe fuerit potens in ſenatu. Hic Lucius Opimius acerrime pro dignitate, & partibus ſenatus contra plebem, & C. Gracchum tribunũ plebis dimicauerat, cũ eſſet conſul. Res autem ita geſta eſt. Caius Gracchus tribunus pleb. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam, & ad conciliãdam ſibi populi beneuolentiam tulit, ueluti de colonijs deducendis, & ueſtibus publice militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione, de iunioribus decem & ſeptem annis ad militiam nõ cogẽdis, tulit & de ſuffragijs ſociorum, pares Italos, & ciues conſtituens. Tulit, & frumentariam legem, de annona pauperibus aſſignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cum ſoli antea ſenatores iudicarent, ob eãq; rem à plebe timerentur, trecentos ex equeſtri ordine iudices adiecit parẽ ſenatoribus numerum ſtatuens hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte præcidit, ac minuit. Vias, lapide laborato, & arenam ſumma diligentia muniuit. Ob hæc cum ſe ſumme gratum à populo credidiſſet. Gaium Sanium amicum ſuum ad conſulatum gratia & fauore ſuo prouexit. Ipſe trib. plebis ſecundo creatus eſt, plebe id iubente, ſine ulla ipſius petitione. Sed cum Senatum ſibi infeſtum animaduerteret, Fanium uero conſulem ob id ipſum minus potentem, quia ſibi amicus erat, rurſus alijs legibus promulgatis, animos plebis ſuſcitauit Colonias Tarentum, atq; Capuam mittendas, & Latinos in communionem ciuitatis uocãdos, decernens. Sed cum L. Opimius factus conſul multas ex legibus à C. Graccho ſantis abrogare decerneret, erat enim ei inimicus, q. Graccho Sanium amicum ſuum in comitijs præferret, repulſam conſulatus antea acceperat, Gracchus multitudine collecta, aduerſus conſulem reſiſtere ſtatuit, amicis eius, & maxime Fuluio Flacco uiro conſulari familiari ſuo, & in diuiſione agrorum, collega cohortante eum, atq; incitante. Quo die Opimius de abrogandis legibus Gracchanis erat laturus, prima luce ab utriſque Capitolium occupatur. ibi dũ conſul ſacra feciſſet, miniſter quidam Antillus noĩe inteſtina aſportans, illis qui circa Fuluium erant, dixit. Cedite bonis ciuibus mali ciues, quo dicto miniſter à Fuluianis ſtatim occiditur. Ea de re Caius Gracchus quidem indoluit. At L. Opimius conſul, quaſi data occaſione, ad ulciſcendum ſuos hortatus eſt. Imber ea die certamen diremit. Poſtero die conſul ſenatum ſummo mane in curiam uocat, ibi dum de repub. ageretur corpus Antilli cum planctu ſecus curiam defertur, ſimulante conſule, id ſe mirari, ſenatu egreditur, & ad indignationẽ concitatus decreuit, ut Opimius conſul uideat,

ne quid

ne quid reſp. detrimenti capiat, ille ſtatim iubet, ut Senatus arma capiat, atq; equites Romani ſinguli binos ſeruos cum armis poſtri die adducant. At Fuluius contra ſe parare, et plebem colligere cœpit. Igitur poſtero die Fuluius cum armatis hominibus montē Auētinum occupat, hunc ſecutus eſt Gracchus triſtis nec armatus, ſed uelut in forum iturus, togatus, paruo duntaxat gladio accinctus, ubi Gracchus cum ſua multitudine ſe Fuluio coniunxit, communi conſenſu miſerunt iuniorem filium Fuluij cum caduceo ad Senatum, & conſulem, qui de concordia ageret, conſul Opimius reſpondit, ſi de concordia agere uellent, de Auentino deſcenderent, & ſe iudicio Senatus permitterent, ac ueniam poſtularent. Quod cũ adoleſcens Graccho & patri retuliſſet, ferunt Caium Gracchum uoluiſſe ad Senatum deſcendere. Sed cæteris non probantibus, iterum remiſſus eſt adoleſcens cum mandatis ſimilibus. At Opimius pugnandi cupidus, puero in cuſtodiam tradito, contra Gracchum & Fuluiū cum multitudine armatorum ac ſagittariorum Cretenſium profectus aduerſarios prælio commiſſo perturbat, & in fugam uertit. Fuluius in quoddam balneum ſe coniecit, ac paulopoſt deprehenſus cum maiore filio occiditur. Gracchus fugiens cum in templum Dianæ ſe contuliſſet, & ſibi ipſe uim inferre uellet, à Licinio, & Pomponio fideliſſimis familiaribus prohibitus eſt. Itaq; in fugam conuerſus cum aduerſarij iuxta pontem ligneum illum iam aſſequerentur. Licinius & Pomponius amici ſe obijcientes non prius quēquam tranſire permiſerunt, quàm ipſi pugnantes occiſi ſunt. Cum C. Graccho ſeruus unus aufugerat Philocrates, ac cum uniuerſi certatim eum hortarentur, nemo tamen auxilium præſtaret, nec petenti equum quiſquam concederet, & iam aduerſarij adeſſent, cum ſe in ſacrum dearum nemus proripuit. ibiq; à Philocrate ſeruo occiditur, qui primo dominum, deinde ſeipſum peremit. Caput eius abſciſſum, & Septumuleo quodam relatum, ſtatera deinde impoſitum librarum. x. & vii. ac dimidiæ pondus traxit, detracto cerebro, & pro eo plumbo infuſo à Septumuleo, ut æquum pondus auri de publico, ut erat promiſſum, acciperet. In eo certamine cæſa ſunt circiter tria milia hominum ex plebe. Corpora Caij Gracchi, & Fuluij, & aliorum hominum in Tyberim proiecta ſunt, bonaq; eorum publicata, edictum eſt mulieribus, ne lugerent. Accerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Nam ut ſupra apparet Opimius conſul uictor cum tota nobilitate tria milia hominum ex plebe occidit, & quid crudeliſſimum fuit. occiſos ſepultura ſpoliauit, cadaueribus in Tyberim proiectis. Eum Iugurtha.} Opimius princeps legationis, cum ad Iugurtham ueniſſet, ſplēdide ſuſceptus eſt à rege, atque ab eo pecunia corruptus, commodum regis famæ & fidei ſuæ antepoſuit. Ob quam rem cum Romā rediſſet, cum ſūmo dedecore in iudicio dānatus eſt, ut tradit Plutar. in uita Gracchorum. Accuratiſſime.} diligentiſſime. Perfecit.} obtinuit.

Famæ } fidei, quia pecunia corruptus Opimius pluris faciebat commodum regis, quàm famam ſuam, & fidem. Nam in diuiſione regni meliorem partem Iugurthæ aſſignauit. Eadem uia.} id eſt eadem ratione, ſcilicet largitione pecuniarum. Pleroſq;.} maiorē partem legatorum pecunia corrupit, pauci tamen ex ipſis corrūpi non potuerunt. In diuiſione.} dicit meliorem partem regni per legatos Iugurthæ fuiſſe aſſignatam, pulchriorem uero Adherbali. Quæ pars ſubauditur ea.} ſcilicet pars Mauritaniæ, in qua habitant Mauri. Illam alteram } Ordo eſt. Adherbal poſſedit illā alteram partem, potiorem ſpecie. i. pulchriorem, quàm utiliorem. Specie.} id eſt pulchritudine. Quā uſu.} id eſt utilitate. Quæ portuoſior.} quia hæc pars plures portus habebat. Res.} id eſt propoſitum. Poſtulare.} exigere. Sed quæ loca.} Ordo eſt. Sed ego haud facile narraui compertum de his, ſcilicet locis & nationibus, quæ loca, & nationes ſunt minus frequentata, aut aſperitate aut ſolitudine ob calorem. De ſitu Africæ totius uidetur eſſe dicendum, ſed quoniam in Africa loca ſunt, & nationes, ad quas homines accedere non poſſunt propter aſperitatem, & ſolitudinem ipſorum locorum, quæ eſt in eis locis propter ſolis calorem, ideo de his locis non dicam, quia de his ueram non habemus cognitionem. Ob calorem.} nam Africa in Meridie poſita eſt, & circa eam calor ſolis uehementer exæſtuat, adeo, ut multa loca habitari non poſſint propter ſolis calorem, de quibus locis ſe facile dicere non poſſe affirmat. Aut aſperitate.} aut ſolitudine minus frequētata. Conceptio generis eſt, nam neutrum genus concipit maſculinum, & fœmininum, ut hoc loco. Cum dixiſſet, loca & nationes, intulit frequentata, & neutro reſpondit. Dicit enim ea loca non eſſe frequentata & celebrata propter locorum nimiam aſperitatē, & ſolitudinem, quæ eſt in eis locis, & hoc propter nimium ſolis calorem, & ideo ad ea loca rariſſime hoīes accedunt, & propterea de his perfecta, & uera cognitio haberi non poteſt, & cum uera non poſſit haberi cognitio, de his dicit ſe non eſſe ſcripturum. Cōpertum.} cognitum. Cætera quàm paucisſimis abſoluā.} id eſt reliqua loca, uidelicet, quæ ſunt frequentata, & de quibus poteſt haberi certa notitia, paucis uerbis exponam. Quàm paucisſimis.} id eſt ualde paucis uerbis. Abſoluā.} id eſt pfecte exponā. Nam abſoluere eſt perficere, ita ut nihil deſit. Abſoluam.} id eſt dicam & exponam.

MARLIA.

OB ſæuitiam } ferocitatem animi ſui. Fautores.} qui fauebant Iugurthæ. Gratia dep.} contaminata beneuolentia. Voce.} ſcilicet qua exornabant laudes. Quaſi pro ſua g.} tāquam pro maieſtate ſua certarent. Callide } prudenter. Famoſam.} omnibus cognitam. Impudentem.} inuerecundam. Libidine.} à cupiditate diuitiarū. Accuratiſſime.} honorifice. Pollicendo} ſ. maiora. Famæ.} honori. Attingere } breuiter deſcribere.

RIVIVS.

LEgatis Iugurthæ largitione magis quàm cauſa freti.} Melius, Legati, caſu nominatiuo. id operarū ē incuria commiſſum. Mox, A' Numidis interfectum.} Codex Fabricianus, ab Numidis Paulo poſt, Sua quaſi pro gloria nitebatur.} In manuſcriptis atq; item impreſſis uetuſtioribus, nitebantur, numero plurali. Id rectius eſſe puto. Subueniēdum Adherbali.} Manuſcriptū ſubueniundum. Iam conſtat. ita ferè antiquos loqui ſolitos, ut in gerundijs loco E, uocalem V, frequenter ponerent. id quod paſſim in fabulis Terentij Plautiq; occurrit. Sic apud Iureconſultos familiæ herciſcundæ. finium regundorum, communi diuidundo. pro, herciſcēdæ, regendorum, diuidēdo. Annotauit hoc primo libro Priſcianus. Quanquam autem is hoc fieri dicat in his uerbis quæ à tertia coniugatione naſcantur, tamen in quarta etiam fieri conſtat. Nec eſt Priſcianus male locutus. nā apud ueteres una eademq; cōiugatio erat tertia & quarta. id quod uel è Donati methodo liquet. Nā is ſolum tres coniugationes ponit. Vt omittam Probū, Diomedē, Victorinum, Seruium, qui idem faciunt. Quartam ipſi tertiam productā uocant, cuius & Phocas meminit. Is poſtquam uidit regis largitionem famoſam imprudentemq;.} Lege, impudētemq;. Affinitas uerborum, locum errori fecit. Eſt autem in manuſcriptis Videt tempore præſenti, contra quàm Gymnicus habet. Ibidem, Veritus (quod in tali re fieri ſolet) ne polluta licentia inuidiam accenderet.} τὸ Fieri, non eſt in alijs. ac ſi quid ego iudico, maiore cum gratia abeſſe poterit. Nec in manuſcriptis uoluminibus reperi. Sed

& ibi Salluſtius, Simulq; (id quod in tali re ſolet) alii portenta atque prodigia nunciabant. Deeſt fieri. Tamen accuratisſime ac cepit.} Manuſcripta cuncta, recepit. rectène an ſecus, aliorum eſto iudicium. Quanquam cum his & Beroaldinum facit. In diuiſio ne regni, quæ pars Numidiæ.} τὸ Regni manuſcripta non habent, & ex gloſſa forte irrepſit. Agris uiriſq; opulentior } Manuſcri pta

pta quidem, agro uiriſq;. quomodo & in impresſis quibuſdam eſt, & in ipſo Merſeburgenſi. Paulo poſt, Et eas gentes, quibus cũ nobis bellum.} Legendum ex uetuſtis, genteis. Mox, Sed quæ loca & nationes, ob calorem & aſperitatem, item ob ſolitudines, minus frequentata ſunt.} In manuſcriptis atq; alijs uetuſtioribus eſt omiſſa præpoſitio, item ſolitudines. Id rectius eſſe puto.

IN diuiſione orbis terræ, pleriq; in par te tertia Africam poſuere; pauci tãtũ modo Aſiam, et Europã eſſe. ſed Africam in Europa. Ea fines habet; ab occi dente, fretum noſtri maris, & Oceani; ab ortu ſolis de cliuem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant; mare ſæuum & importuoſum; ager frugum fertilis, bonus pecori, arboribus infœcundus; cælo terraq; penuria aquarum; genus hominum ſalubri cor pore, uelox, patiens laborũ; pleroſq; ſenectus diſſoluit, niſi qui ferro aut beſtijs interiere. Nam morbus haud ſæpe quenquam ſuperat. Ad hoc, malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africã habuerint, quiq; poſtea acceſſerint, aut quomodo inter ſe permiſti ſint, quanquam ab ea fama quæ pleroſq; obtinet; diuerſum eſt: tñ, uti ex libris Punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, interpretatum nobis eſt, utiq; rem ſe ſe habere cultores eius terræ putant; quàm paucisſimis dicam. Cæterum fides eius rei penes authores erit.

OLDVS. IN diuiſione.} Dicit communem eſſe opinionem ſcriptorum, q; orbis terrarum in tres partes diuiſus ſit, ſcilicet Aſiam Europam, & Africam. Fuerunt tamen qui dicerent orbem terrarum tãtum in duas partes eſſe diuiſum. ſ. in Aſiam & Europam. Et huiuſmodi Africam in parte Europæ poſuerunt. Plerique.} id eſt maior pars ſcriptorum. Poſuere.} id eſt ſcripſere. Nam ponere ſignificat ſcribere. Horatius Scriptor honoratum, ſi forte reponis Achillem. Iuuenalis. Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam. i. reſcribam. Perſius, Scis ponere lucrum. Pauci tantum, ſubaudi poſuere. Sed Africam in Europa eſſe} ſubaudi poſuere. Ea fines.} Deſcribit Africam, & ei dat terminos ab oriente, & ab occidente. Ea.} ſcilicet Africa. Fretum noſtri maris.} id eſt aquam noſtri maris. Nam fretum licet mare ſignificet, proprie tamen dicitur aqua maris mobilis, ab undarum feruore nominatum. Et oceani.} Oceanus eſt mare magnum, quod uniuerſam terram ambit. Ab ortu ſolis declinem latitudinem.} ſcilicet habet. Ab oriente, inquit, Africa habet fines, latitudinem quandam decliuem. id eſt pendentem. Quem locum Catabathmon incolæ appellant.} habitatores eum locum lingua Punica appellant Catabathmon. Mare ſæuum.} ſcilicet eſt. i. ad nauigandum difficile, & periculoſum. Ager fertilis frugum.} per omnia ſubaudiitur eſt. Terra inquit fœcũda eſt, & fructifera. Bonus pecori.} Ager Africæ bonus eſt, & utilis pecori, quia paſcua habet latisſima. pecoris autẽ appellatione omnia animalia grandiora intelliguntur, ut ſunt armenta, & greges. Arbori infœcundus.} ſterilis eſt arboribus. Nam ibi arbores non naſcuntur, ratio autem ſubinfertur ſtatim, quia ibi neque de cælo pluat aqua, neque de terra manat. Penuria.} id eſt inopia. Genus hominum ſalubri corpore. Non potuit breuius, & perfectius, cuncta deſcribere. In Africa, inquit, homines corpora habent ſana, raro morbis et infirmitatibus obnoxia, & ideo maiori ex parte homines uſque ad ſenectutem uiuunt. Velox.} quantum ad curſus celeritatem. Pleroſque.} id eſt maiorem partem. Senectus diſſoluit.} Dicit homines ibi pro maiori parte non mori, niſi ſenectute. Diſſoluit.} id eſt interemit. Ferro.} uidelicet in pugnis dimicando, aut in aliquo priuato certamine. Beſtijs } uidelicet, uel leonibus, uel alijs feris. Nam morbus.}

Vere

Vere dico, quia pro maiori parte non intereunt, uel ſenectute, uel ferro, aut beſtijs, quia ex morbo raro moriuntur. Superat.} occidit, interimit. Verg primo Aen. Clam ferro incautum ſuperat. i. interficit. Ad hoc } id eſt præterea. Malefici generis plura animalia } ſcilicet ſunt, ut leones et ſerpẽtes. Sed qui mortales.} Deſcripſimus Africam, & fines eius, & qualitatem terræ, atque hominum. Nunc dicemus qui homines primo habitauerint Africam. Deinde qui aduncti cum prioribus ſe commiſcuerint. Et hoc quod dicam, licet diſſentiat à fama multorum, tamẽ ita nobis interpretatum eſt ex libris punicis, qui fuerunt Hiempſalis, & ita etiam res ſe habet ſicuti habitatores Africæ putant. Ordo eſt. Sed tamen ego quàm paucisſimis dicã, qui mortales habuerint Africam in initio, & qui poſtea acceſſerint, aut quomodo ſint permixti inter ſe, uti eſt nobis interpretatũ ex libris punicis, qui dicebantur ſcilicet eſſe regis Hiempſalis, et ut cultores eius terræ putant, rem ſeſe habere, quanquã eſt diuerſũ ab ea fama, quæ obtinet pleroſque. Mortales.} homines. Africam habuerint, id eſt habitauerint. Quique.} et qui homines poſtea superuenerint, & additi ſint, & adiuncti. Inter ſe permixti, uidelicet poſteriores cum prioribus. Quãquam ab ea fama, quæ pleroſque obtinet diuerſum eſt }, id eſt quãquam, hoc, quod dicam, diſſentiat à fama multorum. Nam multi dicunt rem non ita ſeſe habere. Diuerſum } differens. Tamen uti ex libris punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, nobis interpretatum eſt. Salluſtius libros lingua punica conſcriptos habebat, qui aliquãdo regis Hiempſalis fuerant. Eos cum non intelligeret propter diuerſitatem linguæ, ſibi fecit interpretari, ex quibus libris accepit, qui primi homines fuerint, qui Africã habitauerint. Cultores.} id eſt habitatores. Eius terræ.} ſcilicet Africæ. Opinio eorum, qui nunc habitant Africam, cõuenit cum his, quæ accepi ex libris punicis. Rem ſeſe habere }. i. rẽ ita eſſe, & ueritatẽ ita eſſe. Cæterum fides eius rei penes authores erit.} Sed hoc, inquit, credetur authoribus punicis nõ mihi, quia authores punici hoc probe eẽ ponũt.

IN diuiſione orbis.} Coſmographi orbem continentem aiunt eſſe, cũ re uera non ſit. nã uidemus multa maria mediterranea. Libya triquetra. i. triãgularis eſt, ut ait Stra. ulti. uerſus auſtrũ. i. uerſus partẽ Meridionalẽ hẽt Cretã, uerſus Occidẽtẽ hẽt Hiberiã op

poſitam

poſitam, uerſus Orientem habet Syrtes & Cyrenas. à qua parte, quia eſt nobilior incipiam, in illa enim parte ſunt urbes præſtantiſſimæ. Abundantia aquarum, quæ maxime prodeſt ad ubertatẽ ideo abundantiſſima eſt frugum, uaria ſunt animalium genera, ut elephanti ſunt, ut Solinus ſcribit, muſtellæ ea magnitudine qua eſt feles. Et irudines in aliquo flumine altas ſeptem cubitos habẽt gulam perforatam ex qua ſpirant, ſunt uites tantæ magnitudinis ut duo uix poſſint complecti. Libyci à Græcis Mauruſij, à Romanis Mauri appellãtur. Sal. ait Mauros ꝑ Medis ultra Mauritaniã eſt regio Maſſiliorum in qua equis paruis utuntur, ſed faciles ſunt nam uirga reguntur, & multi ſequuntur dominos tãquam canes. In interiora Libyæ ſunt loca montana, uerſus mare ſunt loca feraciſſima quæ Getuli tenẽt. Demum ſunt Aethiopes heſperij, uerſus Orientem ſunt Naſamones & Garamantes ultra hos non habitatur, uerſus Aethiopiam omnia Libyæ loca ſunt habitata. Latitudo Libyæ eſt quatuordecim milia ſtadia, lõgitudo eſt paulo minor duplex. In diuiſione orbis.} rotunditatis. Decliuem latitu.} quia Mauritania habet multa loca montana deſcendentia uerſus Syrtes & ibi ſunt Getuli. Catabathmon.} incipit hic locus ab Alexandria uſque in Aegyptum. Infœcundus.} ſterilis. Penuria.} indigentia. Terra.} qui non ſunt fontes nec flumina. Superat.} enecat. Ad hoc.} ad perdendos homines. Intelligendum tamen eſt loca Libyæ habere latitudinem uerſus Orientem, nõ autem longitudinem quia uerſus Orientem ſunt flumina.

RIVIVS. QVem locum Catabathmon incolæ appellãt.} M. Antonius Sabellicus in caput Plinij quintum libri 5. mendoſè pleroſque cum in Plinio, tum in hoc etiam Salluſtij loco Catabathmum legere, in eoq; inſigniter illos errare cenſet. Ipſe Catabathynon legit, ſi dijs placet. Verum Sabellicum, uirum alioqui longe doctiſſimum, & de rep. literaria prolixe meritum, uehementer hic hallucinatum eſſe cum res ipſa indicat, tum Hermolaus pluribus oſtendit, qui & ſecum facere teſtatur Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum, Euſtathium, Stephanum, Dionyſium, Martianum, Antoninũ, Solinum. Dicitur autem καταβαθμὸς, ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν quod eſt deſcendere. Vt iure eos rideas, qui uocem eſſe Punicam adnotarant. Mare ſæuum & importuoſum.} τὸ et, nõ eſt in manuſcriptis, nec impreſſis uetuſtioribus. Mox. Et ager frugum fertilis} Ne hic quidem copula additur in manuſcriptis. In duobus frugum ſterilis legitur, ſed perperã. Arboribus infœcundus} Manuſcripta arbori numero ſingulari.

GLAREANVS.

EA fines habet ab occidente fretum noſtri maris et Oceani.} Fretum Herculeum intelligit, quod uocat Fretum noſtri maris & Ocean, quod inter noſtrum mare & Oceanum eſt. Propius ad Geographicam ueritatem dixiſſet: Ea fineis habet ab occidente fretum noſtri maris & Ocean. Verum hic author, quemadmodũ & Liuius, parum penſi hæc habuit. C. autem Cæſar apud Latinos, & Herodotus apud Græcos haudquaquam hæc neglexiſſent. Catabathmon uero Africæ limitem ab ortu Solis uetuſte ſcilicet ponit, cum quidam etiam Nilũ, quos Ptolemæus recte reprehendit lib. II. cap. I. Hæc autem uerba, Mare ſæuum & importuoſum, & ager frugum fertilis, &c. de tota africa, non de Catabathmo intelligenda. Verum hoc quoq; Lectori conſiderandum. Quo ſenſu ad finem huius deſcriptiunculæ, antequam narret qui mortales initio Africam habuerint, ſubnectit: Ad hoc malefici generis plurima animalia: ſit ne Ad hæc, pro præterea poſitũ, ut ſæpe aliàs: an ad hoc id eſt, ut homines non ueniant ad extremam ſenectutem. Interpretatum nobis eſt, utiq; rem ſeſe habere.} Interpretatum paſſiue uſurpauit, Nam ea deponentia olim erant communia, ut apud Græcos ſunt μέσα authore Priſciano, Et utiq; duæ ſunt dictiones pro Et ut, id eſt, & quemadmodum. Gothi codex habebat, utiq; quod placet, propter uitandam ambiguitatem.

AFricam initio habuere Getuli, & Libyes, aſperi, incultiq;, queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiuſquam regebãtur; uagi, palantes, quà nox coegerat, ſedes hẽbant. Sed poſtq̃ in Hiſpania Hercules, ſicuti Afri putant, interijt; exercitus eius cõpoſitus ex uarijs gentibus, amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi imperium petentibus, breui dilabitur. Ex eo numero Medi, Perſæ, & Armenij nauibus in Africam trãſuecti, proximos noſtro mari locos occupauere. Sed Perſæ intra Oceanum magis, hiq; alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuere; quia neque materia in agris, neq; ab Hiſpanis emẽdi, aut mutuãdi copia erat. Mare magnũ & ignara lingua, commercia prohibebãt. Hi paulatim

SOLDVS. AFricam in initio.} Primi qui habitauerunt Africam fuerunt Getuli, & Lybes, qui ritu ferarum ſine legibus, & ſine ullo rectore uiuentes ſparſi uagabantur. Deinde mortuo Hercule gentes diuerſæ, quæ erant in exercitu eius ex Hiſpania per mare in Africam tranſierunt. Hæ autem gentes erant Medi, Perſæ, Armeni. Sed Perſæ coniunxerunt ſe Getulis, & connubia miſcuerunt, Medi & Armeni adiunxerũt ſe ad Lybes. Et ita paulatim in Africa creuit numerus incolarum, urbeſque ædificari cœptæ ſunt ab his, qui antea in tugurijs habitabant. Poſtea etiam Phœnices uenerunt in Africã, & multas urbes condiderunt, quas Salluſtius inferius commemorat. Habuere.} id eſt habitauere. Aſperi.} id eſt duri, et rigidi, quantum ad uictum. nam carnibus ferinis, & pabulo ueſcebantur tanquam pecora. Inculti.} quantum ad ueſtitum.

Atq; humi.} id eſt ex terra. Moribus neque legibus.} Inter mores & leges hoc intereſt. Mos eſt communis conſenſus omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem facit. Lex eſt quæ aliquid fieri non ſeruue præcipit, aut uetat. Palãtes.} id eſt ſparſi, & uagantes. Quo.} ſubauditur ea parte certas & ſtabiles ſedes, aut domicilia non habebant. Sed ubicũq; nox eos inueniſſet, ibi habitabant. Sed poſtquam, cum inquit Hercules in Hiſpania mortuus eſſet, exercitus eius, qui mixtus erat ex diuerſis gentibus, ſtatim diſſipatus eſt, quia cum eſſent diuerſæ nationes per gẽtes, ſimul ſtare non potuerunt, amiſſo duce, & ideo pars eorum ex Hiſpania per mare tranſiuit in Africam. Exercitus eius compoſitus} i. mixtus. Ex uarijs gẽtibus.} Nã alij erant Medi, alij Perſæ, alij Armeni. Amiſſo duce.} id eſt Hercule. Paſſim.} id eſt ubiq;, per omnes.

Imperium petentibus.} quia unuſquiſque ſibi quærebat imperium. Breui dilabitur.} id eſt diſſipatur, & ruit. Proximos.} id eſt uicinos. Noſtro mari.} id eſt Africo mari, id eſt Romano. i. mari, per quod

per connubia Getulos ſibi miſcuere: & quia ſæpe tentãtes agros, alia deinde, atq; alia loca petiuerãt; ſemetipſi Numidas appellauere. Cæterum adhuc ędificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi uocant, oblonga incuruis lateribus tecta, quaſi nauium carinę ſunt. Medis autem & Armenijs acceſſere Libyes. Nam hi ꝓpius mare Africum agitabant. Getuli ſub ſole magis, haud procul ab ardoribus. hiq; mature oppida habuere. nam freto diuiſi ab Hiſpania, mutare res inter ſe inſtituerant. Nomẽ eorum paulatim Libyes corrupere, Barbara lingua Mauros, pro Medis appellantes. Sed res Perſarum breui adoleuit: ac poſtea Numidię nomine propter multitudinem à parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur. Deinde utriq; alteris freti, finitimos armis aut metu ſub imperiũ ſuum coegere; nomen, gloriamq; ſibi addidere: magis hi, qui ad noſtrum mare proceſſerant, quia Libyes, quàm Getuli minus bellicoſi. deniq; Africę pars inferior, pleraque ab Numidis poſſeſſa eſt; uicti oẽs, in gentem, nomenq; imperantium conceſſere. Poſtea Phœnices, alij multitudinis domi minuendę gratia, pars imperij cupidine ſolicitata plebe, & alij nouarum rerum auidi, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasq; urbes in ora maritima condidere: hęq; breui multũ auctę, pars originibus ſuis prǽſidio, alię decori fuere. Nam de Carthagine ſilere melius puto, quàm parum dicere, quoniam aliò properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, colonia Theręon; ac deinceps duę Syrtes, interq; eas Leptis; deinde Arę Philenon, quem locũ Aegyptum uerſus finem imperij habuere Carthaginenſes. poſt, alię Punicę urbes, cętera loca uſque ad Mauritaniã Numidæ tenẽt. Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Super Numidiã Getulos accepimus, partim ĩ tugurijs, alios ĩ cultius uagos agitare. Poſt eos Aethiopes eẽ, deĩde loca exuſta ſolis ardoribus. Igit bello Iugurthino, pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginenſium, quos nouiſſime habuerant, Popu. Roma. per magiſtratus adminiſtrabat: Getulorũ magna pars, & Numidę uſq; ad flumen Mulucham ſub Iugurtha erant: Mauris omnibus Rex Bocchus imperitabat, prǽter nomen cętera ignarus Pop. Rom. itemq; nobis neq; bello, neque pace antea cognitus. De Africa & eius ĩcolis, ad neceſſitudinem rei, ſatis dictum eſt.

nos Romani nauigamus, et ſub imperio noſtro tenemus. Sed Perſæ intra Oceanum magis. ſcilicet occupauere locos. Nam hi retrahentes ſe longius à noſtro mari mediterraneo, magis Oceanum uerſus habitauere.

Hi alueos nauium inuerſos.} alueí nauiũ inuerſi fuerunt eis.

Tuguria.} quia ſub fundis nauium inuerſis habitauerunt. Et cauſam oſtendit, quare ſibi aliter domos ædificare non potuerunt, quia nec in Africa materies lignorum erat, nec ab Hiſpanis emere poterant, aut cõmutare. Nam inter Africam et Hiſpaniam medium eſt mare: & præterea cum linguam Hiſpaniæ ignorarent, nõ ſatis cõmode negotiationes exercere poterant. Materies.} uidelicet ligna. Nam ſupra dixit terram Africæ eſſe infœcundam arboribus, propter nimium caloris æſtum. Copia.} id eſt facultas, & declarat, quare non poterãt emere ab Hiſpanis, aut commutare, quia mare, et ignara lingua prohibebant. Mare magnum.} id eſt mare oceanũ, quod eſt inter Africam & Hiſpaniam. Ignara.} id eſt ignota, incognita. ſ. lingua Hiſpana ignota ipſis Perſis, uel ignara lingua, ſcilicet ſua. i. ignorans,

Commercia.} id eſt negotiationes. Hi.} ſcilicet Perſæ.

Et qa ſæpe tentãtes agros.} Dicit quare hi Perſæ cum Getulis adiuncti Numidæ ſint appellati, hi ab initio qualitatem agrorum tentantes ſæpius, ut terram fertilem & fœcundam inuenirent, multa loca diuiſerunt, & à diuidendo ſemetipſos Numidas appellauerũt, à græco uocabulo. Nam νεμόω ſignificat diuido. Partiuerũt} Antiqui partio, & partior dicebant, ut hoc loco partiuerant dixit. Nos autem partior dicimus. Tentantes agros} .i. qualitatem agrorum probantes, an fœcunda eſſet in eis terra, an non, ex hoc eueniebat, ut multa loca diuiderẽt, quia agros, quos ſteriles et infœcundos probabant eos deſerebant, & relinquebant, atque alios tentabant. Cæterum adhuc ædificia Numidarum.} Dicit ergo Salluſtius, ꝙ uſque ad ſua tempora ædificia domorum agreſtium, ſiue rudium Numidarum gentium in modum, ſiue ad inſtar carinarum erant facta, qa ſic à principio alueos nauiũ inuerſos pro tugurijs habuere.

Mapalia illi uocant.} Ex hoc ergo loco apte colligitur, quid ſignificent Mapalia. Nam Mapalia ſunt domus hominũ agreſtium in agris. Incuruis.} id eſt flexis, & incuruatis. Nauium carinæ.} Carina eſt pars nauis inferior. Medis autem, et Armenijs acceſſere Lybes.} Ita quidem Perſæ cõiunxerunt ſe Getulis, ſed Medi et Armeni adiunxerunt ſe ad Lybes populos. Acceſſere Lybes.} id eſt ceſſere ad Lybes. i. peruenerunt ad Lybes, & ſe eis coniũxerũt. Lybes autem magis mare Africum Romã uerſus agitabant. Getuli uero in meridiẽ magis uerſi non procul à ſolis ardoribus habitabant. Mare propius Africum.} id eſt magis prope Africum. Agitabant} id eſt habitabant, & uiuebãt. Sub ſole magis.} in plagam auſtralem magis deſcendẽtes. Hiq; mature oppida habuere.} Medi & Armeni celeriter urbes habuerunt, quia per mare Africum in Hiſpaniam nauigare, et mercaturam exercere poterant. Qui.} ſcilicet Medi, & Armeni. Nec quemquã mouere debet, ꝙ relatiuũ, hoc ab antecedente tam longe diſtet, quia hæc omnia per parentheſim interpoſita ſunt, uidelicet. Nam hi Lybes mare ꝓpius Africum agitabant, Getuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus. Mature.} id eſt celeriter. Oppida.} urbes.

Freto.} id eſt mari. Diuiſi ab Hiſpania, quia, ut dictum ẽ, mare diuidit Africam ab Hiſpania. Mutare res inter ſe inſtituerant.} Hac de cauſa, inquit. Medi, & Armeni celeriter urbes con-

bes condiderunt, quia per mare in Hiſpaniam nauigare poterant, & mercaturam exercere unde cito facti ſunt opulenti. Sed mirum uidetur, q. ſupra dixit Perſas, qui poſtea Numidæ ſunt appellati, ideo alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuiſſe, propterea quòd domos & urbes ædificare non poterant, quia ab Hiſpanis materiam ædificandi emere non poterant, nec res commutare, quia mare prohibebat, quod medium erat. Nunc autem dicit Medos & Armenos celeriter urbes ædificaſſe, opportunitate maris, p quod in Hiſpaniam nauigabant, interueniente. Ergo mare Perſis erat impedimento, & Medis, atque Armenis adiumento ad nauigandum in Hiſpaniam. Hoc certe mirum uidetur, ſed maria erant diuerſa. Oceanus enim mare magnũ Perſas ab Hiſpanis diuidebat; & per oceanum nauigare non poterant. Medi autem, & Armeni commode per mare Africum in Hiſpaniam nauigabant. Inſti. } id eſt inceperãt. Mutare res. } id eſt mercaturam exercere, quæ fit per commutationem rerum. Nomen eorum paulatim Lybes corrumpere } ſubauditur inſtituerant. Cœperant inquit Lybes populi paulatim corrumpere nomẽ Medorum pro Medis Mauros uocantes. Lybes cum his ſe coniunxerant Medi, & Armenij ut pauloante dixit. Sed res Perſarum. } Dicit quẽadmodũ hæ gentes in Africa creuerint, & imperium auxerint. ſcilicet Medi, Armenij. Perſæ, & Medos quidem, atque Armenios dixit celeriter urbes ædificaſſe, quia commode in Hiſpaniam nauigare poterant, et mercaturam exercere. Nunc dicit quamodo creuerint Perſæ, qui Numidæ ſunt appellati. ſicuti ſupra dixit. Sed res Perſarũ } .i. imperium. Virg. iii. Aenei. Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gẽtem. Breui. } ſcilicet tempore. Adoleuit } .i. creuit, ac ſi diceret, ita quidem Medi, & Armenij nauigando, & mercaturam exercendo cito urbes condiderunt, & opulenti facti ſunt, ſed et Perſæ breuiter imperium ſuum auxerunt, non mercaturam exercẽdo, ſed bella gerendo. Nam Perſæ, qui Numidæ ſunt dicti, finitimos populos bello ſuperatos imperio ſuo ſubegerunt, atque ita gloria belli magni facti ſunt. Ac poſtea Numidiæ nomine propter multitudinem à parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quæ proxime Carthaginẽ, Numidia appellabatur. } Dicit quòd hi Perſæ, qui poſtea dicti ſunt Numidæ, cum multum numero & multitudine creuiſſent, à parentibus ſuis diſceſſerunt, & ea loca, quæ ſunt prope Carthaginem poſſederunt, quæ loca poſtea dicta ſunt Numidia. Ac poſtea Numidæ nomine, ac ſi diceret, hi Perſæ prius. poſtea Numidæ appellati nomine digreſſi à parentibus propter multitudinem poſſederunt ea loca, quæ prope Carthaginem appellatur Numidia.

Digreſſi } .i. cum diſceſſiſſent. Proxime Carthag. } i. ualde prope Carthaginẽ. Dein. utrinq; } Dicit, hi Numidæ, quãuis in duas partes eſſent diuiſi, tñ ad bella gerenda ſibi inuicem auxilio erant, & ita populos uicinos imperio ſuo ſubiugabant. Deinde utriq;) uidelicet, & hi, qui in priſtinis ſedibus remanſerant, & hi, qui ſedes nouas, & loca prope Carthaginem occupauerant. Freti. } confiſi, quia ubi opus erat, ſibi inuicem auxilia præſtabãt. Finitimos. } id eſt populos uicinos, & proximos. Armis. } id eſt bello. Nomen } .i. famam. Magis quàm hi, qui ad noſtrum mare proceſſerũt, quia Lybes quàm Getuli minus ſunt bellicoſi. } Dicit Numidas qui Perſæ prius dicebantur, maiorem famam, & gloriam bello ſibi comparaſſe, quã Medos & Armenios. Et hæc fuit ratio, quia Getuli, cum quibus ſe Numidæ coniunxerant, magis bellicoſi fuerunt, quàm Lybes, cũ quibus Medi, & Armeni ſe coniunxerant. Et hoc eſt quod dicit. Qui ad noſtrũ mare proceſſerant. } ſcilicet Medi, & Armenij. Nam ſupra dixit, Medos & Armenos ſe ad Lybes adiunxiſſe, qui mare propius Africum agitabant. Dicit ergo Numidæ nomen, & gloriam ſibi addidere, magis, quàm Medi, & Armenij, qui ad noſtrum mare proceſſerant. i. uexta mare noſtrum habitauerant. Et hæc fuit ratio, quia Lybes, quibus admixti ſunt Medi, & Armenij minus ſunt bellicoſi, quàm Getuli. quibus ſe admiſcuerunt Perſæ, qui poſtea Numidæ ſunt dicti. Ad noſtrum mare. } ſcilicet mare Africum, hoc tempore dicitur marlion. Denique Africæ pars inferior pleraq; à Numidis poſſeſſa eſt, ac ſi diceret. Vis uidere, quomodo uerum eſt, quod dico, uidelicet quòd Numidæ maiorem belli gloriam adepti ſunt, quam Medi & Armenij, qui poſtea dicti ſunt Mauri. Ecce maiori ex parte gentes omnes, quæ in inferiori parte Africæ poſitæ ſunt, à Numidis bello uictæ ſunt, & in gente nomẽq; conceſſere uictorũ. Pars inferior. } uidelicet pars illa, quæ magis in plagam auſtralem deſcendens meridiem reſpicit. Pleraq; } .i. pro maiori parte. Victi omnes in gentem nomẽq; imperantium conceſſere. } Cõſuetudo fuit apud antiquos, ut uicti nomen acciperent eorũ, qui uiciſſent, unde gentes & populi, qui fuerant à Numidis uicti bello, nomen proprium amiſerunt, & Numidæ ſunt appellati. Et hæc eſt quod dicit. Imperantium. } ſcilicet Numidarum. Conceſſere } .i. peruenere. Poſtea Phœnices } hoc uſque dixit, quomodo Getuli & Lybes primi populi fuerint, qui Africam habitauerint, deinde quemadmodum Perſæ, Medi, & Armenij his adiũcti, imperium in Africa auxerint, mutato nomine, ut Perſæ Numidæ uocarentur, Medi & Armenij appellarentur Mauri. Nunc dicit quemadmodum de Phœnice regione multi in Africam tranſierunt, imperij cupiditate ducti, & rerum nouarum auidi, qui multas in Africa urbes condiderunt. Alij multitudinis minuẽdæ gratia. } Varias cauſas oſtendit, quare de Phœnice in Africam multi uenerint. Gratia } .i. cauſa multi deſcendebant, ut multitudinem domi minuerent quia regio tantam multitudinem commode capere non poterat, & paſcere. Pars imperij cupidine ſolicitabat plebẽ. } Multi imperiũ affectabant, cum eſſent potentes, & plebem, minutãq; turbam, & inopem inducebat, ut ſecum proficiſcerentur ad nouum imperium quærendum. Solicitata. } uerbis, & pollicitationibus inducta. Hipponem, Adrumetum, Leptim, } Hæc ſunt nomina ciuitatum. In ora } in regione maritima. uidelicet circa mare. Hæ. } ſcilicet urbes.

Originibus ſuis præſidio. } Aliquæ harũ ciuitatum præſidio fuerunt Phœnicibus, unde originem ducebant, aliæ fuerunt honori, et ornamento. Nam de Carthagine. } Dicit quẽadmodum Hippon, Adrumetum, & Leptis originem ducant à Phœnicibus, quia de Carthagine nolo inquit dicere, quia melius eſt de ipſa tacere, q̃ parum dicere. Nam & ipſa Carthago à Phœnicibus originem ducit. Sed quia Carthago ampliſſima ciuitas erat, & caput totius Africæ, maluit tacere de ipſa, quàm tantummodo dicere, à quibus condita eſſet, niſi etiam totam explicaret hiſtoriam. A' Phœnicibus autem hoc modo originem ducit. Dido cum fratrem ſuum Pigmalionem, qui maritum eius Sicheum interfecerat, fugeret, collecta ingẽti multitudine de Tyro, quæ pars eſt Phœniciæ regionis, claſſe in Africam uenit. unde cum ab Hiarba rège pelleretur, callide petit, ut ei uenderet tantum terræ, quantum poſſet corium bouis tenere. quod cum ille promiſiſſet, corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit, occupauitq; ſtadia xxiiij. quæ tria miliaria cõficiunt. Atque ita urbem condidit, quæ primo Byrſa appellata eſt à corio bouis, nam Byrſi ſignificat bouis corium, poſtea aucta Tyros dicta eſt, poſtremo Carthago uocata ab cartha oppido, unde fuit Dido. Hæc ciuitas poſtea aucta ad eam magnitudinem uenit ut

xxiiij. miliaria in circo pateret, tunc cum capta & euerſa eſt à Scipiõe Aemilio q ob eam uictoriã Africanus poſtea dictus eſt.

Alio.} id eſt ad aliud, uidelicet ad hiſtoriam poſitam Iugurthini belli perſequendam. Monet }.i.hortatur. Igitur. } ergo ſuccinctè & breuiter dicamus de alijs ciuitatibus africæ, quando quidem de Carthagine nunc dicere uolumus, quoniam longam explicare oporteret hiſtoriam, quod nunc facere non poſſumus, quia ad aliud tẽdimus. Igitur } deſcribit ciuitates, quæ ſunt citra fines africæ, quæ orientem reſpiciunt. Nam antea dicit Africam ab oriente habere fines Catabathmon, qui locus diuidit Africam ab Aegypto. Ad Catabathmon } .i.apud, uidelicet citra Catabathmon. Nam ultra hunc locum Africa non procedit. Prima Cyrene eſt, prima ciuitas, quæ inuenitur apud Catabathmon eſt Cyrene, hæc ciuitas Cyrene dicitur à regina Cyren. quæ eam cõdidit, & de ſuo nomine eam appellauit, ut dicit Seruius. Colonia Thereon. } nomina ciuitatum ſunt. Duæ Syrtes.} Ipſe Salluſtius inferius deſcribit has Syrtes. Sunt autẽ loca in mari periculoſa, quæ ſunt arenoſa. Inter quas Leptis.} Hæc ciuitas inter duas Syrtes eſt poſita, non quòd in mari ſit fundata, ſed extra mare poſita inter duas Syrtes. Deinde Philenum aræ.} ſcilicet ſunt. Quare hic locus dictus ſit Philenum aræ, hiſtoria eſt conſiderãda. nam cum Carthaginenſes & Cyrenenſes de finibus diu inter ſe bello decertaſſent, tãdem defatigati, ita inter ſe conuenerunt, ut certo die legati utriuſq; ciuitatis domo diſcederent, & quo in loco obuij inter ſe fuiſſent, is locus communis utriuſque ciuitatis finis haberetur. Igitur à Carthagine duo fratres miſſi ſunt, qui Philenes uocabantur, hi celeriter iter ſuum direxerunt. Cyrenenſes tardius iuerunt. Hi igitur domi pœnas metuentes, quia tardius iuerant, criminabantur Carthaginenſes, dicentes eos ante tempus conſtitutum domo diſceſsiſſe, et propterea celerius ueniſſe, ſe non paſſuros, ut uicti domum abeant. Igitur cum Carthaginenſes aliam aliquam conditionem æquam peterent. Cyrenenſes hanc eis obtulerunt, ut quo in loco fines populo ſuo peterent, ibi uiui obruerentur. ſe quoque tandem conditionem ſubire paratos. Phileni, probata conditione, ſe uitamq; ſuam Reip. condonauerunt, atque ubi fines patriæ eſſe uolebant, ibi uiui ſepulti ſunt. ob eam rem Carthaginenſes Philenis fratribus aras conſecrauerunt in eo loco, ubi uiui obruti, ac ſepulti ſunt, Philenum aræ eſt locus. ubi ſunt fines imperij Carthaginenſium uerſus Aegyptũ, Quem locum. } Ordo eſt, quem. ſ. locum ipſi Carthaginenſes habuere finẽ. ſ. imperij uerſus Aegyptum. Poſt aliæ Punicæ urbes} ſcilicet ſunt, poſt loca, & ciuitates, quas ſupra deſcripſit, ſunt aliæ Punicæ urbes. i. urbes Carthaginenſium. Cætera loca.} Apparet magnum fuiſſe Numidarum, imperium. Super Numidiam }. i ultra Numidiam. Ordo eſt. Nos accepimus Getulos uagos agitare partim in tugurijs, alios incultius, ſupra Numidiam, ultra Numidiam, inquit, habitant Getuli, partim in Tugurijs, alij etiam incultius uagantes. Et ultra Getulos habitant Aethiopes. Poſt Aethiopes loca ſunt deſerta, exuſta caloribus ſolis. Accepimus }. i. audiuimus, intelleximus. Tuguria ſunt uilia ædificia in agris paleis tecta à tegendo dicta. Incultius }. i. aſperius, quia multi ex Getulis ſub dio, hoc eſt ſub aere degunt ſine tecto. Agitare }. i. uiuere, habitare. Poſt eos Aethiopes eſſe }. i. accepimus. Aethiopes ſunt, qui ob ſolis calorem, cui ſunt uicini, carnem nigram habent, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod eſt ardere. Nam aitho græce. latine ſignificat ardeo. καὶ φόω τοῦ ὄψς. id eſt à uultu. Deinde ſubaudi accepimus eſſe loca exuſta ſolis ardoribus.} ſcilicet propter ſolis uicinitatem. Igitur bello Iugurthino. } Ordo eſt. Igitur popu. Roma. adminiſtrabat per magiſtratus pleraq; oppida ex Punicis, & fines Carthaginenſium, quos nouiſsime habuerat, dico adminiſtrabat bello Iugurthino. i. tpe belli Iugurthini. Poſtquam totam Africam deſcripſit, nunc concludit, oſtendens, qui eam imperio regebant. Nam antea toti Africæ imperabant Carthaginenſes. Numidæ, Mauri, Getuli, Aethiopes. Totum imperium Africæ inter hos erat diuiſum. Sed tempore Iugurthini belli ferè totam eam partem quam Carthaginenſes tenuerant, populus Romanus per magiſtratus regebat, tam à Scipione Africano minori deleta Carthagine, & imperio eius ferme toto in ditionem, & poteſtatem populi Romani redacto. Magna pars Getulorũ et Numidiæ ſub imperio Iugurthæ erat, Bocchus rex Mauris imperabat. Quos nouiſsime habuerat, quos nuperrime ſubegerat duce & imperatore P. Scipione, Aemiliano, qui Africanus eſt dictus, quia imperium Carthaginis, quod erat in Africa Romano ſubegit imperio, ipſa Carthagine prorſus deleta & extincta. Per magiſtratus. } uidelicet per conſules, uel pretores, uel proconſules. Præter nomen per. cætera ignarus Pop. Roma. Bocchus rex Maurorũ, ignotus erat popu. Ro. per omnia, excepto nomine, quia nullam amicitiam, aut ſocietatem cum pop. Roma. habuerat. Et ideo præter nomen eius in cæteris rebus erat populo Romano prorſus incognitus. Cætera }. i. deinceps. i. p cætera. i. cæteris rebus. Ignarus }. i. ignotus, incognitus. Ignarus dicitur, & qui ignoratur. Incolis } habitatoribus. Ad neceſſitudinem. } id eſt ad neceſſitatem. Salluſtius digreſſione facta ad ſcribendam Africam, dicit ſe nunc ad propoſitum redire quandoquidẽ de Africa id quod erat neceſſariũ dixit.

MARLI.

HErcules. } non ſolus ſed cum magno exercitu peregrinabatur cum quo monſtra domuit, periit autem in Oeta monte. Noſtro mari } mediterraneo. Medi } ſcilicet erãt. de his lege Dionyſium primo lib. Sed Perſæ. } qui in Herculis auxilium erant. Cõmercia } mutationẽ mercium. Numidas app. } quia Perſæ uiuebant latrocinijs & illud nomen erat infame, ideo Numidarum nomen ſumpſerunt Strabo ult. Ab Hiſpania. } Hiſpania à rege Hiſpano dicta eſt, quæ antea ab amne Iberia dicebatur. Trogus.

De Carthag. } Carthaginem in Libia Phœnices annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem condidere. Cõditores fuere Xorus et Carchedõ. Sicuti autem Romani & ipſi Carthaginenſes exiſtimant. Dido mulier è Tyro profecta cuius uirum cum Pigmalion urbis tyrannus clam interemiſſet ſomnio monita, collectis ijs quibus Pigmalionis ſæuitia inuiſa fuerat, pecunijſq; in unum congeſtis in Libyam enauigauit, & eo loci ubi nunc Carthago ſita eſt urbes conſedit. Expellentibus deinde eos incolis, tantum ſolis deprecati ſunt in quod ſe cõferrent quantum taurino corio circundare poſſent. Primum inter Phœnices riſus eſt ortus rei exilitate, deinum qui huiuſmodi foret aſtus ſcire cupientes, potiſſimum cum ambigerent, quemadmodum ciuitas tam anguſto ſpatio includi poſſet conceſſuros ſe iureiurando affirmauere. Hi corium per minuta ſecantes circũpoſuere loco ubi nunc Carthaginis arx reſidet, quæ ob id Byrſa appellata eſt. Procedente mox tempore urbem extra Byrſam condidere. Demum ſubacta Libya magnam maris tenuere partem. hæc Appianus Strabo & Solinus ex originibus Catonis à Phœnicibus conditam eſſe affirmant. Carth. appellata eſt. quia lingua Numida Catarda. i. Nouam urbem dicunt. Hipponem &c. } Has urbes non Phœnices ſed Græci cõdidere ut Græci ſcriptores tradunt. Tereorum } Laconicor. Theræa urbs eſt Laconiæ ex qua colon uenerunt & occuparunt inſulam quæ Caliſto dicebatur & à nomine ſuo Teræã appellauerunt. Circa extre-

mitatem

nitatē. Inſulæ Batus condidit Cyrenam, Carthag. ſub ſuo imperio ccc. ciuitates habuere Aethiopes, ſcilicet heſperias. Bocchus.} aliqui legunt Bogud. Neque cognitus.} quia nec exercitus ipſius nec ipſum uidit pop. Ro. ſed tantum nomine cognouit.

RIVIVS. *AFricam habuere in initio Getuli & Libyes,} Manuſcripta, initio habuere. præpoſitione omiſſa. quomodo paulo ante Sed qui mortales initio Africam habuerunt. Vagi, palantes, quà nox coegerat, ſedes habebant.} Codices in mēbrana deſcripti præter unum, quas nox coegerat. ut ſubaudias habere. Hoc eſt, ubicunque nox eos oppreſſerat, ibi commorabantur, cum alioqui ſedem ſtabilem & domicilium certū nō haberent. Exēplar à Pincio Venetijs excuſum, ut & alia pleraq;, quo nox coegerat. quomodo ferè à doctis citatur. pro quem in locum nox compulerat, ibi manebāt.*

Amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi imperium petentibus.} Manuſcripta, multis ſibi quiſq; imperium petentibus, uerum perperam, niſi quis malit Quiſq; pro quibuſq; poſitum. Facit cum manuſcriptis Florentinum, atq; item Beroaldinum. Hi paulatim per connubia Getulos ſibi miſcuere.} Manuſcripta, ſecum miſcuere. pro coniunxere ſibi. Additur enim hinc uerbo interdum illa Cum præpoſitio cum ſuo caſu. Cicero, Cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat. Idem, Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. Liuius datinum 9 Dec. 4. Cum concilij noſtri eam fecerimus, & nobis miſcuerimus. Idem 3. belli Punici ſecundi, Quod connubium uetuſtum multas familias claras ac potentes Romanis miſcuerat. Poſt eos Aethiopes eſſe.} In manuſcriptis Legimus, Aethiopas. & ſic rectius. ut ſit accuſatiuus græcus αἰθίοπας, *Mox Deinde loca exuſta ſolis ardoribus.} Manuſcripta, dein. atq; ita rectius, Et alij nouarum rerum auidi.} Manuſcripta quædam, & alijs nouarum rerum auidis. quomodo & Badianū. ut ſint duo ablatiui abſolute poſiti, Beroaldinum, Cupidis habet, pro auidis. Verum id ex gloſſa ni fallor irrepſit. Mox, Heq; breui multū aucta.} Manuſcriptū Eaq; breui &c. Vſque ad flumen Mulucham} Fabricianū, ad flumen uſq; Mulucham. Paulo poſt, Satis dictum eſt.}* τὸ *Eſt, manuſcripta non habēt, ac rectius abeſt. Sed & ſtatim ante. De Africa & de eius incolis. in manuſcriptis non repetitur illa præpoſitio De, nec in Aſcenſiano, aut Beroaldino.*

GLAREANVS.

SEd Perſæ intra Oceanum magis.} Hoc, Intra Oceanū, Badius & recte, & erudite exponit, introrſus ad Oceanum Siue Salluſtius Oceanū poſt Atlantes ad occaſum, ſiue poſt Getulos ad meridiem crediderit. Nā ſequentes loci complures ita & exponēdi, et intelligendi. Perſarum enim & Getulorum cōmercium cum Hiſpanis, tum Oceanus, tum Libyes medij, qui ad fretum Herculeum agitabant, prohibebant. Itaq; illos, hoc eſt Perſas, mare magnum, id eſt, Oceanus, & ignara lingua prohibebant, quo minus cum Hiſpanis commercia haberent. At Libyes, etſi lingua diuerſi, propinquitate tamen locorum facile cum Hiſpanis res commutare poterant. Et uide, num ignara lingua dictum ſit pro ignorata. Vt infra ad finem pugnæ Metelli cum Iugurtha de Numidis loquens: Pleroſque, inquit, uelocitas & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Ignoratus tamen apud eundem hunc authorem eſt, ubi de Iugurtha uicto ac uagante ait: Ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur, nocturnis auijs itineribus ignoratus Romanos palanteis repente aggreditur. Nam quod Badius exponit, Et lingua Perſarum ignara linguæ ſcilicet Hiſpanorum, non ſatisfacit mihi, cum authori uerba addat, quæ in nullis inueniuntur codicibus.

Medis autem & Armenijs acceſſere Libyes,} Ita uulgata habet lectio. Atqui ut Perſæ aduenæ acceſſere Getulis, ita Media ac Armenij externi Libybus acceſſere, nō Libyes Medis ac Armenijs. Quare magis placet uetuſta lectio, quæ ita habebat. Medi ac Armenij acceſſere Libybus. Quod quidā temere mutarunt horrētes datiuū Libybus, rarius apud Latinos auditum, quāq; taleis aliquā inuenimus. Quidam codices etiam habebant Libyas, accuſatiuū græcum. Hoc ſenſu: Medi ac Armenij acceſſere Libyas, præpoſitione ad uerbum lata. Quam lectionem ego neutiquam reijcio. & eam ſecutus eſt Badius. Porro quæ proxime ſequuntur uerba {Nā hi propius mare Africum agitabant, Getuli ſub Sole magis haud procul ab ardoribus} in Parentheſi legit Soldus, & recte. Et illud Hi ante Propius Libyas refert, qui Getulis conferuntur. At illud alterum, Hiq;, quod poſt Parentheſin ponitur refert Medos atque Armenios, quod Badius, qui poſt Soldum ſcripſit, non aduertit. Quanquam illud Lector fortaſſis magis miretur, cum Perſarum nomē in Numidarum, Medorum in Maurorum cōmutatum fuerit, in quid Armeniorum ſit mutatum nomen. Sed credendū eſt, uel abiecta prima ſyllaba, cum Medis in Mauros conceſſiſſe Armenios, aut nō admodū certam hanc, quod & author aſſerit, eſſe hiſtoriā. Varia hmōi noſtra etiānū ætate In gētiū noībus īuenimus, ut id nullo pacto mirū uideri queat. Magis hi qui ad noſtrū mare proceſſerant.} Puto legendum eſſe, Aut magis quàm hi, aut, Magis his. Priorem lectionem habet Soldus. Sed iudicet Lector. Deniq; Africæ pars inferior pleraq; à Numidis poſſeſſa eſt.} illud, Inferior, Soldus exponit de parte quæ magis in plagam Auſtralem deſcendens meridiem reſpicit. Ego uero puto referendum eſſe ad curſum fluminum Africæ, quæ ferè à meridie in Septentrionem currunt, ut Bagrada, Ampſaga, Mulucha, & reliqua. Quanquam poteſt & inferior intelligi quæ ad occaſum eſt, ut Cæſarienſem quoq; Mauritaniam complectatur. Nam eo Syphacis regio pertinebat, quā Maſiniſſa à Romanis poſtea habuit: & ipſe Salluſtius paulo poſt dicturus eſt: Et Numidæ uſq; ad flumen Mulucham ſub Iugurtha erant. Mala autem flumen prope Mulucham apud Ptolemæum duas ſeparat Mauritaneas Sanè quanquam Salluſtius Prætor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea ſcripſiſſe uidetur, quæ ad loca attinent, quod in poſterioribus oſtendemus. Quod & de Liuio in Annotationibus noſtris maxime in tertiam Decada non ſemel conqueſti ſumus. Secundo mari prima Cyrene eſt, Colonia Theræon.} Hic uero Cōmentatores noſtri egregie cæcutiunt. Colonia There, inquit Soldus, noīa ciuitatum ſunt, Badius uero Cyrene, Colonia, Theræon urbes, inquit, illæ ſic dictæ. Haud dubie Badius iuuenis ſcripſit. Nam dum ego illum noui, alius erat. Soldum non noui, qui meam præceſſit ætatem. Herodotus lib. iiij. oſtendit Cyrenen Coloniam eſſe. Theræon, id eſt, populi Theræ Inſulæ, Theræon uero genitiuus Græcus, ut paulo poſt Philænon. Poterat alterius uideri ab hiſtorico latino, qui Theræorum & Philænorum magis amaret. Cæterum æ diphthongo penultima ſcribenda, ut ut alia ceciderint. Deinde aræ Philænō.} Deinde, inquit, quaſi poſt Syrteis ac Leptim occaſum uerſus ſint. Philænorum aræ: quod nullo pacto uerum ē, Ipſe ſanè abortu incipit, ac poſt Catabathmō occaſum uerſus Cyrenen nominat. Deinde Syrtim magnam, ad cuius intimum ſinum, ſi Ptolemæo credimus Philænorum ſunt aræ, non poſt duas Syrteis ac Leptim. Cæterum cum ait, Cætera loca uſq; ad Mauritaniam Numidæ tenent. Vides Tingitanā ſolam Salluſtio Mauritaniam dictam, Cæſarienſem uero ſub Iugurtha fuiſſe, Syphacis quondam regnum, quippe Mulucham flumen eius facit fineis, quem Straboni ac Ptolemæo Molochath dictum exiſtimo.

Addit Strabo Molochath Mauritaniæ ac Maſſæſylorũ fuiſſe terminum, cum Ptolemæus Maluam collocet terminum, aliquanto magis ad orientem quàm Molochath. Porro cum ait, Super Numidiam Getulos accepimus, ad fluminum lapſum retulit, & montana illa quæ Africæ ſecundum Cancri Tropicum imminent.

Quare

Quare non bene Soldus exponit, ſupra, id eſt, ultra, Deniq; cum ait: Poſt eos Aethiopas eſſe, deinde loca exuſta Solis ardoribus, perinde loquitur, atq; Aethiopas citra Torridam zonam eſſe crediderit: cum Ptolemæus, alijq; Geographi intra Tropicos ſub æquatore, ac noſtra demum ætas ibi eſſe certo deprehenderit.

POSTQVAM *diuiſo regno legati Africa diſceſſere, & Iugurtha contra timorem animi præmia ſceleris adeptũ ſeſe uidet; certũ eſſe ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ uenalia eſſe; ſimul & illorũ pollicitationibus accenſus, quos paulo ante muneribus expleuerat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipſe acer, bellicoſus; at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriæ, metuens magis quàm metuendus. Igitur ex improuiſo, fines eius cum magna manu inuadit: multos mortales cum pecore, atq; alia prę̨da capit, ædificia incendit, pleraq; loca hoſtiliter cum equitatu accedit. Deinde, cum omni multitudine in regnum ſuum ſe conuertit, exiſtimans Adherbalem dolore permotũ, iniurias ſuas manu uindicaturum, eamq́; rem belli cauſam fore. At ille, quòd neq; ſe parem armis exiſtimabat, & amicitia Popu. Ro. magis, quàm Numidis fretus erat; legatos ad Iugurtham de iniurijs queſtũ miſit: qui tãetſi contumelioſa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decreuit, quàm bellum ſumere; quia tentatũ antea, ſecus ceſſerat. Neq; eo magis cupido Iugurthæ minuebatur, quippe qui totum eius regnum animo iam inuaſerat. Itaq; non uti antea cũ prę̨datoria manu, ſed magno exercitu comparato, bellum gerere cœpit, & aperte totius Numidię̨ imperium petere. Cę̨terum quà pergebat; urbes, agros uaſtare; prę̨das agere; ſuis animum hoſtibus terrorem augere. Adherbal ubi intelligit eò proceſſum, uti regnum aut relinquendum, aut retinendũ armis eſſet; neceſſario copias parat, & Iugurthæ obuius procedit. Interim haud longe à mari prope Cirtham oppidum, utriusque exercitus conſedit: & quia diei extremum erat, prælium non eſt inceptum. ſed ubi plerunq; noctis pceſſit, obſcuro etiam tam lumine, milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt; ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant,*

SOLDVS.

Poſtquam diuiſo } Nunc redit ad propoſitum, ut oſtendat quid fecerit Iugurtha, poſt quam legati Romani diuiſerunt regnum Numidiæ inter ipſum & Adherbalem. Ordo eſt. Iugurtha ratus eſſe certum .i. id, quod acceperat ex amicis ſuis apud Numantiam, uidelicet omnia eſſe uenalia Romæ, & accenſus pollicitationibus illorum, quos paulo ante muneribus expleuerat, intendit animũ in regnum Adherbalis, poſtquã legati diſceſſere Africa, diuiſo regno, & poſtquam uidet ſe eſſe adeptum præmia ſceleris contra timorem animi. Cum, inquit, legati Romani, diuiſo regno ex Africa diſceſſiſſẽt, ſtatim Iugurtha cogitare cœpit, quomodo regnũ Adherbalis inuadere poſſet, quandoquidem cognouit id eſſe uerum, quod audiuerat ab amicis ſuis, cum apud Numantiam eſſet, uidelicet quòd omnia erant uenalia Romæ. Contra timorem animi præmia ſceleris adeptum ſeſe uidet } .i. poſtquam uidet ſe eſſe conſecutum impunitatem ſceleris ſui contra id, quod timebat in animo ſuo. Nam Iugurtha ſemper timuerat, ne ſenatus ſcelus ſuum puniret, quia Hiempſalem interfecerat, et Adherbalem regno expulerat. Præmia ſceleris } .i. impunitatem, quia ſenatus non puniuit ſcelus Iugurthæ, immo decreuit, ut dimidium regni Numidiæ haberet. Apud Numantiam acceperat } .i. audiuerat, hoc quod ſupra monſtratum ẽ. Omnia Romæ uenalia eſſe. } id eſt omnia Romæ per pecuniam uendi, quod Iugurtha tũc expertus erat. Nam pecunijs impunitatem ſui ſceleris emerat à ſenatoribus Romæ. Pollicitationibus. } .i. promiſſionibus, quia legati qui pecuniam & munera paulo ante ab eo acceperant, pmiſerant ei ſuum auxilium ſi forte accideret, ut de eo aliquid tractaretur Romæ in ſenatu. In regnum. } ut regnum Adherbalis inuadat. Intendit. } dirigit. Ipſe acer. } Ecce occaſiones, quæ accendebant Iugurthã, ut regnũ Adherbalis inuaderet. Ipſe. } ſcilicet Iugurtha. Acer } id eſt fortis. Bellicoſus. } bello aſſuetus, belli peritus. At is. } ſcilicet Adherbal. Petebat. } id eſt inuadebat. Quietus. } id eſt pacificus. Placido } .i. miti. Opportunus iniuriæ } .i. ad iniuriam cõmodus. uidelicet, cui commode inferri poſſet iniuria. Fines eius. } imperium Adherbalis.

Magna manu } .i. magna multitudine. Vindicaturum. } id eſt ulturum. At ille } .ſ. Adherbal.

Armis. } id eſt bello. Queſtum. } id eſt ad conquerendum.

Contumelioſa dicta. } quia Iugurtha cauſam belli quærebat. Legatis Adherbalis contumelioſe reſpondit, ut Adherbal, et iniurijs ſimul et contumelijs cõcitatus, bellum contra eum ſuſciperet. Sed Adherbal omnia potius pati uolebat, quàm bellum ſumere contra Iugurtham, quoniam bello paulo ante ab eo uictus fuerat. Retulerant. } reportauerant. Prius. } id eſt potius. Decre. } ſcilicet Adherbal. Secus ceſſerat. } id eſt male euenerat. Nam, ut ſupra uiſum eſt, à Iugurtha prælio uictus eſt, Adherbal. Neq; eo. } id eſt propter id, quia Adherbal de iniurijs ſibi à Iugurtha illatis uindictã non faciebat, ſed tolerabat nõ tñ pp id Iugurthæ cupiditas minuebatur. Manu. } id eſt multitudine. Comparato } .i. tractato, collecto.

Petere } . i. inuadere. Qua pergebat. } ſubauditur ea parte. Vaſtare. } pro uaſtabat.

Agere pro agebat. } id eſt pellebat, uel ducebat. Augere. } pro augebat. Vbi. } poſtq̃.

Eò pceſſum. } id eſt ad id eſt peruentum. Copias. } id eſt exercitum. Diei extremum. } id eſt extrema pars diei. Plerũq; noctis. } id eſt magna pars noctis. Proceſſit } .i. pertranſijt. Obſcuro lumine. } ſcilicet

exiſtente

ſunduntq;; Adherbal cũ pacis equitibus Cirtham pro-ſugit. Et ni multitudo togatorũ fuiſſet, quę Numidas inſequentes à mœnibus prohibuit; uno die inter duos Reges cœptum atq; patratum bellum foret. Iugurtha oppidum circumſedit; uineis, turribusq́;, & machinis omnium generum expugnare aggreditur; maxime fe-ſtinans tempus legatorum ante capere; quos ante prælium factum, ab Adherbale Romam miſſos audiuerat. Sed poſtquam Senatus de bello eorũ accepit, tres adoleſcentes in Africã leguntur; qui ambos Reges adeãt, Senatus, populiq́; Romani uerbis nũtient, uelle & cẽſere eos ab armis diſcedere; ita ſeq́;, illisq́; dignum eſſe.

exiſtente. Signo dato.} uidelicet cum buccina, tuba. Inuadunt }. i. aggrediuntur. Et ni multitudo togatorum.} Niſi inquit ciues Iugurthinos milites a mœnibus urbis repuliſſent, eo die finitum eſſet bellum. quod inceptum erat. nam urbẽ Cirthã introiſſent, & regem Adherbalẽ cœpiſſent. ſed ciues prohibuerunt. Et ni.} pro niſi. Togatorum} .i. oppidanorum, & ciuium, qui non erant armati. ut milites, ſed togati, ut ciues eſſe ſolent. i. toga induti. Patratũ) id eſt perfectum, & finitũ, ni in oppidum Cirtham. Adherbal ingreſſus fuiſſet à Iugurtha fugatus uictusq;. Oppidũ } ciuitatem. Circumſedit }. i. obſedit. Vineis} Vinea eſt genus machinæ in modum uitis, ab una parte tectum, ſub qua milites tecti pugnant. Vnde ſecundum Feſtum Pompeium. ſub uitem præliari dicuntur milites, qui ſub uinea militari pugnant. Sub uineam iacere dicuntur milites, cum centurionibus aſtantibus ſudes iacere coguntur, hoc genus machinæ in urbium expugnatione mœnibus admoueri ſolitum erat. Turribusq;.} Turres ſunt ædificia alta, atque munita extra mœnia, ab hoſte obſidente conſtructa, de quibus commode, & tute pugnatur. Maxime feſtinans.} Iugurtha feſtinabat, ut ſi poſſet urbem expugnaret, antequam legati Adherbalis Romam peruenirent. Nam Adherbal legatos Romam miſerat ante bellum inceptum: uidelicet, cum Iugurtha ſubita incurſione prædabundus fines eius inuaſit. Deinde multis locis incenſis, uaſtatoq; agro, & præda abacta, in regnum ſuũ reuerſus eſt, ut ſupra uiſum eſt. Vel certe, tunc miſit legatos, cum intellexit Iugurtham iam comparato exercitu, non præparatoria manu, ut antea regnum ſuum inuaderet. Antecapere.} id eſt anteuenire. Præuenire.} uidelicet, ut prius urbem caperet, quàm legati Romam peruenirent. Accepit }. i. audiuit, intellexit. In africam leguntur }. i. legati mittuntur. Senatus populique Romani uerbis nuncient.} id eſt ex parte Senatus, & pop. Roma. nuncient. ſ. hoc quod ſequitur, uidelicet, ſe uelle & cenſere, id eſt decernere. ſ. hoc, uidelicet, ut à bello deſiſtant. Ita & cenſere.} ita ẽt dignũ ſe. ſ. ſenatu populoq; Romano. Illisque.} ſcilicet regibus.

bellũ. Vineis} cratis uiminibus factis quæ coopertæ terra milites ad mœnia urbis accedebant. Turibus.} Appianus in bello Libyco ubi forma triumphi Scipionis deſcribit ait. Ferebant & ligneæ turres. Machinis omnium generum.} ut arietibus catapultis. Cenſere.} decernere. Ita.} deponendo arma. Eſſe dig. ſeſe.} Maieſtate Romana. Et illis.} ſcilicet regibus, quia erant ſanguine coniuncti & fratres per adoptionem.

MARLIA. AB Africa } dicta eſt ab Afro Herculis filio. et idem eſt quod Libya. Solinus. Intendit.} uertit. Oportunus iniuriæ.} paratus ad accipiendum iniuriam magis quàm ad defendendum regnum. Metuens. } metuebat alios potius qui illis terrorem incuteret. Igitur } i. data occaſione. Petit cum equitatu. } occurrit undique in regnum cum exercitu. In regnum ſuum, id eſt Adherbalis. Eam rem } illam regni inuaſionem. Quàm Numidis } quàm proprio exercitu. Inuaſerat. } animo propoſuerat. Proceſſum eo.} ad hanc extremitatem. Cirtha. } oppidum mediterraneum author Strabo Plin. appellat urbes in ora i. prope mare ſitas. Fundunt diſſipant togatorum non oppidano intelligit, ſed Romanos & Italos qui in Numidia negotiabantur. Patratum. } finitum bellum

RIVIVS.

POſtquam diuiſo regno legati Africa diſceſſere.} Sic & manuſcripta. Perperam in quibuſdam eſt, ab Africa. nam & inferius, Vbi eos Africa diſceſſiſſe ratus eſt, inquit. Mox, Certum eſſe ratus quod ex amicis apud Numantiam acceperat.} Sic & manuſcripta. in alijs, ad Numantiam. quomodo perfrequenter Cicero loqui cõſueuit. Sic Virg. ad Troiã dixit ꝓ apud Troiã. & Liuius, dum hæc ad Veios agebantur. pro apud Veios. Hoc, ni fallor, è gloſſa nimirum irrepſit. nam annotarat forte aliquis, ad pro apud eſſe poſitum. τὸ Eſſe ibidem, non eſt in manuſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. Multos mortales cum pecore.} Legendum, mortaleis. In regnum ſuum ſe conuertit.} τὸ Se, non reperitur in Beroaldino, neq; in ullo manuſcripto. quaſi abſolute ponatur hoc uerbum. Sic alibi, Clam cum paucis ad pedites conuertit. inquit. & Cor. Tacitus. 3. Poſtquam cædibus ſæuitum, et magnitudo famæ exitio erat, cæteri ad ſapiẽtiora conuertere. Hic quoq; ſine caſu ponitur. Mox, Exiſtimans Adherbalẽ dolore permotũ iniurias ſuas manu uindicaturum.} Manuſcripta, dolore permotum Adherbalem. quæ collocatio uerborum melior. Et quia diei extremum erat, prælium non eſt inceptum.} τὸ Eſt, in manuſcriptis non eſt. Paulo poſt, Quæ Numidas inſequentes à mœnibus.} In manuſcriptis & impreſſis quibuſdam omiſſa præpoſitio eſt, mœnibus prohibuit. Vtrũq; mihi placet, & utroque modo Cicero loqui conſueuit. Cæſar 1. belli Gallici, finibus prohibere dixit, ſine addita præpoſitione. Mox, Iugurtha oppidum circũſedit.} In manuſcriptis ẽ, Igitur Iugurtha. nec aliter ĩ impreſſis qbuſdã.

GLAREA. INiurias ſuas manu uindicaturum. } Vide ancipitem reciprocationem in uerbo, Suas, Iugurthámne referat, qui intulerat, an Adherbalem, cui illata erat. Ipſius, quod medium uerbum inter Suas ac Eius Grammatici ponunt, ſuſtuliſſet hanc dubitationem.

Vrbes agros uaſtare. } Duo nomina abſque coniunctione ad unum uerbum connexa ſunt, cum apud authores ſæpius tria, duo rarius. Sed hæc alijs committenda. Ad Cirtham oppidum.} Strabonis codex libro ultimo Geographiæ habet, Adherbalem et obſeſſum, & occiſum ad Vticam, ubi planè mendum puto. Vtica enim hoc tempore in prouincia erat Romanorum, quia legati paulo poſt Iugurtham literis euocant. Nemo igitur hunc locum ex Strabo. lib. ſed contra illũ ex hoc, qui bene habet emendare conetur.

LEgati in Africam maturantes ueniunt, eo magis quòd Romæ, dum proficiſci parant, de prælio fa-

SOLDVS. MAturantes.} id eſt feſtinantes. Eo magis.} id eſt ideo magis feſtinantes ueniunt in Africam quia dum in Africam ire parant, iam Romæ audiebatur, quomodo præ-

niunt

ſto, & oppugnatiōe Cirthæ audiebatur. Sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione reſpondit: ſibi neq; maius quicquam, neq; charius authoritate ſenatus eſſe: ab adoleſcētia ita ſe eniſum, ut ab optimo quoq; probaretur; uirtute, non malitia P. Scipioni ſummo uiro placuiſſe: ob eaſdem artes à Micipſa, non penuria liberorum in regnum adoptatum eſſe: cæterum quo plura bene atq; ſtrenue feciſſet, eo animum ſuum iniuriam minus tolerare. Adherbalē dolis uitæ ſuæ inſidiatum; quod ubi comperiſſet, eius ſceleri obuiā iſſe; Populum Roma. neq; recte, neq; pro bono facturum, ſi ab iure gentium ſeſe prohibuerit: poſtremo de omnibus rebus legatos Romā breui ſe eſſe miſſurum. Ita utriq; digrediuntur. Adherbalis copia appellandi non fuit. Iugurtha ubi eos Africa deceſſiſſe ratus eſt, neq; propter naturam loci Cirtham armis expugnare poteſt: uallo, atq; foſſa mœnia circūdat; turres extruit, easq; præſidijs firmat: prętera dies, noctesq; aut per uim, aut dolis tentare, defenſoribus mœnium præmia modo, modo formidinem oſtentare; ſuos hortando ad uirtutē arrigere, prorſus intentus cūcta parare. Adherbal ubi intelligit oēs ſuas fortunas ī extremo ſitas, hoſtē īfeſtū, ſpē auxilij nullā, penuria rerū neceſſariarū bellū nō poſſe trahi: ex his, q unà Cirthā pfugerāt duos maxime impigros delegit: eos, multa pollicēdo, ac miſerando caſum ſuum, confirmat, uti p hoſtium munitiones noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iuſſa efficiūt. Literę Adherbalis in ſenatu recitatę ſunt: quarum ſnīa hæc fuit.

ho ec immiſſo, uictus Adherbal in urbem Cirtham pfugiſſet, & ibi à Iugurtha obſideretur.

Sed is rumor clemens erat.} id eſt hæc fama mitis erat, q̄a nō ualde aſpa nūciabantur, nec ea res ualde diuulgabatur.

Quorum}. ſ. legatorum. Accepta oratiōe}. i. addito ſermone. Reſpondit.} Iugurtha cū audiuiſſet legatos ſibi uerbis ſenatus imperantes, ut à bello deſiſteret, callide reſpondit, ſe nihil charius habere authoritate ſenatus, id eſt ſe nihil charius habere, quàm ut faciat id, quod ſenatus decernit. Ab adoleſcētia.} Hæc omnia ſunt clara. Et ſubaudiitur, per omnia reſpōdit, uel dicebat. Enixum}. i. conatum, dedi ſemper operā ab adoleſcentia mea, ut me unuſquiſq; optimus laudaret. Ob uirtutem apud Numātiam placui Scipioni optimo imperatori, ob eandē uirtutem Micipſa me in filium adoptauit. Probaretur.} id eſt laudaretur. Artis}. i. uirtutes. Non penuria liberorū, id eſt non quia filios non haberet Micipſa, me in regnum adoptauit, ſed propter uirtutem. Nam filios duos habebat. Cæterum.} Sed dicebat eo. i. ideo aīum ſuū minus tolerare īiuriā, q̄ p q̄ feciſſet plura bene, atq; ſtrenue. Apd' legatos Iugurtha cauſā ſuā mēdacio defendit. Dicit. n. Ego hoc bellū nō ſponte ſuſcepi, ſed coactus. Nam cum Adherbal mihi tenderet inſidias, & me dolo interficere conaretur, coactus ſum me defendere, & iniuriam repellere. Nam cum multa fortiter fecerim nō poſſum iniurias tolerare, ſed hoc totum falſum eſt, quod Iugurtha dicit. Strenue.} id eſt fortiter. Minus}. i. non. Dolis}. i per dolos. dolus à lędēdo dictus eſt. Quod ibi comperiſſet. Et dicebat.} ſe obuiam iſſe ſceleri eius ubi pro poſtquam comperiſſet quod. i. illud, uidelicet inſidiari ſibi. Comperiſſet}. i. inueniſſet. Obuiam iſſe}. i. reſtitiſſe. Populum Romanum.} Populus Romanus, inquit, non bene faciet ſi me prohibet iniuriam mihi illatam repellere, quod iure gentium conceditur unicuiq;. Nam ius gentium, & ius naturale eſt, ut unicuiq; uim ui repellere liceat. Ab iure gentium ſeſe prohibuerit.} uidelicet, ſi prohibuerit, quo minus uim ui repellā, quod apud omne gentes licet. Nam ius gentium dicitur, quod apud omnes gētes ſeruatur. Ita.} hoc modo, uidelicet cum Iugurtha ita reſpondiſſet. Vtriq;}. ſ. legati Iugurthæ. Digrediuntur}. i. ab inuicem diſcedunt. Iugurtha ubi eos.} Iugurtha poſtquam legatos Ro. ex Africa diſceſſiſſe cognouit, cum uideret ſe Cirthā armis capere non poſſe, quia per naturam loci munitiſſima erat, uallo, & foſſa mœnia circundat, turres altas extruit, et eas præſidijs firmat, hoc fecit, ne quis ex urbe egredi poſſet, & ne commeatus introferri poſſent. Ratus eſt}. i. opinatus eſt. Expugnare}. i. uincere. Vallo.} Valli dicuntur fuſtes foſſarum genere maſculino. Nam munitio ipſa uallum dicitur neutro genere. nam uallum eſt munitio ex fuſtibus facta. i. ex palis. Vnde qui obſident urbes uallo, & foſſa, ſolēt eas cingere, ne oppidani ſubita eruptione exercitum inuadere poſſint, et ne commeatus ex aliqua pte introduci poſſint, neue multitudo poſſit exire, atque ita ad famem ciuitas deducatur, ut ea neceſſitate deditionem facere compellatur. Præſidijs.} præſidium dicitur à præſidendo. Eſt autem præſidium electa militū multitudo ad cuſtodiā alicuius, uel urbis, uel arcis, uel caſtelli, uel alterius cuiuſpiam loci muniti poſita. Firmat}. i. munit.

Dies noctesq;}. i. per diē, & noctem. Tentare.} pro tentabat, more ſuo. Defenſoribus.} promittebat ingentia præmia his, qui urbem defendebant, ſi eā ſibi tradere uellent. Modo}. i. aliquando. Intentus}. i. ſollicitus. Adherbal} Ordo eſt Adherbal delegit duos maxime impigros ex his qui profugerant ſecum una Cirtham, & confirmat eos multa pollicendo, & miſerando caſum ſuum, uti noctu pergerent ad mare per munitiōes hoſtiū dehinc pergerent Romam, ubi pro poſtquā cognoſcit omnes ſuas fortunas. ſ. eſſe in extremo, & hoſtem infeſtum. ſ. eſſe, nullam ſpem auxilij. ſ. eſſe, & bellum trahi non poſſe penuria rerum neceſſariarum. Senſus patet. Cum, inquit. Adherbal uidit ſe ad extremum eſſe deductum, nec habere ſpem aliquam auxilij, & obſidionem diutius ferre non poſſe, propter inopiam rerum neceſſariarum, duos uiros Romam miſit, cum literis ad ſenatum. Omnes fortunas ſuas}. i. ſtatum ſuum. Sitas}. i. poſitas eſſe. Hoſtem infeſtum}. i. hoſtē in exitium ſuum paratum, & perſeuerantem. Penuria}. i. inopia.

Rerum neceſſariarum.} quia neceſſaria ad uictum iam deficere inceperant. Trahi}. i. prolongari. Impigros}. i. ſtrenuos. Miſerando caſum ſuum}. i. ī cōmiſerationem ducendo. Confirmat.} i. inducit. Paucis diebus iuſſa efficiunt, quia paucis diebus Romam uenerant cum literis Adherbalis ad Senatum. Iuſſa}. i. præcepta, quæ præceperat Adherbal. Quarum ſentētia.} Salluſtius non uerba ſed ſententias literarum Adherbalis ponit.

PVb. Scipioni uiro ſ.} Ea eſt uera laus, quæ à probato uiro proficiſcitur, ait Cicero in Epiſtolis. Cōperiſſet} pro certo habuiſſet. MARL.

buiſſet. Recte. } ſecundum iuſtitiam. Non fuit eo. } quia erat clauſus contra ſ. neceſſaria ad expugnationẽ. Infeſtum. } inuentũ in expugnatione. Confirmat. } Excitat animum. Miſerendo demonſtrando ſe iam in poteſtate hoſtium eſſe. Per munitiones. } per hoſtium caſtra.

RIVIVS. SEd is rumor clemens erat. } Perperam in Merſeburgenſi & alijs plerisq; his rumor. Porro clemens, pro non nimius ponitur. cuius & Priſcianus meminit. Ob easdem artes à Micipſa. } Le gẽdum, artes. Paulo poſt, Adherbalem dolis uitæ ſuæ inſidiatum, quod ubi comperiſſet, eius ſceleri obuiam iſſe. } τὸ Eius, non eſt in omnibus uetuſtis. & additum mihi uidetur, ut & alia pleraque. Sed in manuſcriptis quibuſdam eſt tamẽ. Porro obuiam ire, hic eſt reſiſtere, ſic Cicero, maloriun conatibus obuiam ire dixit. Poſtremo de omnibus rebus legatos Romam breui ſe eſſe miſſurum. } In manuſcriptis hæ duæ uoces, ſe eſſe, deſunt. An autem ele

gantius

gantius abſint, aliorum eſto iudicium. Neque propter naturam loci } Manuſcriptum, neque propter loci naturam. quomodo & ex impreſſis quidam. Merſeburgenſe uero, Neque per loci naturam. ut ſit ſenſus, Loci natura obſtabat, quo minus expugnare Cirtham poſſet. Suos hortando ad uirtutem arrigere. } In manuſcriptis eſt, erigere. Sed & prior lectio mihi placet. nam & alibi Salluſtius, Eos non paulum, inquit, oratiõe ſua Marius arrexerat, Bellum non poſſe trahi. In manuſcriptis & alijs, bellum trahi non poſſe. Paulo poſt, Literæ Adherbalis in ſenatu recitatæ ſunt. } Sunt, non eſt in manuſcriptis neque cæteris uetuſtioribus.

GLAREANVS. VIrtute, non malitia P. Scipioni ſummo uiro plac. } Incerta ẽ diſtinctio, ſit'ne dictum, Virtute & malitia, ad priora referẽdum, an ad poſteriora. Badius ad poſteriora retulit, fortasſis quia magis quis malitia placet, quàm probetur. at ergo puto æque malitia neminem placere, atque neminẽ probari, ideoq; ambiguũ eſt.

SOLDVS. NOn mea culpa. } id eſt propter meam culpam. In hac epiſtola beneuolentiam captat à ſenatu, & in odium aduerſarium adducit, cum eius crudelitatem oſtendit. & ſuperbiam. Oratum. } id eſt ad orandum. Vis. } Violentia. Subegit. } id eſt coegit.

Extinguendi } i. occidendi. Ecce crudelitatem Iugurthæ oſtendit. Inuaſit } i. inceſſit. Neque uos, neque deos } i. nec deos, nec homines ueretur. Sanguinem meum } i. uitam. Malit } i. magis uelit. Itaque. } quia cupit me extinguere, ideo iam menſes quinque me obſidet. Socius } per hoc oſtendit ſibi à ſenatu auxilium deberi. Et eſt argumentum à partibus iuſtitiæ, uidelicet à gratia. Neque patris mei. } Contra Iugurtham non opitulatur mihi, quod à patre meo ipſe in filium adoptatus eſt, neque quòd uos decreuiſtis, quam partẽ regni quiſque poſſideat. ſed calcata pietate, & decreto ueſtro neglecto, me regno expulit, & uitam mihi auferre conatur. Beneficia. } ſcilicet in Iugurthã, quia Iugurtha à patre meo in filium adoptatus, & aſſumptus eſt, & hoc nihil mihi prodeſt, quia Iugurtha impius, & immemor beneficij ſanguinem meum quærit. Decreta ueſtra, id quod uos decreuiſtis, uidelicet ut uterque partem illam regni teneat, quàm legati Romani asſignauerunt, ipſe Iugurtha hoc negligit, & regnum meum inuaſit. Ferro } an fame. Ingentibus malis ſe premi dicit, ferro, & fame. Acrius } i. uehementius. Vrgear } i. premar. Incertus ſũ } i. neſcio, dubius ſum. Dehortatur fortuna mea } ſ. infelix, &

aduerſa

aduerſa fortuna dehortatur me plura ſcribere de Iugurtha, quia timeo ne mihi non credatur. Nam ita euenire ſolet, ut miſeris et infelicibus parum credatur. Parum fidei miſeris eſſe. } id eſt parũ credi miſeris, ſicuti ego ſum regno, et fortunis omnibus ſpoliatus. Niſi tantum intelligo. } ac ſi diceret. Neſcio utrum mihi credatis id, quod ſcribo de Iugurtha. Sed hoc certe ſcio. Aliud etiam præter me Iugurtham quærere Nam quærit hoc, quomodo regnum Numidiæ, quod eſt ueſtrũ, ſibi uſurpet. Quare ſi mihi auxilio eſſe nõ uultis, ſaltem rebus ueſtris prouidete. Tantũ illud à uobis peto, ut me ex manibus eius eripiatis & hoc eſt, quod dicit. Et ex hoc loco maxime attẽtos facit eos, ad quos ſcribit. Dicit enim hoc ad eos pertinere, de quo agitur. Niſi tãtum. i. ſolummodo. Illum } ſ. Iugurtham. Supra quam ego ſum petere. } intelligo inquit Iugurtham plus quà ego ſum quærere, non ſolum me quærit, ſed etiam aliud. Et ita ſenatum ualde ſolicitum reddit, ne diutius tardet contra Iugurtham prouidere. Dicit eñ Iugurtha quærit aliud quàm me. Et quid eſt illud, quod quærit? imperiũ Numidiæ, quod eſt ueſtrũ, ſibi uſurpare quærit. Petere } i. quærere. Supra quàm ego ſum. } id eſt plus quàm ego ſum. Neque ſimul amicitiam ueſtram } & regnum ſperare meum. Ego intelligo, quòd Iugurtha hæc duo ſimul ſperare non poteſt, uidelicet, ut & amicus ueſter ſit, & regnum meum teneat, atq; uſurpet. Nouit enim & intelligit Iugurtha, hoc fieri non poſ-

NON mea culpa ſæpe ad uos oratum mitto P. C. Sed uis Iugurthę ſubigit, quem tanta libido extinguendi me inuaſit, ut neq; uos, neq; Deos immortales in animo habeat, ſanguinem meum, quàm omnia malit. Itaq; quintum iam menſem ſocius, & amicus Pop. Rom. armis obſeſſus teneor: neq; mihi Micipſæ patris mei beneficia, neq; ueſtra decreta auxiliantur: ferro, an fame acrius urgear, incertus ſum. Plura de Iugurtha ſcribere dehortatur me fortuna mea, etiã ante expertus ſum parum fidei miſeris eſſe: niſi tamen intelligo illum, ſupra quàm ego ſum petere, neq; ſimul amicitiam ueſtrã, & regnum meum ſperare. Vtrum grauius exiſtimet nemini occultum eſt. Nam initio occidit Hiempſalẽ fratrem meum: deinde patrio regno me expulit. quę ſanè fuerint noſtrę iniurię, nihil ad uos. Vtrum nũc regnũ ueſtrum armis tenet: me, quem uos imperatorem Numidis impoſuiſtis, clauſum obſidet: legatorũ uerba quãti fecerit, pericula mea declarant. Quid eſt reliquum, niſi uis ueſtra, qua moueri poßit? nam ego quidem uellem, & hæc quæ ſcribo, & illa, quę antea in ſenatu queſtus ſum, uana forẽt potius, quàm miſeria mea fidẽ uerbis faceret. Sed quoniam eo natus ſum ut Iugurthę ſcelerum oſtentui eſſem; non iam mortem, neq; ærumnas, tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidię, quod ueſtrum eſt, uti libet conſulite; me ex manibus impijs eripite, per maieſta

tem imperij, per amicitię fidem; ſi ulla apud uos memoria remanet aui mei Maſiniſſę.

ſe, ut me regno ſpoliet, et ſit ueſter amicus. Et quamobrem. Quia cum ego iunctus ſim ſocietate & amicitia cum populo Romano, aperte intelligit, ſe eſſe ueſtrum inimicum, ſi me regno ſpoliauerit, ius enim ſocietatis, & amicitiæ hoc exigit, ut qui mihi hoſtis eſt, is etiam ueſter ſit hoſtis. Cum autem nunc Iugurtha me regno ſpoliauerit, à parte ſe hoſtem popu. Roma. eſſe demonſtrat, atque fatetur, q. ſi hoſtis ueſter eſt Iugurtha, uidete, ne regnũ Numidiæ, quod eſt ueſtrum, ſibi uſurpet. Et hoc ẽ quod dicit. Neque ſimul. } Et intelligo illum Iugurtham non ſperare ſimul amicitiã ueſtram, & regnum meum, quia amicus ueſter eſſe non poteſt ſimul, & tenere regnum meum. Et hæc eſt ratio, quia ego ſum amicus & ſocius populi Romani, ut neceſſe ſit, eum eſſe ueſtrum inimicum, qui mihi inferat iniuriam. Vtrum grauius exiſtimet, nemini occultum eſt, } ac ſi diceret. Cum Iugurtha intelligat ſe amicitiã ueſtram ſimul & regnum meum habere nõ poſſe. i. cum Iugurtha intelligat ſe non poſſe ueſtrum amicum eſſe ſimul, & mihi inimicum, quis non intelligit, cum me regno iam ſpoliauerit, illum factum eſſe ueſtrum inimicum, & hoſtem. Si autem ueſter hoſtis eſt factus, quis hoc quoque non intelligit illum aliud quærere, quàm me uidelicet regnum Numidiæ, quod eſt ueſtrum. Et hoc eſt, quod dicit. Vtrum grauius exiſtimet, nemini eſt occultum } . i. nemo ignorat, an grauius aliquid cogitet Iugurtha i. nemo ignorat, an maius quiddam quærat Iugurtha quàm ego ſum. Vult enim Adherbal pbare hoc, & concludere, quòd Iugurtha quærit aliud, quàm ſe Adherbalem. uidelicet regnum Numidiæ, quod eſt populi Romani, ut ſenatus cito prouideat, quando res ſuas agitur. Nam in initio probat hoc Adherbal, quod dicit, uidelicet Iugurtham, aliud quærere, quam ſe Adherbalem. Et hoc probat ab ante acta, ac ſi diceret. Iugurtha hoc facere conſueuit, cum aliquem regno ſpoliauit. ſtatim aggreditur alium, & propterea cum me regno ſpoliauerit, quis dubitabit, quin regno Numidiæ, quod eſt ueſtrum, ſtatim inuadat, immo illud iam armis tenet, niſi cito prouideatis. Iugurtha enim habet hãc cõſuetudinem, ut cum aliquẽ regnum ſpoliauerit, ſtatim alium aggrediatur, probat ab exemplo dicens, Iugurtha primo Hiempſalẽ fratrem meum interfecit, deinde me regno expulit. Nam in initio. } uere dico, quòd cum Iugurtha me regno ſpoliauerit. nemo ignorat quin grauius aliquid facere cogitet, quia ſic facere conſueuit. Nam in initio Hiempſalem occidit, deinde me regno expulit. Quæ ſanè fuerint noſtræ iniuriæ } nihil ad uos. Color eſt, qui uocatur occupatio, quæ fit, cum dicimus, non præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere. inde quòd nunc maxime dicimus, ut hoc loco. Adherbal cõmemorat iniurias acceptas à Iugurtha, ut oſtendat eas ad ſenatũ pertinere, quandoquidem ipſe Adherbal ſocius eſt, & amicus populi Romani. Et tamen dicit iniuriæ, quas intulit Iugurtha noſtræ ſint. i. ad nos tantummodo pertineant. Nihil ad uos } . ſ. ptineant. ac ſi diceret, de iniurijs noſtris, nolite eſſe ſoliciti, ſed ſoliciti eſte de regno Numidiæ. quod eſt ueſtrum, quod nunc Iugurtha armis tenet. Nihil ad uos } . ſ. pertineant iniuriæ noſtræ, per occupationẽ monet Senatum, ut iniurias illatas à Iugurtha ulciſcatur, & tamen negare uidetur. Verum. } ac ſi diceret, ſi de noſtris iniurijs nõ curatis, ſaltem de regno Numidiæ, quod eſt ueſtrum curam habete.

Veſtrum regnum } ſ. Numidia, ſicut ſupra dixit. Adminiſtrationem regni uult eſſe ſuam, ſed regnum ipſum uult eſſe Populi Romani. Quanti fecerit } . i. quanti æſtimauerit. Pericula mea declarant. } non enim eſſem in his periculis, ſi uerba legatorum obſeruaſſet. Quid reliquum } . i. qd ſupereſt, quod reſtat, per qd Iugurtha moueri poſſit. Niſi uis ueſtra } . i. potentia ueſtra.

Nam ego quidem } Ordo eſt. Nam pro quia, & hæc quæ ego ſcribo, & illa, quæ ante ſum queſtus in ſenatu, uana forẽt potius. i. potius eſſent falſa, quã miſeria mea faceret fidem uerbis, ac ſi diceret, uos poteſtis credere id eſſe uerum, quod ſcribo, quia calamitas & miſeria mea facit, ut credatis. Sed utinam, & hæc, quæ nũc ſcribo, & ea quæ conqueſtus ſum in ſenatu de Iugurtha, cũ eſſem Romæ, eſſent falſa potius quàm miſeria mea faceret fidẽ uerbis, uellem, ut id, quod ſcribo, non etiam uerum potius quàm ut ex miſeria mea credatis. uerum eſſe quod ſcribo. Sed quoniam in eo natus ſum. } Ordo eſt. Sed ego iam deprecor, ut euadam nõ mortem, neque ærumnas, ſed tantummodo imperium inimici & cruciatus corporis, quoniam ſum natus eo. i. ad id, ut eſſem oſtentui ſcelerum Iugurthæ. Senſus pendet à ſuperiori, nam antea per occupationem hoc dixit. nolo uos de me, & de meis iniurijs eẽ ſolicitos, ac ſi diceret non peto, ut me reſtituatis in regnum, quia nolo uos de me eſſe ſolicitos, tãtummodo de regno Numidiæ, quod eſt ueſtrum, eſte ſoliciti, quia quantum ad me attinet, unum ſolum à uobis peto, ut me de manibus impijs Iugurthæ eripiatis, ne ſi in poteſtate, & manus eius uenero uitam in tormentis & cruciatibus finire compellar.

Eo natus ſum. ac ſi diceret. } quoniam fatali quadam neceſſitate ad hoc natus ſum, & ad hanc miſeriam me uenire oportebat, ut Iugurtha in me potiſſimum ſua ſcelera oſtentaret. Scelerum oſtentui eſſem } . i. ut eſſem ad oſtentationem ſcelerum Iugurthæ, quia Iugurtha ſua ſcelera in me potiſſimum oſtentat. Inimici } . ſ. Iugurthæ. Imperium. } poteſtatem, ſuperbiam, & dominationem.

Euadam } . i. effugiam. Reg. Numidiæ, quod ueſtrum eſt, uti libet conſulite. } Color eſt qui dicitur permiſſio, quæ fit, cum in dicendo nos oſtendimus aliquam rem totam tradere, et cõcedere alicuius uoluntati. Sicuti hoc loco facit Adherbal, dicit enim de regno Numidiæ, ego non curo, facite prouidete, ut uultis, ueſtrum ẽ, illud, tamẽ à uobis peto ut me de manibus impijs Iugurthæ eripiatis. & hoc precor per maieſtatem imperij, & fidem amicitiæ.

Conſulite. } prouidete.

NOn mea culpa } quia non fui cauſa ſumendi bellũ. Libido } cupiditas. Benef. Micipſæ. } quia pro Romanis ſumpſit arma. Decreta. } quibus inter nos regnum diuiſiſti. Me. } quaſi dicat ueſtrum procuratorem. Clauſum. } obſeſſum. Vis ueſtra. } ſi paretis exercitum. Oſtentui. } ut Iugurtha poſſet expleri ſæuitiam in me. MARLIA.

QVem tanta libido extinguendi me inuaſit. } Sic in cunctis, alioqui ſuſpicari poſſis, extinguendi mei legendum. ut uidelicet uocales concurrentes locũ errori fecerint. Sed nihil immuto. RIVIVS.

Plura de Iugurtha ſcribere dehortatur me fortuna mea. } Τὸ Me, licet in Fabriciano ſit, non reperi tamen in alijs uetuſtioribus. ac elegantius abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento.

Quam miſeria mea fidem uerbis faceret. } In nonnullis eſt, Vobis faceret. ſed alterum quod in manuſcriptis quoque eſt, magis probarim. pro, ad credendum mihi uos impelleret, Sex; ad habendam fidem uerbis meis induceret. Tantummodo inimici imperium & cruciatus corporis deprecor. } Hæc nimirum uera lectio eſt. quamuis in Beroaldino ſit, Cruciatus corporis ut euadam deprecor. Fuit credo qui nõ intellexerit elegantem uſum uerbi Deprecor, is ea quæ ſuperſunt adiecit de ſuo. Atq; hoc deinde

forte

forte è ſpatio irrepſit in contextum.

GLARea. *NIſi tamen intelligo illum ſupra quàm ego ſum, petere } Aliꝗ tantum pro tamen legunt, quod magis placet. Quanquam ſatis adhuc obſcurus manet ſenſus, quem ego non prorſus intelligo. Soldus exponit, Supra quàm ego ſum, id eſt, Numidiæ regnum ſiue imperium, quod ueſtrum eſt. Lector coguet quia malit.*

HIs literis recitatis, fuere qui exercitum in Africã mittendum cenſerent, & quamprimum Adherbali ſubueniendum; de Iugurtha interim uti conſuleretur, quoniam non paruiſſet legatis: ſed ab iiſdem illis fautoribus Regis ſumma ope eniſum eſt, ne tale decretũ fieret: ita bonum publicum, ut in pleriſq; negotiis ſolet priuata gratia deuictum. Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus uſi: in queis fuit M. Scaurus, de quo ſupra memorauimus, conſularis, & tum in Senatu princeps: hi, quòd in inuidia res erat ſimul et à Numidis obſecrati, triduo nauim aſcendere, deinde breui Vticã adpulſi, literas ad Iugurthã mittunt, quàm ocyſſime ad prouinciam accedat, ſeq; ad eum ab Senatu miſſos. Ille, ubi accepit homines claros, quorum authoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum ſuum ueniſſe; primo commotus metu, atq; libidine, diuerſus agitabatur. Timebat iram Senatus, ni paruiſſet legatis: porro animus cupidine cæcus, ad inceptum ſcelus rapiebatur: uicit tamen in auido ingenio prauum conſilium. Igitur exercitu circũdato, ſumma ui Cirtham irrumpere nititur, maxime ſperans diducta manu hoſtium, aut ui, aut dolis ſeſe caſum uictoriæ inuenturũ. Quod ubi ſecus procedit, neq; quod intenderat, efficere poteſt, ut prius, quàm legatos conueniret, Adherbalis potiretur: ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in prouinciam uenit. Ac tametſi Senatus uerbis graues minę nunciabãtur, quod ab oppugnatione non deſiſteret; multa tamen oratione conſumpta fruſtra legati diſceſſere. Ea poſtquam Cirthæ audita ſunt, Italici, quorum uirtute mœnia defenſabantur confiſi, deditione facta propter magnitudinẽ populi Rom. inuiolatos ſeſe fore Adherbali ſuadẽt, uti ſeſe, & oppidum Iugurthę tradat, tantum ab eo uitam paciſcatur, de cęteris Senatui curę fore. At ille, tametſi omnia potiora fide Iugurthę rebatur, tamen quia penes eoſdẽ ſi aduerſaretur, cogendi poteſtas erat, ita uti cenſuerãt Italici, deditionem facit.

SOLDVS. *HIs literis recitatis.} cũ hæ literæ recitatæ fuiſſent i ſenatu, dicit quid decreuit ſenatus, poſtquam literæ Adherbalis ſunt in ſenatu recitatæ. Quidam fuerunt, qui cenſerent exercitum, ſtatim in Africam eſſe mittendum, & Adherbali ſubueniendum, interea in ſenatu decerneretur, quid eſſet faciendum de Iugurtha, qui legatis non obediuerat, ſed fautores Iugurthæ impediuerũt, ne hoc ſenatuſconſultum fieret. Decretum itaque eſt, ut legati ad Iugurtham mitterentur, qui ei minarẽtur uerbis ſenatus, q. ab oppugnatiõe deſiſteret. Quã primum.} id eſt cito. Conſu.} id eſt deliberaretur. Interim.} uidelicet dum exercitus in Africam mittitur. Summa ope}.i. ſumma ui. Enixum eſt.} Nota enixum in paſſiua ſignificatione ab enitor.i. conor. Ita bonum publicum.} commune uictũ eſt, & ſuperatum gratia priuata. Nam bonum commune fuiſſet ſubuenire Adherbali ſocio, & amico popu. Roma. Vt in pleriſque ſolet negotiis, ſicuti fieri ſolet in multis rebus, & negotiis. Gratia priuata. }.i. gratia quorundam, qui prius ei fauebant Iugurthæ pecunia ab eo corrupti. Legantur}.i. legati mittuntur Maiores natu }.i. ſenes, non ſicuti paulo ante adoleſcẽtes. Ampliſ. uſi honoribus}.i. perfuncti magnis honoribus, ut cõſulatu, ſicuti Scaurus, qui & cõſul fuerat et princeps ſenatus. In quis }.i. in quibus. Hi} ſcilicet legati triduo nauem aſcendere, pro aſcenderunt, quia res erat in inuidia, et quia à Numidis obſecrati ſcilicet fuerant. Res erat inuidia, id eſt in odio. Nam multi moleſte ferebant, quòd Iugurtha tã ſceleratus eſſet in Adherbalem & tam ſuperbus, ut legatis non paruiſſet. A' Numidis. } qui uenerant ad ſenatum cum literis Adherbalis. Obſecrati. } rogati. Triduo}.i. tribus diebus. Vticam.} ẽ ciuitas Africæ, quam Romani tenebant.*

Appulſi } .i. aduecti. Literas ad Iugurtham mittunt. } cuius rei literas mittunt. ſ. ut quàm celerrime accedat ad prouinciam.

Quàm ocyſſime } id eſt quàm celerrime, hoc eſt ualde, & maxime celeriter. Accedat }.i. ueniat. Ad prouinciam } Sicuti ſupra dixi, ea pars Africæ, quam tenebant Romani, uocabatur prouincia, à porro & uincendo dicta. Ille ubi accepit.} Ordo eſt. Ille. ſcilicet Iugurtha primo commotus metu, atq; libidine agitabatur diuerſus, ubi pro poſtquam accepit homines claros ueniſſe cõtra ſuum inceptum, quorum, ſcilicet hominũ authoritatem audierat pollere Romæ. Cum inquit Iugurtha audiuiſſet homines ſummæ authoritatis ueniſſe ad ſe, timere cœpit. Sed tamen cum hoc timore erat iuncta libido perficiendi quod ſemel inceperat, uidelicet, ut urbẽ Cirtham expugnaret, & Adherbalem caperet. Cũ ergo metus & libido Iugurthã agitarent, uicit tandem libido, atq; ita circundato exercitu Cirtham irrũpere conatus eſt, ſed nihil perficere potuit. Pollere }.i. ualere. Cõtra ĩceptũ }.i. cõtra conatũ ſuũ, uidelicet, ut cogerẽt eũ deſiſtere ab incepto, et à propoſito ſuo. Metu atq; li.} Ipſe declarat, & quid timeret, & quid cuperet, timebat ſenatum, niſi paruiſſet legatis, qui uolebant eum ab oppugnatione Cirthæ deſiſtere, cupiebat autem ipſe urbem capere, priuſquam ad legatos ueniret. A duer.} id eſt in diuerſas partes. Agita.} id eſt commouebatur. Porro.} id eſt deinde. Cupidine.} id eſt cupiditate. Ad inceptum ſcelus.} uidelicet, ut Cirtham urbẽ expugnaret, & Adherbalem caperet atque necaret. Rapiebatur. } ferebatur, ducebatur. uicit tamen in auido ingenio prauum conſilium, quia deliberauit prius expugnare urbem ſi ullo modo poſſet, deinde ad legatos uenire. Irrumpere }.i. per uim ingredi. Nititur.} conatur per oppugnationẽ ingredi. Maxime ſperans. } ſperabat Iugurtha poſſe urbem, aut ui, aut dolis capere, ſi

hoſtes diuiderentur inter ſe, nec in uno loco ſimul omnes pugnarent, ſed ſeparati urbem diuerſis in locis defenderent. & hoc eſt quod dicit. Maxime ſperans, deducta manu hoſtium, aut ui, aut dolis ſeſe caſum uictoriæ inuenturum.} Deducta manu hoſtium, .i. diuiſa multitudine hoſtium qui urbem defendebant, uidelicet, ne in uno loco ſimul omnes pugnarent, nam deduco ſignificat diuido.

Aut ui, aut dolis }.i. aut per uim, aut per dolos, quia quando ſimul omnes in uno loco pugnant, difficilius ſuperātur, & difficilius decipiuntur. Sed ſi multitudo diuiſa eſt, facilius, & uincuntur, & dolis decipiuntur. Quod ubi ſecus procedit.} Ordo eſt Ille Iugurtha uenit in prouinciam, cum paucis equitibus, ne amplius morando intenderet. M. Scaurum, quem plurimū metuebat, ubi pro poſtquam quod. illud ſecus procedit, neque poteſt efficere, id quod intenderat. ſ. uti potiretur Adherbalis, priuſquam cōueniret legatos. Senſus patet. Secus procedit} i. aliter euenit. ſ. quam putabat, nā ſperabat poſſe urbem capere, antequam legatos conueniret, ſed nō potuit. Intenderat }.i. cogitauerat, & conatus fuerat, & declarat. quid ſit illud, quod intenderat, uolebat enim priuſquam legatos conueniret capere Adherbalem. Conueniret. }id eſt alloqueretur. Adherbalis potiretur }, i. Adherbalem caperet, et eum in poteſtatē ſuā redigeret. Amplius. }id eſt diutius. M. Scaurū} principem legationis. Incenderet. }id eſt exagitaret, irritaret. In prouinciā} dixi antea, quid ſit prouincia. Venit in prouinciam. } uidelicet Romanorum ad legatos. At tametſi.} Ordo eſt. At. i. & tamen legati fruſtra, diſceſſere cōſumpta multa oratione, tametſi. pro quāuis graues minæ nunciabantur et uerbis Senatus. q. pro quia non deſiſteret ab oppugnatione, quāuis legati ex parte ſenatus grauiter minarentur Iugurthæ, quia non deſiſteret oppugnare Adherbalem, tn̄ nihil fecerunt ſed fruſtra diſceſſerunt. Ea. } Ordo eſt. Italici, uirtute quorum mœnia defenſabantur, confiſi ſeſe fore inuiolatos per magnitudinem popu. Roma. facta deditione ſuadent Adherbali, uti tradat ſe, & oppidum Iugurthæ, & ſuadent, & dico fecerunt hoc, poſtquam ea ſunt audita Cirthæ paciſcatur tantum uitam ab eo, & dicebant de cæteris fore curæ ſenatui. Qui urbem Cirtham defendebant magna ex parte erant Italici. Igitur hi cum uiderent legatos fruſtra diſceſſiſſe, nec ſpem auxilij Adherbali eſſe relictam ſuadent ei, ut & ſe & urbem Iugurthæ tradat, hoc pacto, ut uitam ſibi relinquat. Adherbal quamuis crederet Iugurtham fidem non eſſe ſeruaturum, tamen quia illa Italici, qui hoc ſuadebant Adherbali, cogere etiam poterant, ille nolens fecit, ſicut illi hortabantur, & tradidit ſe Iugurthæ. Quo facto ſtatim Iugurtha contra fidem Adherbalem interfecit. Ea. } id eſt illa res, uidelicet quomodo legati fruſtra diſceſſiſſent, re infecta. Confiſi.} Sperabant Italici, ſi deditio fieret, ſe nihil mali paſſuros eſſe, ſed fore omnino inuiolatos à Iugurtha, quia erant Italici ſub imperio Roma. conſtituti. Tātum ab eo uitam paciſcatur} .i. ſolum ex pacto uitam petat. De cæteris }. ſ. rebus Italici dicebant. O Adherbal, ſi uitam ſeruaueris, ſatis eſt. cætera ſenatus curabit. At ille,} Ordo eſt. At. i. ſed ille fecit deditionem, ita ut Italici cenſuerant. quia poteſtas cogendi erat penes eoſdem, ſi ille aduerſaretur, tametſi, pro quāuis ille rebatur, omnia potiora fide Iugurthæ. Adherbal quāuis de fide Iugburtæ dubitaret, uidelicet illum non ſeruaturum id, quod promitteret, tamen quia uidebat fore, ut ſi nollet, cogeretur per uim ab ipſis Italicis, tradidit ſe, & urbem Iugurthæ. Tametſi omnia potiora fide Iugurthæ, rebatur } i. quamuis putabat omnia eſſe meliora, quam fidem Iugurthæ. Videbat Adherbal, ſe nihil peius facere poſſe, quam ſe fidei Iugurthæ cōmittere, quia ſciebat illum non eſſe ſeruaturum fidem.

Penes eoſdem }. i. apud eoſdem. ſ. Italicos, quia ſi noluiſſet Adherbal tradere ſe, & urbem Iugurthæ, ſicuti nolebant, ipſum coegiſſent, uel ipſi urbem tradidiſſent.

Priuata gratia.} paucorum priuatorum. Primo cōmotus.} nudo nuncio. perturbatus. Auido ingenio.} ſcilicet expugnandi urbem. Prauum. }id eſt ſibi nocens. MARLIA.

RIVIVS.

ET quàm primum Adherbali ſubueniundum.} τὸ Et, in duobus manuſcriptis non erat. Interim de Iugurtha conſuleretur.} Sic in manuſcriptis, niſi quod in Fabriciano τὸ Vti, quod Gymnicus habet, additum in ſpatio erat. Summa ope eniſum eſt, ne tale decretum fieret. } In alijs, ſumma ope eniſum. omiſſo uerbo ſubſtantiuo. & ſic codices in membrana deſcripti. Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplius honoribus uſi. } Legendū, amplis honoribus. id quod frequens eſt apud Ciceronem. Operarū incuria hoc mendum irrepſit. quamuis eodem modo codex Baſilienſis. Mox, In quis fuit M. Scaurus } In alijs, M. Aemylius Scaurus. In quis, pro inter quos dixit. Eſt enim græciſmus. quomodo in Lælio Tullius, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. pro inter bonos. Mox, Et tum in ſenatu princeps } Manuſcripta duo, Senatus princeps. Quāquam utrunq; recte, & utroq; modo Cicero loquitur, Sed & in inſcriptione quadam Arimini, princeps in Senatu legitur. ubi alias ferè, princeps Senatus Liuius, Princeps, inquit, Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus, Hoc genus honoris, ut in Africani uita teſtatur Plutarchus, ijs tantum deferri conſueuit, qui authoritatem & gloriam maximis in remp. meritis, præſtātiſſimiſq; rebus geſtis eſſent conſecuti. Seq; ad eum ab Senatu miſſos.} In manuſcriptis eſt omiſſa cōiunctio, Se ad eum &c. quomodo et ī impreſſis uetuſtioribus. Porro animus cæcos cupidine ad inceptum ſcelus rapiebatur.} Manuſcripta duo, rapiebat. ut ſubaudias Iugurtham. ſed utrum rectius, aliorum eſto iudicium. nam ego mihi non liquere fateor. Paulo inferius. Ac tametſi ſenatus uerbis minæ graues nunciabātur. } Sic in uetuſtis. ac ſi quid ego iudico, elegantius adiectiuum ſequitur. Porro Senatus uerbis. pro nomine ſenatus dixit. Quod ab oppugnatione nō deſiſteret.} In manuſcripto quodam eſt præpoſitio omiſſa. quomodo Vergil. Méne incepto deſiſtere uictam. Sed præpoſitionem addas, nécne, parum ſanè refert. Cæſar, oppugnatione deſtitit, inquit. Cicero, Quaſi deſtiterim priſtina cauſa. Sic Cæſar, conſilio deſiſtere, itinere deſiſtere dicit. Cicero præpoſitionem interdum addit, ut ab illa mēte deſiſteret. Item, cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eēt. Adherbali ſuadent, uti ſeſe & oppidum Iugurthæ tradat. } Manuſcripta, uti ſeq; & oppidum. Hic eſt peculiaris ferè loquendi mos hiſtoricorum & Comicorum. Salluſtius poſtea, Aqua modo ſeq; & iumenta onerare. Idem Philænis conditione probata, ſeq; uitamq; ſuam reip. condonauere. Idem in Catilin. Aequitate ſeq; & remp. curabant. Si aduerſaretur.} Fabricianum, aduorſaretur quod antiquitatem magis redolet, quam uulgo obſeruat Criſpus.

GLAREANVS.

SEd ab iiſdem illis fautoribus reg. ſumma ope. eniſum eſt.} Eniſum eſt, dixit paſſiue, tanq̄ Enitor eſſet paſſiuum, ut ſupra Interpretatum ab Interpretor. Triduo nauim aſcendere.} Idem Solus Triduo exponit, id eſt tribus diebus. Rectius Badius, triduo id eſt, intra treis dies, poſtquam ad legationem deſignati erant. Deinde uero breui Vticam uenere. Vtica igitur in Romana erat prouincia, quā accedere poſtea Iugurtham iuſſerunt Legati.

Necat

IVGVRTHA in primis Adherbalē excruciatum necat; deinde omnes puberes Numidas, atq; negotiatores promiſcue, uti quiſque armatus obuius fuerat, interfecit. Quod poſtquam Romæ cognitum eſt, & res in Senatu agitari cœpit; iidem illi miniſtri Regis interpellando, ac ſæpe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatē facti leniebant. At ni C. Memmius tribunus plebis deſignatus, uir acer, et infeſtus potentiæ nobilitatis, populum Rom. edocuiſſet id agi, ut per paucos factioſos ſcelus Iugurthæ condonaretur; profecto omnis inuidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret: tanta uis gratiæ atq; pecuniæ Regis erat. Sed ubi Senatus delicti conſcientia populum timet; lege Sempronia, prouinciæ futuris cōſulibus Numidia, atq; Italia decretæ ſunt: Conſulesq; declarati ſunt P. Scipio Naſica, L. Beſtia Calpurnius, Numidia Calpurnio, Scipioni Italia obuenit. Deinde exercitus, qui in Africam portaretur, ſcribitur: ſtipendium, aliaq;, quæ bello uſui forent, decernuntur. At Iugurtha contra ſpem nuncio accepto, quippe cui Romæ omnia uenū ire in animo hæſerat; filium, & cum eo duos familiares ad Senatū legatos mittit: iisq;, uti illis, quos Hiempſale interfecto miſerat, præcepit, ut omneis mortaleis pecunia aggrediantur: qui poſtquam Romam aduentabant, Senatus à Beſtia conſultus eſt, placeret'ne legatos Iugurthæ recipi mœnibus: iiq; decreuere, niſi regnum, ipſumq; deditum ueniſſent, uti diebus proximis decem Italia decederent. Conſul Numidis ex Senatus decreto nunciari iubet: ita infectis rebus, illi domum diſcedūt. Interim Calpurnius parato exercitu legit ſibi homines nobileis, factioſos, quorum authoritate, quæ deliquiſſet, munita fore ſperabat: in queis fuit Scaurus, cuius de natura & habitu ſupra memorauimus. Nam in conſule noſtro multæ bonæq; artes animi & corporis erant, quas omneis auaritia præpediebat: patiens laborū, acri ingenio, ſatis prouidēs, belli haud ignarus, firmiſſimus cōtra pericula & inſidias. Sed legiones per Italiā Rhegiū, atq; īde Siciliā, porro ex Sicilia in Africam tranſuectæ ſunt. Igitur Calpurnius in initio paratis commeatibus, acriter Numidiam in-

SOLDVS. Necat, interficit.} Dicit quid fecerit Iugurtha, poſtquā Adherbal ei urbem tradidit. primo ipſum Adherbalem interfecit, deinde omnes Numidas adultos, & negotiatores, qui armati defenderant urbem, Italicos ſeruauit, quia timebat Romanos.

Omnes puberes }.i. adultos. Puberes dicuntur, qui ad eam ætatem uenerunt, ut iam primam barbæ lanuginem emittant. Oēs Numidas.} uidelicet qui habitabant Cirtham. Nam Cirtha eſt ciuitas Numidarum. Negotiatores. } qui non erant ciues nec incolæ Cirthæ, ſed aduenæ & peregrini, qui tamen & ipſi urbem defenſauerant. Promiſcue }.i. mixtim, pariter, ſine differentia, quia ſic peregrinos ſicuti incolas necauit. Vti quiſque armatus obuius fuerat } ſicuti quiſq; armatus ſibi reſtiterat in expugnatione urbis. Quod poſtquā.} Cum, inquit, Romæ cognitū eſſet, quid feciſſet Iugurtha, uidelicet quomodo Cirtham per deditionem accepiſſet, & cōtra fidē Adherbalē regem necaſſet, et cædem ingentem hominum perpetraſſet, ſenatus tractare cœpit, quid de ipſo faciēdum eſſet. Fautores Iugurthæ, ne aliquid decerneretur elaborabant, tempus, & gratia, & contentione quantum poterant, trahebāt, et atrocitatem facti Iugurthæ mitigabant. Quod poſt. } Ordo eſt, iidem illi miniſtri regis ſeruiebant, atrocitatem facti interpellando, & trahendo tempus ſæpe gratia, interdum iurgiis. Poſtquam quod }. i. illud eſt cognitum Romæ, & poſtq̄ res cœpit agitari in ſenatu.

Agitari }.i. tractari, diſcuti.

Miniſtri }.i. fautores, qui corrupti erāt pecunia. Interpellādo }.i. impediendo, interpellare proprie eſt mediā alterius orationem, uel actionem interrumpere. Sæpe gratia } quia nonnunquam fautores regis ſenatores priuatim benigne & ſuppliciter rogabant, ut amore, gratia ſui, nihil contra Iugurtham decernere uellent. Interdum iurgiis }.i. contentionibus, quia fautores regis aliquando non priuatim, ſed publice in ſenatu cauſam Iugurthæ defendebant, aperte reſiſtentes his, qui aliquid contra Iugurtham dicebant eſſe decernendum. Trahendo }.i. prolongando, prolatando. Atrocitatem. } aſperitatem, iniuſtam, nihil enim tā aſperum, & tā graue eſt, quod diuturnitate temporis leue, & molle non fiat. Ac niſi. } ordo eſt. profecto omnis inuidia foret dilapſa prolatandis conſultationibus, tanta erat uis gratiæ, & pecuniæ regis, niſi Caius Mēmius deſignatus tribunus plebis, appoſitiue, uir acer, & infeſtus potētiæ nobilitatis, docuiſſet populum Romanum, id agi, ut ſcelus condonaretur Iugurthæ per paucos factioſos. Tribuni ple. primū creati fuerūt ad defenſionē plebis contra uim cōſulū, & nobilitatis, hominū tribunorum magna erat poteſtas adeo, ut ſi totus ſenatus aliquid decerneret, ſolus tribunus plebis intercedendo illud impedire poſſet. Cum ergo Caius Memmius tribunus plebis deſignatus uideret maiorem partem ſenatus & nobilitatis ita corruptam, ut ſcelus Iugurthæ impunitum relinqueretur, populū ad concionem uocauit, & ei expoſuit, quemadmodum per paucos potentes & amicos Iugurthæ, id tractaretur, ut ſcelus Iugurthæ impunitum relinqueretur. Quo factum eſt, ut ſenatus populum timens, ſtatim decerneret, ut conſul cum exercitu in Africam mitteretur contra Iugurtham. Et hoc eſt quod dicit.

Tribunus plebis deſignatus.} id eſt electus, & creatus. Nondum enim inierat magiſtratum ſed tātummodo creatus erat tribunus plebis. Acer.} id eſt fortis, & uehemens. Infeſtus potentiæ nobilitatis. } id eſt aduerſus, & contrarius potentiæ nobilium. Memmius moleſte ferebat tantam eſſe potentiam ſenatus: ut prouincias regeret, & totam rempublicam pro arbitrio ſuo gubernaret: ideo erat aduerſus, & inimicus potentiæ nobilium. Id agi }.i. tractari. Iugurthæ ſcelus condonaretur }.i. ut Iugurthæ ſcelus non puniretur: nam ſcelus dicitur condonari, quando impunitum relinquitur. Omnis inuidia prolatandis cōſultationibus dilapſa foret. Vnumquodq; ſce-

greſſus eſt; multosq́; mortales, & urbes aliquot pugnã do cepit. Sed ubi Iugurtha pecunia per legatos tẽtare, belliq́;, quod adminiſtrabat, aſperitatẽ oſtẽdere cœpit: animus ęger, auaritia facile conuerſus eſt. Cęterum ſocius, & miniſter omnium conſiliorum aſſumitur Scaurus: qui tametſi à principio pleriſq; ex factiõe eius corruptis, acerrime Regem impugnauerat; tamen magnitudine pecunię à bono honeſtoq́; in prauum abſtractus eſt. Sed Iugurtha primum tãtummodo belli moram redimebat, exiſtimans ſeſe interim aliquid Romę pretio aut gratia effecturum. Poſtea uero quàm participem negotij Scaurum accepit, in maximam ſpem adductus recuperãdæ pacis, ſtatuit cum eis de omnibus pactionibus pręſens agere. Cęterũ interea fidei cauſa mittitur à conſule Sextus quęſtor in oppidum Iugurthę Vaccam. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palàm legatis imperauerat: quoniam deditionis mora inducię agitabantur.

lus, quando recens eſt, atrox et indignum, punitione dignum uidetur, ſed ſi in longum punitio differtur atq; protrahitur, per diuturnitatem temporis atrocitas ſceleris et inuidia minuitur. Fautores igitur et amici Iugurthæ, quotiens in ſenatu de ipſo agitabatur, dabant operam, ut nihil decerneretur, ſed in aliud, atq; ĩ aliud tempus differretur, & ita tempus deliberationis prolongando ſenſim atrocitatem facti Iugurthæ, & inuidiam minuebãt. Omnis inuidia. } id eſt odium. Prolatandis conſultationibus }. i. prolongandis, & protrahendis deliberationibus.

Dilapſa foret, } id eſt effugiſſet. Sed ubi. } ordo eſt. Numidia atq; Italia prouinciæ decretæ ſunt futuris conſulibus, lege Sempronia, ubi pro poſtquam Senatus timet populum, conſcientia delicti. Prouinciæ populi Romani gerebantur, aliæ per conſules, uel proconſules, aliæ per prætores, digniores prouinciæ gerebantur per conſules, Sempronius Gracchus conſul legem tulerat, ut Italia & Numidia prouinciæ regerentur per conſules. Cũ ergo Senatus intelligeret populum p C. Memmium tribunum plebis eſſe commotum, timere cœpit, & ſtatim decreuit ſecundum legem Semproniam, ut qui proxime conſules electi eſſent, Italiam & Numidiam prouincias regendas haberent. Conſules declarati ſunt P. Scipio Naſica & L. Calphur. Beſtia, hi prouincias inter ſe partiti ſunt. Calphurnio Numidia, Scipioni Italia per ſortem euenit. Delicti conſcientia. } nam quia Senatus ſciebat ſe peccaſſe propterea timebat populũ. Sciebat. n. Senatus partem maiorem Iugurtha eſſe corruptam, & ideo non puniri ſcelus eius, quemadmodum & iuſtitia & dignitas populi Romani exigebat. Et hoc erat delictum. Decretæ } id eſt deliberatæ. Deinde exercitus. } oſtendit quanta celeritate prouiderit Senatus contra Iugurtham poſtquam timere cœpit populum. Portaretur. } id eſt nauibus ueheretur per mare, nã mare diuidit Africam ab Italia. Stipendium. } Stipendium dicitur merces & præmium militare. Vſui } id eſt utilitati. Decernuntur. } deliberantur, ſtatuuntur. At Iugurtha, ita quidem Senatus decreuerat, ut cõſul cum exercitu contra Iugurtham in Africam iret. Sed Iugurtha cum hoc intellexiſſet, filium ſuum, & duos familiares legatos miſit ad Senatum, ſpem, quippe pro quia cui hæſerat in animo, omnia uenum ire Romæ. Contra ſpem nuncio accepto. } id eſt cum nuncium accepiſſet contra ſpem, quia non ſperabat Iugurthæ q. Senatus contra ſe exercitum mitteret, quia hoc fixum habebat in animo, q. omnia Romæ eſſent uenalia id eſt omnia Romæ uenderentur. Cum ergo Iugurtha hoc haberet in animo, q. omnia Romæ uenderentur, ſperabat ſe pecunijs poſſe redimere impunitatem ſui ſceleris, quia Adherbalem primo regno ſpoliauerat, poſtea interfecerat. Sed ubi uidit Senatum decreuiſſe, ut exercitus contra ſe mitteretur, ſtatim legatos ad eum miſit. Cui hæſerat in animo. } id eſt cui fixum erat in animo. Et quod erat fixum, hoc quod ſequitur, uidelicet omnia uenum ire, id eſt omnia uendi Romæ. Venum ire. } id eſt uenire hoc eſt uendi. Hiſq́. } ordo eſt. Et præcepit his, ſcilicet legatis, ut ipſi aggrediantur omnes mortales pecunia, uti pro ſicut præcepit illis, ſcilicet legatis, quos miſerat, ſ. Romanis, interfecto Hiẽpſale. Iugurtha totã ſuã ſpẽ habebat in pecunia ſua, & auaritia Romanorum nobilium. Dicit ergo Iugurtha ſicuti quando Hiempſalem interfecit, legatis quos Romam miſit præcepit, uti corrumperent pecunia quoſcunq; ciues nobiles poſſent ſic etiam præcepit his legatis, quos nunc miſit. Omnes mortales aggrediatur pecunia. } id eſt omnes homines pecunia corrumpere tentent. Qui. } ordo eſt. Senatus eſt conſultus à Beſtia conſule, ne. i. an placeret legatos Iugurthæ recipi mœnibus, poſtquam qui. i. illi aduentabant Romam, Beſtia conſul cum audiuiſſet legatos Iugurthæ Romam appropinquare. Senatum conuocauit, & eum rogauit, an placeret, q. legati Iugurthæ inter urbẽ reciperentur. Senatus decreuit, quòd non reciperentur inter urbem niſi ueniſſent, ut regnum Iugurthæ & ipſum Iugurtham traderẽt & dederent populo Romano. quòd ſi ueniſſent propter hoc, ſpatio decem dierum ab Italia recederent. Aduentabant }. i. appropinquabant. Cõſultus } i. rogatus. À Beſtia } L. Calphurnium Beſtia cõſuluerat, ut antea dixit. Mœnibus }. i. inter mœnia. Neque. } ſcilicet Senatores. Ipſum } ſ. Iugurtham. Dediticii. } dedere eſt tradere. Ex Senatus decreto nunciari iubet, id eſt Conſul iubet, ut legatis nuncietur, quemadmodum decreuiſſet Senatus. Infectus. } id eſt nõ perfectus. Interim. } dum legati Iugurthæ in Africam redeunt, Calphurnius Beſtia conſul exercitu præparato, eligit homines nobiles & potentes, quos ſecum ducat in Africam & in Numidiam, & ideo nobiles & potẽtes elegit, ut ſi quid minus laudabile feciſſet. eorum authoritate tegeretur. Parato }. i. præparato. Legit }. i. elegit. Factioſos }. i. potentes factioſi dicuntur qui multos habent ſui ſtudioſos, & cõplures ſibi adhærentes. Quorum authoritate, quæ deliquiſſet munita fore ſperabat. Sic enim ſolet euenire, ut ſiquis ſocium habeat magnum aliquem & potentem, uerum etiam ſi male faciat, tamen toleretur, et recte factum putetur propter authoritatem potentis illius uiri, quem habuit ſocium. Munita }. i. tecta. Supra memorauimus. } Nam ſupra mores Scauri deſcripſit. Memorauimus }. i. diximus. Nam uere dico q. Calphurnius Beſtia homines potentes elegit, quos ſecum duceret, ut ſi quid peccaſſet, eorum authoritate ſe defenderet. Quia ipſe conſul habebat quidem multas uirtutes, ſed habebat uitium auaritiæ, quo uitio omnes uirtutes impediebantur, & ideo facile peccare poterat, ac propterea ſe potentibus uiris muniuerat. Artes. } id eſt uirtutes. Præpediebat }. i. impediebat. Patiens laborũ. } ſcilicet erat. Acri. } id eſt uehementi. Belli haud ignarus. } id eſt peritus belli. Firmiſſimus. }. i. fortiſſimus. Sed legiones. } Dicit

quomodo

quomodo exercitus in Africam tranſuectus ſit. Igitur.} ſcilicet poſtquam exercitus in Africam traductus eſt. Commeatibus.} commeatus dicũtur ea quæ ad uictum ſunt neceſſaria, uulgo uictualia nunc appellantur. Sed ubi Iugurtha.} ita quidem Calphurnius Beſtia conſul cum exercitu Numidiam ingreſſus multos homines et aliquot urbes cepit: ſed Iugurtha ubi hoc intellexit, legatos ad cõſulem miſit, qui illum pecunia corrumperent, et aſperitatem ac difficultatem belli ei monſtrarent. quo facto ſtatim animus ad auaritiam pronus mutatus eſt. Ordo eſt, ſed animus æger auaritia facile eſt conuerſus, ubi pro poſtquam Iugurtha cœpit tentare, ſ. eum pecunia per legatos, & cœpit oſtẽdere aſperitatem belli, quod administrabat. Pecunia.} id eſt cum pecunia. Tentare }. i. experiri. Adminiſtrabat }. ſ. conſul. Aius }. ſ. conſulis. Aeger }. i. infirmus. Auaritia}. i. pp auaritiã. Cæterum.} cõſul accepit ſibi ſociũ M. Scaurum, ut oĩa ex conſilio & authoritate eius faceret.

Qui tametſi,} ordo eſt, qui ſ. Scaurus, tamẽ eſt abſtractus à bono & honeſto ad prauum magnitudine pecuniæ, tametſi pro quãuis ille acerrime impugnauerat regem à principio pleriſq; ex factiõe eius corruptis. Quãuis, inquit, Scaurus à principio regem impugnaſſet, & cum multi ex factione eius corrupti eſſent, ipſe tamẽ corrumpi non potuiſſe, tamẽ nunc ipſe quoq; magnitudine pecuniæ ſimul cum conſule corruptus eſt, & à iuſtitia atq; honeſtate ad prauitatẽ deductus eſt. A'principio.} uidelicet quãdo Adherbal rex Romam uenit, & de Iugurtha in ſenatu conqueſtus eſt. Tunc .n. Scaurus contra Iugurtha in ſenatu ſententiã dixit, eũq; uehemẽter impugnauit, pleriſq; ex factione eius corruptis. Tunc multi ex factione Scauri corrupti fuerunt à rege Iugurtha uel à legatis, ſed Scaurus ipſe corrupi nõ potuit. A'bono.} i. recto & iuſto,

Ad prauum.} id eſt ad prauitatem & iniuſticiam. Abſtractus.} id eſt deductus. Sed Iugurtha.} Iugurtha à principio ſolummodo quærebat, hoc quomodo bellum protraheret, nec copiam pugnãdi hoſtibus faceret, quia ſe inferiorem eſſe intelligebat, ut ſi prælio uictus eſſet, regnum amitteret. Ergo à principio in hoc tantum elaborabat, ut bellum protraheret, & pugnam ſubterfugeret. Sed poſteaquam Scaurum pecunia corrupit, atq; illum negotij participem fecit, ſperare cœpit ſe pacem cum Romanis habere poſſe, nã conſul omnia faciebat ex conſilio Scauri ſummæ auctoritatis uiri. Scauro igitur pecunia corrupto cum rex de pace ſperare cœpiſſet: ſtatuit ad conſulem ire, & præſens cum eo & Scauro tractare de omnibus, quæ ad pacem pertinebant. Tantummodo belli morã redimebat.} id eſt ſolummodo bellum protrahebat & prolongabat, pugnam ſubterfugiens. Pretio.} id eſt pecunia. Participem negotij Scaurum acceperat.} id eſt poſteaquam Scaurum pecunia corruperat, & negotij participem fecerat. Recuperandæ pacis} quam amiſerat bello ſibi à Romanis illato. De omnibus pactionibus.} id eſt pactis, quæ ad pacem pertinebãt. Agere } tractare cum eis, ſcilicet cum conſule Calphurnio Beſtia & Scauro ſocio & participe omnium conſiliorũ conſulis. Cæterum interea,} uide quid dicat, conſul pecunia corruptus à Iugurtha, pacem ei ſe daturum eſſe promiſerat, ſi inter ſe conuenirent: ſed ut commode de pace tractare inuicem poſſent, neceſſe erat, ut ambo in colloquium uenirent. Igitur Conſul, ut Iugurtha ad ſe in caſtra ueniret: Sextũ quæſtorem ſuum miſit in Vaccam, ubi erat Iugurtha cauſa fidei, puta ut fidem Iugurthæ daret, quòd ſine periculo ad conſulem in caſtra ueniret. Nam Iugurtha non ueniſſet ad conſulem, niſi data ei fides eſſet à conſule, per quam tutus ad eum ire. Huc igitur de cauſa, conſul Sextum quæſtorem in urbem Vaccam miſit, uidelicet ut fidem Iugurthæ daret, ſed tamen ſimulauit ſe alia de cauſa conſul mittere quæſtorem. Finxit enim ſe mittere quæſtorem, ut frumentum acciperet, quod legatis Iugurthæ imperauerat, qui ad ſe uenerant. hoc autem ideo ſimulauit, ne quis intelligere poſſet conſilium ſuum, & ne quis deprehendere poſſet illum à Iugurtha pecunia eſſe corruptum. Fidei cauſa.} uidelicet ut Iugurthæ fidem daret, & promitteret illum tutum et inuiolatum fore, ſi ad conſulem in caſtra ueniret. Quæſtor.} quæſtores dicebantur, qui præerant pecuniæ publicæ, ſiue urbani, ſiue prouinciales eſſent, à quærendis pecunijs nominati. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti. Conſul palam oſtendit omnibus ſe mittere quæſtorem, ut frumentum acciperet, quod antea legatis Iugurthæ imperauerat coram omnibus, ſed tamen illum miſit cauſa fidei. uolebat enim conſilium ſuum omnibus paucis exceptis eſſe occultum. Cuius rei.} uidelicet, q. quæſtor miſſus eſſet in urbem Vaccam. Species.} id eſt color: apparebat enim, quòd quæſtor miſſus eſſet propter frumentum accipiendum, cum reuera miſſus eſſet propter fidem Iugurthæ præſtandam. quod Calphurnius palam legatis imperauerat, quoniã deditionis mora induciæ agebantur. Iugurtha per legatos ſuos conſuli Calphurnio monſtrauit ſe deditionem eſſe facturũ. Sed interea donec deditionem faceret à conſule petebat inducias, quibus conſul conceſſit ſub hac conditione, ut certam quantitatem frumenti Iugurtha daret. & hoc eſt quod dicit. Tamen hæc omnia compoſita erant ficta à conſule iam corrupto, ut conſilium ſuum omnibus occultaret. Legatis.} id eſt Iugurthæ. Nam ſupra dixit Iugurtham miſiſſe legatos ad conſulem. Quoniam deditionis mora.} Quãobrem conſul legatis Iugurthæ frumẽtum imperauit, quo iure hoc fecit. Quia cum legati inducias peterent à conſule, donec Iugurtha deditionem faceret, ille eas conceſſit ſub hac conditione, ut Iugurtha certam frumenti quantitatem daret, aliter eas nequaquam concedebat. Deditionis mora.} id eſt propter moram deditionis, donec Iugurtha ſe conſuli dederat induciæ agebantur.

MARL *TRahendo.} prorogãdo. Lege Sempronia.} duplex erat lex Sempronia: quarũ altera ſentiebat, ut cõſules inter ſe prouincias ſortirentur, altera ut frumentũ uiritim pop. Rom. diuideretur.*

Conſules declarati.} codex antiquus habet, conſuleſq; declarati ſunt. Contra ſpem } quia fuiſſet paucorum potentia, non timebat ſenatum. Regiũ.} duplex eſt. ſ. in Italia & in Calabria dictum à Rege authore Strabone, alij quaſi abreptum dictum aſſerunt.

Animus.} ſcilicet conſulis. Aeger.} incõſtans. Palam } audiente exercitu.

RIVIUS *IVgurtha in primis Adherbalem excruciatum necat.} Fabricianum, Igitur Iugurtha in primis &c. Perperam hoc ĩ impreſſis omiſſum uidetur, cum nitre interim ad ſententiam faciat. quamuis non ſit in Merſeburgenſi atq; alijs. Et res in Senatu agitari cœpit.} Manuſcripta, agitari cœpta, Quanquam idem eſt utrobiq; ſenſus Cicero in Bruto, Qua in urbe primum literis oratio eſt cœpta mandari. pro cœpit. & 3. de Oratore. Poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatum etiam & dignitatem Liuius 3. ab V. C. Sed contemni, inquit, cœpti erant à finitimis populis. pro, cœperant. Vti per paucos factioſos, Iugurthæ ſcelus condonaretur.} Sic & manuſcripti codices, & cæteri uetuſtiores. Atq; ita mollius eſt. Quàm duriter enim & aſpere concurrũt, factioſos ſcelus! Hoc quamuis leue non tamen prætereundum eſſe duxi. Prouinciæ futuris conſulibus Numidia, atque Italia decretæ ſunt. conſuleſq; declarati ſunt P. Scipio Naſica &c.} τὸ Sunt, neutrobi habent codices manuſcripti. & irrepſiſſe ex gloſſa uidetur. Sed & Conſules ibi, nulla addita cõ*

uictione legitur. Quippe cui Romæ omnia uenũ ire in animo hæſerant. } Manuſcripta duo, uenire habẽt ſed uulgata lectio melior, uenum ire. Id enim eſt, quod & inuio dixit, & poſt repetit, Oĩa Romæ uenalia eſſe. Itaq; permagnã Iugurtha in auaritia nobilitatis & in pecunia ſua ſpẽ habebat. Paulo poſt, Vt omneis mortales pecunia aggrediantur. } In quibuſdam, omneis mortaleis uti pecuniis aggrediantur. ut ſit ὑπέρβατον, legitimo dictionum ordine mutato. Quomodo Cicero, Vix ut intelligãtur, iquit, pro, ut uix: Sed & Salluſtius poſtea, Alij ſigno dato locum uti deſererent. Tametſi (ne quid diſſimulem) in manuſcriptis nõ eſt Vt. rectiusq; ſubaudiẽdum uidetur. Nec eſt eo in exemplari quod Aſcẽſius excudit, caſtigauit Aleander. Niſi regnum ipſumq; deditum ueniſſent. } In alijs, in regnum. Paulo poſt, Interim Calpurnius parato exercitu legit ſibi homines nobiles, factioſos, } In Fabriciano eſt, legat ſibi. quomodo & exemplar habet Merſeburgenſe à uerbo legare. quemadmodum Cicero ſæpe, uelut . Dolabella me ſibi legauit, & Cæſar Caſſium ſibi legauit. Item, Ego me a Pompeio legari ita ſum paſſus, ut &c. Item, Iſti quos legatos tute tibi legaſti. &, Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. Facilis autem & procliuis error fuit, unius immutatione literæ. Quod ad ὀρθογραφίαν attinet, legunt alij Calphurnius, addito ſpiritu. Sed Volaterranus alterum magis probat. quacum origo ipſa nominis facit, Nã Plutarchus in uita Numæ ἀπὸ τοῦ κάλπου, qui fuerunt è Numæ liberis, τοὺς καλπουρνίους dictos putat. Mox, Quorum authoritate quæ deliquiſſet munita fore ſperabat. } Quid ſi legas impunita fore. Id certe ſenſus ipſe reſpuere nõ uidetur, quamuis reclamãtibus exemplaribus. Niſi munita poſitum dicas, pro uelut præſidio quodam confirmata, & quaſi in tutum collocata. Sed & ſupra, C. inquit, Bebium tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius & iniurias omnes munitus foret. pro, armatus & quaſi ſeptus atq; uallatus. Belli haud ignarus, firmiſſimus contra pericula. } Sic & exemplar manuſcriptum. pro, conſtans & intrepidus. Licet in nonnullis, fortiſſimus contra pericula reperiatur. Mox, In Africam tranſuectæ ſunt. } τὸ Sunt in manuſcriptis non eſt. Mox, In initio paratis commeatibus. } Manuſcripta non habent additam præpoſitionem In. quomodo & Cicero frequenter. ut in Epiſtolis, Quemadmodum ſenatus initio cenſuit, & iterum, Redeo ad illud quod initio ſcripſi. Item alibi, Iſte qui initio proditor fuit. deinde perfuga. Sic & alias. Mox, Acriter Numidiam ingreſſus eſt. } In quibuſdam aggreſſus eſt, pro inuaſit. Sed prior lectio eſt in manuſcriptis. Ibidem. Multos mortales & urbes aliquot pugnando cepit } Legendum mortaleis. Nam ſic ferè, Salluſtius. Porro peculiare eſt hiſtoricis mortales dicere. pro hominibus. neque id adeo eſt apud Oratores frequens. Verum hiſtorici & uerbis & figuris poeticæ licentiæ ſæpenumero utuntur, locutionibusq; et dicendi modis non perinde alijs ſcriptoribus uſitatis. Hinc proſapia apud illos. pro progenie. uox ab ultimis repetita temporibus, ut Fabius inquit. Tempeſtas, pro tempore. Hinc illud Que geminatum, uelut Meq; regnumq; meum. Hinc ἀπαρέμφατος illa modi, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire. pro feſtinabant, parabant &c. Hinc eclipſis uerbi ſubſtantiui ſæpe ac aliorum. Hinc frequens Synecdoche, cæteraq; hoc genus pleraq; ut Arma pro bello. Tacitus, Et unum militem, quotam ciuilium armorum partem. pro ciuilis belli. Cæterum ſocius & miniſter omnium conſiliorũ adſumitur Scaurus. } In manuſcriptis eſt, ſocius & adminiſter. quomodo Cicero, Timarchides omnium rerum tranſactor & adminiſter. & alibi, Adminiſtri et ſatellites Sex. Næuij. Vocat autem adminiſtrum Salluſtius, & participem negotij, & adiutorem in re agenda. Statuit cum eis de omnibus pactiõibus præſens agere. } In manuſcripto quodam Agitare legitur. Ac ſolet plerunq; frequẽtatiuo Salluſtius pro perfecto uti.

GLAREA. Lege Sempronia. } Quæ ſit illa Lex, mihi non conſtat: nec ſatis faciũt Commentarij, quorũ alter ait: Sempronius Gracchus legem tulerat, ut Italia et Numidia prouinciæ per COSS. regerentur. Badius autem Sempronium legem tuliſſe inquit, ut ſi quando bellum timeretur, COSS. futuri in prouincias deſtinarentur. Hæc ille. Atqui magis ſolicitũ me tenet, quomodo Memmius, deſignatus tantum Tribunus, populum edocuerit per nobilium auaritiam Iugurthæ ſcelus condonari. Num cõcione aduocata, an per alias technas? At idẽ illud cum ait, COSS.q; declarati: quid illud Declarati. proprie hoc loco ſignificet. Nam deſignati, id eſt, in futurum annum pronunciati, quod Badius exponit, non placet, cum ſtatim hic COS. in Africam proficiſcatur. Neq; uero ante initum magiſtratum in prouincias ire conſueuerunt. Et ipſe Calpurnius non ita multo poſt Romam ad magiſtratus rogãdos proficiſcitur. Fieri poteſt, ut non integris annis, ſed dimidiatis, quod quidam ſcriptis prodidere, ante deſignarentur, quàm inirent magiſtratus.

OLDVS. Igitur rex. } quandoquidem data eſt ei fides per quæſtorem. Conſtituerat. } id eſt decreuerat. In caſtra. } ſcilicet Romanorum. ordo eſt Igitur Rex uenit in caſtra, ac ille locutus pauca præſente conſilio de inuidia ſui facti, atq; ut acciperetur in deditionem, tranſegit, reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreto. Vide quo cõſilio uſus ſit conſul, ut uideretur facere de conſilio omnium, id quod faciebat. Cum rex ueniſſet in caſtra, ſtatim conſilium nobilium, & principum conuocauit, ut toto præſente conſilio Iugurtha peteret, quod uolebat. Igitur Iugurtha præſente conſule & toto conſilio, pauca quædam de inuidia ſui facti locutus eſt. Deinde rogauit, ut in deditionem acciperetur. Et nihil aliud præſente conſilio locutus eſt, ſed cætera ſeparatim cum conſule Beſtia & Scauro tractauit. Deinde ſequenti die } conſul iterum conuocato conſilio, ſententias omnium quæſiuit, numquid eis uideretur Iugurtha in deditione accipiendus. Itaque toto probante, & aſſentiente conſilio, Iugurtha in deditionem accipitur, hac conditione ac pacto hoc, ut. xxx. elephãtos traderet, & pecus, & multos equos, & paruum quoddam pondus argenti, quæ omnia quæſtori tradita ſunt, præſenti conſilio. Nam in exercitu cum deditio aliqua facienda uel ſuſcipienda eſſet, cõuocabantur à duce exercitus capita, et princeps exercitus uelut quæſtor, legati, centuriones, & qui in exercitu aliqua præditi erãt dignitate, uel qui aliquando magiſtratũ aliqui geſſiſſent. Et de conſilio eorum faciebat, quod

IGitur Rex, uti conſtituerat, in caſtra uenit: ac pauca præſenti conſilio locutus de inuidia ſui facti, atq; uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreta tranſegit. Deinde poſtero die quaſi per Satyram legem, ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur. Sed uti pro conſilio imperatum erat elephanti xxx. pecus, atq; equi multi, non cum paruo argenti pondere, Quæſtori traduntur. Calpurnius

Romam ad magiſtratus rogandos pficiſcitur. In Numidia, & exercitu noſtro pax agitabatur. Poſtquam res in Africa geſtas, quoq́; modo actæ forent, fama diuulgauit: Romæ per omnes locos, & conuentus, de facto cõſulis agitari; apud plebem grauis inuidia; patres ſoliciti erant; probarent ne tantum flagitium, an decretũ conſulis ſubuerterẽt, parum conſtabat. Ac maxime eos potentia Scauri, quod is author, & ſocius Beſtiæ ferebatur, à uero bonoq́; impediebat. At C. Mẽmius, cuius de libertate ingenij, et odio potentiæ nobilitatis ſupra diximus; inter dubitationem & moras Senatus, in concionibus populum ad uindicandum hortari, monere, ne Remp. ne libertatem ſuam deſererent; multa ſuperba, & crudelia facinora nobilitatis oſtendere; prorſus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempeſtate Romę Memmij facũdia clara, pollensq́; fuit; decere exiſtimaui unam ex tam multis orationem eius perſcribere. Ac potiſſimũ eam dicam, quam in concione poſt reditum Beſtiæ huiuſcemodi uerbis diſſeruit.

quod faciendum erat, ſi res poſtulabat, ut ſentẽtias eorum exquireret. Tranſegit } i. perfecit. Quaſi per legẽ ſatyrã. } Dicendo quaſi oſtendit conſulẽ hæc omnia ſimulaſſe. Nam conſul ſimulabat ſe nihil facere uelle, niſi de conſenſu conſilij, cum lex Satyra eſt, quæ uno rogatu plura cõtinet, hoc modo placet ut Iugurthæ fœdus feriatur, in deditione Iugurtha recipiatur, elephantos, tradat, omnes tranſfugas, tamen parua & pauca ad cõſilium referret, magna autem et multa ſecreto cum Scauro perageret. Dicit ergo, tunc conſulem conuocato cõſilio ſentẽtias omnium exquiſiuiſſe, quaſi legem Satyrã ſeruare uellet, quæ iubebat. Dux et imperator exercitus ſententias exquireret totius conſilij, cũ graue aliquid deliberandum eſſet, præſertim cum ipſa deditio facienda uel ſuſcipienda eſſet. hoc autem ideo fecit, ut ſi fœdus huius deditionis improbaretur à Senatu, ſicuti improbatum eſt, culpam à ſe in conſilium reijceret, & eam ſibi cum omnibus eſſe communem oſtenderet. Quæſtori traduntur. } quia quæſtor pecuniam publicam curat. Calphurnius dicit, quid fecerit conſul compoſito bello, et pace data Iugurthæ. Romam, inquit, Calphurnius profectus eſt, ut Comitia haberet, in quibus magiſtratus futuri declararẽtur. Ad magiſtratus rogandos. } Rogare legem, uel rogare magiſtratum eſt, cum quis populum rogat, & à populo petit, ut eam legem, quã fert, populus accipiat, & aſciſcat ac ſanciat. Sic & rogare magiſtratum eſt, cum quis populum rogat, & ab ipſo populo petit, ut hunc uel illum magiſtratum creet, ſiue conſul, ſiue prætor, ſiue quæſtor. ſiue quicunq; alius magiſtratus ſit creandus. Quo facto cũ cãdidati, hoc ẽ illi qui petebant magiſtratũ, populo ſigillatim ſupplicaſſent, ut ſibi fauerent, tribus in ſuffragium mittebantur, & ita magiſtratus declarabantur. Erat autem populus Romanus in tribus triginta quinque diuiſus. Cum populus ad ferenda ſuffragia cõuocabatur, comitia dicebãtur. In Numidia. } ex parte Iugurthæ. Agitabatur. } id eſt agebatur, & erat. Poſtquam res. } Ordo ẽ grauis inuidia apud plebem. i. erat, poſtquam fama diuulgauit Romæ res geſtas in Africa, & quo modo forent actæ. ſ. illæ res. Et poſtquam cœpit agitari de facto conſulis per omnes locos, & p omnes conuentus. Cum, inquit, Romæ diuulgatum eſt, id quod fecerat conſul cum Iugurtha in Africam, uehemẽter populo diſplicuit & ſenatui, incertus erat ſenatus confirmaretne, an infirmaret & reſcinderet fœdus, quod conſul fecerat cum Iugurtha. Nam potentia Scauri qui ſocius conſulis fuerat in ea re obſtabat, ne Senatus factum conſulis reſcinderet. Et hoc eſt quod dicit. Apud plebem grauis inuidia. ſ. erat, quia plebs uehementer oderat, id quod fecerat conſul. Probarent. } ordo eſt, patres erant ſoliciti, ne. id eſt an probarent tantum flagitium, & parum conſtabat an ſubuerterent decretum conſulis. Probarent. } id eſt confirmarent.

Flagitium. } id eſt rem tam turpem & indignam Flagitiũ, ſecundum Donatum dicitur more uulgari res flagitione. i. reprehenſione digna. Decretum. } id quod conſul decreuerat iniuſſu ſenatus. Subuerterent } id eſt reſcinderent, & infirmarent, irritarent. Parum conſtabat. } id eſt non conſtabat, incertũ erat. Ferebatur. } id eſt dicebatur. At C. Memmius. } Ita quidem ſenatus dubitabat quid de fœdere cõſulis cum Iugurtha facto ſtatueret, an probaret illud, an improbaret. Sed Memmius Tribunus plebis populum hortabatur, ut ſcelus cõſulis uindicaret atque puniret. Et odio nobilitatis potẽtiæ. } Nã ſupra dixit hunc Memmium infeſtum & inimicum fuiſſe potentiæ ſenatus & nobilium. Inter dubitationẽ & morã ſenatus. } Dũ ſenatus dubitat & differt quid de facto conſulis ſtatuat. Concionibus. } Concio ſignificat multitudinẽ populi conuocatã ad audiendũ, & ſignificat orationẽ quæ habetur ad ipſam multitudinẽ, et ſignificat locũ ubi cõuocatur. nũc ſignificat orationẽ. Ad uindicãdũ } i. puniendũ. Hortari. } pro hortabatur. Monere. } pro monebat. Sed quoniam } ordo eſt, ſed ego exiſtimaui decere. Praeſcribere unam. } ſcilicet orationem, ex tã multis eius orationibus, quoniam ea tempeſtate facundia Mẽmij fuit clara & pollens Romæ. Senſus patet. Ea tempeſtate. } id eſt eo tempore. Facundia Memmij } . i. eloquentia. Clara } . i. nobilis & nota. Pollens } . i. potens. Multum enim in dicendo ualebat Memmius. Decere. } id eſt conuenire. Potiſſimum. } id eſt maxime, præcipue. Eam. } ſcili. et orationem. In concione. } Ecce concio hoc loco non orationem ſignificat, ſed multitudinem populi conuocatam. Poſt reditum Beſtiæ, } poſtquam Beſtia conſul rediit ex Africa Romam. Diſſeruit. } id eſt dixit.

Præſenti cõſilio. } præſentibus omnibus Romanorum ducibus. MARLI.

De inuidia ſui facti. } Manuſcripta, facti ſui. ut ſequatur pronomen. Atq; id nimirum rectius. Deinde poſtero die. } Manuſcripta, dein. Mox, Quaſi per Satyram legem, ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur, } Manuſcripta, quaſi per Saturam ſententijs exquiſitis, ut ſubaudias legem. Saturam uero, pro Satyram, quomodo ubiq; Sullam hic author, pro Syllam. Nam y in u latinis ſæpe mutatur. unde in antiquis inſcriptionibus, Polucarpus legitur, & Poluandrion, & Ennius, ut teſtatur Cicero, Purrhum ſemper, nuſquã Pyrrhum. Phruges, nõ Phryges dixit, quod ipſum antiqui declarant libri. Sed & Diomedes cum manuſcipto facit, libro 3. Nam quo loco docet, ueteribus Satyram farcimina genus fuiſſe, uarijs rebus refertum. unde poſtea Satyra nominata ſit lex, quæ uno rogatu multa ſimul comprehendat, mox ibidem Gaius, inquit, legis Lucilius meminit in 1. Per Saturam ædilem factũ qui legibus ſoluat, & Salluſtius in Iugurtha, Dein quaſi per Saturam RIVIVS

ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur. Vidéſne, ut hic in citatione Diomedes legem omittat? Sed nec in Merſburgenſi additur. Sex. quoque Pompeius F. eodem modo citat, quomodo in manuſcriptis eſt. Satura, inquit eſt cibi genus ex uarijs rebus conditum. Eſt & lex multis alijs conferta legibus. Itaque in ſanctione legũ aſcribitur, Néue per Saturam abrogato aut derogato. Annius Luſcus in ea quam dixit aduerſus Tib. Gracchũ, Imperiũ quod plebs per Saturam dederat, id abrogatum eſt. Paulo poſt idem hoc é Iugurtha Salluſtij exemplum affert, Dein poſtera die, quaſi per Saturam ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur, Quanquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud Feſtum legitur. Sic autem Satura ſine addito ſubſtantiuo dicitur, ut apud Fabium Ciuica. Diuus Auguſtus, inquit, cum ei Galli torquem aureum C. pondo dediſſent, & Dolabella per iocum, tentans tamẽ ioci ſui euẽtum, dixiſſet, Imperator torque me dona. Malo te inquit ciuica donare. ſubauditur autem corona. Sic apud Senecam de beneficijs 5. Sunt & alia huiuſcemodi pleraq;, quæ ſine ſubſtantiuo addito ponantur. uelut cum dicimus, tertiana, quartana, quotidiana. Deeſt enim, febris, Sic Tuſculanum, Ocriculanum, Narnienſe ſubauditur prædium. Sed & abſolute interdum Suilla, bubula, ferina dicimus, ut ſubaudiatur, caro. Sic & repetundarum damnatus apud Velleium. ubi deeſt ſubſtantiuum pecuniarum. Sed ut ad Saturam reuertar, Quid ſi nihil ibi ſubaudias, ſed ſimpliciter intelligas, ut uerba ſonant? Per Saturam exquiſitis ſententijs, hoc eſt, nullo ordine in ſententijs exquirendis ſeruato, nec ut ſeniores prius ſententiam rogarentur, ſed ut Conſuli ipſi libuiſſet. Quomodo Iuſtinianus in

præfatione

præfatione quadam digeſtorum, ſparſim & quaſi per Saturam collectum opus dicit, utilibus inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus depurata, ut ipſe ĩquit. Nã uariarũ rerũ mixturã ſparſim ac nullo ordine congeſtarũ, Satyrã ueteres appellabãt. Mecũ Alciatus facit. Neq; admodum eorum probo opinionem qui hic Saturam legem intelligunt, quæ multas ipſa res complectatur, quemadmodum Iugurtha ſit in deditionem acceptus, ſed multis præſcriptis conditionibus, ut xxx. daret elephantos, pecus atq; equos multos cum magno argenti pondere. Nam ſic feré & Eraſmus Roterodamus, & Franciſcus Phileiphus. Verum prior ſententia magis arridet, ut uidelicet, Per Saturam, ad participium Exquiſitis, non ad uerbum Accipitur, pertinere iudicemus. Romæ p omnes locos & conuentus. } Legendum per omneis. Paulo inferius,

Ac potiſſimum eam dicam, quam in concione poſt reditum Beſtiæ. } Fabricianum, ea dicam quæ in concione &c. Sic & aliud quoddam calamo deſcriptum.

GLAREANVS.

DEinde poſtero die quaſi per Satyram legem ſententijs exquiſitis. } Neque hanc legem apud quempiam alium memini me legere authorem. Soldus, Lex Satyra, inquit, eſt, quæ uno rogatu plura continet. Badius ait, Quæ uno rogatu priuſq̃ rñdeatur, multa ſimul & uaria comprehendit. ut, uultis'ne, iubetiſne, cum Iugurtha bellum componatur, Elephantos tradat? &c. Quæ unde aut quibus authoribus doceant, haud ſcire poſſum. Eadem Perottus, & alij noſtræ tempeſtatis authorum expoſitores identidem inculcant, ſed authorum teſtimonia uidere uellem.

SOLDVS. MVlta me dehortãtur à uobis Quirites, niſi ſtudium Reipublicæ omnia ſuperet. } In hac oratione Memmius hoc ſuadere populo Romano intendit, ut libertatem ſuam tueatur, & eam à nobilitate opprimi non patiatur, ut factum conſulis puniatur, non ui, neque armis, ſed iudicio, ut uidelicet quæſtionibus & inquiſitionibus ueritas inueſtigetur, deturq; opera, ut Iugurtha populo Romano dedatur, ut eius indicio ſcelus detegatur. Sed in principio orationis beneuolentiam capiat à perſona ſua, cum oſtẽdit ſtudium ſuum in Rempub. & in eos ipſos qui audiunt. Multa me dehortantur à uobis. Quirites. } Multa, inquit, quæ me dehortantur atque deterrent à ſtudio defendendæ ueſtræ libertatis. Sed amor meus in rempub. omnia uincit, & facit ut illa cõtemnat, quæ me deterrent à ſtudio defendendæ ueſtræ libertatis contra nobilitatem. Multa me dehortantur à uobis multa me dehortantur ô Quirites à defenſione ueſtri. Quirites. } id eſt ô Romani. Quirites autem dicti ſunt, uel à curi haſta Sabinorum uel à Curibus, quæ eſt ciuitas Sabinorum, poſtquã inter Romulum et Tacitum regem Sabinorum fœdus percuſſum eſt. Niſi ſtudium Reipub. } id eſt amor & uolũtas mea prona in Rempublicam ſuperet i. uincat. Opes factionis. } hæc ſunt quæ me dehortantur à uobis, uidelicet opes factionis. i. potentia partis, uideli et potentia nobilitatis, quæ eſt pars aduerſa, contra quam ueſtram defenſionem ſuſcipio. Veſtra patientia. } Ac ſi diceret, nobilitas potens eſt ad opprimendam ueſtram libertatem, et uos patientes eſtis ad tantam iniuriam tolerandam. Ius nullum. } quia plebs labores ſuſtinet bellorum, nobilitas honores poſſidet. Ac maxime quód innocentiæ plus periculi quàm honoris eſt. Ecce probat quomodo ius nullum ẽ, quia boni & innocentes plus periculi habent quàm honoris. Hoc aũt dicit plebs bona & innocens, pericula quidem & labores ſuſtinet, ſed nobilitas honores habet, quas magiſtratus, & imperia, & prouinciæ per nobilitatem gubernãtur. Plebs uero ad bella gerenda detruditur, et ad labores ac pericula ſubeũda deſtinatur. Nam illa quidem piget dicere, dixi quód potẽtia nobilitatis, & ueſtra patiẽtia, & ius nullum dehortantur me à defenſione ueſtræ libertatis, quia ſunt, & alia quæ me dehortantur, ſed

C. MEMMII ORATIO.

MVLTA me dehortantur à uobis Quirites, ni ſtudium Reipu. omnia ſuperet; opes factionis, ueſtra patientia, ius nullum; ac maxime quod innocentiæ plus periculi, quam honoris eſt. Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim, q̃ ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum, q̃ fœde, quamq; multi perierint ueſtri defenſores: ut uobis animus ab ignauia atq; ſocordia corruptus ſit: qui ne nunc quidem obnoxij inimicis exurgitis: atque etiam nunc timetis eos, quibus uos decet terrori eſſe. Sed quanquã hæc talia ſunt, tamen obuiam ire factionis potentię animus ſubigit. Certe ego libertatẽ, quæ mihi à parente meo tradita eſt, experiar. Verum id fruſtra, an ob rem faciam, in ueſtra manu ſitum eſt Quirites. Neq; ego uos hortor, quod ſæpe maiores ueſtri fecere, uti contra iniurias armati eatis: nihil ui, nihil ſeceſſiõe opus eſt, neceſſe ẽ ſuomet ipſi more prę-

cipites eant. Occiſo Tiberio Graccho, quem regnum ſibi parare aiebant, in plebem Romanam quæſtiones graues habitę ſunt. Poſt C. Gracchi & M. Fuluij cędem, item ueſtri ordinis multi mortales in carcere necati ſunt. Vtriuſq; cladis non lex, uerum libido eorum finem fecit. Sed ſanè fuerit regni reparatio, plebi ſua iura reſtituere: quicquid ſinè ſanguine ciuium ulciſci nequit, iure factum ſit. Superioribus annis taciti indignabamini ęrariũ expilari: Reges & populos liberos paucis nobilibus uectigal pendere: pcnes eoſdẽ, & ſummam gloriam, & maximas diuitias eſſe: tamen hęc talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere. Itaque poſtremo leges, maieſtas ueſtra diuina, & humana oĩa hoſtibus tradita ſunt. Neq; eos, qui ea fecere pudet, aut pœnitet: ſed incedunt per ora ueſtra magnifice, ſacerdotia, & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes perinde quaſi ea honori, non prędę habeant. Serui ęre parati, iniuſta imperia dominorum nõ perferunt. Vos Quirites in imperio nati, ęquo animo ſeruitutem toleratis? At qui ſunt hi qui Remp. occupauere? homines ſceleratisſimi, cruẽtis manibus, immani auaritia, nocentiſſimi, & ijdẽ ſuperbiſſimi: quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta atq; inhoneſta omnia quæſtui ſunt: pars eorum occidiſſe Tribunos plebis alij quæſtiones iniuſtas, pleriq; cædem in uos feciſſe, pro munimento habent. Itaque quàm quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt: metũ à ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram tranſtulere: quos omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coegit. Sed hęc inter bonos amicitia, inter malos factio eſt. Quòd ſi tantam uos libertatis curam haberetis, quàm illi ad dominationẽ accẽſi ſunt, profecto neq; Reſp. ſicuti nunc, uaſtaretur: & beneficia ueſtra penes optimos, non audaciſſimos forent. Maiores ueſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia, bis per ſeceſſionem armati, Auentinũ montem occupauere: uos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, non'ne ſumma ope nitemini? atq; eo uehementius, quo maius dedecus eſt, parta amittere, quàm omnino non parauiſſe? Dicet aliquis, quid igitur cenſes? uindicandum in eos, qui hoſti prodidere Remp. non manu, neq; ui, quod magis uos feciſſe, quã illis accidiſſe indignum eſt: uerum quæſtionibus, & indicio ipſius Iugurthæ: qui, ſi dedititius eſt, profecto iuſſis ueſtris obediẽs erit: ſin ea cõtemnit, ſcilicet æſtimabitis, qualis illa pax aut deditio ſit: ex qua ad Iugurtham ſcelerum impunitas, ad paucos potentes maximæ diuitiæ, ad Remp. dãna atq; dedecora peruenerint. Niſi forte dominationis

tur, ſed piget dicere ea. Et quæ ſunt illa, his annis quidecim ſuperioribus, multi ex plebe interfecti ſunt à nobilitate, multi ẽt ueſtri defenſores periere, quos in ipſo periculo deſeruiſtis, & poſtea interfectos multos reliquiſtis. Cum ergo hæc in memoriam ueniunt, dehortantur me à ſtudio ueſtræ defenſionis, quia uideo uos deſerere, & paruifacere ueſtros defenſores. Nam illa. } dixi q. illa me dehortantur, quæ ſupra poſui, quia illa quæ ſequuntur ſine labore & tædio dicere non poſſum. Ordo eſt. Nam, pro quia me piget dicere illa, ſcilicet quæ ſequuntur, uidelicet quàm pro quãtum fueritis ludibrio ſuperbiæ paucorum, & piget dicere quàm pro quantum fœde multi ueſtri defenſores perierint inulti, & ut pro ſicut animus ſit corruptus uobis ab ignauia, & ſecordia, qui nec nunc quidem ob noxij inimicis exurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus decet eſſe terrori. Cõmemorat Salluſtius iniurias, quas plebs accepit à nobilitate, ut ipsã plebem magis contra nobilitatem Romanæ urbis accendat, et nõ patiatur diuitijs opprimi ſuam libertatem. Quàm ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum. } piget me dicere, quemadmodũ ſupbia nobilitatis uos ludibrio habuerit et lacerauerit, ac pro arbitrio ſuo tractauerit, iã quindecim annis, ex quo Tiberius Gracchus ueſter defenſor interfectus eſt. Quàm fœde. } id eſt cruente. Inulti ueſtri defenſores perierunt. } ſcilicet Tiberius Gracchus primo. Deinde C. Gracchus frater eius, & M. Fuluius. Quomodo perierint C. Gracchus & Fuluius ſupra diximus. De Tiberio paulo poſt dicemus. Vt uobis animus, plebem licẽter arguit ignauiæ, ut eam accendat ad capeſcendam libertatem. Obnoxij inimicis } i. obligati inimicis, q timetis eos, q uos timere decẽt, et ideo q timetis ueſtros inimicos, à quibus timendi eſtis, propterea non exurgitis cõtra eos qui tot uobis iniurias intulerũt & ueſtros defenſores occiderunt. Timetis eos } quibus terrori decet eſſe. i. timetis eos à quibus uos eſtis timendi. Sed quãquam. } ordo eſt, ſed tamen animus meus ſubegit me obuiã ire potentiæ factionis, quãquã hæc ſint talia. Quãuis inquit multa & magna ſint, quæ me dehortantur à uobis ô Quirites, ſicuti ſunt hæc, quæ ſupra monſtraui, tamen animus meus erga uos & erga Rempublicã uincit hæc omnia, & cogit me reſiſtere potentiæ nobilitatis.

Hæc talia ſint. } uidelicet magna & grauia. Obuiã ire. } id eſt reſiſtere. Factionis potentia. } id eſt potentiæ partis aduerſæ. ſ. nobilitatis. Subegit } i. coegit. Certe ego, uolo inquit experiri libertatem meam contra nobilitatem. Verum. } ordo eſt, uerum. id eſt ſed eſt ſitum in ueſtra manu ô Quirites, an faciam id fruſtra, an faciam ob rem. i. ò Quirites in ueſtra poteſtate poſitum eſt, an experiar libertatem meã fruſtra, an utiliter, quia ſi me ſequi uolueritis, & ueſtrum auxilium mihi præſtare, utiliter experiar libertatem meam. Si autem me deſerueritis fruſtra, et ſine utilitate libertatem meã experiar. Ob rem } id eſt utiliter. Fruſtra } .i. ſine utilitate.

In ueſtra manu } .i. in ueſtra poteſtate. Situm eſt } .i. poſitum eſt. Neque uos hortor. } ordo eſt, neque ego hortor uos, ut uos armati eatis cõtra militias, quod id eſt quã rem noſtri maiores ſæpe fecere. i. non hortor uos, ut ui et armis reſiſtatis iniurijs, quas nobilitas uobis infert, ſicuti fecerunt ſæpe maiores noſtri, nam exactis iã regibus plebs armata bis ſeceſſit à patribus in montem Auentinum, nec reconciliari potuit, donec ei Senatus poſtulata concederet. Cauſa autem patriæ ſeceſſiõis hæc fuit. Magna inter

eorum ſatietas nondum etiam uos tenet: & illa, quàm hæc tempora magis placent: cum regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella, atq; paces, poſtremo diuina, & humana omnia penes paucos erant. Vos autem, hoc eſt populus Roma. inuicti ab hoſtibus, imperatores omniũ gentium, ſatis habebatis animam retinere. Nam ſeruitutẽ q̃dẽ qs ueſtrũ recuſare audebat? Atq; ego tametſi uirum flagitioſiſſimũ exiſtimo, impune iniuriam accepiſſe; tamen uos ſceleratiſſimis hominibus ignoſcere, quoniam ciues ſunt, æquo animo paterer, ni miſericordia in perniciem caſura eſſet. Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur. Et uobis ęterna ſolicitudo remanebit, cum intelligetis aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem, et concordię quę ſpes eſt? dominari illi uolunt, uos liberi eſſe; facere illi iniurias, uos prohibere; poſtremo ſocijs ueſtris ueluti hoſtibus, hoſtibus pro ſocijs utuntur. Poteſt'ne in tam diuerſis mentibus pax, aut amicitia eſſe? Quare moneo, hortor'q; uos, ne tantũ ſcelus impunitum omittatis. Non peculatus ęrarij factus eſt: neq; per uim ſocijs ereptę pecunię. Quæ quãquam grauia ſunt, tamen conſuetudine iam pro nihilo habentur. Hoſti acerrimo prodita ſenatus authoritas, proditum imperium ueſtrum eſt: domi, militiæq; Reſp. uenalis fuit. Quæ niſi quęſita erunt, niſi uindicatum in noxios; quid erit reliquum, niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes uiuamus? Nam impune quidlibet facere, id eſt regem eſſe. Neq; ego uos Quirites hortor, ut iam malitis ciues ueſtros perperã quàm recte feciſſe, ſed ne ignoſcendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in Rep. multo pſtat bñficij, q̃ maleficij imemorẽ eſſe, bonus tñmodo ſegnior fit, ubi negligas: at malus improbior. Ad hoc ſi iniuriæ nõ ſint, haud ſępe auxilij egeas.

patres. i. ſenatum & plebem diſcordia erat pp nexos ob æs alienũ, nexi dicebantur, q tantiſper ſeruiebãt creditoribus ſuis donec debitũ pſoluiſſent. Nexi dicebantur, q pp debita uincti creditoribus ſuis tradebantur. Fremebãt & murmurabãt plebei hoĩes ſe foris p imperio & libertate dimicare, domi autẽ à ciuibus captos & oppreſſos teneri, tutioremq; in bello q̃ in pace, inter hoſtes quàm inter ciues libertatem ſuam eſſe. Legitur. Appio Claudio & Seruilio conſulibus, cum Volſci infeſto exercitu ad urbẽ uenire nunciarentur, alius alium hortabatur, ne omnino nomina darent, & ne ſe ad militiam ſcribi paterentur. Patres ancipiti re perculſi in tanto periculo Seruiliũ conſulem monent, ut remp terroribus circũuentam expediat. Tum Conſul miſſo Senatu in cõcionem prodit, docet curæ eſſe patribus, ut plebi conſulatur, et prouideatur. Interim citati dẽt nomina. Deinde edictum proponit, ne quis uinctum neue clauſum teneat, quominus nomẽ dare poſſit, & ne quis miles, donec in caſtris eẽt, bona ipſa poſſideret. Mox uero aderant nexi nomina profitentes. Finito ergo & expedito bello, plebs aderat, promiſſa conſulis & Senatus, nobilitatisq; fidẽ expectans. Appius plebi ſemper grauis atque infeſtus, ut fidẽ collegæ uanam faceret, ius de creditis pecunijs dicebat, qui nexi fuerant creditoribus tradebãtur. Plebs promiſſis eluſa & decepta, cum à tribus populis, Volſcis, Eqs, et Sabinis bellum inſtaret nulla ratione compelli potuit, ut ad militiam nomina daret. Coactus nocturni, & colloquia fiebant inuicẽ exhortantium, ne ad bellum gerẽdum proficiſceretur. Senatus hac de re conſultus increpat conſules, quòd imperium conſulare nõ exequantur. Sed conſules nihil proficiunt, tãdem Dictator creatur, qui edictum propoſuit ferè ſimile edicto Seruili. Atque ita plebe dante nomina, legiones decem conſcriptæ ſunt. Mox tribus bellis proſpere confectis, & parta uictoria de Volſcis, Equis, & Sabinis cum dictator ad Senatum retuliſſet, quid de nexis fieri placeat, relatio reiecta eſt. Tum dictator iratus. Non placeo, inquit, concordiæ author. Optabitis mediusfidius propediem ut mei ſimiles Romana plebs patronos habeat, ita curia egreſſus dictatura ſe abdicauit. Tum patres timor inuaſit, ne ſi exercitus dimiſſus eſſet, rurſus coactus occulti et colloquia ſecreta, cõuẽtusq; nocturni fierẽt cũ magno periculo ciuitatis. Itaq; ſimulant ab Equis bellum renouatum eſſe, ac ſub hac ſpecie iubent, ut conſules legiones, & exercitum educant. Plebs, quia in cõſulis uerba iurauerat ut legione & iuramento ſolueretur. Conſules interficere parabat, ſed cum intellexiſſet ſe propter hoc non exolui religione, Sicino quondam authore ſeceſſit in montem ſacrum, ut quidã referunt, ut alij dicunt, in montem Auentinum. Ibi ſine ullo duce uallo foſſaq; communitis caſtris quieti rem nullam, niſi neceſſaria ad uictum ſumentes, aliquot dies ſeſe tenuerunt. Pauor ingens urbem inuaſit. Itaq; patres Menenium Agrippam facundum uirum miſerunt ad plebem reconciliandam, qui in concione huiuſcemodi uerba fecit. Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia conſentiebãt, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo erat, indignatæ sũt reliquæ partes quòd ſuo labore omnia uentri pararentur. Venter aũt in medio quietus nihil faceret, niſi q̃ uoluptatibus datis frueretur. Conſpirauerunt igitur, ne manus ad os cibum ferret, ne os acciperet datum, ne dentes conficerent. Hac ita dum uentrem domare uolũt, ipſa quoq; membra pariter cũ toto corpore ad extremam tabẽ corruptionẽq; uenerũt, hinc apparuit uẽtris quoq; non eſſe ocioſum officiũ, qui cibum acceptũ in oẽs ptes corporis redderet, ſanguinẽ hũc quo uiuimus cõparãdo cibo mature cõfecto. Menenius igitur cũ docuiſſet irã plebis in patres eſſe ſimilem iræ membrorum in uentrem, flexit animos omnium, cœptũq; eſt agi de concordia, conceſſumq; plebi eſt, ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos, qui ei aduerſus conſules auxilium ferrent, neue cuiquam ex patribus eum magiſtratũ capere liceret. Ita Tribuni plebis tunc primum duo creati ſunt C. Licinius & L. Albinius. Atque ita plebs reconciliata eſt, & ſeditio ſedata. Cauſa alterius ſeceſſionis hæc fuit. Appius Claudius decemuir captus erat amore inſano Virginiæ filiæ cuiuſdam Virginij plebeij hominis, Icilio uiro Tribunitio deſpõſatæ. Et cum eam aliter habere non poſſet ad explendam libidinem ſuam M. Claudio cliẽti ſuo negotium dedit, ut illam in ſeruitutem traheret, quòd diceret eam ex ſerua ſua natam, eiq; auxilium ſuum pollicitus eſt. Cum ergo

M. Claudius

M.Claudius eam per forum tranſeuntem rapuiſſet, eãq; ſeruam ſuam aſſereret, re ad tribunal Appij deducta, eam M.Claudius Appio adiudicauit. Virginius pater cum indignitatem rei ferre non poſſet ſimulato cum filia & eius nutrice colloquio uelut ab ea rei ueritatem exquirere uellet, antequam uelut ſerua abduceretur, ſtricto ferro, hoc te, inquit, modo filia in libertatem uindico, pectus deinde puellæ transfigit, reſpectansq; ad tribunal Appij, hoc te, inquit, Appi caputque tuum ſanguine conſecro. Ad hoc facinus clamore ſublato, Appius comprehendi Virginium iubet, ille quacunq; incedit ferro uiã facit. Icilius ſpõſus corpus exãgue puellæ ſublatũ pp̃lo oſtẽtat. Scelus Appij puellæ infelicẽ fortunã, patris neceſſitatẽ deplorat. Ita plebs ĩ urbe Icilij clamore, et ĩdignitate ſceleris cõcitatur. Virginius in caſtra profectus, ubi ordines ducebat, non minorem ibi, quàm in urbe tumultum concitat. Scelus Appij, & cuncta, quæ geſta erant, exponit. Supinas deinde tendens manus, cõmilitones appellans orabat, ne quod ſcelus Appij eſſet, ſuum crederent. Vitam filiæ ſibi ſua chariorẽ fuiſſe, ſi libere ac pudice uiuere potuiſſet: cum uelut ſerua ad ſtuprũ duci uideret, morte melius admi ratum quàm contumelia liberos uiuere, in ſpeciem crudelitatis lapſum eſſe. Illis quoq; ſorores, filiasq; & uxores eſſe, libidinem Appij cum filia ſua nequaquam extinctam. Hæc Virginio uociferãti ſucclamat multitudo, ſe nec dolori illius, nec libertati ſuæ defuturos. Ita multitudo exercitus concitata facto agmine, eunt ad urbem & montem Auentinum occupant, ut quiſq; occurrebat ad repetendam libertatem, tribunosq; plebis creandos adhortantes. Nam paulo ante creatis decẽ uiris ſublata erat tribunitia poteſtas, et prouocatio ad populũ duo munimenta libertati, alia uox nulla uiolentiæ audita eſt. Sed non multo poſt plebs urbana cũ liberis & uxoribus factũ exercitus ſecuta, ipſa quoq; ſeceſſit in montẽ Auentinũ, urbe uelut in ſolitudine relicta. Patres noua re perterriti, L. Valerium & M.Horatium legatos mittunt, qui de reconciliatione cũ plebe ageret. Icilius pro multitudine reſpõdit, plebem petere, ut ſibi poteſtas tribunitia & prouocatio reſtituatur. Et ſibi decemuiri tradantur, neue cui fraudi eſſet, conſciſſe milites ante plebem. Legati poſtulata plebis ad ſenatum deferunt. Senatus conſultum fit, decemuiri primo quoq; tempore ſe magiſtratu abdicarent. Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet, & ne cui fraudi id eſt pœnæ eſſet, ſeceſſio militum plebisq;. Ita plebs reconciliata eſt. Nihil ui, nec ſucceſſione opus eſt.} Non eſt opus ui aut ſucceſſione, uidelicet ſecedatis & recedatis à patribus, quẽadmodũ bis noſtri maiores fecerunt. Neceſſe ẽ.} Eſt neceſſe, ut ipſimet eãt præcipites ſuo more. Vide quid dicat. Mẽmius rñdet tacitæ quæſtioni. Poſſet enim dicere aliquis. O Memmi, tu dicis ꝙ non eſt opus ui aut ſeceſſione. Quare hoc dicis? An forte patres committunt ſcelera digna ſeceſſione? Mẽmius reſpondet. Ita committunt. Neceſſe eſt enim, ut nobilitas, & patres faciant ſicuti facere conſueuerunt, & ſcelus ſceleri addant, ut ueſtram opprimant libertatem. Ex quo neceſſe eſt, ut uos eis reſiſtatis non ui, neq; armis, neq; ſeceſſione, ſed iudicio & iuſtitia. Et hoc eſt ſenſus totius orationis Memmii. Neceſſe eſt obſcure hunc ſenſum cum ſuperiore coniungi. Dicit enim ſic, ô Quirites ego uos hortor, ut ueſtram libertatem defendatis et reſiſtatis iniurijs patrum non ui, neq; armis, neq; ſeceſione quẽadmodum merẽtur. Nam quantum pertinet ad ipſos patres, neceſſe eſt, ut faciant quemadmodum conſueuerunt, & ea committant ſi mereãtur. ut reſiſtatis eis ui, & armis & ſeceſſiõe. Sed nõ hortor, ut ſic reſiſtatis eorũ iniurijs. Quid ergo faciendũ eſt? Vindicandum inquit in eos cenſeo non manu neq; ui, ſicuti merentur ſed iudicio et iuſtitia. Itaq; & q̃onibus & tormẽtis, & iudicio ipſius Iugurthæ ueritas indagãda & inquirenda eſt de crimine, ꝑ quod conſul tam ignominioſum fœdus cum Iugurtha fecit iniuſſu Senatus populiq; Romani. Nã in eo fœdere maieſtas Se. po. q; Ro. uiolata eſt. Et ideo hoc crimen puniendũ cenſeo non ui, neq; armis ſed iudicio & iuſtitia. Præcipites eãt} ire præcipitẽ ẽ temere & inconſulte in aliqđ malũ ruere, eſt inquit neceſſe, ut patres & nobiles ad opprimendam ueſtram libertatem præcipites ruant, ſicuti conſueuerunt. Et ita opportunitate iniurias nobilitatis in plebem Romanam commemorat. Et primo quemadmodum Tiberium Gracchũ defenſorem plebis iniuſte occiderunt. Poſtea C.Gracchum & Fuluium, qui iura libertatis plebis Romanæ tuebãtur. Occiſo,} ordo eſt, magnæ quæſtiones habitæ ſunt in plebem Romanam, occiſo Tiberio Graccho, quem nobiles aiebant parare regnum. Poſtquã inquit occiderunt Tiberium Gracchum tanquam regnum affectantem, multos ex plebe Romana tormentis cruciauerunt, ueluti per torturã & funẽ ab eis ueritatẽ elicere uellent. Tiberius aũt Gracchus interfectus ẽ, atq; hac de cauſa Romani agros quos hoſtibus uicinis bello uictos adimebant partim uẽdere partim ĩ publicũ redigere, & egenis ac pauperibus ciuibus pro modica penſione uendũ tradere ſolebant. Sed cum diuites incepiſſent eas penſiones augere & hoc modo ex agris pauperes excludere lata eſt lex, quæ uetabat quẽquam ciuem Romanum habere pluſquam quinquaginta iugera agri, hæc lex auxilio fuit pauperibus ciuibus aliquot annos contra diuites. Sed cum rurſus locupletes contempta lege agros occupare cœpiſſent, & ob eam cauſam pauperes ciues irritati ad militiam dare nomina recuſarent, & filios educare nollent: Tiberius Gracchus Tribunus plebis creatus hanc cauſam ſuſcipere, & pauperibus ſubuenire conſtituit. Itaq; plebe flagitante legem promulgat mitisſime ſcriptã, quæ iubebat, ut locupletes accepto pretio, quod pro penſione erogauerant, agros publicos dimitterent, et eos pauperibus ciuibus traderent. Factio nobilium & locupletum aduerſus hanc legem ſe opponit, quo minus feratur, & a populo faciantur. Sed cum per ſe locupletes infirmi eſſent M.Octauiũ tribunum plebis collegam & familiarem Tiberij confirmant ut legi intercedat, hoc eſt authoritatem ſuam interponat ne lex feratur. Eſt autem tribunorum plebis maxima in prohibendo poteſtas, nã uno prohibente, alij etiam ſi plures ſint, nihil efficere poſſint. Ob hanc interceſſionẽ iratus Tiberius priore lege reiecta, quæ erat humaniter ſcripta, aliam plebi magis gratam promulgat, uidelicet, ut agri, qui contra leges erant poſſeſſi dimitterentur nulla mẽtione pretij facta. Et edicto propoſito omnes urbanos magiſtratus quicquam agere prohibuit, priuſquam de lege agraria ad populum ferretur. Aerario ſigilla impreſſit, & per quæſtores quicq̃ depromi aut importari uetuit. Locupletes cuncti ueſtes mutauerant, & mœſti forum circuibant. Poſtquàm dies comitiorum aduenit M.Octauius interceſſione perſeuerat. Tiberius Octauium ſuppliciter rogat, ut ab interceſſiõe deſiſtat. Quod cũ negaret Octauius, Tiberius ad rem non legitimam, neq; humanam conuerſus, M.Octauium tribunatu priuare atque amouere cogitauit. Itaque poſtremo die, conuocato populo, rurſus M. Octauium uerbis hortatur, ut ab interceſſione deſiſtat. Quod cum impetrare nõ poſſet, tulit ad populum de abrogatione Octauij. Ac ſtatim tribus in ſuffragium miſit. Erant tribus trigintaquinque, quarum cum decem & ſeptem Octauium abrogaſſent, & una tantum reſtaret ad rem perficiendam, Tiberius ad Octauium conuerſus rogat, ut ab interceſſione deſiſtat, neue tantam notam ſibi inferri patiatur. Deinde

toto inſpectante populo eum reuerenter amplexus deprecabatur. Ferunt his precibus Octauium oculos lacrymis impleſſe, & aliquanto cum ſilentio ſtetiſſe. Sed ubi ad locupletes & nobiles reſpexit, qui aderant rogantes eum, ut perſeueraret in intercesſione, generoſe Tiberio reſpondit, ut faceret, quod uellet. Itaque populi iuſſu abrogato magiſtratu Octauij, & miſſo à Tiberio apparitore, qui illum tribunali detraheret, concurſus ex locupletibus, & à plebe factus, rixaq; orta eſt. Octauius per tumultum aufugit. Itaque lex agraria, hoc eſt de diuidendis agris lata eſt. Tres uiri, q agros diuiderēt creati ſunt. Tiberius ipſe legis author. Appius Claudius ſocer. C. Gracchus frater. Poſt hæc cum Attali regis teſtamentū à Pergamenis Romam tranſmiſſum eſſet, in quo pop. Ro. ſcriptus fuerat ſtatim Tiberius tulit ad populum, ut Regis pecunia ciuibus Romanis, quibus agri dabantur pro cultura aſsignaretur. De oppidis autem quæ Attali fuiſſent nihil ad ſenatum, ſed ad populū pertinere dicebat. Hæc res maxime Senatum offendit. Poſtremo aperte contra Senatum contentione magis quàm iuſtitia & æquitate multitudinem excitare conatus eſt, alijs legibus, quibus tempora militiæ detrahebat, & iudicibus tunc ſenatoribus parem numerum ex equeſtri ordine ſtatuebat. De his rebus, ut ad populum ferret, in Capitolium pergit ubi multitudo conuenerat. Inter hæc Fuluius Flaccus ſenator in eminentem locum aſcendens, quoniam uox eius præ clamore, & ſtrepitu multitudinis exaudiri non poterat, manu ſignificauit uelle ſe cum Tiberio loqui, iuſſuq; Tiberij per multitudinē receptus, nunciauit ei diuites de nece eius agitare, eaq; de cauſa ſeruos ac liberos cum armis habere. Hæc poſtquam amici qui circa Tiberium ſteterant, audiuerant, ſubito togas accingunt haſtiliaq; de manibus miniſtrorum, qui multitudinem reprimunt, rapientes ſe ad reſiſtendum parant. Sed illi qui in concione longius aberant, hanc præparationem admirantes, cum interrogarent, quid ſibi uellet ea res. Tiberius manu tangens caput ſuum, ſibi periculum imminere ſignificabat. Hoc ſignū inimici maligne interpretantes, quaſi diadema & coronam regni depoſceret, rem ſenatui nunciant. Qua de re cum omnes perculſi eſſent, Scipio Naſica Mutium Scæuolam conſulem cohortatur, ut libertati, Romanæ Reipub. ſuccurrat. Deinde cum reſpondiſſet conſul, ſe authorē belli inteſtini & ciuilis diſcordiæ fore, nec quenquā Romanum ciuem ſine iudicio necatum, prohibens Naſica. Quando, inquit, conſul ciuitatem prodit, qui leges ſaluas eſſe cupiunt, me ſequantur. Hæc dicens lacinia togæ ſuper caput poſita in Capitolium pergit. Alijq; poſt eum toga circa brachium inuoluta ſecuti ſunt. Itaque ſubſelliorum pedibus reuulſis obuios ferientes cōtra Tiberium uadunt. Cæde igitur & fuga Tiberij ſociorum facta, cum ipſe Tiberius curſu euadere properaret, toga per quēdam retentus cecidit. Surgenti uero P. Saturnus collega eius pede ſubſellij caput percuſſit. Hic primam plagam intulit, ſecundam uero L. Ruffus, de qua etiam gloriari ſolitus eſt, ex alijs circiter triginta mactati ſunt fuſtibus, & lapidibus oēs, nemo ferro. Corpus Tiberij cum alijs cadaueribus in Tiberim proiectum eſt. Nec is finis cladis fuit. Nā amicorum & familiarium Tiberij alij indicta cauſa in exiliū pulſi ſunt, alij capti crudeliſsime trucidati ſunt, īter quos C. Iulius eculeo cum anguibus inſutus necatus ē. Occiſo Tiberio Graccho. } id eſt poſtquam Tiberius Gracchus occiſus eſt, duce Scipiōe Naſica, eo modo quo diximus. Quem regnum parare nobiles agebant }.i. quem nobiles dicebant acquirere ſignum. Nam, ut ſupra diximus, cum in concione manu caput ſuum tangens ſalutem ſuam populo commendaret, nobiles ita interpretati ſunt, illud ſignum ut dicerent, Tiberium coronam regni petere à populo. In plebem Romanam magnæ quæſtiones habitæ ſunt }.i. magnæ inquiſitiones factæ ſunt, contra plebem Romanam mortuo Tiberio. Multi enim ex plebe ſine torti ſunt, & multi in exilium pulſi, & multi ſunt interfecti, ut ante diximus. Quæſtiones, dicuntur inquiſitiones criminum, quæ fiunt p iudices, adhibitis tormentis, unde quæſtiones etiam tormenta dicuntur, per quæ ueritas exquiritur. Habitæ }.i. exercitatæ. Poſt Caij Gracchi, & M. Fuluij cædem, de his ante diximus quemadmodum ſunt interfecti. Ordo eſt. Item multi ueſtri ordinis ſunt necati in carcere poſt necem Gracchi, & M. Fuluij. Multi ueſtri ordinis }.i. multi ex plebe. Nam tres ordines erant, Senatus, Equeſter ordo, & plebs. Vtriuſque cladis. } ſcilicet & Tiberij & C Gracchi. Ordo eſt. Non lex ſed libido eorum fecit finem utriuſq; cladis. Clades ſignificat exitium et perniciem. Dicit ergo, nobiles fecerunt finem utriuſque cladis, nō quando debuerunt, ſed quando uoluerunt. Non enim legibus paruerunt, ſed libidinem & uoluntatem ſuam expleuerunt. Multos enim ex plebe contra leges, ſine iudicio necauerunt. Sed ſanè fuerit regni reparatio, plebi iura ſua reſtituere. Tiberius Gracchus dum plebi iura ſua reſtituit, nobilitati uiſus eſt quærere ſibi regnum. Dicit ergo, Concedamus uerum eſſe id quod dicunt aduerſarij, uidelicet Tiberium Gracchum regnum ſibi quærere uoluiſſe, quod tamen falſum eſt. Nam Tiberius Gracchus non ſibi regnum quæſiuit, ſed plebi iura ſua reſtituere, & libertatem eius defendere uoluit. Et eſt color, qui dicitur permisſio, ſiue concesſio, quæ fit, quādo id maxime negamus, quod concedere uidemur, ſicuti nunc. Nam uult Memmius negare, quod Tiberius Gracchus regnum affectauerit & quæſiuerit. Et tamen uidetur concedere dicens. Sed ſanè fuerit, regni reparatio, plebi iura ſua reſtituere } .i. concedamus uerū eſſe, quod dicunt nobiles Tiberium Gracchum regnum ſibi parare uoluiſſe, cum plebi iura ſua reſtituere, & defendere iura plebis, uocemus acquirere regnum. Sic enim hic color Rhetoricus, qui dicitur permisſio ſiue concesſio fit, quando nos oſtendimus in dicendo aliquid concedere, & tamen ſemper aliqua uerba interponimus, per quæ aperte ſignificamus nos, id negare, quod concedere uidemur. Sic Virg. in 4. Aenei. Sequere Italiam, uentis pete regna per undas. Regni reparatio. } Ordo eſt. Sed reſtituere iura ſua plebi, fuerit reparatio regni & iure ſit factum, quicquid non potuit ulciſci ſine ſanguine ciuium. Totum hoc dicit per concesſionem, in qua id maxime negatur, quod uidetur concedi. Regni reparatio. } id eſt reformatio, renouatio, reſtitutio regni. Sane id dicitur reparari, quod deletum & perditum eſt. Vnde expulſis, iam multo tempore ante regibus, regnum extinctum erat Romæ, nunc ergo recte dicitur reparatio regni. id eſt reſtitutio & reformatio. Plebi iura ſua reſtituere. } ſicuti fecit Tiberius Gracchus, qui legem agrariā tulit contra factionem locupletum & nobilium, ut pauperibus ciuibus agri reſtituerentur, qui eis adempti fuerant per locupletes contra leges, ſicuti ſupra uiſum ē. Quicquid ſine ſanguine ciuiū ulciſci nequit iure factum ſit. } Hoc ideo dicit, quia poſſet aliquis dicere. O Memmi, tu dicis nobilitatē iniuriam plebi intuliſſe, quia Gracchos interfecit. Sed uide quid dicas. Nam multi exiſtimant Gracchos iure interfectos fuiſſe, tanquam ciues ſeditioſos, & tanquam ciues, qui diſcordiam inter patres & plebem ſeminarēt. Reſpondet Memmius. Sit ita. Concedo Gracchos iure interfectos fuiſſe, ſed alia ſcelera nobilitatis & patrum atq; alias iniurias oſtendam, quibus intelligetis eos ueſtram libertatem opprimere uoluiſſe: & ex quibus intelligetis, eos tanquam dominos, uos tāquam ſeruos eſſe. Poteſtis

hoc ferre

hoc ferre, certe non debetis. Quicquid ſine ſanguine ciuium ulciſci, nequid iure factū ſit.} Hoc dicit propter Gracchos & eos qui cum ipſis interfecti ſunt. Ac ſi diceret. Concedo Gracchos iure, id eſt interfectos eſſe. quanquam ſi in aliquo peccauerant, eos poterant aliter punire, & non interficere. Vlciſci.} id eſt uindicari, puniri, paſſiue poſitum eſt ulciſci. Nequit.} id eſt non poteſt. Ac ſi diceret, concedo iure interfectos eſſe, ſed tamen ſi quid deliquerāt, id puniri poterat ſine ſanguine. Et ita per hæc uerba negat iure interfectos eſſe, quamuis concedere uideatur. Superioribus annis.} Memmius tranſit ad alia crimina patrum ſiue nobilitatis, quia de Gracchis uaria erat opinio, nunquid iure occiſi eſſent. Vnde Scipio Aemilianus, qui erat affinis Gracchorum, nam ſororē eorum uxorem habebat, cum apud Numantiam bellum gerens, audiuiſſet Tiberium Gracchum interfectū fuiſſe, interrogatusq; eſſet quid ſibi uideretur de morte eius, Reſpondit, illum ſibi uideri iure interfectum eſſe. Memmius igitur tranſit ad alia ſcelera nobilitatis, & dicit. O Quirites ſuperioribus annis uos moleſte ferebatis ꝗ nobiles ærariū expilabāt, & pecunias pub. diripiebant, & ꝑplis liberis uectigalia exigebāt, hæc tāta ſcelera nequaꝗ̄ punita fuerūt. Et ꝑpea, quia uidebāt ſe impune peccare, leges et maieſtatē ueſtrā hoſtibus tradiderunt, ſicuti nūc fecit conſul Beſtia, qui tā ignominioſum fœdus cū Iugurtha fecit. Ordo ē, uos taciti īdignabamini ſuperioribus annis ærarium expilari, & indignabamini reges & liberos populos pendere uectigal paucis nobilibus, & indignabamini penes eoſdem eſſe, & ſummam gloriam & maximas diuitias, ac ſi diceret. O Quirites nonne uidetis nobilitatem & patres in manibus ſuis uniuerſam rempublicam habere, & eam pro arbitrio ſuo uerſare, ipſi ærarium ſpoliant uectigalia publica exigunt, prouincias adminiſtrant, & in adminiſtratione harum rerum infinita ſcelera impune cōmittunt. Taciti } quia indignabamini, ſed nihil dicebatis. Aerarium dicitur locus, ubi æra & pecuniæ publicæ reponuntur. Expilari. } id eſt ſpoliari, & furto diripi. Reges & populos liberos} qui bello ſubacti fuerāt à Romanis, & populos liberos, qui reges non habent, ſed in libertate uiuunt. Vectigal.} id eſt tributum, uectigal proprie dicitur id pretium, quod pēditur pro uectura alicuius rei. Pendere.} id eſt ſoluere. Tamen hæc talia facinora impune feciſſe parū habuere,} id eſt nobiles non ſatis putauerunt, ꝗ tanta ſcelera perpetraſſent. nec puniti fuiſſent, ſed etiam alia ſcelera addiderunt, itaq; leges & maieſtatem ueſtram hoſtibus tradiderunt. Impune ſiue pœna.} quia puniti non ſunt. Parū habuere } id eſt parum putauere, ac ſi diceret, non fuerunt contenti ſceleribus illis, et ideo alia addiderunt. Itaq;, quia parum putabant ſcelera ſupraſcripta impune perpetraſſe.} Ordo eſt, itaq; leges & maieſtas ueſtra & omnia diuina & humana ſunt tradita hoſtibus, neque eos pudet, qui facere ea aut pœnitet, ſed īcedūt magnifici per ora ueſtra, oſtentantes ſacerdotia & conſulatus, pars oſtentantes triumphos ſuos, perinde quaſi, id eſt tanquā ſi habeant ea honori, & non prædæ, Memmius oſtendit, nobilitatem uniuerſam pro arbitrio ſuo tractare, Remp. & leges & maieſtatem populi Romani, & diuina atque humana omnia uiolare, atq; ea hoſtibus tradere, quemadmodum ſupra Salluſtius oſtendit. Nam maior pars Senatus ac nobilium pecunia à Iugurtha corrupti contra leges & præter maieſtatem populi Romani, Iugurtham impunitum dimiſerunt, qui Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno eiecerat. Cum ergo Senatus talia facit, leges & maieſtatem populi, & diuina & humana omnia hoſtibus tradit. Pudet. } uerecundiæ eſt. Pœnitet. } doloris eſt. } Male faciunt, nec eos male facti pudet aut pœnitet, ſed procedunt in publicum dignitātes, & honores ſuos palam omnibus oſtentantes, quia aliquādo uel pōtifices maximi fuerunt, uel conſulatum geſſerunt, uel ex hoſtibus triumpharunt. Per ora ueſtra }.i. in conſpectu ueſtro. Sacerdotia }uel pontificatum, uel aliquod aliud ſacerdotium, nam Romani pontificem maximum creabant, qui omnibus ſacerdotibus præerat. Perinde quaſi honori habeant, non prædæ }Nobiles ex ſacerdotijs, & ex magiſtratibus, & ex triumphis, non tam honorē ſibi acquirunt, quàm prædam & diuitias atque pecunias. Nā qui triumphabant, & qui magiſtratus Romanæ reipub. adminiſtrabāt multas ſibi diuitias, & pecunias accumulabant. Et propterea triūphi & magiſtratus, non tam illis honori ſunt, quàm prædæ, ſicuti conſulatus Beſtiæ conſulis, non tam fuit honori, ꝗ̄ prædæ. Nam multas pecunias accepit à Iugurtha, ut illum in deditionem acciperet. Beſtia igitur conſulatum habuit, non tam honori. i. ad honorem, ꝗ̄ prædæ, quia in eo cōſulatu plus prædæ. & pecuniarū acquiſiuit, ꝗ̄ honoris. Serui ære comparati } iniuſta imperia non perferunt. Poſtquam uitia & ſcelera nobilitatis oſtendit, hortatur plebem ad ea ſcelera punienda, & ne uelint pati libertatem ſuam opprimi. Dicit enim ſerui qui pecunia empti ſunt, non poſſunt pati dominos iniuſtos & crudeles. Vos autem Quirites totius orbis terrarū domini & rectores, quomodo poteſtis pati ignominioſam ſeruitutem? Serui ære parati }.i. ipſa pecunia empti. Iniuſta imperia} .i. dominos iniuſtos & crudeles. Non perferunt }.i. non ſuſtinent.

Vos Quirites imperio nati }.i. uos qui non eſtis ſerui, ſed domini. Et eſt color qui dicitur contentio qui fit cum ex contrarijs rebus oratio conficitur. At qui animo ſeruitutem tolleratis }.i. uos pati poteſtis, ut uobis dominentur nobiles. At qui ſunt hi.} Oſtēdit eos non debere pati ſeruitutem, præſertim ab hominibus ſceleratis. Sceleratiſſimi }in odiū adducit aduerſarios, ſceleratos eos, & flagitioſos appellans. Cruentis manibus.} ac ſi diceret homicidæ. Immani }.i. ingenti. Quibus fides, decus, pietas, honeſta atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt }.i. qui uendunt fidem & decus, & pietatē, & honeſta, & inhoneſta. Nā pecunia talibus charior eſt quàm fides, & decus, & honeſtas, ſicuti ſupra dixit de legatis qui in Numidiam prouinciam miſſi, meliorem partem regni Iugurthæ adiudicarunt. Nam hi pecuniam fide chariorem habuere. Deinde dicit. Paucis fides quàm pecunia carior fuit. Decus }.i. honorem. Beſtia decus ſuum quæſtui habuit, quia honorem ſuum ꝑ pecuniam uendidit. Nam propter pecuniam fœdus cum Iugurtha fecit, quod ſibi magno dedecori fuit. Honeſta. }ut ſi quis propter pecuniam pudicitiam ſuam amitteret. Quæſtui }.i. ad quæſtum. quæſtus dicitur turpe lucrum. Pars eorum. }ordo eſt, Pars eorum habent pro munimento. Tribunos plebis occidiſſe. }alij ſcilicet habent pro munimento quæſtiones iniuſtas feciſſe. Pleriq; habent pro munimento feciſſe cædem in uos .i. quidam putāt ſeſe eſſe tutos, quia tribunos plebis occiderunt. Alij uero putant ſe eſſe tutos, quia quæſtiones.i. inquiſitiones iniuſtas & iniquas exercuerunt, alij putant ſe eſſe tutos, quia multos ex plebe interfecerunt. Atque hoc modo, unde maxime timere deberent! inde maxime tutos ſe eſſe putant. Occidiſſe }.i. interfeciſſe. Tribunos plebis. } .ſ. Tiberiū & Caiū Gracchos. Quæſtiones }.i. inquiſitiōes, quæ ꝑ tormēta fiunt. Pro munimento }ꝑ defenſiōe. Ita ꝗ̄ }.i. hoc mō tantum quiſq; eſt maxime tutus, ꝗ̄tū quiſq; peſſime facit. Metū à ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram tranſtulerūt, }hoc eſt quod ſupra dixit. Atque etiam non timetis eos, quibus terrori eſſe decet, hoc enim dicit, Nobiles timere debent propter ſcelera ſua. Nunc autem

nos, o quirites timetis propter ignauiam ueſtram, quia animus uobis ab ignauia corruptus eſt, ſicuti ſupra dixit. Et ita ipſi tranſtulerunt metum à ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram, quia ipſi non timent, qui timere debuerant propter ſcelera ſua. Et uos timetis propter ignauiam ueſtram, qui timere non deberetis, quia nihil mali feciſtis, ſed timetis propter ignauiam, quia puſillanimes eſtis, ordo eſt, illi nobiles ſcelerati tranſtulerũt metum à ſcelere ſuo ad ueſtrã ignauiam, quos omnes coegit in unum hoc, quod ſequitur uidelicet, eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere. Eadem cupere.} ſcilicet mala. Eadem odiſſe.} ſcilicet bona, ſicuti in in Catilinario, dicit idem uelle, & idem nolle, ea demum firma amicitia eſt. hoc loco dicit, eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere, inter bonos eſt amicitia, ſed inter malos eſt factio. Quando ergo mali homines eandem rem cupiunt, & eandem rem odio habent, & eandem rem metuunt, ſi in unum conueniuntur, uocatur factio: ſi boni homines faciunt hoc idem, uocatur amicitia.

Coegit.} id eſt congregauit. Quòd ſi tã.} ordo ẽ, quòd ꝓ ſed.

Sed profecto neq; reſp. uaſtaretur, ſicuti nunc ſcilicet uaſtatur: & beneficia ueſtra forent penes optimos, non penes audaciſſimos ſi uos haberetis tantam curã libertatis, qui pro quantum illi ſunt accenſi ad dominationem. Aduerſarios in odium adducit, cum dicit illos eſſe cupidos dominandi, nobiles dominari uobis cupiunt, o quirites & uos libertatem ueſtram non curatis. Nam ſi tantopere curam ueſtræ libertatis haberetis, quantopere illi cupiunt dominari, profectò neq; reſp. uaſtaretur ſicuti uaſtatur: & honores ac magiſtratus penes optimos eſſent, & non audaciſſimos: quia ſi maiorem curam ueſtræ libertatis haberetis, honores & magiſtratus daretis optimis uiris, & non improbis ac ſceleratis. Beneficia ueſtra,} id eſt honores, magiſtratus. Nam pop. Roma. beneficium eſt, dare honores & magiſtratus quibuſcunq; uoluerunt. Penes optimos.} id eſt apud optimos. Maiores ueſtri parandi iuris & maieſtatis conſtituendæ gratia.} Maiores ueſtri, inquit, ut iuſſus ſibi & maieſtatem pararent, & conſtituerent, bis ſeceſſerunt a patribus armati in montem Auentinum, ſicuti ſupra uiſum eſt. Parandi iuris gratia,} id eſt cauſa acquirendi iuris ſui, ut plebs ius ſuum haberet, ex quo conceſſum eſt plebi, ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos, qui eam defenderent. Itaq; tribuni plebis creati ſunt, ſicut ſupra uiſum eſt. Et cum poſtea creatis decem uiris, plebs tribunos amiſiſſet, iterum ſeceſſit in montem præ occaſionem Virginiæ occiſæ. Et tribuni plebi reſtituti ſunt. Et maieſtatis.} id eſt uenerationis. Nam maieſtas eſt, per quam aliquis ueneratur ſimul & timetur. Antequam crearentur Tribuni plebis, plebs contemnebatur, ſed poſtquam creati ſunt tribuni plebes, uenerari & timeri cœpta eſt. Summa ope.} id eſt ſummis uiribus. Maius dedecus eſt. Parta.} id eſt acquiſita. Paruiſſe.} id eſt acquiſiuiſſe. Sine dubio turpius eſt amittere ea, quæ ſemel ſunt acquiſita, quàm omnino nunquam acquiſiuiſſe. Quid igitur cenſes. Aliquis mihi fortaſſe diceret, o Memmi tu hortaris nos, ut tueamur noſtram libertatem, ſed tu dixiſti ſupra, q; non eſt opus ui neq; armis ad hoc. Quid ergo cenſes tu eſſe faciendũ? Memmius reſpondet. Ego cenſeo eos eſſe puniendos, qui hoſti prodidere remp. non ui neq; armis, ſed quæſtionibus id eſt inquiſitionibus, & indicio ipſius Iugurthæ.

Quid igitur cenſes?} inducit aliquem ita ſe interrogantem O Memmi. Quid igitur cenſes. i. quid iudicas eſſe faciendũ. Vindicandũ} hæc ſunt uerba Memmij rñdẽtis, ego cenſeo uindicandum in eos qui ꝓdidere Remp. hoſti, non manu neq; ui, quid eſt magis indignũ uos feciſſe, quàm illis accidiſſe. Verum.} id eſt ſed quæſtionibus ſcilicet uindicandum cenſeo, & indicio ipſius Iugurthæ, qui profectò erit obediens noſtris iuſſis, ſi ille eſt deditus. Vindicandum in eos:} id eſt eos eẽ puniẽdos. Hoſti} ſcilicet Iugurthæ: Prodidere Rempublicã} Quomodo reſp. prodita in Iugurtha, quia fœdus flagitioſiſſimum cum eo factum eſt, iniuſſu Senatus populiq; Romani. Non manu.} id eſt per manum id eſt per uim, & hoc ſequentia declarant. Quæ magis.} id eſt quæ res non tam uobis conuenit quàm illis, qui tantum ſcelus commiſerunt, mererentur quacunque ratione puniri, etiam ui, ſed hoc uobis non conuenit. Nã uos decet nocentes punire non ui, aut armis, ſed iudicio & iuſtitia.

Quod}, id eſt q̃ res ſcilicet punire eos ui. Quæſtionibus.} id eſt inquiſitionibus, ut quæratur diligenter, & indagetur, qui fuerint authores & complices huius fœderis, quod cum Iugurtha factum ẽ. Indicio} i. per indicium, ut Iugurtha indicet & detegat ueritatem. Qui} ſ. Iugurtha. Deditus.} dedere eſt tradere.

Iuſſis} i. præceptis noſtris obediens erit, quia ueritatem dicere cogemus Iugurtham. Sin ea contẽnit.} ſi, inquit, Iugurtha Romã uenerit, ex ipſo ueritatem agnoſcemus. Sed ſi uenire noluerit, ſignum ẽ ſine dubio, in ea pace, quæ cum ipſo facta ẽ, fraudem & dolum fuiſſe, quia ex ipſa pace hæc mala ſunt ſecuta. Nam ipſe pro ſuis ſceleribus punitus non ẽ, pauci Romani per ipſam pacem diuites facti ſunt, in rempublicam damna & dedecora peruenerunt.

Sin ea cõtemnit.} ordo ẽ, ſed ſcilicet ſi, certe exiſtimabitis qualis ſit illa pax, ex qua impunitas ſcelerum peruenit ad Iugurtham, magnæ diuitiæ peruenerunt ad paucos potentes, damna atq; dedecora peruenerunt in remp. Si ille igitur Iugurtha contemnit ea.

Sin} i. ſed ſi contemnit ea. i. ſi contemnit & negligit, & non uult uenire Romam, quia timet, ne uerum dicere cogatur. Scilicet exiſtimabitis} i certe putabitis, hoc ẽ certe putare debetis, qualis ſit illa pax, ex qua tot mala ſecuta ſunt. Exiſtimare enim certe poteſtis quòd ſit iniqua pax. Impunitas ſcelerum.} ſcilicet peruenit. ẽ enim zeuma ab inferiori. Impunitas ſcelerum.} quia in conditionibus pacis illius, ſcelera eius impunita relinquitur. Ad paucos.} uelut ad conſulem & Scaurum. Damna atque dedecora} Dãnũ enim hoc peruenit in remp. quia Numidia prouincia in conditionibus pacis Iugurthæ conceſſa ẽ, quæ in poteſtatẽ & ius populi Romani ueniſſet, ſi conſul bello perſecutus eſſet Iugurtham. Dedecora.} quia tot & tanta ſcelera Iugurthæ impunita ſunt relicta, & dedecus fuit etiam populo Romano tam ignominioſam pacem & fœdus cum Iugurtha facere, in qua pace Numidia ei conceſſa eſt, quæ antea iuris fuit populi Romani, licet adminiſtratio permiſſa eſſet familiæ Maſiniſſæ propter amicitiam. Niſi forte.} ordo literæ cum ſuperiore coniungitur, & ſenſus pendet à ſuperiori. Dico q; ſumma ope conari debetis pro ueſtra libertate, & punire eos qui remp. hoſti prodidere, niſi forte adhuc uobis placet ſeruire nobilibus, quemadmodum feciſtis his ſuperioribus annis poſtq̃ interfecti fuerunt Tiberius & C. Gracchus defenſores ueſtri, & hoc ẽ, quod dicit. Niſi forte dico, q; debetis facere quod dixi, niſi nõ dũ ẽt ſatietas dñationis eorũ teneat uos & niſi illa tpa magis placent, q̃ hæc uidelicet, qñ regna, & prouinciæ, & leges, & iura & iudicia, & bella et paces, poſtremo oĩa diuina & humana erãt penes paucos. ſ. penes Senatum & nobiles, & qñ uos hoc ẽ pop. Romanus inuicti ab hoſtibus, & imperatores omnium gentium, ſatis habebatis retinere aĩum in inuidiam, & adducit Senatum & nobiles patritios, quos dicit ſuperioribus annis poſt mortem Tiberij & Caij Gracchorum dominos & principes fuiſſe, & totam Romanam remp. in eorum poteſtate & arbitrio fuiſſe. Populum autẽ

Romanum

Romanum pauperem & ſumma cum egeſtate uix uiuere potuiſſe, qui uictor omnium gentiũ totum orbem terrarum ſuo ſubegerat impio. Et reuera. Nã plebs, hoc ẽ populus, & multitudo multa bella agebat, et gentes ac pp̃los infinitos imperio Romano ſubigebat & ſemper in paupertate erat. Senatus autem & nobiles honores, & magiſtratus, & adminiſtrationem prouinciarum totius Romanæ Reipub. poſſidebat. Dominationis eorum }.ſ. Nobiliũ & Senatus. Illa tempora }.ſ. poſt mortem Tiberij et Caij Gracchorum Nam poſt mortem eorum per aliquot annos tota reſpublica Romana in poteſtate & arbitrio ſenatus fuit, tota plebs pulſa. Quàm hæc }.ſ. tempora, in quibus plebs ius ſuum ſibi cœpit uendicare. Regna. } quia regna, quæ bello ſubigebantur imperio populi Romani per Senatum adminiſtrabantur & ſimiliter prouinciæ. Sciendum ẽ autem q̃ Romani ſi regnum aliquod, uel inſulã aliquam, uel partem alicuius prouinciæ, uel totam prouinciam aliquam bello ſubigebant, eandem, ſiue eaſdem, uel per conſules, uel ꝑ proconſules uel per prætores adminiſtrabant, & prouincia uocabatur. Leges, iura, iudicia, bella, atque paces, poſtremo uero diuina & humana omnia }his omnibus rebus tota Romana reſpu. conſeruatur, & continetur. Penes paucos }.i. apud paucos. i. in poteſtate paucorum, uidelicet ſenatus & nobilium. Vos autẽ. } hoc ẽ populus Romanus. Ex hoc magis inuidiam ac ſi diceret. Tota reſp. erat in poteſtate paucorũ & populus Romanus, qui totũ orbem terrarum ſuo ſubegit imperio, uix habebat, unde uiueret, ac ſi diceret res indigna ẽ, & non toleranda. Nam ſeruitutem. }uere dico, q̃ ſatis habebatis ſi uiuere poteratis, quia ſeruitutem nõ recuſaſſet aliquis ueſtrũ, modo uictum inuenire potuiſſet, ideo pauperes & miſeri eratis. At ego }ordo ẽ, atq; ego tamen paterer æquo animo uos ignoſcere ſceleratiſſimis hominibus, quoniã ſunt ciues, niſi miſericordia eſſet caſura in perniciem, tametſi pro quãuis ego exiſtimo eſſe flagitioſiſſimum, accepiſſe iniuriam impune. Quãuis, inquit, turpe putem, non punire iniuriam acceptam, tamen ego æquo animo ferrem uos parcere ſceleratis hoibus, quia ſunt ciues, niſi talis miſericordia maius malum & maiorem perniciem generaret. Flagitioſiſſimum }.i. turpiſſimum. Iniuriam. } quia reſp. hoſti prodita ẽ. Hominibus ſceleratiſſimis. }qui remp. hoſti prodiderunt. In perniciem }. i. exitium & ruinam reipub. Caſura }.i. uentura. Nam & illis, quantum importunitatis habent, parum ẽ impune male feciſſe, niſi deinde faciendi licentia eripitur, et nobis æterna ſolicitudo remanebit, cum intelligetis, aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam, ordo ẽ Nam & illis ẽ parum malefeciſſe impune, quantum importunitatis habent, niſi licentia faciẽdi, deinde eripietur, & æterna ſolicitudo remanebit nobis cum intelligetis, aut ſeruiendum eſſe, aut libertatem eſſe retinendam per manus. Reddit cauſam quare miſericordia in perniciem uentura ſit. Quãobrem dixi q̃ miſericordia in perniciẽ & ruinam uentura ẽ, quia & illi tantum importuni ſunt, ut non cõtenti impunitate priorum ſcelerum, alia maiora ſcelera ſint cõmiſſuri, niſi omnino eis malefaciendi licẽtia tollatur. Et nos perpetuo ſoliciti erimus, quãdo intelligemus eſſe neceſſe, quòd uel ſeruiamus, uel libertatem per uim retineamus. Quãtum importunitatis habent. }per parentheſim dictum ẽ, cum admiratione & indignatione. Nam & illis }.ſ. hominibus ſceleratis. Parum ẽ. }parũ uidetur eis hoc, quòd male fecerunt, & puniti non ſunt, & quia hoc parum uidetur, ſcelera ſceleribus addent, niſi nunc puniantur, & eis omnino malefaciendi licentia tollatur. Impune. } id eſt ſine pœna. Seruiendum eſſe. } id eſt iugum ſeruitutis eſſe ſumendum, quemadmodum ſeruiunt populi regibus & tyrannis ſubiecti.

Per manus. } id eſt per uim. Nam ſidei, uere dico, q̃ ſi nunc non puniretis ſceleratos homines, aut libertatem amittemus, aut eam per uim retinere oportebit, quia non eſt ſpes, quòd inter nos & patres fides, aut concordia, uel pax eſſe poſſit, & hæc eſt ratio, quia illi nolunt eſſe domini, & nos non uultis eſſe ſerui, ſed liberi, rurſus illi uolunt facere nobis iniurias, & nos nõ uultis tolerare, nã fides dicitur qñ fit id, qđ dicitur. Nunc ergo dicit fides inter nos patres eẽ nõ poteſt, quia ſi illi nobis aliquid ꝑmittẽt, nõ ſeruabũt, Nã nos tanq̃ ſeruos tractare & habere cupiunt & uolunt. Illi. } ſcilicet patres & nobiles. Vos. } ſcilicet uultis. Facere } ſcilicet uolũt. Socijs noſtris, } ſocios noſtros tãquam hoſtes tractãt, quæ res indigna eſt populo Ro. & nullo modo tolerãda. Socijs no } Dixi ſupra qui uocabantur ſocij populi Ro. Poteſtne eſſe pax } quaſi dicat non. Quare ergo Memmius, poſtquam oſtendit, quæ mala uentura ſint in remp. niſi factum conſulis & ſociorum eius puniatur, concludit orationem exhortãs populum Ro. ad puniendum ſcelus conſulis, quia fœdus cũ Iugurtha fecerat ignominioſum ſine ulla authoritate Sena. Po. q; Ro. Non peculatus, } per cõparationem auget atrocitatem criminis. Dicit enim hoc non eſt crimen læſæ maieſtatis. qñ quis totam remp. offendit, ſicuti probatur feciſſe cõſul. Peculatus } peculatus dicitur furtum pecuniæ pub.

Non peculatus ærarij factus } id eſt furtum pecuniæ publicæ nõ eſt factum. ærarium locus, ubi pecuniæ publicæ reponuntur. Neq; per uim ſocijs ereptæ ſunt pecuniæ. Si quis ſocios expoliaſſet, & accuſatus fuiſſet, is reus repetũdarum dicebatur. ſicuti fuit Verres, qui cum prætor totam Siciliam rapinis & furtis uexaſſet, à Siculis querelæ Romam delatæ ſunt, atq; ita Cicerone cauſam Siculorum ſuſcipiente, Verres repetundarum reus dãnatus eſt, is autem q̃ repetundarum accuſatus eſſet, atq; damnatus furtis omniũ, quos expoliauerat in pretium redacti ex bonis ſuis uenditis auctione, eam ſummã reſtituebat. Quæ. } ſcilicet expoliare ærarium, uel ſocios. Tamen ex conſuetudine. } id eſt propter conſuetudinem, quia ſæpe hæc duo crimina perpetrantur .ſ. peculatus & repetundarum. Habentur. } id eſt reputãtur. Hoſti acerrimo, } ac ſi diceret, ecce crimen, quod puniendum eſt, nam crimen eſt læſæ maieſtatis, quia maieſtas totius populi offenſa eſt. Authoritas ſenatus, proditũ imperiũ ueſtrũ, } quia fœdus cũ Iugurtha fieri nõ potuit ſine cõſenſu Se. po. q; Ro. Domi militiæq; }.i. Romæ, et in exercitu reſp. uendita fuit, quia & Romæ & in exercitu ciues Romani nobiles corrupti rẽp. prodiderunt. Quæ niſi quæſita, } niſi inquit inquiſitio facta fuerit de his criminibus, & niſi nocentes puniti fuerint, nihil aliud reſtat, niſi ut nos ſeruiamus illis, tanquam regibus, quia illi proprie reges dicuntur, qui poſſunt facere quicquid uolunt impune, ordo eſt. Quid erit reliquum, ut uiuamus obedientes illis, qui fecere ea niſi, quæ.i. illa erunt quæſita, & niſi erit uindicatum in noxios. In noxios }.i. contra nocentes. i. niſi nocentes puniti fuerint. Quid erit reliquum }.i. quid reſtabit. Illis. } qui ea fecerunt uidelicet nobilibus. Obedientes. } ac ſi diceret. Quid reſtat, niſi ut in ſeruitutem redacti obediamus illis, quaſi regibus. Nam impu }. uere dico, q̃ nihil aliud reſtat, niſi ut ſeruiamus illis, quaſi regibus, quia illi proprie uocantur reges, qui faciunt quicquid uolunt impune. Si ergo illi, qui remp. prodiderunt puniti non fuerint, nonne ſunt tanquam reges. Nullum enim peccatum grauius committere potuerũt. Nã impune. } Hic eſt color, qui dicitur diffinitio, nam pro commodo ſuo diffinit quid ſit rex. Quid eſt rex, Rex eſt, qui poteſt facere quicquid uult impune. Maltis }.i. magis uo-

litis. Perperam } .i. peruerſe & male. Recte } .i. bene. Sed ne } .i. ſed hortor. Ignoſcendo malis. } dum malis ciuibus parcitis.

Perditum eatis } .i. perdatis. Ad hoc } .i. præterea. Præſtat } .i. melius ē, ut Verg. Præſtat trinacrij metas luſtrari pachini. In rep. Melius ē obliuiſci beneficiorum quàm iniuriarum, ſed ſecus ē in rebus priuatis. Nam priuatum hominem magis decet iniurias obliuiſci quàm beneficia. Quàm maleficij } .i. iniuriæ. Et notandū maleficium iniuriam ſignificare. Bonus. } reddit rationem, quare melius eſt obliuiſci beneficium quàm iniuriam, quia ille, qui in rep. benefacit, ſi non remuneratur, negligentior tantummodo fit ad bene merendum in poſterum. Sed ille qui malefacit in rep. ſi non punitur, ſceleratior fit. Segnior } .i. negligentior et tardior ad promerendum in poſterum. Vbi negligas } .i. quando contemnas præmio digno meritum eius, & uirtutem afficere. Improbior } .ſ. fit .i. ſceleratior & peior. Ad hoc } .i. præterea. Alia etiam ratio ē, quare melius ē obliuiſci beneficium quàm iniuriam obliuiſci i. punire innocentes quàm non remunerare bene meritos, quia ſi nocentes puniuntur, non ſunt qui faciant iniuriam, & ſi iniuriæ nō ſunt, nunquam indigebis auxilio, ne tunc indigemus auxilio, quādo opus eſt. ut reſiſtamus eis, qui nobis iniuriam faciunt. Haud ſæpe } .i. non ſæpe. Egeas } pro egebis .i. indigebis.

MARLia. INhoneſta omnia quæſtui ſunt. } qui dum lucrentur leges & reliqua uendunt. Dicet aliquis. } Ex popu. Roma. Manu. } multitudine. Vi } armis. Verum } .ſ. eſt uendicandum. Deditis } traditis ī poteſtate ueſtra. Ex qua. } pace falſa. Et illa } .ſ. tempora quibus nobis ſeruire erat opus. Retinere animam. } miſeram uitam. Flagitioſiſſimum. } ſcelus maximū. In perniciē. } in calamitatem Romanorum. Quantum import. } quàm audaces ſunt. Socijs noſtris ueluti ho. } quia ſpoliant ueſtros ſocios. Præſtat. } longe utilius eſt.

RIVIVS. QVàm fœde, quāq; multi perierint ueſtri defenſores. } Legēdum ē manuſcriptis, quāq; inulti perierint. hoc eſt, nulla de his ſumpta pœna qui inſectati eos fuiſſent. Similitudo ſcripturæ anſam errori præbuit. nam ex præpoſitione illa in, facile in fit ſi parum animum attendas. Paulo poſt, Qui ne nunc quidem obnoxij inimicis exurgitis. } Manuſcripta quædam, obnoxijs inimicis quomodo & ſenſus ipſe expoſcit. pro, reis & cauſam dicturis inimicis. Mox, Atque etiam nunc timetis eos, quibus nos decet terrori eſſe. } Manuſcripta, quibus decet. omiſſo pronomine, quod rectius ſubauditur. Nec aliter in impreſſis quibuſdam. Quod ſæpe maiores ueſtri ſecere. } Manuſcripta, maiores noſtri. Sed uulgata lectio magis arridet. Paulo poſt, Sed ſanè fuerit regni reparatio plebi ſua iura reſtituere. } Manuſcripta, ut & Beroaldinum, regni paratio. pro eo quod eſt affectatio, Nam & ante dixit, quem regnum parare aiebant. τὸ Iura, non habet ullum manuſcriptum, neque ex impreſſis quædam. Quicquid ſine ſanguine ciuium ulciſci nequit, iure factum ſit. } In manuſcriptis duobus ē, nequitur. quomodo ueteres loqui ſolitos, teſtatur Sex. Pompeius. Nequitum, inquit, & nequitur. pro non poſſe dixerunt. Plaut. in Saturione, Retrahi nequitur, quoquo progreſſa eſt ſemel. Cato Originum 1. Quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. Diomedes quoque adnotauit 1. ueteres & quitur & poteſtur interdum dixiſſe, affertq; huius rei ex poetis Actio, Cæcilio, & Ennio exempla, quæ nobis nō neceſſe eſt ſubijcere hoc loco. Cū manuſcriptis facit Beroaldinum. Aerarium expilari. } Merſeburgenſe, expoliari ſed uulgata lectio melior. Eſt apud Ciceronem frequens hoc uerbū, ut pro Cluen. Expilato armario, pecunia ablata. & pro Pom. Expilare ſocios, diripere prouincias. Sed & alibi, Proſerpinæ fanum expilauit. Immani auaritia nocentiſſimi, & ijdem ſuperbiſſimi. } Legendum, ijdemq; ſuperbiſſimi, ex manuſcriptis. Serui ære parati iniuſta imperia dominorum non perferūt. } Sic & manuſcripta & impreſſa ferè, & hanc ueram eſſe lectionem arbitror. Cæterū Venetum, Argentoratenſe, alia pleraq;, ſerui ære comparati, habent. pro pecunia empti. Quod ad ſenſum attinet, haud magno in diſcrimine ponam, utrum legas. Nam & parare & comparare, p emere interdum ponitur. Inde apud Ciceronem. trans Tiberim hortos aliquos parare. &, Agros ſibi uſpiam parare. Item, Studioſe comparare ſupellectilem. Sic & apud Suetonium in C. Iulio Cæſare, Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui comparare. pro emere. Idem in Caligula, Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus quiſq;, & ambitione, & licitatione maxima uicibus comparabant & poſtea ibidem, cum ad ſaginam ferarum muneri præparatarū, carius pecudes compararentur, pro emerentur. Columella quoq;, Qui nequam uicinum, inquit, ſuis nummis parat. Mox, Vos Quirites in imperio nati. } Merſeburgenſe, imperio nati. omiſſa præpoſitione, pro, ad imperandum alijs nati, quomodo ſequentia probe quadrant. Itaq; quàm quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. } Manuſcripta, ita quàm quiſq; etc. ut ſit ἐπιφώνημα. ubi interdum utimur illa particula Ita, Adeo, & ſimilibus. Leue hoc quidem, ſed non ideo prætereundum. Sicut nec illud quod ſtatim ſequitur, Quos oēs cupere eadem. } Legēdum, quos omneis. Quód ſi tantam uos curam libertatis haberetis, quàm illi ad dominationem accenſi ſunt. } Manuſcripta, Quód ſi tam uos curam, & quæ ſequuntur. ut inuicem reſpondeant, tam & quàm. Dicet aliquis, Quid igitur? cenſes uindicandum in eos qui hoſti prodidere remp? Non manu neque ui, quod magis uos feciſſe, quàm illis accidiſſe indignum eſt, Verū quæſtionibus, & indicio ipſius Iugurthæ } In hunc modum exemplar in pergamenis deſcriptū. Sed quàm male ſit hic locus in recentioribus diſtinctus, facile uidebit qui conferre non grauetur. Qui ſi deditus eſt, profecto iuſſis ueſtris obediens erit. } Sic in quibuſdam reperi uelut Merſeburgenſi, Veneto, atque alijs. Sed Gymnicus hoc loco recte Dedititius. pro, ſi in deditionem uenit. Vtitur hac uoce Cicero quoque ad Brutum cum inquit. Id S. C. plerique interpretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue dedititios pertinere. Tit. Liuius 7. ab V. C. Quidquid deinde patiemur, dedititij ueſtri paſſuri. & paulo inferius, Vt dedititijs ſuis parcerent. Sed & Cæſar idētidem eſt hac uoce in commentarijs uſus. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianū. In Badiano quod caſtigauit Aleander, deditiuus eſt, ſed haud dubie perperam. Niſi quis ita Salluſtium pro dedititio dixiſſe deditiuum putet, uti Marcellinus alicubi ſubditiuos dixit. pro ſubditios, lib. 26. Sed quid ſi curia librariorum hoc commiſſum forte eſt? nam fuit procliuis ex alterutro in alterum lapſus. Quāquam & Plau. in Amphi. ſi mēdo uacant codices, ſubditiuum, pro ſubditio dixit. Sin ea contemnit, ſcilicet æſtimabitis qualis illa pax aut deditio ſit. } Manuſcripta, exiſtimabitis. id qđ ſenſus magis poſtulat. Atq; ego tametſi uirum flagitioſiſſimum exiſtimo, impune iniuriā accepiſſe. } Quid ſi legas, tametſi uiro flagitioſiſſimum. pro fœdiſſimum atque turpiſſimum. Id è manuſcripto propemodum colligo. Nec aliter ſenſus ipſe poſtulat. Mox, Tamen uos ſceleratiſſimis hominibus ignoſcere. } Legendum, hominibus ſceleratiſſimis. Id & ſonantius & lenius, et præterea Salluſtianum magis eſt. Nec aliter codices in membrana deſcripti. Nam & illos, quātum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe. } In manuſcriptis alijsq; uetu-

ſtioribus

ſtioribus eſt,illis,caſu datiuo. Niſi deinde facundi licentia eripiatur. } Manuſcripta ferè,ut & Beroaldinum,eripitur. indicandi modo.quam ueriorem eſſe lectionem puto. Mox, Et nobis æterna ſolicitudo remanebit,cum intelligetis aut ſeruiendum eſſe, aut p manus libertatem retinendam. } In nonnullis eſt,ſed impreſſis,æterna ſolicitudo.pro, quæ uiciſſim iam de hoc, iam de illo angat & cruciet.Sed hic nihil pronuncio.tantum diuerſam lectionem indico,ſuum cuiq; iudicium relinquens. Nam fidei quidem & concordiæ quæ ſpes eſt? } In manuſcriptis eſt,aut concordiæ, coniunctiõe diſiunctiua.quomodo & in impreſſis uetuſtioribus. Facere illi iniurias,uos prohibere. } Sic & manuſcriptum exemplar.perperam in nonnullis eſt,iniuriam. Sic alicubi Cicero,facere iniurias oibus. &, Grauiſſimas iniurias uoluntaria obliuione contriueram. Proditum imperium ueſtrum eſt. } τὸ Eſt,non reperi in manuſcriptis,ac maiore cum gratia abeſſe poterit.

GLAREA. NAm illa quidem piget dicere,his annis quindecim } Haud dubie de eo loquitur tempore,quo poſt Gracchos occiſos, nobiles uictoria elati in plebem immodice ſæuiebant. Cæterum à Tiberij Gracchi cæde hic uiceſimuſtertius decurrit annus, à Caij autem undecimus. Quare quid ſibi hoc in loco numerus xv. annorum uelit,non ſatis intelligo,corruptum eſſe ualde uereor, ſed iudicet Lector. Paulo poſt. Quãq; multi perierint. Quidam codices habebant inulti,triſyllabon,tantum momenti adfert tenuiſſimum punctum,tertiæ Romanæ uocali uel appoſita uel adempta. Neutram lectionem affirmo,neutram reijcio,quam uero præferam nõ habeo quod certum dicam. Et illa quàm hæc tempora magis placent,cum regna,&c } Badius legiſſe uidetur,Et illa tempora magis placent,cum regna,&c.omiſſis his uerbis,Quàm hæc.Et planior multo eſt ſenſus abſq; illis.Comparat enim illa tempora, quando regna,prouinciæ,leges,iura,iudicia,bella atq; paces,poſtremo diuina & humana oĩa penes paucos erãt(quod certe factũ ẽ poſt Gracchorũ cædẽ)ad ea tpa quæ olim fuerunt,qñ plebs ĩ uera fuit libertate. Niſi q̃ malim legas:Et q̃ illa,hæc tpa magis placẽt,ita ut Illa referatur ad priſtinam libertatẽ & Hæc ad præſentia poſt

Gracchorum

Gracchorum mortem. Nec multũ ambigo ab Saluſtio ita ſcriptũ, ſed ab ſciolo quopiam ut fieri ſolet,temere mutatum. Tametſi uirum flagitioſiſſimum exiſtimo impune iniuriam accepiſſe. } Miris modis obſcurus eſt hic ſermo,neſcias enim male ne precetur,Iugurthæ,quòd impunita ſint eius flagitia,an non precetur,ſed conqueratur impunita. Dein quomodo intelligendum accepiſſe eum iniuriam qui intulerat. Quapropter, ſi uerum authoris ſenſum eruere hoc loco uolumus,neceſſe puto, ut omiſſo uerbo uirum(quod haud dubie,ut pleraque huic authori,abs temerario aliquo adpoſitum eſt, qui exiſtimauit eum de Iugurtha loqui,cũ de corruptis ciuibus hic fiat ſermo)flagitioſiſſimũ factũ dici à Memmio credamus,ſi plebs iniuriam impune acceperit,ita ut nõ puniat,ad quod ipſe hortator aderat,ſceleratos illos Quod paulo poſt dicturus eſt,Nã & illos, quãtum importunitatis habent,parum eſt impune male feciſſe,niſi deinde facundi licentia eripiatur. Quanquam etiam hæc uerba nõ eodem modo apud omnes leguntur. Quidam per admirationem legunt:nam & illi quantum importunitatis habent:atq; hic interquieſcunt. Quaſi diceret: Dij boni, quantum illi importunitatis habent. Alij hæc ipſa uerba (Quantum importunitatis habent) in Parentheſi legunt, mutato præcedente nominatiuo illi, in accuſatiuum illos, ut ſit ſenſus. Nam & illos, qua ſunt importunitate, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde facundi licentia eripiatur. Verum cum hæc omnia proſequi conor, parum memor,haud abs re fortaſſe,uidebor cordato Lectori me non commentarium,ſed annotationes ſcribere. Itaq; ad alia progredior.

Neq; ego uos Quirites hortor,ut iam malitis ci. ueſt. perpe. q̃ recte feciſſe. } Ego hunc ſenſum hercule non probe intelligo, neq; ullus Commentatorum explicat,niſi intelligamus fuiſſe lætam plebem,ſi qui ex magnatibus peccarint,ut ipſi occaſio eſſet pœnæ ex inimicis ſumendæ. Vltimam porro orationis huius periodum quàm frigide tractãt. Badius ad ꝓxime præcedẽtẽ cõfert ſñiam de memoria uel præſtiti bñficij uel ꝑpetrati ſceleris. Ego autẽ puto hoc eũ dicere uelle,Si puniatur ſcelerati,qđ tota oratione, ut fieret, egit, nõ toties egebitis auxilio tribunitio,qppe non tot iniuriæ erũt.

SOLDVS. HAec atque alia, } dicit Memmium oratione ſua perſuaſiſſe populo id quod uolebat, uidelicet, ut mitteretur L. Caſſius prætor ad Iugurtham,& cum interpoſita fide publica Romã adduceret,ut ipſe Iugurtha indicaret & panderet,qui fuiſſent illi cines Romani, qui ab ipſo pecunia acceperant L. Caſſius hic fuit uir ſummæ ſeueritatis.Nam multæ eius extant ſeueritatis exempla hic etiam Tribunus plebis plures leges tulit ad minuẽdam nobilitatis potentiam. Huius extãt leges de ſuffragijs ferendis non uoce,ſed per tabellam. Prætor erat. } Decem prætores Romæ creabantur, qui ius populo dicerent. Similiter decem tribuni plebis,quorum magna erat authoritas. Nam ad defenſionem populi creati erant. Interpoſita fide publica }.i.data fide publica ut Iugurtha ſecurus ueniret Romam, & inuiolatus eſſet.

Scauri & reliquorum, quorum delicta patefierent,quos captæ pecuniæ arcebant. } ideo uolebant Iugurtham Romam uenire,ut eius indicio facilius crimen Scauri & reliquorum patefieret qui dicebant, ſe pecuniam accepiſſe ab ipſo iugurtha. Quos captæ pecuniæ arceſſebant. } id eſt quos pecuniæ acceptæ accuſabant. Acceſſo & arceſſo ſignificant euoco,uel aduoco, arceſſo uero ſignificat accuſo. Si autem legeris accerſebant.ſiue accerſibãt.i.aduocabãt,et eſt ſenſus, quos pecuniæ acceptæ Romam aduocabant,ut ad iudicium uenirent,dicimus autẽ accerſo tertiæ coniugationis, & accerſio quartæ & ſignificat aduoco et appello. Dum hæc Romæ geruntur. } Dicit nunc quid fecerint illi, qui in Numidia relicti fuerant à conſule, ut exercitui præeſſent. Elephantes, quos Iugurtha tradiderat. } Romanis in cõditionibus pacis. Alij perfugas. } perfugæ dicuntur illi,qui fugiunt ad hoſtem. Ex pacatis }.i.ex populis,qui pacẽ

HÆC atq; alia huiuſcemodi ſæpe dicendo.C.Memmius populo Roma.perſuadet,uti L.Caſſius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur; cumq; interpoſita fide publica,Romam duceret; quo facilius indicio regis Scauri,& reliquorum,quos pecuniæ captæ arceſſebant,delicta patefierent. Dum hæc Romæ geruntur; qui in Numidia relicti à Beſtia exercitui præerant,ſecuti morem Imperatoris ſui, plurima & flagitioſiſſima facinora fecere. Fuere,qui auro corrupti, elephantes Iugurthæ traderent;alij perfugas uenderent;pars ex pacatis prædas agebant: tanta uis aua-

cum Romanis habebant. Tanta uis auaritiæ, hæc flagitia perpetrabant propter nimiam auaritiam, quæ animos eorum ueluti quædam peſtis inuaſerat.

At Caſſius prætor } poſtquã breuiter dixit, quid in Numidia geſtum ſit ab his, qui præerant exercitui, reuertitur, ut oſtẽdat quid fecerit Caſſius prætor, quando electus erat à populo, ut ad Iugurtham proficiſceretur. Perlata rogatione }.i. perlata lege, hoc eſt data lege. Et quæ erat hæc lex, uidelicet, ut Caſſius prætor ad Iugurtham iret, & eum data fide publica, Romam duceret. Nã quicquid ppl's decernit ſiue iubet, dicitur rogatio ſiue lex, ſiue plebiſcitũ, nã nobilitas & ſenatus uehemẽter timere cœpit, hac lege perlata. Multi enim timebant, ne ſi Iugurtha Romam ueniret, ab eo panderetur. quia pecuniam ab ipſo accepiſſent, & ita damnarentur. Eiq; }.ſ. Iugurthæ.

Et ex conſcientia rebus ſuis diffidenti. } quia ſciebat ſe talia ſcelera perpetraſſe, ut merito timere deberet rebus ſuis. Perſuadet, quo ſe populo Ro. dediſſet }.i. perſuadet Iugurthæ, ut ſe populo Roma. daret, & ab eo ueniam peteret. Priuatim } Caſſius, tanquam legatus ex parte populi Roma. Iugurthæ promittebat, illum tutum & inuiolatum fore, ſi Romam iret, & hæc erat fides publica, ſed priuatim poſtea, non ut legatus, ſed ut Caſſius, fidem ſuam interponebat, pmittens et ſuum auxilium, ſi Romam iret, et oĩa libere ſicuti geſta erant aperiret. Non minoris }.ſ. pretij Iugurtha tanti æſtimabat fidẽ Caſſij, quanti æſtimabat fidem populi Romani. Ducebat. } id eſt exiſtimabat. Contra decus regium. } quia reges ueſtibus pretioſis uti fermè ſolent, hic uero ueſtitu ſordido et abiecto uſus eſt ad eliciendam miſericordiam. Cultu }.i. ornatu et ueſtitu miſerabili. Ac tametſi. } Dicit quid fecerit Iugurtha, poſtquã Romam uenit, ad præſidium conſuetum confugit uidelicet, ut pecuniam ſibi fautores pararet, ergo Caium Bebium Tribunumplebis pecunia corrupit, cuius auxilio tutus eſſet contra omnes iniurias, & contra ius. Tanta autem erat authoritas unius tribuni plebis, ut unus prohibere poſſet, ne fieret id quod reliqui omnes tribuni uellent. Erant autem ut diximus, decem tribuni. Ordo ẽ, ac ille confirmatus ab omnibus potentia, aut ſcelere, quorum geſſerat ea cuncta, quæ ſupra memorauimus parat C. Bebiũ tribunum plebis magna mercede, impudentia cuius eſſet munitus contra ius & omnes iniurias, tametſi magna uis animi erat in ipſo. In ipſo }.ſ. Iugurtha.

Confirmatus }.i. cohortatus.

Magna mercede }.i. magno præmio, magna pecunia. Parat }.i. præparat. Impudentia }.i. per impudentiam, & bene impudentiam eius dicit, qui contra ius Iugurtham tueri paratus eſſet, contra ius & iniurias.i. contra iuſtitiam & iniuſtitiam. Munitus. } armatus, & tutus. At. C. Memmius. } ordo eſt. At pro ſed. C. Memmius conſulens magis dignitati quàm iræ, ſedare pro ſedabat motus, & mollire pro mollibat animos eorum, et poſtremo cõfirmabat fidem publicam fore inuiolatam per ſe, quanquam plebs erat infeſta regi, & quãquam pars iubebat illum duci in uincula, pars iubebat ſupplicium ſumi de hoſte more maiorum, niſi aperuiſſet ſocios ſui ſceleris. Senſus patet. Aduocata concione }.i. multitudine populi conuocata ad concionem.

Infeſta }.i. irata. Regi }.ſ. Iugurthæ in uincula, ecce quomodo irata erat plebs contra Iugurtham, quia pars iubebat illum in carcerem duci, pars iubebat illum occidi, niſi indicaſſet ſocios ſceleris. In uincula. } id eſt in carcerem. Aperuiſſet }.i. indicaſſet, detexiſſet.

More. }

ritiæ in animos eorum ueluti tabes inuaſerat. At Caſſius populi Romani perlata rogatiõe à C. Memmio, ac perculſa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiſciturzeiq; timido, & ex conſcientia diffidenti rebus ſuis, perſuadet, quoniam ſe Pop. Romano dediſſet, ne uim, quàm miſericordiam eius experiri malit; priuatim præterea fidem ſuam interponit, quã ille non minoris, quàm publicam ducebat. talis ea tempeſtate fama de Caſſio erat. Igitur Iugurtha contra decus Regium, cultu quammaxime miſerabili, cum Caſſio Romam uenit. Ac, tametſi in ipſo magna uis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia, aut ſcelere cũcta ea geſſerat, quæ ſupra diximus: C. tamen Bebiũ tribunũplebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius, & iniurias omnes munitus foret. At C. Memmius aduocata concione, quãquam Regi infeſta plebs erat, & pars in uincula duci iubebat, pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret, more maiorum de hoſte ſupplicium ſumi; dignitati magis quàm iræ conſulens, ſedare motus, & animos eorum mollire; poſtremo cõfirmare fidem publicam per ſeſe inuiolatã fore. Poſt ubi ſilentium cœpit, producto Iugurtha, uerba facit: Romæ Numidiæq; facinora eius memorat; ſcelera in patrẽ fratreſq; oſtẽdit, qbus iuuãtibus, qbusq; miniſtris ea egerit: q̃quam intelligat Po. Ro. tamen uelle manifeſta magis ex illo habere; ſi uerum aperiat, in fide & clementia Po. Rom. magnam ſpem illi ſitam; ſin reticeat, non ſocijs ſaluti fore, ſed ſe, ſuaſq; ſpes corrupturum. Deinde, ubi Memmius dicendi finẽ fecit, & Iugurtha reſpondere iuſſus eſt; C. Bebius Tribunus plebis, quẽ pecunia corruptum ſupra diximus, Regẽ tacere iubet: ac tametſi multitudo, quæ in concione aderat, uehementer accenſa, terrebat eum clamore, uultu, ſæpe impetu, atq; alijs omnibus quæ ira fieri amat: uicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus, ex concione diſceſſit. Iugurthæ, Beſtiæq; & cæteris, quos illa quæſtio exagitabat, animi augeſcunt. Erat ea tempeſtate Romæ quidam nomine Maſſiua Guluſſæ filius, Maſiniſſæ nepos; q qa in diſſenſione regum, Iugurthæ aduerſus fuerat, dedita Cirtha, & Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Spurius Albinus, qui pximo anno poſt Beſtiam cum Quinto Minutio Ruſo conſulatum gerebat, perſuadet, quoniam è ſtirpe Maſiniſſæ ſit, Iugurthamq; ob ſcelera inuidia cum metu urgeat, regnum Numidiæ ab Senatu petat. Auidus conſul belli gerũdi, mouere, q̃ ſeneſcere omnia malebat ipſi prouincia Numidia, Minutio Macedonia euenerat. Quæ

poſtquã Maßiua agitare cœpit; neq; Iugurthæ in amicis ſatis præſidij eſt, quòd eorum aliũ conſcientia, alium mala fama & timor impediebat; Bomilcari proximo ac maxime fido ſibi imperat, pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores Maſsiuæ paret, ac maxime occulte. Sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exequitur; et per homines talis negotij artifices, itinera, egreſſusq; eius; poſtremo loca, atq; tempora cũcta explorat; deinde, ubi res poſtulabat, inſidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, paulo inconſultius Maſſiuam aggreditur, illũq; obtruncat. Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus, & in primis Albino conſule, indicium profitetur. Fit reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentiũ Bomilcar comes eius, qui Romam fide publica uenerat. At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra uerum niti, quàm animaduertit ſuper gratiam, atq; pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe. Igitur quanquã in priore actiõe ex amicis quinquaginta uades dederat, regno magis, quàm uadibus cõſulens, clàm in Numidiam Bomilcarem demittit, ueritus ne reliquos populares metus inuaderet parendi ſibi, ſi de illo ſupplicium ſumptum foret. Et ipſe paucis diebus eodem profectus eſt, iuſſus à ſenatu Italia decedere. Sed poſtquàm Roma egreſſus eſt; fertur eò ſæpe tacitus reſpiciens, poſtremo dixiſſe, Vrbẽ uenalem & mature perituram, ſi emptorem inuenerit.

More }.i. ſecundum conſuetudinem maiorum & antiquorũ, qua ita antiqui facere conſueuerant. De hoſte ſupplicium ſumi }.i. Iugurtham interfici debere. Dignitati magis quã iræ conſulens }.i. magis attendens dignitatem populi Roma. quàm iram, quia non decebat populum Ro. facere id quod ira ſuadebat. Nam ſi de Iugurtha ſupplicium ſumpſiſſet, contra dignitatem ſuam feciſſet, quia fidem datam Iugurthæ uiolaſſet. Sedare } pro ſedabat .i. quieſcere faciebat. Motus }.i. irã & indignationem. Mollire } pro molliebat .i. mitigabat. Poſtremo confirmabat fidem publicam per ſeſe inuiolatã fore }.i. dicebat & affirmabat ſe nõ eſſe paſſurum, ut fides publica uiolaretur, quàm Iugurthæ dederant per Caſſium prætorem. Poſt ubi ſilentium. } cum in cõcione omnes ſilentium feciſſent, in medium productus eſt Iugurtha, tũc Memmius ipſo præſente commemorare cœpit omnia ſcelera eius, quæ commiſerat in Micipſam & Hiempſalem, & Adherbalem, hortatusq; eſt eũ ut libere aperiret & diceret, qui ciues Romani adiuuiſſent illum ad hæc ſcelera perpetranda dicens, popu. Ro. ſcire & intelligere, qui fuiſſent illi ciues, ſed tamen cupere ex ipſo Iugurtha omnia magis habere manifeſta. Poſt ubi }.i. poſtquam. Productio }.i. in medium concionis ducto. Romæ. } uidelicet quemadmodum Romæ ciues corrupiſſet pecunia. Numidiæq; }.i. ſcelera, quæ in Numidia commiſerat, commemorat. In patrem }.ſ. Micipſam quia impie & crudeliter uſque ad mortem perſecutus eum, & filios eius, à quo ipſe in filium fuerat adoptatus. In fratres. } ſcilicet Hiempſalem & Adherbalem, quos crudeliſsime necauerat.

Quibus iuuantibus. } Et dicebat populum Ro. tantum uelle habere ex illo magis manifeſta, quãquam intelligeret.ſ. populus Ro. hoc uidelicet. quibus iuuantibus, & quibus miniſtris geſſerat ea.

Quibus }.ſ. ciuibus Romanis. Ex illo }.ſ. Iugurtha. Si uerũ } & dicebat magnam ſpem eſſe ſitam illi in fide & clementia po. Roma. ſi aperiat uera, ſed dicebat illum non fore ſaluti ſocijs, ſed eſſe corrupturum & ſuam opem, ſi reticeat. Aperiret }.i. indicaret & panderet. Sitam }.i. poſitam. Sin reticeat }.i. ſed ſi taceat. Non ſocijs. } uidelicet ciuibus Romanis, qui iuuerunt illum. O Iugurtha ſi uerum dixeris, tu ſperare potes miſericordiam populi Romani, ſed ſi ueritatem dicere nolueris, ſocios tui ſceleris nõ propter hoc ſeruabis, ſed te ipſum & tuum præſidium deſtrues.

Corrupturum }.i. deſtructurum. Deinde ubi. } Vide quem euentum habuit conſilium & diligẽtia Memmij, qui tanto ſtudio po. Ro. cohortatus fuerat ad uindicandum ſcelus conſulis Beſtiæ, & aliorum ciuium. qui complices & ſocij eius fuerant ad fœdus iam ignominioſum cum Iugurtha faciendum, Mẽmius oratione ſua à populo impetrauerat, ut inquiſitio fieret de crimine conſulis & ſociorum. Et ut melius ueritas inueniri poſſet per indicium Iugurthæ obtinuerat, ut Caſſius prætor ad Iugurthã mitteretur, qui eum data fide publica Romam adduceret, Iugurtha Romam uenerat. Res iam in eo erat, ut ueritas ueniret in luce. Et ecce unius Bebij tribuni plebis impudentia, hæc omnia tanta diligentia & ſtudio comparata ſubuertit. Nam cum Mẽmius expoſuiſſet ſcelera Iugurthæ, iuſsiſſetq; illum ueritatem dicere, qui ciues Romani ſocij eius fuiſſent, Bebius ex altera parte iuſſit illum tacere. At ita nihil actum eſt, concioq; illico eſt ſoluta. Neque ulla res alia Romã ac partes armauit in bella ciuilia, niſi ſeditiones tribunitiæque procellæ, primo quidẽ ciuili ſanguine Roma maculata eſt ſeditione Gracchorum, qui dum immoderate nimis libertatem plebis & iura tueri conantur, totam ciuitatem in arma compellunt. Hinc ſecutum eſt bellum ciuile Caij Marij & L. Syllæ, cui. Ser. Sulpitius tribunus plebis cauſam maxime præſtitit rogatione ſua, per quam C. Mario bellũ Mithridaticum demandari fecerat, ad quod iam L. Sylla deſtinatus erat, hoc bello tota Italia ſanguine ciuili repleta. Poſtremo C. Cæſaris, & Cn. Pompeij funeſtum ac luctuoſum bellũ exarſit. Caij Curionis maxime tribuni plebis, & M. Antonij ſcelere cõcitatum. Nam à principio Caij Cæſaris feroces animi atque impetus leniri ac reprimi poſſe uidebantur, niſi eos funeſta fax Curionis & Antonij in incepto uehementius accendiſſent, in quod bellum non tota modo ciuitas, cunctaq; Italia, ſed totus orbis terrarũ conſpirauit. Terrebat eũ }.ſ. Bebium. ordo eſt, tamen impudentia Bebij uicit, tametſi multitudo, quæ erat in concione uehementer accenſa terrebat eum clamore, uultu, & ſæpe impetu, atq; alijs modis oĩbus, quæ ira amat fieri. Quãuis multitudo popu'i uerbis, uultu, & minis Bebium terreret, tamẽ ab incepto moueri non potuit. Vultuq; }.ſ. iracundo. Impetu } quia nonnunquam irruebant in eũ minantes, niſi deſiſteret ab incepto. Quæ }.i. quæ res, nam ad oĩa ſuperiora refertur, uidelicet ad clamorem, uultum, impetum, et ad omnes alios modos. Ira amat fieri. } quia homo iratus ita fermè facere conſueuit, ut uerbis durioribus, & minis nonnunquam ita-

tur, ita populus ludibrio habitus.i.populus ludificatus. Exagitabat } i.uexabat. Quæſtio }.i inquiſitio. Augeſcunt }. i. creſcunt. Ea tempeſtate, } huc uſque diſſeruit, quem euentum habuerit conatus Memmij, qui inquiſitionem facere uolebat de crimine conſulis, nunc tranſit ad aliam rem narrandam. Dicit enim eo tempore Romæ fuiſſe quendam de Numidia prouincia, nōe Maſsiuā filium Gulußæ, nepotē Maſiniſſæ, cui Spurius Albinus cōſul perſuaſit, ut à Senatu peteret regnum Numidiæ, quando quidem ipſe erat de ſanguine Maſiniſſæ, & Iugurtha eo tempore in magno odio eſſet, ac metu. Ea tempeſtate.} eo tēpore quo Iugurtha erat Romæ, erat etiam, quidam Numida.i. quidam de Numidia prouincia, Maſsiua nomine, filius Gulußæ, nepos Maſiniſſæ, ut ſupra uiſum eſt. hic ergo cum eſſet filius Gulußæ nepos erat Maſiniſſæ.

Dedita Cirtha.} Hic ex Africa Romam uenerat, quando Adherbal obſidionem diutius ferre non ualēs, Cirtham urbem Iugurthæ tradiderat, & ipſe à Iugurtha interfectus erat. Dedita Cirtha } id eſt tradita Cirtha ciuitate in manus Iugurthæ. Profugus dicitur, qui procul à ſedibus ſuis uagatur. Huic Spurius. } Ordo eſt. Spurius Albinus, qui poſt Beſtiam gerebat conſulatum cum Minutio Rufo, perſuadet huic, ut petat à ſenatu regnum Numidiæ, quoniam ſit ex ſtirpe Maſiniſſæ. Et quoniam inuidia cum metu urgeat Iugurtham ob ſcelera. Poſt Beſtiam.} poſt Beſtiam conſulē creatus eſt conſul Spurius Albinus. Quinto.} quia quinquies conſul fuerat. Ex ſtirpe }.i.ex progenie. Stirps maſculino genere, truncum arboris, uel radicem ſignificat. Stirps uero fœminino genere, progeniem & proſapiam ſignificat. Duæ rationes erant, ꝑ quas Albinus conſul ſuadebat Maſsiuæ, ut regnum Numidiæ à ſenatu peteret. Prima ratio erat, quia Maſsiua ex ſanguine Maſiniſſæ, & ex progenie erat. Secunda ratio, quia Iugurtha eo tempore erat in ſummis anguſtijs propter ſcelera eius. Inuidia cum metu }.i.inuidia & metus, Vrgeat }.i.premat. Auidus. } oſtēdit cauſam, quare Albinus conſul hoc ſuadebat Maſsiuæ, quia uidelicet, auidus erat belli gerendi. Cum ergo Albino conſuli decreta eſſet prouincia Numidiæ, uidebat bellum geri oportere contra Iugurtham, ſi Senatus regnū Numidiæ Maſsiuæ conceſsiſſet, quia Iugurtha regnum Numidiæ ſine bello Maſsiuæ tradere noluiſſet. Atq; ita futurum erat, ut conſul exercitu ſuo Maſsiuam in regnū induceret, quod ſine bello fieri non poterat. Auidus } conſul auidus gerendi belli malebat omnia moueri, quàm ſeneſcere. Conſul inquit cupiebat omnia potius turbari quàm quieſcere, ut ſic cauſam haberet belli gerendi. Mouere } id eſt turbari, ſcilicet in prouincia Numidiæ. Quàm ſeneſcere } i.quieſcere, torpeſcere. Malebat }.i.magis uolebat. Ipſi }.ſ. Albino conſuli. Minutio.} alteri conſuli. Quæ poſtquam.} Ordo eſt. Iugurtha imperat Bomilcari proximo ac maximo fido ſibi, ut paret inſidiatores Maſsiuæ maxime occulte, dico paret pretio, ſicut multa confecerat, et interficiat Numidam quouis modo, ſi id parum procedat, & hoc facit, poſtquam Maſsiua cœpit agitare, quæ.i.illa. & poſtquam non eſt ſatis præſidij Iugurthæ in amicis, q. ꝑ quia conſcientia impediebat alium eorum, & mala fama, et timor impediebat alium Cū inquit. Maſsiua tractare cœpiſſet cum ſenatu, ut ſibi regnum Numidiæ concederetur, Iugurtha deſperato amicorum præſidio. cum Bomilcare propinquo & amiciſsimo ſuo tractare cœpit, quomodo maſsiuam interficeret. itaq; ipſi Bomilcari imperat, ut homines pecunia præparet, qui per inſidias Maſsiuam interficiant occulte, & ſi occulte per inſidias occidi non poſſet. alio quocunque modo ipſum interficiant. Quare poſtquā Maſsiua agitare cœpit }.i. poſtquam Maſsiua tractare cœpit, ut ſibi Senatus regnum Numidiæ daret. Alium conſcientia impediebat. } quia qui pecuniam ab ipſo acceperant non audebant Iugurtham in hac cauſa defendere propter conſcientiam, uidelicet, quia ſciebant ſe pecuniam accepiſſe. Alium mala fama & timor. } unum pendet ex alio, nam malam famam habebant qui à Iugurtha pecuniam acceperant, et ideo timebant. Proximo }.i.propinquo. Fido }. i. fideli. Pretio }.i.pecunia. Paret }.i. præparet. Sin id parum procedat.} .i.ſed ſi id non ueniat ad effectū, uidelicet, ut occulte interficeretur.

Quouis modo.} ac ſi diceret aperte. Numidam.} ſcilicet. Maſſiuam. Mature.} id eſt celeriter. Exequitur.} id eſt perficit.

Talis negotij artifices.} id eſt per homines, qui talia negotia, uidelicet homicidia perpetrare cōſueuerant. Explorat.} id eſt inueſtigat. Paulo inconſultius.} id eſt paulo incautius, ſed quomodo dicit paulo incautius eum aggreſſum fuiſſe, cum dicat q. illum interfecerit, ideo hoc dicit, quia licet eum occiderit, tamen ipſe quoque comprehenſus eſt. Indicium profitetur.} id eſt pollicetur, ſe indicaturum eſſe cuius conſilio Maſsiuam occiderit. Atq; ita confeſſus eſt ſe à Bomilcare miſſum ad interficiendum eum, Igitur Bomilcar accuſatur. Fit reus, Bomilcar fit reus magis ex æquo & bono, quàm ex iuregentium. Iuſgentium eſt, ut fides publica inuiolata ſeruetur, ergo ius gentium poſtulabat, & exigebat, ut Iugurtha cum comitibus ſuis Romæ ob fidem publicam datam, tutus omnino & inuiolatus eſſet, & ſi Romæ interim deliquiſſe inueniretur, non tunc puniretur, ſed in locum remitteretur ubi fides publica ei data erat. ſ. in Numidia, deinde ab eo ſatisfactio iniuriarum repeteretur quòd ſi ſatisfacere nollet, tunc eo bello perſequi iuregentium populo Roma. licuiſſet. Hic igitur rigor iuris gentium erat. Sed æquitas & bonum de hoc rigore aliquid remittunt. Nam æquum & iuſtū eſt, ut qui non accipit iniuriam, non faciat Cum ergo Iugurtha & comites Romæ tuti & inuiolabiles eſſent, æquitas exigebat, ut ipſi quoque alijs iniuriam non inferrent. Quia ergo Bomilcar occidi mandauerat Maſsiuam, ex iure æquitatis accuſatus eſt. Fit reus }.i.accuſatur, q. Maſsiuam fecerit interfici, nam reus dicitur ille, qui accuſatur, ſiue ille à quo in iudicio aliquid petitur, actor dicitur ille qui accuſat, ſiue ille qui petit aliquod in iudicio. Ex æquo }.i.ex æquitate. Nam æquitas poſtulat, ut qui non læditur, non lædat, & qui iniuriam non accipit, iniuriam non inferat. Bono }.i.ex iuſto, ex iuſtitia æquum & bonum partes iuris ſunt.

Ex iure gentiū } ius gentiū. dicitur quod apud oēs gentes ſeruatur, quale eſt, ut legati ubique ſint tuti, fides publica ubique inuiolata ſeruetur, liberi parentes obſeruent, & eos in neceſsitate alant, et ſimilia. Comes eius }.ſ. Iugurthæ, & hæc erat cauſa, quare ex iuregentium Bomilcar Romæ tutus erat, & inuiolabilis, quia comes Iugurthæ erat, qui Romā uenerat, data ei publica fide. At Iugurtha.} Vide quid dicat, Iugurtha non prius ceſſauit defendere Bomilcarem, quàm cognouit inuidiam facti, & atrocitatem ſceleris uincere gratiam, & pecuniam ſuam, & ob eam cauſam, cum uideret futurum eſſe, ut Bomilcar damnaretur, quia plus poterat inuidia, & atrocitas ſceleris, ut damnaretur, quàm gratia de pecunia ſua, ut defenderetur, eum iudicio ſubtraxit, & occulte in Numidiam eum dimiſit, ne de damnato ſupplicium ſumeretur, & hoc eſt, quod dicit. Manifeſtus tanti ſceleris,} Notanda conſtructio, dicimus enim hic manifeſtus eſt furti, ut hoc loco. Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, quia manifeſte omnes intelligebant cauſam perpetratæ cædis ab ipſo Iugurtha eſſe profectam. Nō prius omiſit contra uerum niti }.i.non prius ceſſauit contra ueritatem tēdere,

defendendo

defendendo Bomilcarem. Quàm animaduertit }.i.cognouit. Super gratiam atque pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe } .ſ.Iugurtha non prius ceſſauit contra ueritatem tendere, defendendo Bomilcarem accuſatum, quam cognouit inuidiam facti, plus poſſe,q̃ pecuniam & gratiam ſuam,nam Iugurtha gratia & pecunia cõtendebat quantum poterat,ut Bomilcarem defenderet,ſed inuidia, & atrocitas cædis perpetratæ plus poterat, ut Bomilcarem damnaret,quàm pecunia Iugurthæ, ut Bomilcar defenderetur. Inuidiam facti }.ſ.cædis perpetratæ. Igitur.}ego quia uidebat ſe Bomilcarem defendere non poſſe,eum clam in Numidiam remiſit.Ordo eſt.Igitur Iugurtha conſulens magis regno quàm uadibus, clã dimittit Bomilcarem in Numidiam,ueritus,ne metus parendi ſibi inuaderet reliquos populares,ſi ſuppliciũ foret ſumptum de illo,quàmquam dederat quinquaginta uades ex amicis in priori actione. Scimus,quòd qui in iudicium uocantur,uades dare coguntur,ſe obtemperaturos eſſe iudicio,ergo Iugurtha,cum à Mẽmio Tribuno plebis in iudicium uocatus eſt,dederat ex amicis ſuis uades quinquaginta,per quos promittebat ſe ſtaturum eſſe iudicio,et obtemperaturum.Nunc autem cum uideret aperte futurum eſſe, ut Bomilcar damnaretur in iudicio,& de eo ſupplicium ſumeretur,uadibus ſub periculo ſatisfaciendi,pro fuga Bomilcaris relictis,ipſum Bomilcarem periculo ſubtraxit,& eum in Numidiam remiſit. Hoc autẽ ideo fecit,quia ſi de Bomilcare ſupplicium ſumptum eſſet,reliqui timuiſſent parere & obedire regi,ſi eos ſecum ducere uoluiſſet, quẽadmodum duxerat ſecum Romam Bomilcarem. In priori actione.} uidelicet quando à Memmio in iudicium uocatus eſt,& in cõcionem productus,ut ſupra uiſum eſt,Actio dicitur ciuilis controuerſiæ agitatio,ſiue diſceptatio,quæ conſtat ex accuſatione,et defenſione,ſiue ex petitione,& recuſatione, uel negatione. Regno magis quàm uadibus conſulens }.i.magis attendens conſeruationem regni quàm uades,nam charius ſibi regnum erat quàm uades. Nam ſi de Bomilcare ſupplicium ſumptum eſſet, regnum in periculo erat,hac de cauſa,quia reliqui poſtmodum regi non obtemperaſſent,caſum Bomilcaris attendentes. Et ipſe }.ſ.Iugurtha.

Eodem loco }.i.ad eundem locum.ſ. Numidiam. Iuſſus à ſenatu.} Senatus iuſſerat Iugurtham ex Italia diſcedere. Fertur }.i. dicitur. Eo}.i.ad eam urbem.ſ.Romã. Vrbem uenalem }.ſ.Romam.Cum egreſſus eſſet Iugurtha,reſpiciẽs Romam dixit, O Roma urbs uenalis,cito peribis,ſi inueneris,qui te emerit. Vendẽ.} id eſt uendibilem. Et mature.}id eſt cito.

MARLIA. HAec & alia &c. Interponit. }promittit. Minoris }.ſ.efficaciæ. Fama erat talis.}tãtæ authoritatis. Magna uis} magnum robur. Cõfirmatus }excitatus ad bonam ſpem. Ab oĩbus }.ſ.fautoribus. Parat }.ſ.fautorem ſibi. Socios.}potentes Romanos. Cœpit }.ſ.fieri. Habere. } intelligere. Corrupturum.}perditurum. Habitus ludibrio. }quia non potuit obtinere, ut Iugurtha loqueretur Bomilcar proximo familiari ſibi. Sin id }.ſ.occulte. Quouis modo }etiam aperte. Niti. } laborare Vadibus. } fideiuſſoribus. Emptorem. } potentiſſimum principem qui corrumpat homines.

RIVIVS. FVere qui auro corrupti,elephantes Iugurthæ traderent.} Manuſcriptum,Elephantos.Nota eſt uarietas inflexionis in hoc nomine.ut quod modo per tertiam,modo per ſecundam declinetur. Cic.in Catone maiore,Nec adoleſcens uires tauri aut elepphantis deſiderabam. Idem alibi, Elephanto beluarum nulla prudentior. Mox, Tanta uis auaritiæ in animos eorum, ueluti tabes inuaſerat.} Sic & codex in pergamenis deſcriptus. In uetuſtis nonnullis omiſſa prepoſitiõe legitur,animos eorum inuaſerat.quomodo & in Catilina,Tanta uis morbi,atq; uti tabes, plerosq; ciuiũ animos inuaſerat.Sed utrumq; recte ac latine dicitur,& utroque modo Cicero loquitur.Nam in Offic.Panetius,inquit,negat ullam peſtem maiorem in uitam hominũ inuaſiſſe.Idem in epiſtolis,Marius furor inuaſit improbos. Quanquam regi infeſta plebs erat.} In uetuſtis pleriſq;,plebes.idq; cum antiquius eſt, tum Salluſtianum magis. Mox, Pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret.} In ueſtutis,ni ſocios ſceleris aperiret.pro,ni conſcios & participes ſceleris indicaret. Ex concione diſceſſit.} Fabricianum diſcedit,tempore præſenti. Erat ea tempeſtate Romæ quidam nomine Maſſiua } Manuſcripta,Numida quidam &c.nec ſecus in impreſſis uetuſtioribus.

Hinc Spurius Albinus,is qui proximo anno &c.} Sic codex in pergamenis deſcriptus.In recentioribus pronomen Is deeſt. Ipſi prouincia Numidia.Minutio Macedonia euenerat.} Sic & manuſcripta.In quibusdam eſt,obuenerat.quomodo Cicero,Simul atq; ei ſorte prouincia obuenit.Idem,Verri ſorte prouincia obuenit. Vtitur & uerbo obtingere nonnunquam in hunc modum.uelut ad Atticũ,Aſiã Quinto ſuauiſſimo fratri obtigiſſe audiſti.Idem in Vat. Cum tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet.Exemplar Badianum euenerat.Superius tamen Salluſtius,Scipioni Italia obuenit,inquit. Liuius quidem uerbo Euenire plerunq; utitur uelut.3.ab V.C.Cui ea prouincia euenerat. & 4 Cui ea prouincia ſorte euenit.neq; unquam ferè alter Liuius.In 7.tamẽ ſemel quod ſciam, Ea,inquit, prouincia Cn.Manlio obuenit.pro quo obtigit alibi dixit. Illumq; obtruncat.} Manuſcripta conſentiente Beroaldino, illum obtruncat.omiſſa coniunctione Que. Fit reus magis ex æquo et bono. quàm ex iuregentium Bomilcar.} Manuſcripta conſentiẽte Beroaldino,magis ex æquo bonoq;. Porro quid ius gentiũ, quid æquũ & bonum,de eo prolixe Budæus in annotationibus in Pandectas. Ideo autem Bomilcarem Salluſtius magis ex æquo bonoq; reum fieri,quam ex iure gentium ait,quòd cum comes eſſet eius qui Romam fide publica uenerat,tutum eſſe eũ ab omni iniuria par erat. Sed interim reclamabat æquitas,ut qui facta cæde fidẽ ipſe publicam uiolaſſet,non de homicidio reus fieret. Niſi contra quis hunc eſſe ſenſum uelit, Bomilcarẽ quãuis ob reſciſſam ab ſe patrata necæ publicam fidem nullo modo foret ad cauſæ dictionem admittendus,tamen clementia quadam populi Romani hoc eſt, ex æquo bonoque magis, quàm iure ſummo reum factum eſſe, cum potius fuiſſet indicta cauſa mox ad ſupplicium rapiendus. Fidem publicam Salluſtius pro eo poſiet,quod uulgo ſaluum conductum uocant. Inde apud Cicero.poſtulare fidem publicã, gleyt begeren. & fidem alicui publicam dare, gleyt zuſagen. quod Salluſtius interponere fidem publicã ſupra dixit. Paulo poſt, Clàm in Numidiam Bomilcarem demittit.} Legendum,dimittit,ita ut & codices in pergamenis deſcripti,& impreſſi ferè habent. Nec aliter ſenſus poſtulat. Mox, Veritus ne reliquos populares metus inuaderet parendi ſibi.} Fabricianum exemplar,populareis.qua terminatione antiquitas uti amat. Et ipſe paucis diebus profectus eſt.}In manuſcripto quodam eſt,paucis poſt diebus.

QVo ſe populo Roma. dedidiſſet.} Solius exponit,ut ſe populo Rom. no daret,ac ab eo ueniam peteret,quaſi Iugurtha non antea iam ſe dedidiſſet.Quare rectius Badius Quoniam, pro Quo legiſſe uidetur,hoc ſenſu,Quoniam ſe populo Romano dedidiſſet.Poteſt & Quãdo,legi pro Quo. Poſtremo confirmare fidem pub.per ſeſe inuiolatam fore. Vide num neceſſe ſit geminare uerbum Seſe.Si Memmium refert,ut Soldas expoſuit,non ub: GLAREA.

ſtetur geminandū, ſin rempub. ut Badius effert, fortaſſis uidebitur, quód omnes codices ita habent. Terrebat eum clamore uultuq́;, ſæpe impetu. } Badius, Eum, ſ. ut at exponendum Iugurtham, non Bebium, qua alioqui diceret, Terrebat Bebium, uicit tamen impudentia eius. Sed errat, deceptus malo exemplari, quod Bebij habebat ante, impudentia. Nam quomodo rex loqueretur dedititius, cum Tribunus, Populi Romani magiſtratus prohibebat? Aut quare rex Tribunū corruperat, ſi is nihil pro eo facere uoluiſſet? Denicq; quorſum attinebat Bebium imperare, ſi regi licebat contra Bebij iuſſum loqui? Clamabant igitur, non in regem At ille qua fuit impudentia, nauci fecit, tanta uis pecuniæ erat. *Erat ea tempeſtate Romæ Numida quidam.* } Numida, uerbū omittit Aldinus codex, quod alij omnes habent, nec ego ommittendum puto. *Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus.* } Vide ut acceperit illud Hortantibus, certe pro iubentibus ac cogentibus. Verum id puſillum. Quod continuo ſequitur, ingentem habet difficultatem, cū inquit, Fit reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar comes eius, qui Romam fide pub. uenerat. Commentatores exponunt, ius gentium eſſe. propter fidem publicam datam, ut Iugurtha cum ſuis nō uolaretur, ergo eū puniri nō debere, ſed in locum ſuum reuerteretur, ac deinde ubi ſiſteretur. Quæ expoſitio mihi prorſus diſplicet. Puto enim authorem hoc dicere uelle quando Bomilcar contra ius gentium peccauerat, & fidem publicam facto irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat, & prorſus hoſtilia fecerat, tamen clementia ac benignitate Romanorum, ex æquo & bono, hoc eſt, æquitatis conſuetudine magis ſit reus quàm iure gentium, qui iam iudicatus erat, quód regem haud latuit. Ideoq; eum in Numidiam remiſit, ne iudicio dānatus occideretur. Regno in hoc magis quàm uadibus conſulens rex. Vades autem á rege pro Bomilcare datos intelligendum, quod poſtea author, ubi Metellus Bomilcarem de regis proditione ſollicitat, fatetur his uerbis: Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, & inde uadibus datis de Maſſiuæ nece clam iudicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur. Quæ ideo adduximus, quód hic non ſatis liquet quid referat illud Qui, cum inquit: Qui Romam fide publica uenerat, Iugurthámne an Bomilcarem. Badius ad Iugurtham refert. Verum propter qđ ea uerba poſuerit author, aut quó referantur, id uero haud ſatis cōſtat, niſi intelligamus & Bomilcarem fuiſſe in fide publica, quam tamen facto hoſtili, ut dictum eſt, uiolauerat. Nec enim minus quibus datur, quàm qui dant, eam irritam facere poſſunt, quod etiā in noſtra ætate ſeruatur. Verum ne hoc quidem ſatis perſpicuum, uades Numidæ fuerint, an Romani. Ex amicis, inquit L. uades dederat. Dein illud obſcuriſſimum eſt quod ait: Igitur quanquam in priore actione ex amicis, &c. Nam ſi de Memmij actione, qua Iugurtham in iudicium traxit, intelligit, quid ad Bomilcarē, pro quo, non pro Iugurtha, uades dati ſunt, ea attinet? Totus igitur hic locus cum iudicio legendus, quo ego me nondum explico.

SOLDVS. *INterim Albinus.* } Nunc narrare incipit quod fecerit Albinus conſul poſtquam Iugurtha Roma egreſſus in Numidiam rediit. Dicit ergo Albinum conſulem cum Iugurtha bellum renouaſſe, atque ex Italia in Africam & commeatum & ſtipendiū &c. quæ militibus ſunt neceſſaria portaſſe. *Cōmeatum* } quem nunc uulgo uictualia uocant. *Renouato bello* } ſ. contra Iugurtham. *Stipēdium.* } præmium. militare. nes ipſæ à populo factæ dicuntur. hoc loco comitia tempus ſignificat, unde ſequitur. *Quod tempus haud longe aberat, armis.* } bello. *Deditione.* } cum Iugurtha ſe dederet. *Conficeret* } .i. finiret. *At contra* } conſul cupiebat bellum finire, ſed Iugurtha econtrario bellum trahebat. *Trahere.* } pro trahebat. i. prolongabat. *Facere.* } pro faciebat. *Polliceri.* } pro pollicebatur. *Metum ſimulare.* } ſimulabat ſe timere.

INTERIM Albinus renouato bello, cōmeatum, ſtipendium, aliaq́;, quæ militibus uſui forent, maturat in Africam portare: ac ſtatim ipſe profectus eſt uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quouis modo bellum cōficeret. At cōtra Iugurtha trahere omnia; & alias, deinde alias moræ cauſas facere, polliceri deditionem, ac deinde metū ſimulare, inſtanti cedere; & paulo poſt, ne ſui diffiderent, inſtare: ita belli modo, modo pacis mora cōſulem ludificare. Ac fuere qui tum Albinum haud ignarum conſilij regis exiſtimarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, ſocordia magis, quàm dolo crederent. Sed poſtquam dilapſo tempore, comitiorum dies aduentabat; Albinus, Aulo fratre in caſtris pro prætore relicto; Romam deceſſit. Ea tempeſtate Romæ ſeditionibus tribunitijs atrociter Reſpublica agitabatur: P. Lucullus & L. Annius tribuni plebis reſiſtentibus collegis, continuare magiſtratum nitebantur; quæ diſſenſio totius anni comitia impediebat. Ea

Aliaq́;. } ueluti arma, ueſtes. *Vſui* } .i. ad uſum ad utilitatem. *Maturat* } .i. accelerat. feſtinat. *Ipſe* } . ſ. Albinus cōſul. *Profectus eſt* } . ſ. in Africam, nam Numidia, in qua bellū gerebatur, pars eſt Africæ, ut dictum eſt. Ordo eſt. Ac ipſe ſtatim eſt profectus, uti prouit conficeret bellū, ut armis, aut deditione, aut quouis modo ante comitia, quod tempus haud longe aberat. Dicit Albinum cito in Africam eſſe profectū, quia bellum renouatum cum Iugurtha cito finire cupiebat, ut poſſet ad Romam redire ad comitia, quæ non longe aberāt. *Comitia* } tria ſignificat, comitia dicitur tēpus ipſum, in quo populus conuocatur ad creandos magiſtratus. Dicitur etiam populus ipſe conuocatus ad hoc, uidelicet ad magiſtratus declarandos. Comitia etiam electiones

Cedere inſtanti. } rebus præſentibus cedebat, ne uidelicet cū conſule pugnaret, & quamuis hoc faceret, tñ ſuos hortabatur, ne diffiderent. *Ne ſui diffiderent* } .i. inſtabat ne ſui homines diffiderent, et deſperarent. *Ita belli modo* } .i. aliquando. *Modo* } .i. aliquando, mora pacis, aliquando per moram belli, cōſulem ludificabat et decipiebat. *Pacis mora.* } quia ſimulabat, ſe uelle facere pacem, per deditionem. *Ludificare* } .i. decipiebat. *Fuere* } . ſ. aliqđ. *Haud ignarum* } .i. inſcium. Aliqui fuerunt, qui exiſtimarent Albinum intellexiſſe conſilium regis, neq; negligentia magis quàm dolo bellum traxiſſe. *Tanta properantia* } .i. feſtinatione, nam ſupra dixit illum feſtinaſſe, ut bellum finiret ante comitia. *Secordia* } .i. negligentia. *Neq; ex tanta properantia.* } Et fuerunt, qui

mora in ſpem adductus Aulus, quē pro prętore in caſtris relictum ſupra diximus, aut conficiendi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiundę, milites menſe Ianuario ex hybernis in expeditionem euocat; magniſq; itineribus hyeme aſpera peruenit ad oppidū Suthul, ubi regis theſauri erat. Quod, quanq̃ & ſæuitia temporis, & opportunitate loci, neq; capi, neq; obſideri poterat; nam circū murum ſitum in prærupti montis extremo, planities limoſa hyemalibus aquis paludē fecerat: tamē aut ſimulandi gratia, quo regi formidinē addaret, aut cupidine cæcus ob theſauros oppidi potiundi, uineas agere, aggerem iacere, aliaq́; quę cœpto uſui forent, properare. At Iugurtha cognita uanitate, atq; imperitia legati, ſubdole eius augere amentiā, miſsitare ſupplicantes legatos, ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca et tramites exercitum ductare: demq; Aulū ſpe pactiōis pepulit, uti relicto Suthule, in abditas regiones, ſeſe ueluti cedentem inſequeretur; ita delicta occultiora fore. Interea per homines callidos, die, noctuq́; exercitum tentabat: cēturiones, duceſq; turmarū partim uti transfugerent, corrumpere; alij, ſigno dato, locum uti deſererent. Quæ poſtquam ex ſententia inſtruxit, intempeſta nocte de improuiſo cum multitudine Numidarum Auli caſtra circumuenit. Milites Romani perculſi tumultu inſolito, arma capere; alij ſeſe abdere; pars territos confirmare; trepidare; omnibus locis uis magna hoſtium; cœlum nocte, atq; nubibus obſcuratum; periculum anceps; poſtremo fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos pauloante corruptos diximus, cohors una Ligurū cum duabus turmis Thracum, & paucis gregarijs militibus tranſire ad Regem; & centurio primipili tertię legionis per munitionem, quam uti defenderet, acceperat, locum hoſtibus introeundi dedit. Ea Numidæ cuncti irrupere: noſtri fuga fœda, pleriq; abiectis armis, proximum collem occupauere: nox atq; pręda caſtrorū hoſtes, quo minus uictoria uterentur, remorata ſunt: Deinde, Iugurtha poſtero die cum Aulo ī colloq̄ uerba facit, tāetſi ipm cū exercitu fame & ferro clauſum teneret, tamen ſe humanarum rerum memorem, ſi ſecum fœdus faceret, incolumes omnes ſub iugum miſſurum, præterea uti diebus decē Numidia decederet. Quę q̄quam grauia, & flagitij plena erant; tamen quia mortis metu multabantur, ſicuti regi libuerat, pax cōuenit. Sed ubi ea Romę comperta ſunt, metus atq; mœror ciuitatem inuaſere: pars dolere pro gloria Imperij, pars inſolita rerum bellicarū timere libertati Aulo omnes

runt, qui credebant bellum tam facile tractum. ſ. fuiſſe, neque ꝑ non magis ſecordia, quàm dolo .i. aliqui fuerunt qui crederent bellum ab Albino eſſe prolongatum magis dolo quàm negligentia, cuius rei indicium, et cōiectura erat, quia à principio tātopere feſtinabat, & tam facile poſtea illa feſtinatio ceſſauit. Sed poſtquam. }Cum, inquit, ipſe dies comitiorū appropinquaret, Albinus conſul fratrem ſuum Aulum in caſtris reliquit in loco prætoris, & ipſe Romam reuerſus eſt, ut comitijs intereſſet. Dilapſo tempore }.i. elapſo tempore. Aduentabat. }id eſt appropinquabat.

Pro prætore }.i. in loco prætoris, hoc eſt, cum officio prætoris Prætor autem ſex faſces habebat, Cōſul uero duodecim.

Ea tempeſtate, }eo tēpore inquit, reſpublica uexabatur per ſeditionem tribunorum plebis.

Seditionibus }.i. diſcordijs. Publius Lucullus, & Lucius Annius tribuni plebis nitebantur cōtinuare magiſtratum, collegis reſiſtentibus, quia uolebant, ut ſequenti anno reficerentur tribuni, collegæ autem eorum nolebant, & reſiſtebant. Collegis. }uidelicet alijs tribunis plebis, magiſtratus à populo creari non poterant. Ea mora. }Ordo eſt. Aulus, quem ſupradiximus eſſe relictum in caſtris ꝓ prætore, adductus in ſpē ea mora .i. propter eam moram, euocat milites ex tabernaculis in expeditionem menſe Ianuario, aut cauſa conficiendi belli, aut cauſa capiundæ pecuniæ, à rege terrore exercitus .i. propter terrorem exercitus, Aulus frater Albini conſulis relictus, ut præeſſet exercitui, cum uideret ſibi tempus dari ad bellum gerendū, quia ſucceſſor creari non poterat, propter moram comitiorū, quæ à tribunis impediebatur, exercitum in expeditionem eduxit, ſeu ſperās bellum finire poſſe, antequam ſucceſſor mitteretur, ſeu, ut terrore Iugurtham induceret, ut ſibi pecunias daret. Ea mora }.i. propter eam moram. In ſpem adductus. }Aulus, qui ſperabat ꝓpter eam moram, ſe poſſe bellum finire, antequam ſucceſſor crearetur in locum Albini fratris ſui, qui annum ſuum expleuerat. Conficiendi }.i. finiendi. Terrore exercitus, }nam Aulus credebat, ſe poſſe terrere Iugurtham, ſi exercitum in prælium educeret, atque eo terrore Iugurthā induceret, ut pecunias ſibi daret.

Ex tabernaculis }.i. ex tentorijs. In expeditionem }.i. in bellum. Euocat }.i. educit. Magnis itineribus. }q͂a ſingulis diebus magna itinera conficiebat.

Hyeme aſpera. }utpote menſe Ianuario. Quod oppidum }ordo eſt. Tamen Aulus frater Albini agere ꝓ agebat uineas, & iacere pro iaciebat aggerē, & præparabat alia, quæ forēt uſui incepto, & hoc faciebat, aut gratia ſimulandi, quo .i. ut adderet formidinē regi, aut cæcus cupidine potiundi oppidi ob theſauros, quāquam illud .i. illud oppidum, neque poterat capi, neque poterat obſideri, & ſæuitia temporis, & in opportunitate loci, nā pro qua planities limoſa fecerat paludem hyemalibus aquis circa murum ſitum in extremo prærupti montis. Sēſus eſt. Aulus aggreſſus eſt oppugnare hoc oppidum Suthul, licet inexpugnabile eſſet, & propter naturam loci, & propter ſæuitiam temporis, ſed hoc fecit, ut uel regem terreret, uel quia cupiebat capere hoc oppidum propter theſauros regis, qui ibi erant. Sæuitia temporis. }quia erat hyems aſpera.

Sæuitia }.i. aſperitate. Inopportunitate. } quia oppidū erat in monte altiſſimo, muro munitum, & circa murum aquæ pluuiales paludem fecerant in planitie limoſa. Nam circum. }declarat quare dicit in opportunitate loci oppidū capi non poſſe. Situm }.i. poſitum. Prærupti }.i. editi, & alti, nam præ

inſeſti, ac maxime qui bello ſæpe præclari fuerãt, quòd armatus dedecore potius, quàm manu ſalutem quæſierit. Ob ea conſul Albinus ex delicto fratris inuidiam, ac demum periculum timens, Senatum de fœdere conſulebat, & tamen interim exercitui ſupplementum ſcribere, ab ſocijs & nomine Latino auxilia accerſere, deniq; omnibus modis feſtinare. Senatus ita uti par fuerat, decernit, ſuo atq; populi iniuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri. Cõſul impeditus à Tribunis plebis, ne, quas parauerat copias, ſecũ portaret, paucis diebus in Africã proficiſcitur. Nam oĩs exercitus uti cõuenerat, Numidia deductus in prouĩcia hyemabat. Poſtquã eò uenit, quanquam perſequi Iugurtham, & mederi fraternæ inuidiæ animo ardebat, cognitis militibus, quos præter fugam ſoluto Imperio, licẽtia atq; laſciuia corruperat & copia rerum, ſtatuit nihil ſibi agitandum. Interea Romę Brachus Mamillus Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quęreretur in eos, quorum conſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet, quiq; ab eo in legationibus, aut imperijs pecunias accepiſſent, qui elephantos, quiq; perfugas tradidiſſent, itemq; qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent.

ruptus dicitur in altũ eleuatus. Virg. 1. Aenei. Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. Limoſa }.i. cœnoſa, et limo, & cœno, ac luto plena. Hyemalibus aquis }.i. cum aquis, quæ hyeme pluunt. Gratia }.i. cauſa.

Formidinem }.i. pauorem.

Adderet }.i. inijceret, inferret. Oppidi potiundi }.i. capiẽdi oppidi. Vineas. } machinamẽtum bellicum. Agere. } pro agebat.i. admõebat. Aggerẽ iacere } Quid ſit iacere aggerẽ clarius demonſtrat inferius, ubi ſic dicit. Deinde iubet uineas agere, ſuperque eas aggerem iacere, et ſuper aggerem, impoſitis turribus, opus à miniſtris defendi. Sic ergo faciebat. Vineas ad muros agebant, & appellebãt, deinde ſuper uineas iaciebant, & fundebant terram, id eſt aggerem, & ſuper aggerem turres faciebant, & in his turribus pugnatores locabant.

Quid ſit uinea, quid ſit agger, declaratur inferius. Incepto. } ad inceptum, uidelicet ad obſidionem, et oppugnationem oppidi. Vſui. } ad uſum & utilitatem. Vanitate }.i. amentia & ſtultitia. Legati }.ſ. Auli. Nam Aulus licet à fratre pro prætore in caſtris relictus ſit, tamen erat legatus. Legatus dicebatur, qui uni legioni præerat. Legio autem quatuor milia militum continebat, licet poſtea is numerus auctus ſit. Subdole. } fraudulenter, & doloſe. Augere. } pro augebat. Et declarat quomodo eius amẽtiam augebat, nam Iugurtha fingebat ſe timere, et propterea ad eum legatos mittebat, ipſe cum exercitu ſe fugere ſimulabat.

Miſſitare. } pro miſſitabat.i. frequenter mittebat ipſe. ſ. Iugurtha. Vitabundus }.i. uitanti ſimilis, nam non uitabat, ſed uitare ſimulabat. Saltuoſa }.i. nemoroſa. Tramites }.i. per uias occultas. Ductare. } pro ductabat. Spe pactionis }.i. per ſpem pactionis Iugurtha callidus hanc ſpem Aulo dedit, ut diceret ſe cum illo pactum, & fœdus facere uelle, ſed uolebat, ut Aulus ſequeretur ſe in regiones occultas, ut delicta & errata ſua in hoc bello commiſſa, eſſent magis occulta. Pepulit }.i. induxit. Relicto Suthule. } id eſt omiſſa obſidione, & oppugnatione Suthulis. Abditas }.i. remotas & occultas. Cedentem }.i. retrocedentem & fugientẽ.

Ita }.ſ. dicebat. Callidos }.i aſtutos. Exercitum }.ſ. Auli.

Tentabat }.i. ſolicitabat. Centuriones } centurio dicebatur, qui uni centuriæ præerat. Centurio centum homines continebat, & cẽturiæ ſunt peditum, turmæ uero equitum. Turma triginta equites continebat, & eſt prolepſis. Transfugerent } ab exercitu Romano ad ſe. Corrumpere } pro corrumpebant, uti partim transfugerent, & uti alij deſererent locum, dato ſigno. Diſciplina militaris erat, ut miles in pugna locum ſemel captum, iniuſſu imperatoris non deſereret. Signo dato }.ſ. pugnæ per tubam, nam tuba canitur, cum milites in pugnam uadunt. Locum }.ſ. pugnæ.

Quæ poſtquam ex ſententia inſtituit }.i. poſtquam corrupit pecunia centuriones, & duces turmarum quẽmadmodum uolebat. Intempeſta nocte }.i. media nocte. Nã, ut dicit Seruius nox intẽpeſta dicitur, nox media, hoc eſt nimiũ obſcuriſſima, quia caret tempore, quod ſecundum Lucretium per ſe nullũ eſt, niſi ex actibus intelligatur: medium autem noctis tempus caret actu, ergo intempeſta nox, inactuoſa, hoc eſt ſine actu, per quem dignoſcitur tempus, intẽpeſta nox.i. ſine tẽpeſtate, hoc ẽ ſine tempore, nam tempeſtas ſignificat tempus: nox uero ſine tempore, ideo dicitur, quia ẽ ſine actu, quo tempus dignoſcitur. Multitudine }.i. cum multitudine. Circũuenit }.ſ. Iugurtha.i. circundat. Perculſi }.i. perterriti. Periculũ anceps. } ſcilicet erat.i. duplex, nam periculum erat ſiue manerent, ſiue fugerent, & hoc ſequentia declarant. Cohors una ligurũ. } Ligures & Thraces auxilia miſerãt ad hoc bellum populum Ro. ergo ex Liguribus una cohors, et ex Thracibus duæ turmæ equitum cum paucis militibus gregarijs ad Iugurtham transfugerũt.

Gregarijs militibus. } Milites gregarij dicti ſunt, quaſi ex grege, hoc eſt ex multitudine, & ſunt milites uiliores. Et centurio. } ordo eſt. Et Centurio primi uexilli tertiæ legionis dedit locum introeundi hoſtibus per munitionem, quam acceperat uti defenderet .i. Centurio primi uexilli tertiæ legionis corruptus, locum hoſtibus dedit, ut in caſtra Romana introirent per munitionem, quam defendendam acceperat. In exercitu multæ legiones erant, in legione multæ centuriæ. Primipilus dicebatur. } qui non ſolũ aquilæ præerat, uerum etiam quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernabat. Dicitur autem centurio primipili, & centurio primipilus, hoc eſt centurio primi uexilli, uidelicet aquilæ, quæ eſt primum ſignum, ac uexillum, unaquæque legio habet unum centurionem primipili. Eaque }.i. per eam partem. Noſtris }.i. Romanis. Vide quàm facile uicti ſunt Romani. Cum Numidæ hoſtes caſtra Romana irrupiſſent, ſubito Romani alij fugientes, alij arma abijcientes in collem quendam montis proximũ aſcenderunt. Plerique. } ac ſi diceret. Romani collem occupauerunt, alij fugiendo, alij non fugiendo, ſed pugnando paulatim cedẽtes. Nox atque præda caſtrorum. } hoc dicit, duæ res fuerũt quæ hoſtes impedierunt, ne funditus Romanos delerent.ſ. nox & præda caſtrorum. Nam nox obſcura prohibebat, ne hoſtes Romanos inſequerentur, & dum hoſtes occupati ſunt in diripiẽdis caſtris Romanorum, interea in locum tutum Romani fugerunt. In legione decem cohortes ſunt, ſed prima cohors reliquas, & numero militũ,

& dignitate

& dignitate præcedit, hæc enim ſuſcipit aquilam, quod primum et præcipuum ſignum eſt in exercitu, hæc habet imagines imperatorum, habet milites mille centum quinque, equites. cxxxij. reliquæ eiuſdem numeri ſunt, ſingulæ enim habēt pedites quingentos quinquagintaquinque, equites. lxv prima cohors caput eſt totius legionis, ab hac cum pugnādum eſt, prima acies incipit ordinari. Quo minus } .i. ut non. Victoria uterentur. } Victoria uti, eſt hoſtem funditus delere, ita ut reliquiæ fracti exercitus in unum aliquem locum colligi non poſſint uireſq; reſumere, nam ſæpe euenire ſolet, ut acies prælio fuſæ atque fugatæ, in tutum aliquem locum ſe recipiant, & breui tempore in priſtinū robur reparentur. Tametſi } ordo eſt. Iugurtha tamen dicebat ſe memorem rerum humanarum eſſe miſſurum omnes īcolumes ſub iugum, tametſi tenet ipſum cum exercitu clauſum fame, & ferro. Cum Aulus & Iugurtha in colloquium ueniſſent Iugurtha ſic dixit. O Aule, ſcio res humanas inſtabiles eſſe, ut quāuis hodie uictor ſim, tamen cras uinci poſſim, & propterea, quāuis te cum exercitu fame & ferro clauſum obſideam, tamen ſi mecum fœdus facere uis, nō recuſabo, ut omnes milites Romanos ſub iugum mittam, atque ita incolumes abire permittam. Aulus conditionem ignominioſam metu mortis non recuſauit, itaq; omnis exercitus ſub iugum miſſus eſt. Sic autem milites ſub iugum mittebantur, ut tradit Liuius. Haſtæ duæ terræ affixæ in altum erigebantur, tertia è tranſuerſo ducebatur, atque ita milites ſubire cogebātur, quæ res eos uictos ſignificabat. Præterea } hoc etiam Iugurtha in conditionibus fœderis uolebat, ut Romani decem dierum ſpatio è Numidia diſcederent. Quæ quāquam. } ordo eſt, tamen pax conuenit. ſ. ita ſicuti libuerat regi, quia urgebantur metu mortis, quāquam quæ id eſt illa erant grauia & plena flagitij. Mortis metu. } nam in colle, quem occupauerant clauſi à Iugurtha obſidebantur, nec inde diſcedere poterant, quin in Numidas inciderent. Conuenit } .i. compoſita eſt. Metus atque mœror } Romani ciues, & timebāt, & dolebant. Et declarat utrūq;. Pro gloria imperij. } nam gloria imperij Romani in tam turpi fœdere maculata, & uiolata eſſe uidebatur. Dedecore potius. } uidelicet permittendo, ut exercitus ſub iugum mitteretur, nam euentum pugnæ potius experiri debuit, quàm tātam ignominiā ſubire. Senatum de fœdere conſulebat. } utrum ſenatus fœdus probaret an reſcinderet & irritaret. Supplementum ſcribere } .i. ſcribebat milites, quos in ſupplementum mitteret eorum, qui amiſſi erant in prælio. Auxilia. } milites qui à ſocijs adiumento mittebantur, auxilia uocabantur. Accerſere. } pro accerſebat. i. uocabat. Suo. } ſcilicet iniuſſu i. ſenatus decreuit, Aulum non potuiſſe fœdus facere cum Iugurtha ſine ſuo præcepto. & ſine præcepto popu. Ro. Ecce decreto Senatus reſcinditur fœdus factum cum Iugurtha.

Impeditus à tribunis } Ecce quanta erat authoritas tribunorum plebis. Conſul copias parauerat, quas ſecum in Africam duceret, & tribuni eum, ne hoc faceret, prohibuerunt. Nam omnis exercitus. } Dicit, quare conſul in Africam profectus, quia totus exercitus hyemabat in prouinciam, qui erat deductus ex Numidia. Vti conuenerat } .i. ſicuti pactum fuerat inter Aulum & Iugurtham, ſic enim inuicem conuenerant, ut Romani ſpatio decem dierum ex Numidia diſcederent. In prouinciam } .i. in eam partem Africæ, quam tenebant Romani, quæ more Romano dicebatur prouincia, ut ſupra diximus. Poſtquā eò uentum eſt. } ordo eſt, Albinus conſul, ex copia rerum ſtatuit. Mos dicendi apud Salluſt. eſt, ex copia rerum conſilium capit, ex copia rerum conſil trahit, ex copia rerū ſtatuit. i. ex opportunitate, & occaſione, quam habebat, hoc conſilium capit, & hoc decreuit, uidelicet nihil ſibi agendum eſſe ſtatuit nihil ſibi agendum. ſ. eſſe, cognitis militibus, quos Auli corruperat licentia atque laſciuia, ſoluto imperio præter fugam, quāquam animus ardebat perſequi Iugurtham, & mederi fraternæ inuidiæ. i. poſtquam uenit Albinus conſul in Africam, cupiebat perſequi Iugurtham, ut cladem uitio fratris acceptam ſi poſſet, aliquo modo releuaret. Sed poſtquam cognouit totum exercitum licentia & laſciuia corruptum, nihil tentare uoluit. Mederi fraternæ inuidiæ, id eſt fraternam inuidiam releuare, nam Aulus ab omnibus odio habebatur. Præter fugam } .i. poſt fugam. Soluto imperio } i. imperio fracto & eneruato, quia milites faciebat quicquid uolebant. Licentia. } quia milites licenter faciebant quicquid uolebāt, neglecta militari diſciplina. Interim Romæ. } Tranſit ad aliam rem. Dicit enim Caium Māmilium Tribunum plebis rogationem ad populum promulgaſſe, ut inquiſitio fieret de his, quorum conſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet, & qui ab eo pecunias acepiſſent in legationibus, uel imperijs, & qui elephantas ac perfugas tradidiſſent, & qui de pace, uel de bello pactiones cum eo feciſſent. Rogationem ad populum promulgat } .i. petitionem uel legem populo proponit, quæ petitio continebat ea, quæ ſequuntur. Is qui populum uocat, & petit ab eo, ut aliquid iubeat aut uetet dicitur ad populū ferre, ſiue ad populum promulgare, ſiue populum rogare. Exempli gratia. C. Mamilius populum conuocatum ita interrogat, uultis, iubetisne Quirites, ut quæratur in eos, quorū cōſilio Iugurtha Sena. decreta contēpſit. Cū hāc rē ad pplm pmulgaſſet. i. cū hāc rē pplo propoſuiſſet, qui eā rē pbabant, ſuadebant po. Ro. ut rogationem ſuffragijs aut auxilijs confirmaret, qui autem improbabant, diſſuadebant. Cum res in utrāq; partem diſputata eſſet & diſcuſſa. populus, qui ex trigintaquinq; tribus conſtabat, mittebatur in ſuffragium. Cum decem & octo tribus. i. pluſquam dimidia pars populi rogationem probaſſet ſuffragijs, lex, ſiue rogatio perlata dicebatur. Promulgare autem dicitur quaſi prouulgare. i. ad uulgū ferre, hoc eſt populo proponere. Aut in legationibus. } ex hoc legati notabantur, qui miſſi ſunt, ut regnum Numidiæ inter Iugurtham & Adherbalem diuiderent, quorum pars maior à Iugurtha pecuniam accepit, ut ſupra uiſum eſt. Aut imperijs. } per hoc conſul Beſtia notabatur. Elephantes & perfugas. } hoc uiſum eſt ſuperius. Nam qui in caſtris relicti ſunt, elephantes et tranſfugas tradiderunt. Pactiones feciſſent. } per hoc Beſtia conſul et Aulus frater Albini conſulis notabantur.

INterim Albinus &c. Vſui } neceſſaria. Quouis modo. } alia MARL.
quacunq; pactione. Cōficere } deduceret ad finē. Facere cauſas moræ. } nectebat cauſas tarditatis. Inſtans. } urgens. Tractū } productum fuiſſe. Ex tabernaculis. } ſtationibus. Opportunitate loci. } quia erat à natura munitus. Capi. } expugnari. Circum. } aduerbium eſt. Murum ſitum } . ſ. erat. Cupidine. } cupiditate. Incepto. } inceptæ expugnationi. Vſui. } cōmodo. Imperitia. } ſocuia. Tramites. } anguſtas uias. Callidos. } verſutos. Ex ſentētia. } ut uolebat. Ligurum & Thracum. } ex hiſtoria uult enim demonſtrare barbaros nunquam Italis fidem ſeruaſſe. Primipilus. } Alij ita habent & centurio primipili tertiæ legionis. Ea. } ſcilicet munitione. Aulo infeſti } . ſ. erant. Quā manu ſortitudine. Ob ea } . ſ. facta turpia ab Aulo fratre. A ſocijs. } confœderatis. Feſtinare } ſ. in Africam. Par. } iuſtum. Decernit } iudicat. Vti conuenerat. } pactū erat ab Aulo cū Iugurtha. Ventum eò. } in Africam. Cognitis militibus } . ſ. eneruatis. Soluto imperio. } abſq; regimine imperatoris. Licētia. }

facultas peccandi. Ex copia.} *affluentia.* Promulgat. }*promunciat per preconem.* Quæreretur.} *exercerentur iudicia.*

RIVIVS.

A*Lbinus Aulo fratre in caſtris pro pretore relicto, Romam diſceſſit.* } *Sic & è manuſcriptis duo, & Venetum quoddam. Sed deceſſit, quomodo Gymnicus, mihi magis placet. Nam id proprie ſignificat à mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. Vnde conſules, proconſules, prætores, dicuntur è prouincia decedere. Item, præſidia de urbibus atq; caſtellis. ita uti diligenter annotauit Valla. Cum Gymnico facit unum è manuſcriptis.* Milites menſe Ianuario ex hybernis in expeditionem euocat.} *Sic & Aldinum exemplar, ni fallor, & manuſcripti codices habent. In quibuſdam tamen uelut Argentoratenſi, & Veneto eſt, ex hybernaculis. qua uoce Liuius aliquoties utitur. pro, ubi milites hyberno tempore commorentur. ut 5. dec. 4 Deinde in hybernacula milites deduxit. & 10. eiuſdem, Loca pacata me ad hybernacula electurum. Tacitus 2. Legionem aliæ itinere terreſtri in hybernacula remiſſæ. Hæc aliàs hyberna proprie dicuntur. Nam hybernacula ferè uocamus ipſa tentoria, quando ſub pellibus hyemem agere miles, non in oppidis neq; ſub tecto cogebatur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam & frequens eſt apud Ciceronem, cohortes in hyberna mittere. & Exercitum in hyberna dimittere. hoc eſt, in oppidum aliquod commodius, ubi per hyemem agant. Salluſtius poſtea, Metellus, inquit, cunctos ſenatorij ordinis ex hybernis propere accerſiri iubet. Eſt apud Ciceronem & hybernare uerbum. uelut cũ inquit, Quomodo milites hybernent. &, Vbi ſis hybernaturus. Pro quo Salluſtius inferius dicit, hyemare. Nam omnis exercitus, uti conuenerat, Numidia deductus in prouincia hyemabat. Rurſus, Cæterum exercitum in prouinciis, quæ proxima eſt Numidiæ, hyemandi gratia collocat. Sed & Cicero hoc uerbo utitur aliquoties, ut in epiſtolis, Cupio ſcire ubi ſis hyematurus. & in Verrem, Vbi piratæ quotannis hyemare ſolent. Salluſtius (ut adnotauit alicubi. Seneca) aquis hyemantibus in hiſtoria dixit. Hunc imitaturus Aruntius quiſpiam, quem idem Salluſtianum fuiſſe teſtatur, cum dicere uellet, frigidum annum fuiſſe, ait, Totus hyemauit annus. Hyemare apud Tranquillum in Auguſto, pro affligi incommodo hyemis ponitur. Quamuis parum, inquit, ſalubrem ualetudini ſuæ urbem hyeme experiretur, aſſiduéq; in urbe hyemaret. Cæſar itidem ut Cicero. pro hyemem tranſigere poſuit. uelut 2. Ita populi Ro. exercitum hyemare atq; inueteraſcere in Gallia moleſte ferebant. & 3. uti in ijs legione hyemandi cauſa collocaret. Ibidem, Alteram partem eius uici Gallis ad hyemandum conceſſit. &, Inde in Allobrogas perduxit, ibiq; hyemauit. Sic & aliàs ſæpe.* Quod neq; quam & ſæuitia temporis, & opportunitate loci neque capi, neq; obſideri poterat. } *In quibuſdam eſt, inopportunitate loci. pro eo quod eſt, iniquitate loci. ſic autem præter alia & Beroaldinum, & Venetum exemplar habet, quod excudit Pincius, Pomponius caſtigauit. Sed utrum rectius, alij uiderint. Vt autem ab opportuno deducitur opportunitas, quid ni ita ab inopportuno (nam hac uoce utitur Cicero) deduci inopportunitas queat? Niſi quis importunitate loci legere malit. quomodo inferius dicit aggeribus turribuſq; & alijs machinationibus fuiſſe locum importunum. Ego uulgatam lectionem probo. nam opportunitatẽ loci eam propter incolas & ciues, pro quibus illa erat non ob hoſtes Romanos, aduerſus quos erat, mihi dicere uidetur. Sic enim alibi, Statuit, inquit, urbes quæ uiris aut loco pro hoſtibus, & aduerſum ſe opportuniſſimæ erant, ſingulas circumuenire. pro, quæ urbes munitiſſimæ erant.* Vineas agere, aggerem iacere, aliaq; quæ cœpto uſui forent, properare. } *Quamuis & manuſcriptum & Badianum exemplar preparare, tamen properare, magis placet, pro feſtinanter comparare. Sic apud Tacitum, properare deditionem. item, uoluntariam mortem properare pro celeriter ſibi conſciſcere. Virgilius 8. Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris. properanter facit Et eſt honeſta locut. o, inquit Seruius. In manuſcripto uolumine, pro cœpto, incepto legitur ut & in impreſſis quibuſdã. Sed uulgatam lectionem reliquendam eſſe duco.* Subdole eius augere amentiam. } *In manuſcriptis eſt, Subdolus. quæ nimirum uerior lectio eſt.* Deniq; Aulum ſpe pactionis perpulit, uti Suthule relicto. } *Manuſcripta perpulit.* Intempeſta nocte cũ multitudine Numidarum Auli caſtra circumuenit. } *Cum, non eſt in illo manuſcripto. ac rectius abeſt. Sed nec Florentinus codex id habet, neq; Beroaldinus.* Tametſi ipſum cũ exercitu fame ferroq; clauſum tenet. } *Eſt in quibuſdam, teneat. Id latinitatis ratio expoſcere magis uidetur, niſi ſi ἰτέρωσιν modi eſſe malis.* Quæ quãquam grauia, & flagitij plena erant. } *Manuſcriptum, Quæ grauia quãquam. & ſic ſæpe Tacitus, uelut 5. Hæc mira quanquam, fidem ex eo trahebant, Laur. Valla haud ſcio an memoria lapſus, flagitio plena legit libro elegantiarum 3. quo loco docet Ciceronem Plenus cum genitiuo iungere ſolitum, pleroſq; eodem ſeculo cum ablatiuo. Mox enim ſubdit cum Varronis è tertio de re ruſtica, Vtrum his piſcibus ſtagnum habeat plenum, an raris, tum hoc è Salluſtio exemplum, flagitio plena. quo id cõprobet. Quód Cicero affirmat ſemper hoc nomẽ cum genitiuo iungere conſueuiſſe, in eo plane eſt memoria lapſus. id quod exempla ſequentia oſtendunt. Ornamentis fanorũ plena domus. et, Otioſa uita, conferta & plena uoluptatibus, & Literæ grauiſſimis uerbis ſententijsq; plenæ. Sed & noctem plenam timoribus, apud eundem legis.* Tamen quia mortis metu multabantur, ſicuti regi libuerat, pax conuenit. } *Manuſcripta et alia quædam, mutabantur pro permutabantur. Id eſt, quia hæc patienda potius quàm morientium cenſebant. uel, quia uitam hac re ſuam redimebant. Nam mutatio fit, cum aliud pro alio ſubſtituitur. In Baſileẽſi eſt, mutabant.* Poſtquã eò uenit. } *In nonnullis eſt, poſtquam eò uentum eſt. quomodo et aliàs.* Mox, Quanquam perſequi Iugurthan, & mederi fraternæ inuidiæ animo ardebat. } *In quibuſdam, animus ardebat, uidelicet Albini conſulis. Sed prior lectio melior. pro ſtudio & cupiditate flagrabat. Sic enĩ & manuſcripta.* Quos præter fugam ſoluto imperio, licentia atq; laſciuia corruperat, & copia rerum. } *In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus, Ex copia rerum ſtatuit ſibi nihil agendum. pro, ut res ſeſe dabant, ſiue pro ſtatu & conditione rerum. Sic poſtea Salluſtius, Tum Marius ex copia rerum conſilia trahit. id eſt, ex tempore. uel, pro re nata. Tacitus, ex re conſulere, dixit.* Interea Romæ Brachus Mamilius Lemetanus tribunus plebis, rogationem ad populum promulgat. } *Hic tã uaria eſt in exẽplaribus lectio, ut quæ potiſſimum probãda, haud facile iudicare poſſis. In Veneto eſt, C. Manlius Limitanus Tri. Pl. nec ſecus in Argentoratenſi, atq; alijs pleriſq;. In Parriſienſi, quod eſt à Badio excuſum, caſtigatum ab Aleandro. C. Manilius Limentanus. In Fabriciano (quam lectionem maxime omniũ probandam puto) C. Mallius Limetanus. Quãquam in ſpatio, qđ uerſus dirimit, adſcriptum ibidem eſt, Mamilius. Sed et poſtea, ubi in alijs ferè, ex Manlij rogatiõe, in Badiano, ex Mamilii. in manuſcriptis eſt, ex Malliana. Sed quid multis? Aut hæc lectio uera eſt, quã habet manuſcriptum, aut ea quæ in peruulgatis eſt exemplaribus dialogi de claris oratoribus quem Brutum uocant, quo loco Cicero de C. Galba Sergij F. loquens, huiuſce tribuni pl. meminit. Nam*

rogatione

rogatione, inquit, Manilia, Iugurthinæ coniurationis inuidia, cum pro ſeipſe dixiſſet, oppreſſus eſt ibidem paulo poſt de L. Beſtia loquens. Nam inuidioſa lege Manilia quæſtio C. Galbam Sacerdotẽ, & 4. conſulares L. Beſtiam, C. Catonem, Sp Albinum, ciuemq́; præſtantiſſimum L. Opimium, & quæ ſequuntur. Niſi quis Mamilia ibi, non Manilia legendum eſſe contendat, ita ut i de doctis quidam cẽſent. Tametſi Eraſmus quidem in poſtrema editione Chiliadum, rogatione Manilia legit. hunc Ciceronis è Bruto locum citans. Similis ferè error eſt in Octauio illo Tuſculano, apud T. Liuium l. ab V. C. quem Mamilium alij uocant, alij Manliũ. quod poſterius in Anthropologia comprobat Volaterranus, quicum eruditi quidam faciunt, Sex. Pompeius F. Manliorum familiam diuerſam facit ab ea quam Manliam alij uocant. Mamilia, inquit, turris, intra Suburræ regionem, à Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia à Mamilia filia Thelegoni, quam Tuſculi procreauit, eſt appellata, quando id oppidum ipſe condidiſſet. Mox, Manliæ gentis patriciæ decreto, nemo ex ea Marcus appellatur, quòd M. Manlius qui Capitolium à Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet, damnatus necatusq́; eſt. Hæc totidem fermè uerbis repetit Sipontinus. Quod niſi mendum eſt in exemplaribus Sex. Pompeij, ut eſſe ſuſpicor, errat & Volaterranus ipſe, & quicunque alij Manlium uocant principem illum Latini nominis Octauium Tuſculanũ. Sed mihi legendum apud Feſtum uidetur, Manliorum familia, à Manilia &c. Liuij exemplaria uariãt. nam eſt in alijs Mantlius, in alijs Mamilius. Sed et author libelli de magiſtratibus Ro. Mamiliũ uocat, cum Manlium aliâs legi, ſit in margine adnotatum. Contra, qui de uiris illuſtribus ſcripſit, eundem Manlium appellat. quemadmodum & Florus libro 1. & è recentioribus Alexander Neapolitanus, Quin & apud Ciceronem 2 de natura deorum, quo loco ſic Heruagius, Cum A. Poſtumius Dictator cum Octauio Mamilio Tuſculano prælio dimicaret &c. ibi Aldus, Manlio excudit.

Tametſi

Tametſi idem Aldus in epiſtolis ad Atticum, Manlium dicit, Manle, inquit, Tarquinius, qui Porſenam, qui Octauium Manliũ contra patriam. quomodo et aliud quoddam Venetijs impreſſum, & illud Baſileæ ab Heruagio excuſum. Cura me hercule non deeſſet (ut Liuij noſtri uerbis utar) ſi qua ad uerum uia inquirentem ferret. Nunc mirari magis, adeo diſcrepare inter ſe codices, quàm quid ueri ſit, diſcernere queas. Quòd ſi græci nobis exemplaris copia Dionyſij Halicarnaſſei foret, perfacile huic rei inueniri remedium poſſet. Sed de hoc ſatis. M. Manlius qui capitolium defendit, a Plutarcho μάλλιες dicitur. Is uero, unde lex Manlia nomen habet, μανίλιος ab eodem in Ciceronis uita. ſed in Pompeij, μάλλιος. mendoſè ut opinor & incuria librariorum. quando, ut dixi, diuerſa Romæ fuit proſapia Manliorum et Manliorum. Hoc ceu auctarium addere libuit.

Pro Interea, ẽ in manuſcriptis Interim, nec aliter in impreſſis uetuſtioribus. Quorum conſilio Iugurtha ſenatus decreta neglexiſſet. } Manuſcripta duo, ſenati decreta. qui eſt genitiuus antiquus, atq; ob id Salluſtio antiquario magis conueniens. Sic Plautus, Senati columen dixit.

GLAREANVS.

AD op. Suthul, ubi regis Theſauri erant. } Strabo lib. ultimo Capſam ait uocatã, ubi regis Iugurthæ fuerint theſauri. ſed puto errorem eſſe qualem paulo ante de Vtica indicauimus. Nam Salluſtius poſtea de Capſa diſſerens, nihil de regis theſauris meminit, uerum locum quendam alium ad flumen Mulucham, Hæc nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligentia emendentur, maxime locorum facta diligenti comparatione. Tamen quia mortis metu multabantur. } Pro Multabantur, alij codices habent Nutabant. In uetuſto codice Vrgebantur marginibus adſcriptum reperi, quæ lectio placet, nam ita loqui ſolet hic author, ut paulo poſt, Populus militia atq; inopia urgebatur.

SOLDVS. HVic rogationi. } ordo eſt. Partim homines conſcij ſibi, alij metuentes pericula ex inuidia, partim parabant occulte impedimenta huic rogationi per homines Latini nominis, & per ſocios Italicos, quoniã aperte reſiſtere non poterant, quin faterẽtur illa, & alia talia placere ſibi. hoc dicit, illi qui erant in delicto, hanc rogationem Manlij impedire conabantur per homines Latinos et Italicos, qui erant ciues Romani, ſed tamen nihil facere potuerunt. Nam rogatio perlata eſt, et iuſſa. Alij ex inuidia partiũ pericula metuentes. Multi nobiles erant, qui timebant propter inuidiam partium, quia intelligebant periculum, ſibi imminere ſi plebs in hac rogatione uictoriã obtinuiſſet, nam factio nobilium per hanc rogationẽ uires amittebat. E contra factio plebis uires & animos augebat, ſicuti ipſe Sallu. infra oſtẽdit. Quoniam aperte reſiſtere non poterant, } occulte reſiſtebãt huic rogationi per alios, quia per ſe aperte reſiſtere non poterant, quin ſuum delictum faterentur.

Illa &

Illa & alia talia }. ſ. accepiſſe pecunias à rege, & ipſum regem iuuiſſe &c. feciſſe quæ in rogatione promulgata continebantur.

Homines Latini nominis }. id eſt p homines Latinos, quibus ciuitas Roma. data erat. i. qui ciues Romani facti erant. Sed plebs. } Sed eſt incredibile memoratu quantum fuerat intenta plebs, et quãta ui iuſſerit rogationem, magis odio nobilitatis, cui illa mala parabantur, quam cura reip. tanta libido erat in partibus, ſenſus patet. Incredibile memoratu} .i. dictu incredibile. quia ſi diceretur nõ crederetur. Suffragiũ proprie dicitur uotum & uoluntas uniuſcuiuſq;, quæ primo uoce, deinde per L. Caſſium legali lege per tabellam oſtẽdebatur, ita ut uoluntas cuiuſque pandatur, perſona occultaretur. Rogationem iuſſerit }. i. rogationẽ ſuffragijs approbauerit. Nam eam rogationem ſe acceptare, & approbare ſuffragijs oſtendit. Nam plebs dicebatur iuſſiſſe, id quod ſuffragijs approbabat. Igitur cæteris metu perculſis. } Cum, inquit, cætera no-

HVic rogationi partim conſcij ſibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes; quoniam aperte reſiſtere non poterant, quin illa & alia talia placere ſibi faterentur, occulte per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, & ſocios Italicos impedimenta parabant. Sed plebs, incredibile eſt memoratu, quantum intenta fuerit, quantaq́; ui rogationem iuſſerit, decreuerit, uoluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quàm cura Reip. tanta libido in partibus erat. Igitur cæteris metu perculſis, M. Scaurus, quem legatum Beſtiæ fuiſſe ſupra docuimus, inter lætitiam plebis, & ſuorum fugam, trepida etiam tum ciuitate, cum ex Mamilli rogatione tres quæſitores rogarentur, effecerat, ut ipſe in eo numero crearetur. Sed qñe exercitata uſpere, uiolẽterq́; ex rumore & libidine plebis,

bilitas perterrita eſſet ob legē Manij, Scau. inter cæteros nobiles potens, partem huius terroris & periculi imminētis exceſſit. Nam cum tres inquiſitores continerentur in lege, fecit et obtinuit, ut ipſe unus eſſet ex his, qui inquiſitionem faciebāt. Atque ita cum de ipſo inquiſitio facienda eſſet, qui pecuniam acceperat à Iugurtha, per potētiam ſuā fecerat, ut ipſe de alijs inquiſitionem faceret. Igitur cæteris metu perculſis } i. cæteris nobilibus metu perterritis.

Inter lætitiam plebis. } nam plebs lætabatur, quia uidebat fore, ut multi nobiles damnarentur. Tres quæſtiones. } prima quæſtio erat de his, quorum cōſilio Iugurtha Senatus decreta contempſerat, et qui pecuniam ab eo acceperant. Secunda erat de his, qui elephantes & transfugas uendiderant. Tertia de his, qui pactiōes de pace, aut bello cum hoſtibus feciſſent. In eo nu. } i. numero quæſitorū, obtinuerat, ut ex tribus q̄ſitoribus unus eēt, nā opus erat, ut ſinguli quæſitores ſingulis inquiſitionibus præeſſent. Nā quæſitores dicuntur, qui d criminibus ſuſpectis inquiſitionem faciūt. Sed q̄one exercitata. } ordo eſt, ea tempeſtate, ſic inſolentia ceperat plebem ex ſecū. is rebus, ut pro ſicut ipſa inſolentia ſæpe ceperat nobilitatem, excitata quæſtione, aſpere & uolenter ex rumore et ex libidine plebis. Poſt quā, inquit, inquiſitio exercitata eſt, ſicuti plebs cupiebat, ipſa plebs ſuperbire cœpit, ex hoc quemadmodum ſæpe nobilitas ſupbire conſueuerat. Aſpere & uolenter. } quia multi nobiles damnati ſunt, inter quos L. Opimius, qui prīceps legationis fuit quando decē legati miſſi ſunt, ut regnum Numidiæ diuiderēt inter Iugurthā & Adherbalem. Ex rumore & ex libidine plebis. i. quemadmodum dicebat & cupiebat plebs. Ex rumore } i ſecundum rumorem & famam plebis, quia inquiſitio facta eſt de his hominibus, de quibus plebs dicebat eſſe faciendam. Ex ſecundis } i. proſperis rebus, quia inquiſitiones fiebant, quemadmodū ipſa plebs uolebat. Cæterum mos. } Salu. capta opportūitate, dicit, unde partes & factiones Romæ originem habuerint. Partium popularium & Senatus factionū. } Tota ciuitas in duas ptes & duas factiones diuiſa erat. Vna pars ſiue factio erat ſenatus & nobilium. Altera pars erat plebis. Sed factio ſenatus magis unita erat & cōiuncta, factio plebis magis diſperſa. Sed ubi tota plebs in unum conſpirabat propter multitudinem ſuperior erat, præſertim ſi duces factiōis potentem aliquem inueniſſent, ut Caium Marium, & Caium Cæſarem.

Otio } i. propter pacem. Nā diuturna pax, et quies à tumultu bellorum uires & animos eneruauerant, & in ſuperbiam erexerant. Prima } i. præcipua, & meliora. Nam homines exiſtimant diuitias eſſe cæteris rebus meliores. Nam ante Carthagīnē } Oſtendit nocuiſſe Romanis delere Carthaginem, quia donec Carthago in imperio fuit, ſemper in bello Romanos tenuit occupatos, ita ut nec laſciuire nec ſuperbire poſſent. Sed deleta & extincta Carthagine, cum imperium Romanum creuiſſet in immenſum, & rerū omnium affluentiam diuturnitas pacis atque otij peperiſſet, laſciuire animi cœperunt, & in ſuperbiam extolli, atq; ita dominandi libido, paulatim inceſſit. Ante Carthaginē deletā. } Cum in ſenatu agitaretur, an delenda eſſet Carthago. Snīas dixerūt M. Cato Cēſorius, et P. Scipio Naſica. Cato cenſebat delendam eſſe Carthaginem, ut metu perpetuo belli Roma liberaretur, econtra P. Scipio Naſica cenſebat Carthaginem nō eſſe delēdam, ne metu belli ſublato ignauia torpeſcerēt animi, et uires otio ac laſciuia corrumperentur.

ut ſæpe nobilitatem, ſic ea tempeſtate plebem ex ſecundis rebus inſolentia ceperat. Cæterum mos partium popularium, & ſenatus factionum, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romę ortus eſt otio atq; abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducūt. Nam ante Carthaginem deletam, populus, & ſenatus Romanus placide, modeſteq; inter ſe Rēp. tractabant, neq; gloriæ, neq; dominationis certamen inter ciues erat, metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatē retinebat. Sed ubi illa formido mentibus deceſſit; ſcilicet ea quæ ſecundæ res amant, laſciuia, atq; ſuperbia inceſſere. ita, quod in aduerſis rebus optauerant, otium poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiusq; fuit. Nanq; cœpere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebes libertatem in libidinē uertere; ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt. Reſp. quæ media fuerat, dilacerata eſt. Cęterum nobilitas factione magis pollebat: plebis uis ſoluta, atq; in multitudine diſperſa, minus poterat. Paucorū arbitrio, belli domiq; Reſp. agitabatur: penes eoſdem ærarium, prouinciæ, magiſtratus, gloriæ, triumphiq; erant. Populus militia atq; inopia urgebatur: prędas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes, aut parui liberi militum, uti quiſq; potentiori confinis erat ſedibus pellebantur. ita cum potentia auaritia ſine modo, modeſtiaq; inuadere, polluere, & uaſtare omnia, nihil pēſi neq; ſancti habere, quoad ſemetipſam præcipitauit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti ſunt, qui ueram gloriam iniuſtæ potentiæ anteponerent; moueri ciuitas, & diſſenſio ciuilis quaſi permiſtio terræ oriri cœpit. Nam poſtquam Tiberius, et C. Gracchus, quorum maiores Punico atq; alijs bellis multum Reip. addiderāt, uindicare plebem in libertatem, et paucorū ſcelera patefacere cœpere. nobilitas noxia, atq; eo pculſa, modo per ſocios, ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis à plebe dimouerat, Gracchorum actionibus obuiam ierat. et primo Tiberium, deinde paucos poſt annos eadem ingredientem Caium, trib. pleb. alterum, alterum triumuirū colonijs deducendis cum M. Fuluio Flacco ferro necauerat. Et ſanè Gracchis cupidine uictoriæ haud ſatis moderatus animus fuit. Sed bono uinci ſatius eſt, quàm malo more iniuriam uincere. Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine ſua uſa multos mortales ferro, aut fuga extinxit; plusq; in reliquum ſibi timoris, quàm potentiæ addidit. Quæ res plerūque magnas ciuitates peſſumdedit; dū alteri alteros uincere quouis modo, & ui-

perentur, quod poſtea factum eſt, ut Salluſt. hic docet. Sed ubi. } ordo eſt. Sed laſciuia atque ſuperbia inceſſere, dico laſciuia, & ſuperbia, appoſitiue ea quæ ſecundæ res amant.

ctos acerbius ulciſci uolunt. Sed de ſtudijs partium, & omnibus ciuitatis moribus, ſi ſigillatim, aut pro magnitudine parem diſſerere; tempus, quàm res, maturius me deſeret. Quamobrem ad inceptum redeo.

Vbi. } pro poſtquam illa formido diſceſſit mentibus. Senſus patet. Illa formido }. ſ. Carthaginis. i. poſtquam Carthago deleta eſt, & metus belli ſupra diximus quemadmodum P. Scipio Africanus minor Carthaginem captã funditus deleuerit, ex quo Africanus cognominatus eſt. Ea quæ ſecundæ res amant. } Nam ex affluentia rerum laſciuia et ſupbia generantur. Inceſſere }. i. inuaſere, intrauere inuectæ, & introductæ ſunt. Ita. } ordo, ita otium quod optabant in aduerſis rebus fit acerbius & aſperius, poſtq̃ adepti ſunt. ſ. illud otium. Optabant pacem quando in bello erant. Et poſtquam adepti ſunt pacem, eo aſperior fuit bello. Cœp } prolepſis eſt. Nobilitas inquit cœpit conuertere dignitatem in dominationem, quia non ſatis habebat, quòd adminiſtrationem reip. & prouinciarum poſſidebat, ſed prorſus dominari uolebat, ex altera parte plebs libertatem ſuam in libidinem conuertere cœpit, quia non ſolum ſenatui & nobilitati ſubiecta eſſe uolebat, ſed leges ferebat & iubebat, quæ nobililatis potẽtiã extingueret, ſicuti fuit lex ſuperior de quæſtionibus exercendis, qua lege nobilitas pculſa eſt. Abſtracta }. i. diſtracta, diuiſa ſunt, Reſpub. } bonum commune, & bonum publicum. Dum unuſquiſque rem ſuam curat reſpub. neglecta eſt, & dilacerata eſt. Dum unuſquiſque bonum priuatum curat, bonum publicum contẽnit. Nobilitas magis factione pollebat i. factio nobilitatis potentior erat, quia magis erant uniti & cõiuncti, plebs uero diſpſa erat. Soluta }. i. diſiuncta, quia pauperes ciues quærebãt quotidie, q̃uo uictũ ſibi pararẽt, nõ q̃uo diuitibus et nobilitati reſiſterẽt. Et iõ potẽtia plebis minor erat, q̃a nõ erant uniti & coniuncti, ſicuti nobiles. Impatores }. i. duces exercituum. Parentes, aut parui liberi militum } probat quod ſuperius dixit, uidelicet, quomodo nobilitas dignitatem in dominationẽ uertere cœperit. Ecce totius reip. adminiſtrationem tenebant, & tamen poſtea patres & liberos pauperum ciuium, qui foris bella gerebant, de agris ſuis pellebant, ſi forte eis uicini erãt. Sedibus } uidelicet de agris, hoc etiam ſupra docuimus, factum eſſe, quando Tiberius Gracchus legem agrariam tulit. Nam ditiores quòd potentes augebant penſiones, & ita de agris publicis pauperes ciues excludebant. Ita cum potentia. } ordo eſt, ita auaritia cum potentia inuadere, p inuadebat, & polluebat et uaſtabat omnia ſine modo, & ſine modeſtia, & nihil penſi habere pro habebat, & nihil ſancti, quoad præcipitauit ſemetipſum; Nobiles Romani potentes erant & auari, & propterea per fas ac nefas omnia aggrediebantur, atque omnia uiolabant. Nam quia potentes erant omnia aggrediebantur, quia auari erant, omnia uiolabant, & omnia per pecuniam faciebant. Polluere. } pro polluebant, hoc eſt uiolabãt omnia per auaritiam ſicuti ſenatores Romani pecunia corrupti iuſtitiam & fidem uiolauerunt, Iugurtham pro tantis ſceleribus impunitum relinquentes, & quemadmodum legati per auaritiam fidem uiolauerunt, qui accepta pecunia meliorem partem regni Iugurthæ aſſignauerunt. Nihil pẽſi habere. } id eſt nihil conſiderabant. Et hoc refertur ad id quod dixit, Inuadere, quia temere & ſine ulla conſideratione ea aggrediebantur, quæ uel erant illicita, uel ſuis uiribus maiora. Neque ſancti habere }. i. & nihil ſancti habebant, hoc refertur ad id quod dixit polluere. Nihil ſanctum habere ẽ omnia ſancta uiolare. nam id dicitur ſanctum, quod uiolari nefas ẽ, ut fides, pietas, iuſtitia, religio, hæc omnia, & his ſimilia ſancta dicuntur, quia ea pollui & uiolari non licet. Sed nobiles Romani nihil ſancti habebant, quia omnia uiolabant, quæ uiolari non licet, nam fidem & iuſtitiam pro pecunia uiolabant, ut ante dixit. Nihil penſi }. i. nihil penſum habebant, quia nihil quod facerent penſabant. i. librabant, & ponderabant, & examinabant, ſed temere & inconſulte quicquid appetebant aggrediebantur, & inuidebant potentiæ ſuæ confiſi. Præcipitauit }. i. euertit & deiecit, nam potentia Romanorũ tantopere creuit, ut ſua magnitudine rueret. Nam arma ab hoſtibus in ſeipſos uerterunt, donec bellis ciuilibus Roma funditus euerſa eſſet. Nam ubi primũ. } poſtquam, inquit, ex nobilibus aliqui reperti ſunt, qui iniuſtam potentiam contemnerent, & ueram gloriã quærerent, tũc primum bellum & diſcordia ciuilis oriri cœpit, iniuſta potentia erat nobilium, quia ea faciebant, quæ ſupra dixit, uidelicet, qui totius reip. adminiſtrationem habere uolebant, & inſuper inopem plebem ſeruire oppreſſam tenebant, uera gloria erat dare operam, ut plebs quæ pro rep. ſemper bella gerebãt, non opprimeretur à nobilitate, ſed libertatem ſuam inuiolatã haberet. Poſtq̃ igitur inuenti ſunt aliqui ex nobilibus, qui ſpreta iniuſta potentia, hanc ueram gloriam quærerent, ut uidelicet conarentur plebem in libertatem reſtituere, ſubito exinde bellum ciuile ortum habere cœpit, quia dum nobilitas dominari cupit, plebs autem dominationem pati non uult, neceſſe fuit ad arma uenire. Nam ubi } ordo eſt. nam ciuitas cœpit moueri, & diſſenſio ciuilis cœpit oriri, quaſi permixtio terræ. Vbi primum }. i. cum primum reperti ſunt. ſ. aliqui ex nobilitate, qui anteponerent ueram gloriã. Iniuſtæ potentiæ. } Mirũ uidetur hoc q̃d dicit, niſi diligentius conſideretur. Nã mirũ uidetur, quòd bellum ciuile ſit, quia ex nobilibus inuenti ſunt, qui ueram gloriam iniuſtæ potentiæ anteponerent, immo ex hoc uidetur potius concordia nutriri potuiſſe. Sed iam expoſui hanc ſentẽtiam, quæ exemplo Gracchorum clarius intelligitur. Nam Gracchi uero dum ueram gloriam quærunt, plebi libertatem & iura ſua reſtituendo, diſcordiam ciuilem in urbem concitarunt. Quaſi permixtio terræ }. i. quaſi puluis ſic ciuitas turbari cœpit, & ſuſcitari ciuilis diſcordia, quemadmodum puluis turbari & ſuſcitari ſolet turbine uenti commotus. Nam poſtquam. } probat exemplo Gracchorum hoc uerum eſſe, quod dixit, uidelicet ciuilem diſcordiã exoriri cœpiſſe, dum inuenti ſunt ex nobilibus, qui ueram gloriam iniuſtæ potentiæ anteponerent, ſicuti Gracchi feciſſe probantur, ordo eſt. Nam nobilitas noxia atque perculſa eo. i. ideo iuerat obuiã actionibus Gracchorum. Modo }. i. aliquando per ſocios ac nomẽ Latinum, interdum per equites Ro. quos ſpes ſocietatis dimouerat à plebe, poſt quã Tiberius & Caius Gracchus, maiores quorum addiderant multum reip. bello punico. Atque alijs }. ſ. bellis. Cœpere. } pro cœperunt uendicare plebem in libertatem, & patefacere ſcelera paucorum. Quorum maiores punico bello atq; alijs multum reip. addiderant. Gracchi multa præclara facinora bello geſſerunt & in bello punico, & in alijs. Nam Sempronius Gracchus conſul & collega P. Cornelij Scipionis patris Scipionis Africani maioris ad inſidias miſſus contra Carthaginenſes bello nauali feliciter dimicauit, ſeptem nauibus captis, cæteris in fugam uerſis. idem apud Placẽtiam contra Annibalem feliciter pugna-

uit, p̃ iſo hoſte in caſtris. Tiberius autem Gracchus Hannonẽ ducem Pœnorum cum exercitu fudit apud Luceriam. ex quo prælio minus duo milia hominum cum ipſo duce fugerũt. Item P. Sempronius conſul in agro Crotonẽſi cum Annibale conflixit, fuſo fugatoq; exercitu quatuor milia hoſtium occidit, paulominus trecẽtos cepit, undecim ſigna militaria capta ſunt. Ex his patet quomodo maiores Tiberij & C. Gracchorum multum remp. adiuuerunt. Denique Tiberius Gracchus pater eorum bis conſul fuit, ac bis triũphauit. Vindicare } .i. trahere. Ecce quomodo Tiberius & C. Gracchus ueram gloriam iniuſtæ potentiæ anteponebãt, quia ipſi non cupiebant dominari ſicuti cæteri nobiles, ſed ipſam plebem ſeruitute oppreſſam in priſtinam libertatem reuocare cupiebant: et dum hoc faciunt, diſcordia & bellum ciuile cœpit. Scelera patefacere } Nam oſtendebant quemadmodum nobiles omnia ad ſe traherent, ærarium expilarent, pauperes de agris ſuis pellerent, regna & prouincias uenderent, & cætera ſcelera his ſimilia perpetrarent. Eo } i. ideo propter id. Perculſa } .i. perterrita. Nam ipſa nobilitas timebat, quia ſciebat ſe eſſe in his delictis, quæ Gracchi patefaciebant. Modo per ſocios, ac nomen latinum. } populi Latinorum ſocij uetuſtiſſime erant populi Romani, qui tandem in communionem ciuitatis Romanæ accepti ſunt, hoc eſt ciues Romani facti ſunt, ita ut & ipſi haberent ſuffragia. Dicit ergo nobilitatem et ſenatum reſtitiſſe actionibus Gracchorum per Latinos, quia Latini adhærebant ſenatui potiuſquam plebi, aliquando ſenatus reſiſtebat actiõibus Gracchorum per equites Romanos, quia ſimiliter equeſter ordo adhærebat potius ſenatui quàm plebi, licet ſæpe à ſenatu alienatus ſit, & ſe cum plebe coniunxerit. Ordo iſte eſt. Nam inter ſenatum et plebem medius erat ordo equeſter, diuitijs maxime præpotens. Quos ſpes ſocietatis plebe dimouerat. } ſenatus, ut ordinem equeſtrem alienaret à plebe, & cum ſibi conciliaret, atque etiam coniungeret, dabat ei ſpem ſocietatis, & propter hanc ſpem equeſter ordo à plebe diſceſſerat & ſenatui adhærebat. Spes ſocietatis. } & quia equites ſperabãt, ſe ſocios fore ſenatus in adminiſtratione totius reipub. Nam ſenatus totam rempublicam in ſua poteſtate habebat, ut ſupra uiſum eſt. Gracchorum actionibus. } quibus actionibus libertatem, & iura ſua plebi reſtituere conabantur, ut ſupra uiſum eſt. Eadem ingredientem } .i. eadem molientem & conantem, quæ ipſe Tiberius conatus fuerat, uidelicet ferentem leges agrarias. Triumuirum colonijs deducendis. } Quando agri publici ex hoſtibus capti pauperibus ciuibus Romanis diuidendi erant, tres uiri creabantur à populo, q eos agros diuiderent. & hi triumuiri dicebantur. quemadmodum quando Tiberius Gracchus legem tulit agrariam, tres uiri electi ſunt ad agros diuidendos, uidelicet ipſe Tiberius, Appius Claudius ſocer eius, & C. Gracchus frater eius. Vnuſquiſq; eorum triũuir dicebatur. Nunc ergo dicit C. Gracchum triumuirum deducendis Colonijs cum Fuluio Flacco interfectum fuiſſe, quia C. Gracchus Fuluius Flaccus triumuiri fuerant ad deducendas Colonias Tarentum atq; Capuam, & ad agros diuidendos. Nam C. Gracchus Tribunus plebis legem tulerat, ut coloniæ mitterentur Tarẽtum atq; Capuam. Colonia dicebatur multitudo ciuium Romanorum miſſa ad aliam ciuitatem, in qua agri publici per triumuiros ei diuidebantur, & aſſignabantur, ergo deducere Colonias eſt de ciuitate Romana ciues tollere, & in aliam ciuitatẽ ducere, in qua eis agri publici diuiduntur & aſſignantur. Quemadmodum autẽ C. Gracchus et Fuluius Flaccus interfecti ſint à nobilitate ſupra diximus. Et ſanè Gracchus. } Salluſtius iudicium ſuum de morte Gracchorum oſtendit. Dicit enim eos immoderatũ animum habuiſſe, dum iura ſua plebi reſtituere conarentur. Nam licet à principio Gracchi egregio animo ducti ſint, ut plebis iura & libertatẽ contra nobilitatem tuerentur, tamen poſtea ad iniuſtitiã deſcenderunt, dum uincere & obtinere conantur quod ſemel intenderant, quẽadmodum Tiberius Gracchus fecit, qui ſine exemplo Octauio Collegæ ſuo magiſtratum abrogauit, hoc enim nimis ſuperbum & intolerandum uiſum eſt omnibus. Cupidine uictoriæ } .i. cupiditate uincendi, uidelicet, dum cupiunt uincere & obtinere id, quod ſemel excogitauerãt. Sed bono. } ordo eſt. Sed eſt ſatius uinci bono. } ſcilicet more quam uincere iniuriam malo more. Hæc eſt apoſtolica ſententia atque diuina, dicit enim quamuis Gracchi immoderatum animum haberent, tamen melius erat, ut nobilitas eos uincere permitteret quàm ut eos interficeret & exemplum malum introduceret. Sed bono. } ſententia generalis quidem eſt, ſed ad propoſitũ accommodata. Satius } .i. melius. Malo more } .i. malo exemplo nobilitas uicit iniuriam Gracchorum, ſed malo exemplo uicit, quia eos interfecit, & in ipſa uictoria nimiam crudelitatem exercuit. Et ideo melius eſſet uinci, quam ſic uincere. Igitur. } ordo ẽ.

Igitur nobilitas uſa eſt uictoria ex libidine extinxit multos mortales ferro, aut fuga. Ea uictoria. } in qua Gracchos uicit, et interfecit. Ex libidine ſua. } Inter uoluntatem et libidinem hoc intereſt ſecundum Ciceronem in. iiij. Tuſculanarũ, uoluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat. quæ autem ratione aduerſa incitata ẽ, ea libido eſt, uel cupiditas effrenata. Ergo deſiderium in bono uoluntas dicitur, deſiderium in malo libido uocatur. Multos mortaleis ferro, aut fuga extinxit } .i. multos interfecit, & multos exilio mulctauit. Plus timoris quam potentiæ ſibi addidit. Ex ea uictoria nobilitas ferro. } ut plus timeret in poſterum, non ut plus poſſet. Quæ res. } uidelicet immoderate uti uictoria, & impiam crudelitatẽ exercere, ſicuti nobilitas fecit. Magnas ciuitates peſſum dedit } i. euertit, & deleuit, ſic Athenæ florentiſſima ciuitas euerſa eſt. Maturius } .i. citius, Si uellem loqui de partibus ciuitatis, prout res poſtulat, tam magna res eſt, ut citius tempus de futurum ſit quam res. Redeo. } id eſt reuertor.

Conſcij } ſ. nobiles. Sibi. } ſui ſceleris. [Ro]garentur illa & [c]al. } ut iſta lex ſortiretur effectũ. Latini nominis. } qui gaudebant iure Roma. Italicos } Italia nõ erat Ro. Colonia, ſed in fœdere. Impedimenta. } ne lex illa ſeruaretur. Iuſſerit. } approbauerit. Illa mala. } illæ inquiſitiones. Tanta lib. } tantum ſtudium. Partibus. } factionibus. Rogarentur. } deſignarentur. MARLIA.

Effecerat. } obtinuerat. Aſpere. } ſine reſpectu nobilitatis.

Vt ſæpe. } aliàs. Res ſecundæ. } aſperàtes. In aduerſis rebus. } in bellis externis. Libidinẽ } appetitũ. Dilacerata. } uerſa in ruinam. Agitabatur. } gubernabatur. Militia, } quia ſemper erat in bello. Interea. } dum populus Roma. erat in bello. Affinis. } proximus. Nihil ſãcti. } inuiolati. Moueri. } excitari. Noxa } quæ in culpa erat propter auaritiam. Dimouerat. } ſeparauerat.

Actionibus. } orationibus. Ingredientem. } tentantem. In reliquum. } in ſequens tempus. Parem. } parare uelim. Diſſerere. } diſputare. Quàm res. } quàm materia.

Occulte per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, & ſocios Italicos impedimenta parabant, } In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus, p̃ homines nominis Latini. nã hoc ordine uerborum & aliàs quoq; utitur. Nec aliter in uetuſtis inſcriptionibus, ubi ferè primis tantum literis hæc uerba notantur in hunc modum, N. L. quibus literis ſignificatur, nõis Latini. Vnde conijcere licet RIVIVS.

cere licet

cere licet, hac ſerie ferè collocanda eſſe hæc uerba, & hunc fuiſſe uſum publicum & obſeruationem communem. idq; maxime, ſi obſcænius alioqui concurrant literæ niſi ordinem uerborum immutes. T. Liuius, Quina millia ſocium Latini nominis, inquit. quomodo & alias item ſæpe. Sed cum tale obſtat nihil, ordine priore uerborum ferè utitur. uelut sc. lib. 4. Fabius ſocijs atq; nomini Latino remittere delectum. & 2. dec eiuſdem, Circa nomen Latinum à prætore miſſæ literæ. Sic alibi, Vt ſocij nominis Latini, inquit. item, Vt cum ſocijs ac nomine Latino &c. Sed plebs incredibile eſt memoratu.} Manuſcriptum aliaq;, plebes. Id nimirum rectius eſt. Paulo poſt, Sed quæſtione exercitata aſpere uolẽ. et' que } Manuſcripta duo, exercita. idq; haud ſcio an melius. nam & iudicium & quæſtio exerceri dicitur. Cicero, Qui cum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet. Liuius, Quàm acriter quæſtiones exercuiſſet. Neq; tamen priorem lectionem repudio. nam peculiare eſt Salluſtio noſtro frequentatiuis uti pro primitiuis. quomodo alicubi agitare prædas, pro agere dixit. & ductare exercitum, pro ducere. Et paucis ante annis.} τὸ Et, perperam eſt in Gymnico additum. Metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatem retinebat.} Alij, continebat. ſed eodem ſenſu. Quanquã poſterius mihi quidem magis arridet. nam & Florus eadem de re loquens, eo ipſo uerbo eſt libro 4. uſus. Dum Pœnorum, inquit, hoſtium imminens metus, diſciplinam ueterẽ continebat. Sunt apud Velleium Paterculum quæ huc faciant, ea ſubijcere uiſum. Potentiæ, inquit, Romanorum prior Scipio uiã aperuerat, luxuriæ poſterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu ſublataq; imperij æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu à uirtute deſcitum, ad uitia tranſcurſum. uetus diſciplina deſerta, noua inducta. i ſomnum à uigilijs, ab armis ad uoluptates, à negotijs in otium conuerſa ciuitas. Salluſtius in 1. hiſtoriæ, At diſcordia, & auaritia, atq; ambitio, inquit, & cætera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium maxime aucta ſunt. Nam iniuriæ ualidiorum, & ob eas diſceſſio plebis à patribus, aliæq; diſſenſiones domi fuere iam inde à principio, neq; amplius quàm regibus exactis, dum metus à Tarquinio & bellum graue cum Etruria poſitum eſt, æquo et modeſto iure agitatũ. Hæc ex Auguſtino 2. de ciuitate Dei. Mox, Sed ubi illa formido mentibus deceſſit.} Manuſcripta, diſceſſit. Tu uide, utrum rectius. Diſcedere ſpem alicui, eſt apud Cæſarem. ut & formidinem diſcedere nõ abſurde forſan dicere poſsis. Mox, Namq; cepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in libidinem uertere } Sic eſt in manuſcriptis, quæ ipſe uiderim, contra quàm Gymnicus habet. Vtra lectio uerior, aliorum eſto iudiciũ. Paulo poſt, In duas partes.} Legendum, parteis. Paucorum arbitrio belli domiq; Reſp. agitabatur.} Reſp. nõ eſt in ullo manuſcripto, nec in codice Beroaldino.

Vti quiſque potentiori confinis erat.} Quamuis in quibuſdam ſit affinis, tamen prius illud magis arridet, & ad ſenſum magis facit. pro, conterminus. ut Plinius loquitur. Nihil penſi neq; ſancti habere quoad ſemetipſam præcipitauit.} Legendum, ſemetipſa. ex uetuſtis quibuſdam. Deinde paucos poſt annos.} Manuſcriptũ dein. & paulo inferius, Multos mortales.} Legendum mortaleis.

GLAREANVS.

Deinde paucos poſt annos ingredientem eadem Caium.} Poſt Caium, diſtinguẽdum, atq; deinde diuiſum inferendum, Tribunum plebis alterum, nempe Tiberium, alterum Triumuirum, nempe Caiũ. Colonijs deducendis. M. enim Fuluius Flaccus non cum Tiberio, ſed Caio occiſus eſt ut author ẽ Florus in altera Epitome lib. lxi. Quod admonendum duximus, quoniam hic locus in plerisq; codicibus corrupte legitur, & à Commẽtatoribus miſere tractatur.

SOLDVS. Facta digreſsione, poſtquam deſcripſit mores & partes ciuitatis, nunc reuertitur ad id, quod omiſerat, ut oſtendat quid factum ſit. Romani fuſi ſunt à Iugurtha, & poſtquam Aulus uictus, fœdus cum Iugurtha fecit. Quãquam aduerſo } .i. contrarius et inimicus, licet aduerſus eſſet plebi propter factionem tamen famã integram & incorruptam habebat. Fama tamen æquabili.} quia nihil de ſeipſo prauum & iniquum dicebatur. Magiſtratũ ingreſſus eſt }. i. ubi magiſtratum inijt. Conſules,} & alij magiſtratus aliquot menſibus ante declarabantur, deinde calẽdis Ianuarijs magiſtratum inibant }. i. magiſtratum Romanæ reip. adminiſtrare incipiebant. Et quãquã aduerſo populi partibus, fama tamen æquabili inuiolata, & incorrupta erat.} Ordo ẽ pendens à ſuperiori. Numidia euenerat Metello acri uiro, et tamẽ erat fama æquabili, & inuiolata, ſcilicet ipſe Metellus. quãquam erat contrarius. i. aduerſus populi partibus. i. quãquam Metellus erat inimicus partiũ ipſius populi, tamen erat æquabili fama, quia Metellus æquabiliter, & ſimiliter probatus erat apd̃ populum, ſicuti apud Senatum, quãuis eſſet inimicus populi propter partes, & ſine dubio magna quidẽ laus ẽ Metelli, quòd uita eius & mores ita probabantur ab inimicis, ſicuti ab amicis. Aduerſo partibus populi }. i inimicus partium populi. Alia omnia cõmunia ſibi cum collega ratus }. i. cum putaſſet alia omnia, præter bellum, tam ad collegam, quam ad ſe pertinere, Metellus enim putabat alia omnia eſſe communia ſibi cum collega, hoc ẽ alia omnia, præter bellum, tam ad collegã quàm ad ſe pertinere, ſed bellũ putabat præcipue ad ſe pertinere. quia illa prouincia ſibi per ſortem euenerat, in qua illud bellum gerendum erat. Et ideo Metellus curam rerũ aliarum omnium ad remp. ſpectantium collegæ ſuo relinquens, ad bellum præcipue animum intendit. Præſidia undiq; accerſere,} p accerſebat, auxilia undique à ſocijs petebat. Ad hoc } i. præterea. Patrãda.} id eſt perficienda. Authoritate ſenatus. } quia ſenatus decreuerat, ut Latini ad hoc bellum

Post Auli fœdus, exercitusq; noſtri fœdam fugam, Metellus, & Syllanus conſules deſignati, prouincias inter ſe partiuerant: Metelloq; Numidia euenerat, acri uiro, & quanquam aduerſo populi partibus, fama tamen æquabili & inuiolata. Is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt; alia omnia ſibi cum collega communia ratus, ad bellum quod geſturus erat, animũ intendit. Igitur diffidens ueteri exercitui, milites eligere, ſcribere; præſidia undiq; accerſere; arma, tela, equos & cætera inſtrumenta militiæ parare; ad hoc cõmeatum affatim, denique omnia quæ in bello uario & multarum rerum egenti uſui eſſe ſolent. Cæterum ad ea patranda Senatus authoritate, ſocij, nomenq; Latinum, & Reges ultro auxilia mittendo, poſtremo omnis ciuitas ſummo ſtudio adnitebatur. Itaque ex

auxilia mitterent. Et reges.} qui erant ſocij populi Romani, ſicuti fuit, Eumenes, Ariobarzanes rex, & multi alij. Vltro.} inſuper. Aduerſus diuitias inuictum animũ regebat,} Ciues bene de Metello ſperabant, ob hanc cauſam potiſſimum, quia ſciebant illum pecunijs à Iugurtha corrumpi non poſſe, quemadmodum ſuperiores duces, & legati corrupti fuerant, nam Metellus diuitijs uinci non poterat. Exercitus iners.} Vitia deſcribit exercitus corrupti. A' Spurio Albino proconſule,} Albinus elapſo anno non conſul, ſed proconſul erat. Conſulis autem & proconſulis idem erat imperium, nam uterque duodecim faſces. i. duodecì lictores habebat. Lingua q̃ manu promptior.} magis prõptus erat ad dicẽdum, quàm ad faciendũ. Prædator }exercitus Romanus prędas ex ſocijs agebat, & ipſe erat præda hoſtium. Sine imperio & modeſtia habitus }.i. rectus ſine auctoritate, & modeſtia, & hoc pertinet ad Aulum fratrẽ Albini cõſulis. Ita }.i. hoc modo quia exercitus tanta in ſe uitia habebat. Imperatori nouo} ſ. Metello. ordo eſt. ita plus ſolicitudinis accedebat nouo imperatori ex malis moribus, q̃ auxilij, aut bonæ ſpei ex copia militum. Nouus imperator magis timebat pp malos mores et pp uitia exercitus quàm ſperabat propter multitudinem ſtatuit tamen Metellus. Quãuis, inquit, tempus æſtatis inſtaret bello opportunum, & ciues euentum belli expectarent, tamen Metellus bellũ inchoare noluit, priuſquàm exercitum licentia & laſciuia corruptum, ad normam ueteris diſciplinæ reuocaſſet.

Statuit tamen.} ordo eſt, tamen Metellus ſtatuit non prius attingere bellum, quàm coegiſſet milites laborare diſciplina maiorum, quãquam tẽpus æſtiuorum imminebat mora comitiorum, & quãquam putabat

ſententia omnibus rebus paratis, compoſitisq́; in Numidiam proficiſcitur; magna ſpe ciuium, cum propter bonas artes, tum maxime quòd aduerſum diuitias inuictum animum gerebat; & auaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtrę opes contuſæ, hoſtiumq́; auctæ erant. Sed ubi in Africam uenit, exercitus ei traditur à Spurio Albino proconſule, iners, imbellis, neque periculi neq; laboris patiens; lingua quàm manu promptior, prædator ex ſocijs, & ipſe præda hoſtium ſine imperio & modeſtia habitus. ita imperatori nouo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quàm ex copia militum auxilij, aut bonæ ſpei accedebat. Statuit tamen Metellus, quanquam & æſtiuorum tempus, comitiorum mora imminuerat, & expectatione euentus ciuiũ animos intentos putabat, non prius bellum attingere, q̃ maiorum diſciplina milites laborare coegiſſet. Nã Albinus Auli fratris exercitusq́; clade perculſus, poſtquam decreuerat non egredi prouincia, quantum temporis æſtiuorum in imperio fuit, plerunque milites in ſtatiuis caſtris habebat; niſi cum odor, aut pabuli egeſtas locum mutare ſubegerat. Sed neq; more militari uigiliæ deducebantur: uti cuique libebat, ab ſignis aberat. Lixæ permiſti cum militibus, die noctuq; uagabantur; & palantes agros uaſtare; uillas expugnare; pecoris & mancipiorum prædas certantes agitare; ea mutare cum mercatoribus uino aduectitio, & alijs talibus prætera frumentum publice datum uendere; panem in dies mercari; poſtremo quæcunq; dici, aut fingi queunt ignauiæ luxuriæq; probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellum nõ minus quam in rebus hoſtilibus magnum & ſapientem uirum fuiſſe comperio, tanta temperantia inter ambitionem ſæuitiamq́; moderatum. Nanque edicto primo adiumenta ignauiæ ſuſtuliſſe dicitur; ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum uenderet; ne lixæ exercitũ ſequerentur; ne miles gregarius in caſtris, ne'ue in agmine ſeruum, aut iumentum haberet; cæteris arte modum ſtatuiſſe; prętérea tranſuerſis itineribus quotidie caſtra mouere; iuxta ac ſi hoſtes adeſſent, uallo atque foſſa munire; uigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire; item in agmine in primis modo, mõ in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſpiam ordine egrederetur: ut cum ſignis frequẽtes incederent, miles cibum & arma portaret. Ita prohibendo à delictis magis, quàm uindicando, exercitum breui confirmauit.

animos ciuium intentos expectatione euentus. Comitiorum mora }.i. propter moram comitiorum. Declarat quare tempus æſtatis iminebat, & adhuc nihil fecerat, hæc fuit cauſa, q̃a magiſtratus ſuo tempore creari non potuerant, quia comitia impediebantur propter ſeditionem. Tribunorum Publij Lucullí, & Lucij Annij, qui continuare magiſtratum uolebant, ſicuti ſupra dixit, et ob hãc cauſam Metellus tardius cõſul creatus in prouinciam uenerat, æſtate iam inſtante. Expectatione euentus }.ſ. quia ciues incẽti expectabant euentũ belli. Priuſq̃ milites maiorum diſciplina laborare coegiſſet }.i. bellum inchoare noluit, priuſquam milites inſtruxiſſet ſecundum diſciplinam maiorum, nam laſciuia & licentia corrupti conſuetudinẽ diſciplinæ militaris uitio imperatorum amiſerãt, ſicuti ipſe Salluſt. declarat. Nam Albinus.} Non ſolum Aulus Albini frater, ſed etiam Albinus ipſe exercitum licenter habuit, & laſciuia corrumpi, & eneruari permiſit; ordo eſt, Nam Albinus pculſus clade Auli fratris, & exercitus, habebat milites ĩ caſtris ſtatiuis plerunque, niſi cum egeſtas, ardor, aut pabulũ ſubegerat mutare locum, quantum temporis æſtiuorum fuit ĩ imperio, poſtquam decreuerat non egredi à prouincia. Prouincia}.ſ. ex ea parte Africæ} quam tenebãt Romani. Quãtum tẽporis æſtiuorum}. id eſt toto tempore æſtatis, quo fuit in imperio, uidelicet proconſul.

Habebat }.i. tenebat. Albinus cum in prouinciam ueniſſet exercitum laſciuia corruptum inuenit, & ideo bellum contra Iugurtham tentare noluit, ſed in prouincia exercitũ tenuit in caſtris toto tempore æſtatis, quo fuit in imperio, nec milites ex caſtris egredi permittebat, niſi neceſſitas cogeret. Sed tamen milites ſub norma militaris diſciplinæ non tenebat, nam neq;

uigilias

uigilias faciebant more militari, & licenter lixæ militibus permixti die noctuq; uagabantur, agros uaſtabant, prædas cum mercatoribus permutabant, frumentum publice datum uendebant, & ex militibus mercatores quodammodo efficiebantur, quæ uitia Metellus, antequam bellum attingeret, primo quoque tempore, ſumma diligentia corrigere curauit. Vigiliæ }.i. cuſtodes exercitus. Vigiliæ, nocturnæ ſunt, excubiæ, diurnæ. More militari }. i. ſecũdum morem militarem, nam milites inter ſe uigilias partiri ſolent. Vt cuique libe. }ordo eſt, unuſquiſque aberat à ſignis, uti pro ſicut libebat cuiq;, Mos militaris diſciplinæ eſt, ne miles diſcedat à ſigno. i. à uexillo ſuo. Lixæ. }lixæ dicebantur illi, qui militibus aquam ad caſtra, uel ad tentoria ferre ſolebant, nam ueteres lixam aquam dixerunt, unde elixum dicitur quicquid aqua molitur, uel decoquitur. Nũc ergo dicit. Miniſtri militum cum ipſis militibus permixti licenter die noctuque uagabantur. Palantes }. i. ſparſi & uagantes. Mancipiorum } i. ſeruorum. Mancipium dicitur ſeruus, quòd manu capiatur. Vino aduectitio } .i. uino quod aduectum erat, prædas cum uino commutabant. Sed in ea difficultate. } Dicit Metellum in corrigendis atque emendandes uitijs exercitus ſapientem & moderatum fuiſſe, quippe qui non milites puniendo, ſed eos à talibus uitijs prohibendo breui tempore exercitum confirmauit.

In ea difficultate. } ut uitia purgaret exercitus. Inter ambulonem ſæuitiãq; moderatum } Ambitio dicitur blanditijs quædam lenitas affectata, ſæuitia dicitur in puniendo crudelitas. Nunc dicit Metellum inter ambitionem, & ſæuitiam medium ſe geſſiſſe, ut in delictis emendandis, nec crudelitatem, nec nimiam rurſus leuitatem oſtenderet. Nanq; edicto. } Metellus primo iuſſit, ne aliquis panem, aut cibum coctum in caſtris uenderet, & ne lixæ ſequerentur exercitũ, & ne milites iumenta haberẽt, aut in caſtris, aut in agmine. Et hoc fecit, ut milites corpus ad laborem exercerent. Adiumenta ignauiæ } .i. fomenta, & adminicula ignauiæ. Ignauia dicitur quando corpus à labore ſubducitur, atque ſubtrahitur. Suſtuliſſe. } ſubaudi, comperio. Ne quiſquam in caſtris panem. } Ecce quomodo ſuſtulit adiumenta ignauiæ. Nam hæc ſunt, quæ ignauiã generant, & fouent, uidelicet uendere panem in caſtris,: & habere ſeruos & iumenta. Ne lixæ exercitum ſequerentur. } ut milites non per lixas, & miniſtros, ſed per ſeipſos neceſſaria ſibi pararẽt.

Miles gregarius }. i. miles ex grege, nam legatos, tribunos, præfectos cohortiũ, centuriones, & duces turmarũ non phibebat, quin ſeruos & iumenta haberent. ſed uolebat, ut milites ſimplices, qui alijs non præerant, nec ſeruos, nec iumenta haberent, ut & in caſtris ſibijpſis per ſe miniſtrarent: & cum caſtra mouerentur, cibũ per ſe, & arma portarent: ſicuti paulopoſt oſtendetur. Nec in caſtris, neue in agmine. } hoc eſt, nec in exercitu cum ſtat, nec cum in exercitu cum incedit. Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ſicuti multitudo exercitus incedentis. Neque enim uno in loco ſtãs proprie agmẽ dicitur. unde cũ exercitus per ordinem incedit agmẽ dicitur. Metellus igitur iuſſit, ne miles gregarius ſeruum, aut iumentum haberet, neque cum exercitus ſtaret in caſtris, neque cum exercitus incederet, ut et in caſtris nõ per ſeruos, ſed p ſeipſum ſibi miniſtraret. & cum caſtra mouerentur, & exercitus locũ mutaret in ipſo inceſſu, atque in itinere, nõ per iumenta, ſed per ſeipſum cibũ & arma portaret, atq; ita corpus labori aſſuefaceret, & indurarel. Iumẽtũ dicitur à iuuãdo, iumenta enim ſunt, quæ onera portãt.

Cæteris arte ſtatuiſſe modũ } ſubaudi comperio. Cæteris }. ſ. rebus, quæ ad militarem diſciplinam pertinent. Præterea & diligẽtiam & prudentiam imperatoris oſtendit. Hæc enim Metellus faciebat, non ex neceſſitate, ſed ut milites ad normam & inſtituta diſciplinæ militaris informaret. Trã ſuerſis itineribus. } quia exercitum inducebat, non per uias publicas & rectas, ſed ex traſuerſo per loca inſueta, & uias ignotas. Mouere. } pro mouebat.

Ac. } pro quàm ita uallo & foſſa ipſa caſtra muniebat, ſicuti ſi inimici & hoſtes adeſſent. Vigilias } .i. cuſtodes exercitus. Nullum periculum inſtabat, & tamen ita tenebat exercitũ, uelut ſi hoſtes adeſſent. Item in agmine } in hoc autem loco aperte oſtenditur quid ſit agmen Nam cum exercitus de loco ad locum mouetur, & per debitum ordinem incedens, & ambulans agmen uocatur. Dicit ergo nunc Saluſtius. Cum caſtra Metellus mouebat inter eundum, aliquando inter primos, aliquando inter medios, aliquãdo uero in ultimis erat, diligenter aduertens, ne aliquis ex ordine egrederetur, & ut milites conferti & denſi ſub ſignis incederent, & ut cibum, atque arma portarent. Adeſſe. } pro aderat, præſens erat, infinitiua ponuntur hic pro præterito impfecto indicatiui.

POſt fœdus } pactionem. Acri. } prompto ad omnia obeunda. MARLia.
Inuiolata } inculpata. Bello uario. } quia in diuerſis locis erat pugnandum, & propterea omnia neceſſaria quærebant. Nomen Latinũ. } omnes Latij ciuitates, Bonas artes. } ob ſciẽtiã rei militaris. Inuictum } quia nõ erat auarus. Id tempus }. ſ. Metelli. Confuſæ. } fractæ. Iners, } piger. Imbellis. } mollis. Periculi. } ad inertiam. Laboris. } ad mollitiẽ. Prædator ex ſo. } quia ſpoliabat confœderatos. Ipſe præda } quia erat ſpoliatus à Iug.

Ex copia militum. } quia non numerum militum ſed uirtutem cõſiderabat. Aeſtiuorum } æſtiua menſe Martio incipiunt. Euentus. } ſucceſſus Metelli. Odor. } qui procedebat. ex excrementis uentris, & ex immũditijs ciborum. Expugnare. } per uim ingrediebantur. Et alijs talibus. } ut pane carnibus. Sed in ea diffi }. ordo. Comperio Metel moderatũ. ſ. fuiſſe inter ambitionẽ & ſæuitiã tanta temp. non minusq̃ comperio fuiſſe uirum magnum. id eſt fortem & ſapientem. In rebus hoſtibus. Adiumẽta ig. } ſeruos, cocos, calones. Cætera } . ſ. militibus. Arte. } ſummo ingenio.

Frequentes. } denſi.

POſt Auli fœdus exercitusq; noſtri fœdam fugam. } In alijs, RIVIVS.
fugã fœdam quomodo ſupra, Noſtri fuga fœda, plerią; abiectis armis, proximum collem occupauere. Eſt autem fœdum, turpe & flagitioſum, dedecorisq; & ignominiæ plenũ. nec inepte hoc epitheton tribuitur formidoloſæ fugæ. Cicero ad Atticum, Mitto illam fugam ab urbe turpiſſimam. Idem, Quid fœdius, quid perturbatius hoc ab urbe diſceſſu? ſiue potius turpiſſima fuga? T. Liuius 4. ab V. C. Fer auerſam portam fuga turpi deſeruntur. Idem 6 belli Punici ſecundi, Hinc omne Punicum nomen maria terrasq; fœda fuga impleturum. et 2. eiusdem, Cum multa cæde ac fœda fuga retro ad naues compulſi ſunt. Idem 1. belli Macedonici, Vix tẽtato certamine turpi fuga repetunt caſtra. & 7. Deinde redire in pugnam iubebat, pauorem & turpem fugam increpans. Quæ res plerũq; magnas ciuitates peſſundedit. } [illegible]ſcriptum, peſſum dedit. ut ſint duæ dictiones, non una comp[illegible]a. Corn. Tacitus 3. Quod multos etiam bonos peſſum dedit. ſic & peſſum ire diuiſim dicitur. uelut apud Plin. peſſum ire uitæ pretia. & Plaut. peſſum abeat. Ne multis, peſſum dedit ſic diuiſim dicitur, ut in oratione Lepidi Salluſtius uenum datam dixit, Quaſi Cimbricam prædam uenum aut dono datam. & Liuius, igneros omnium ſe uenum à principibus datos. pro, uenundatos, Apuleius 5. Niſi eam peſſum de tãtis opibus delecero. pro, niſi exturbaro atque euertero tantis bonis.

Tẽpus quàm res maturius me deſeret. } In manuſcriptis quibuſ-

dam non reperi Me. ac citra detrimētū ſenſus omitti poteſt. Metelloq; Numidia euenerat.} Sic & manuſcriptum. quãuis in alijs, obuenerat. ſed eodem ſenſu. Alia omnia ſibi cum collega commu nia ratus.} τὸ Communia, nō reperi in ullo manuſcripto, nec in impreſsis uetuſtioribus, ac ſenſus tamen id expoſcere uidetur, ut opinor. Paulo poſt. Milites eligere, ſcribere.} τὸ Eligere, nō eſt in manuſcripto. Nec procul inde, Cum propter bonas artes.} In antiquis, cum propter arteis bonas. Sic infertus. Certanteis. ubi hodie certantes. Sequitur autem adiectiuum in manuſcriptis & impreſsis uetuſtioribus. Quantum tēporis in imperio fuit, plerūq; milites in ſtatiuis caſtris habebat.} Manuſcriptum, ſtatiuis caſtris. quomodo Cicero, Iſte nouus imperator pulcherrimo Syracuſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. Cæſar 3. de bello ciuil', Eodemq; die uterq; eorum ex caſtris ſtatiuis à flumine Apſo exercitum educunt. Ibidem, Scipio in caſtris ſtatiuis biduo moratus.

Pecoris & mancipiorum prædas certantes agitare.} Manuſcripta duo & ex impreſsis quædam, agere. quomodo Plautus, Ne illhic pulchram prædam agat, inquit. Sed alterum forte magis Salluſtianum. Tametſi idem poſtea, Ex ſocijs noſtris prædas agētes, inquit, Libenter autem Salluſtius uerbo Agitare, nec eodē modo ſemper utitur. ut Mente quid agitare, in Catilina. pro uerſare. Item uitam, imperium, rempub. agitare. Sic gaudium & lætitiam agitare, & in Iugurtha, pacem agitare, noctem agitare, moras agitare, præcepta patris agitare, agitare prædas. Panem in dies mercari.} Laur. Valla libro elegantiarum tertio, quo loco docet, In diem aliud eſſe, quàm In dies, hic ita legit, Panem in diem mercari. Quaſi dicat, inquit, pñtis diei hēre rõnē, nihilq; cogitare de craſtino, cū quo facit Linacer. Exēplaria quotquot ipſe uideri, In dies hñt, Neq; aliter citat in Terentij Eunuc. Donatus. Sed in ea difficultate Metellū non minus, q̃ in rebus hoſtilibus, magnum et ſapiētem uirum fuiſſe comperio.} Manuſcripta, comperior. ut ſit deponens. idq; rectius eſt. Nam hoc uerbo Salluſtius eſt alias quoque uſus. ſed & Tertullianus & Apuleius comperior dixere, pro comperio. nimirum ad imitationem Salluſtij. Ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum uenderet, ne lixæ exercitum ſequerentur.} Eſt in pleriſque manuſcriptis, aut quem alium cibum coctum. quæ collocatio uerborum, ſi quid eſt in me iudicij, melior. Sed & Val. Maximus lib. 2. quo loco de militari diſciplina agens, huiuſce rei meminit, eodem ordine uerborum utitur. Namq; lixas, inquit, è caſtris ſummouit, cibumq; coctum uenalē proponi uetuit.

QVanquam & æſtiuorum tempus comitiorum mora imminuerat.} Mora nominandi caſu dictum eſt, ut recte expoſuit Badius. Soldus putauit auferendi caſum eſſe, ideoq; hunc locum mire, ut ſolet pleraq;, exponit.

SOLDVS.

INterea.} Dixit quid fecerit Metellus imperator, poſtquam uenit in caſtra. Nunc dicit quid fecerit Iugurtha, poſtquam audiuit per nuncios ea, quæ Metellus agebat in caſtris. Simul}. i. &. Innocentia}. i integritate, quia Metellus pecunijs corrumpi non poterat. Sed Metello.} Metellus cum ad ſe uieniſſent legati Iugurthæ, ut dederent regnum Iugurthæ, & omnia quæ debebat, tentauit cum ipſis legatis, ut Iugurtham, uel uiuum uel mortuum ſibi traderēt. Et hoc cū ipſis tractauit, quia ſciebat gentem Numidarum eſſe infidam, & ingenio mobilem, atque aptam proditioni. Sin id parum procederet}. i. ſi id ad effectum uenire non poſſet. Cæterum} Secreto cum legatis tractauit de proditione Iugurthæ, ſed aperte coram omnibus dixit, quid uellet, ut Iugurthæ nunciarent. Intē to}. i. parato, atque infeſto. i. aduerſo. Contra belli faciem} .i. contra ſpeciem belli, quia in Numidia non apparebat, quòd bellū gereretur. Mapalibus} .i. domibus paſtora[illegible] Nā ut ſupra dixit, ædificia [illegible] mapalia dicebantur. [illegible] ditionis ſigna.} Signa [illegible] ōis erant, q. cultores & pecora eſſent in agris, et q. Iugurtha præfectos obuiam Metello miſiſſet qui dicerent, ſe paratos eſſe facere quicquid Metellus imperaret. Sed Metellus credebat hoc ſigna deditionis fieri, magis ad oſtentationem quàm ad ueritatem. credebat enim Iugurtham ſimulare, ut inſidijs locum inueniret, & inſidijs locum tentaret, & Metellus credebat Iugurtham tentare locum inſidijs. Itaque.} quia timebat inſidias Metellus. Expeditis}. i. cum cohortibus leuis armaturæ. Nam cohortes expeditæ, dicebantur cohortes leuis armaturæ, quæ grauibus armis nō erāt impeditæ, ut clypeo, & galeis, ſed expeditæ, & leues ad curſū, tela miſsilia gerebant. Cohortibus.} In cohorte, ſicuti & in legione numerus militum uariatus eſt. Aulus Gelius dicit in legione fuiſſe. lx. centurias, triginta manipulos, decem cohortes, ex quo colligitur in legione una ſex milia militum fuiſſe. Nam cēturia centum homines, manipulus ducentos, cohors ſexcentos continebat. Sed, ut tradit Feſtus Pōpeius, primus Caius Marius ſex milium et ducentorum militū legionem inſtituit, cū antea quatuor milium fuiſſet, ut aperte Liuius docet. Funditorum.} Funditores dicūtur, qui funda pugnabant. Nam glandes plūbeas funda iaciebant in hoſtem. Virg. Pars maxima glandes, Liuentis ſpargit plumbi. Eſt autem glandis plumbum in modicum in formatum. Funda autem à fundendo dicta. i. ab emittendo. Delecta manu}. i. electa multitudine. In poſtremo}. i. in poſtrema parte

INterea Iugurtha ubi quæ Metellus agebat ex nuncijs accepit; ſimul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt. Igitur legatos ad conſulem cū ſupplicijs mittit, qui tantummodo ipſi, liberiſq; uitam peterent, alia omnia dederent Pop. Rom. Sed Metello iam antea experimētis cognitū erat, genus Numidarū infidum, ingenio mobili, nouarum rerum auidum eſſe. Itaque legatos alium ab alio diuerſos aggreditur: ac paulatim tētando, poſtquam opportunos ſibi cognouit, multa pollicendo perſuadet; uti Iugurtham maxime uiuum; ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent. Cæterum palàm, quæ ex uoluntate forent, Regi nunciare iubet: deinde ipſe paucis diebus, intento atq; infeſto exercitu in Numidiam procedit. ubi contra belli faciem tuguria plena hominum, pecora, cultoreſq; in agris erāt: ex oppidis & mapalibus præfecti Regis obuiam procedebant; parati frumentum dare, commeatū portare, poſtremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus minus idcirco, ſed pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere; late explorare; oīa illa deditionis ſigna oſtentui credere; & inſidijs locum

tentare. Itaque ipſe cum expeditis cohortibus, item funditorum & ſagittariorum delecta manu apud primos erat. In poſtremo C. Marius legatus cum equitibus curabat. In utrunq; latus auxiliarios equites tribunis legionum, & pręfectis cohortium diſpertiuerat: ut cum his permiſti uelites, quocunque accederent, equitatus hoſtium propulſarent. Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaq; peritia locorum, & militię inerat; ut abſens an pręſens, pacem an bellum gerens perniciosior eſſet, in incerto haberetur.

parte exercitus. Vide quāta erat prudentia, & peritia, ac diligentia imperatoris. cum agmen incederet, non negligebat diſciplinam militarem, licet nullum periculum inſtaret, ſed ipſe inter primos erat cum armatis cohortibus Marium legatū in poſtrema parte locauerat, deinde à lateribus tribuni legionum, præfecti cohortium cum equitibus curabant, ne equites hoſtium à latere pedites Romanos inuaderent. Nam apud antiquos maior pars exercitus ex peditibus conſtabat. Et pedites quidem in medio, equites à latere collocabant, tam in acie quàm in agmine, Acies dicebatur cum exercitus pugnabat. Agmen cum incedebat. Permixti Velites. } Velites, rorarij, & ferentarij idem ſunt. Sunt autem milites leuis armaturæ, armis grauibus non impediti qui prælium inchoant non multis iaculis. Velites dicti ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt à iaculādo, quia tela miſſilia in hoſtem iaculātur, uel à Velaneo, ut tradit Feſtus Pōpe. eo quòd uelati. i. ueſtiti & inermes ſequerentur exercitum, ſiue uelites dicti expediti milites, quaſi uolitantes, ut idem Feſtus ait. Rorarij milites appellabantur, qui antequā congreſſæ erant acies, primo non multis iaculis prælium initiabant, tractum autem, quòd ante maximas pluuias coelum rorare incipiat, unde, quia ante pugnam grauem, hi leuem pugnam committentes, tela in modum roris ſpargebant, rorarij ſunt appellati. Ferentarij milites leuis ſunt armaturæ, quòd quicquid opus eſſet auxilio ferrent, ex curſu leuibus armis, grauibus non impediti. Salluſt. in Catilinario. Poſtquā eò uentū eſt, unde à ferentarijs prælium committi poſſet. Metellus igitur Velites equitibus auxiliarijs permiſcuit circa latera peditū. ut hoſtium equitatum arcerent: Equites autem auxiliarij erant nō Romani, ſed qui à ſocijs & ab alienigenis in auxilium ad id bellū miſſi erant. Nam in Iugurtha. } Quamobrem Metellus tanta diligentia agmen inſtruebat, quia in Iugurtha tantus dolus erat, & tanta peritia locorum & militiæ, ut etiam abſens & pacem ac deditionē offerēs timēdus eēt. Incerto hēretur }. i. dubium eēt, an eēt pniciosior abſens, an pñs, an gerēs pacē, an gerens bellum, & propterea. quāuis Iugurtha nunc abeſſet, & pacem ad deditionem Metello offerret, tamē propter dolos eius ac perfidiam, & propter peritiam militiæ, nō minus timebatur à Metello, quàm ſi præſens fuiſſet, & bellum geſſiſſet.

MARL. INtereà. } Dum Metellus exercitabat exercitum. Suis rebus. } Statui ſuo quia ignoſcebat actum de regno. Veram ded. } quia ſupra falſam fecerat. Dederent. } traderent in poteſtate populi Romani. Infidum } foedifragum. Ingenio mobili. } natura inconſtanti. Aggreditur } alloquitur. Tentando. } à longe ſcitādo. Opportunos. } ſibi cōmodos ad rem. Procedit. } ingreditur. Faciem belli } ſpeciem bel. quia non uidebatur bellum. Nam caſa paſtorum erat ſine timore. Icciro. } ob humilitatem numidarum. Explorare. } ſcilicet loca late à longe. Apud primos. } id eſt in prima parte exercitus.

RIVIVS. OMnia illa deditionis ſigna oſtentui credere. } Sic & exēplar Fabricianū uerum quod ad diſtinctionem attinet, τὸ Omnia referri ad ſuperiora illa poſſet, late explorare. Tametſi nihil immuto. Eſt præterea in quibuſdam, oſtentui eſſe credere. pro, in ſpeciem oſtentari, cū re uera non ſit deditionē facturus, auff ein ſchein. In manuſcriptis nō eſt Eſſe, idq; fortaſſe rectius. Nā in Iugurtha tātus dolus, tātaq; peritia locorū et militiæ inerat. } Quāuis in manuſcripto cæteriſq; uetuſtioribus Erat legitur, tñ priorē lectionem magis pbo. Nam libenter geminabant præpoſitionē antiq. ut oſtendit Priſcianus. Sic Cicero, Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. idem, Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. Rurſus, Manere in uita, in qua nihil inſit niſi miſeria. Sic perſæpe aliàs.

GLAREA. OMnia illæ deditionis ſigna oſtentui eſſe credere, & inſidijs locum tentare. } Vetuſtus codex uerbum, Omnia, ad ſuperiora nectit, late explorari omnia. Idem fore pro eſſe legit. Aldinus codex utrunq; ſuſtulit, quod placet. At illud, Et inſidijs locum tentare, ita ſubiungitur, quaſi Metellus inſidijs locum tētet, cum ad regem referatur. Non dubitauit enim Metellus Iugurtham his technis locum inſidijs quærere.

ERat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vacca, forum rerum uenalium totius regni maxime celebratum: ubi & incolere, & mercari cōſueuerāt Italici generis multi mortales. Huic conſul ſimul tentandi gratia, & ſi paterentur opportunitates loci, præſidium impoſuit. pręterea imperauit frumentum, & alia quę bello uſui fo-

SOLDVS. OPpidum Vacca nomine }. ſ. ciuitas, quæ uocabatur Vacca. Forum rerum uenaliū. } totius regni maxime celebratum. Forum dicitur locus negotiationis, ſic dictus, quòd illuc feruntur ea, quæ uenduntur. Vacca igitur ciuitas erat forum rerum uenalium totius regni, quia tota prouincia Numidiæ illic confluebat ad emendum & uendendum, quæ opus erāt. Incolere }. i. habitare, in hac ciuitate multi mercatores Italici habitabant. Huic. } Ordo eſt. Conſul impoſuit præſidiū huic. ſ. oppido tentandi, gratia, quid animi haberent. Ponere præſidium eſt imponere milites ad cuſtodiam, & tutelam, ne ciues] deficiant ad hoſtem, & ut ciuitas tutior ſit ab hoſte. Tētandi gratia. } Metellus impoſuit præſidium huic ciuitati Vaccæ, ut tentaret, an Iugurtha uerā, an fictam deditionem feciſſet. Nam ſi ficta fuiſſet deditio, ciues non paſſi eſſent, ut Metellus imponeret præſidium. Bello uſui forēt. } id eſt quæ opus eſſent ad bellum. Nam uſus eſt, ſignificat opus eſt. Virg. 8. Nunc uiribus uſus. Præterea imperauit. } Metellus imperauit. ſ. ciues Vaccenſes, comportare frument[illegible], & alia, quæ forent uſui b[illegible] Ratus. } Dicit quare [illegible]llus huic ciuitati præ[illegible]ſidium impoſuit, quia [illegible] propter frequētiā, & acceſſum mercatorum, qui illuc aſſidue conueniebant, fore, ut ſuus iuuaretur exercitus, & ei neceſſaria non deeſſent. Forent }. ſ. frequentiam, & commeatum & negotiatorum.

rent, comportare; ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, et commeatum iuuaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore. Inter hęc negotia Iugurtha impenſius legatos ſupplices mittere, pacē orare; pter ſuā, liberorūq; uitā oīa Metello dedere. Quos itē cōſul uti priores illectos ad proditionē domū dimittebat; Regi pacē, quā poſtulabat, neq; abnuere, neq; polliceri; et inter eas moras promiſſa legatorū expectare. Iugurtha, ubi Metelli dicta cum factis compoſuit, ac ſuis ſe artibus tentari animaduertit; quippe cui uerbis pax nunciabatur, cęterum re bellum aſperrimū erat, urbs maxima alienata, ager hoſtibus cognitus, animi populariū tentati: coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Igitur explorato hoſtiū itinere, in ſpem uictoriæ adductus, ex opportunitate loci, quàm maximas poteſt copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit.

Vti priores.} ſicut priores legatos. Nam ſupra dixit, Metellum cum legatis Iugurthæ tractauiſſe de proditione. Promiſſa legatorum expectare.} expectabat id quod promiſerant legati, uidelicet, ut ſibi traderent Iugurtham, uel uiuum, uel mortuum. Iugurtha.} Ordo eſt. Iugurtha coactus neceſſitudine rerum, ſtatuit certare armis, ubi, id eſt poſtquam compoſuit dicta Metelli cum factis, ac poſtquā animaduertit ſe tentari ſuis artibus, quippe .i. quia, cui nunciabatur pax uerbis, ſed bellum erat aſperrimum in ſe, & poſtquam urbs maxima eſt alienata, & ager eſt cognitus hoſtibus, & poſtquam animi popularium tentati, ſcilicet ſunt. Cum, inquit, Iugurtha uideret Metellum aliud dicere, & aliud facere, promittere pacem, & gerere bellum, & uideret ſe amiſiſſe maximam urbem ſ. Vaccam, ſtatuit cum Metello bello contendere. Compoſuit }.i. comparauit. Nam componere eſt comparare. Virg. in Buco. Sic paruis componere magna ſolebam. Dicta cum factis compoſuit. } Nam Iugurtha comparando dicta Metelli cum factis, cognouit facta eius conuenire cum dictis. Nam aliud dicebat, aliud faciebat, promittebat pacem, & bellum inferebat. Ac ſe ſuis artibus tentari animaduertit. } Iugurtha cognouit Metellum uti his artibus contra ſe, quibus ipſe Iugurtha uti ſolebat contra alios, uidelicet dolis & fraudibus. Artibus }. ſ. dolis & fraudibus. Quippe. } Ecce declarat dolos Metelli, qui pacem Iugurthæ promittere uidebatur, et bello illum inſequebatur. Et hic proprie dicitur dolus, quando aliud dicitur, & aliud fit. Alienata }.i. amiſſa Nam Metellus eam in ſuam poteſtatem redegerat, impoſito præſidio. Animum popularium }.i. animi hominum uulgarium, & infimorum. Nam popularis eſt, qui à populo amatus eſt, popularis ciuis eſt, popularis humilis, popularis uilis. Tentari } i. ſolicitari. Ex opportunitate loci Iugurtha ſperabat uincere propter opportunitatem loci, ipſum autem locum infra deſcribit. Anteuenit }.i. præoccupauit Iughurtha, cū cognouiſſet quo tendebat Metellus cum exercitu, eo ipſe prior uenit.

MARLIANVS.

Celebratum.} frequentatum. Tentandi } probandi aīum Iugurthæ. Monebat.} Suadebat. Impenſius. } diligentius. Quos }. ſ. legatos. Dimittebat }. ſ. domum. Illectos. } inuitatos, Compoſuit } coniunxit. Cæterum re. } in effectu. Cognitus ho. } Romanis, qui iam erat locorum, & uiarum periti. Tentati }. ſ. pollicitationibus. Opportunitate loci. } non uiribus militū quia erat militibus impar Romanis.

RIVIVS. Huic conſul ſimul tentandi gratia & c præſidiū impoſuit. } Manuſcripta, huc conſul. ut ſit aduerbium. Sic poſtea, Igitur Vaccēſes, quo Metellus initio Iugurtha pacificante præſidium impoſuerat. Quanquam autem uulgata lectio bene habet, altera hæc tamen uerior.

Ratus id quod res monebat, frequentiam negotiatorum & commeatum, iuuaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore. } In uetuſtis quibuſdam, ſed impreſſis, deſunt hæc uerba, iuuaturum exercitum. Ac ſi quid eſt in me iudicij, rectius omittuntur, præſertim cum illud participium Iuuaturus nuſquam ferè lectum ſit, niſi apud Plinium in Epiſtolis ſemel, nec eius ulla uſquam apud Priſcianum mentio, qui alioqui diligentiſſime ſolet, ſi quid tale uſpiam extat in ueteribus, adnotare. Præterea quāuis in cunctis ferè, quæ ipſe uiderim, exemplaribus legatur, etiam paratis rebus, tamen ego libentius profecto legerim, pacatis, hoc eſt, tranquillis, cum iam nullum fuerit bellum. Et ſic quoque ſenſus ipſe poſtulat. Quos item conſul uti priores illectos ad proditionem domum dimittebat. } in uetuſtis, quos item uti priores conſul in lectos. Hæc collocatio uerborum melior. Mihi meher: ules illa inuerſio ordinis uerborum, nullo modo ferenda uidetur, quantumuis alij forſan negligant. Porro inlectos quondam dixere, ubi hodie ferè illectos dicimus, id quod & mollius & ſuauius eſſe uidetur.

GLAREA. Huic COS. ſimul tentandi gratia ſi paterentur } Hic locus mirum in modum corruptus eſt, neque in ullo codice mihi recte emendatus. Iuuant tamen Lectorem aliqua parte ex diuerſis, quanquam corruptis, codicibus collati loci. Badius conatus eſt hunc emendare, ſed non potuit, exiſtimauit enim Metellum præcepiſſe præſidij militibus importare oppidanis frumentum, quod nunquam facerēt Romani, niſi alia cauſa urgeret. Cæterum pro huic, etiam putat legi poſſe Huc, & pro Paratis rebus, Pacatis rebus, quod non reijcio Deinde quòd Comportare pro Præparare quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirat ſenſus, & ego utrunque planè ſuppoſititium exiſtimo. Imperare frumentum & quæ bello uſui forent, cum latine, tum frequenter dicitur. Quare hunc locum ita legendum exiſtimo. Huc COS. ſimul tentandi gratia, ſi paterentur, ſimul propter opportunitates loci, præſidiū impoſuit. Præterea imperauit frumentum, & alia, quæ bello uſui forent, ratus, id quod res monebat, frequentia negociatorum, & commeatum iuuaturum exercitum, etiam pacatis rebus, munimento fore.

Huic

Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in diuiſionem poſſederat, flumen à meridie oriens nomine Muthul: à quo mons aberat fermè millia paſſuum xx. tractu pari, uaſtus ab natura & humano cul

SOLDVS. A Quo aberat.} à quo fluuio procul erat mons ferè uiginti milia paſſuum. Tractu pari }. i. pari longitudine. Nam mons tanta longitudinis erat, quantum à fluuio diſtabat. Vaſtus ab natura, & humano cultu }. i. deſertus, & quia natura aſper erat, & quia ab hominibus non calcatus. Sed

ex eo

ex eo medio. } Ex medio huius montis, collis naſcens longiſſimus, ex tranſuerſo ducebatur, plenus oleaſtro & myrtetis, atque alijs arboribus, quæ naſcuntur in terra arida, & arenoſa. Veſtitus }.i.plenus. Veſti.re enim ſignificat implere. Virg in Georg. iuuat Iſmara baccho Conſerere, atque olea magnum ueſtire taburnum.i.implere. Oleaſtro. } Oleaſter arbor agreſtis oliuæ. Ac myrtetis. } Myrtetum eſt locus plenus arboribus myrtetis. Myrtus eſt arbor Veneri conſecrata. Media autem planities. } Inter montem & flumen planities erat, deſerta propter penuriam aquæ, præter loca, quæ ſunt flumini uicina: nam ea loca habitantur, & pecore, atq; cultoribus ſunt plena. Ea }.ſ.loca propinqua flumini. Igitur ī eo colle. } Locum deſcripſit, in quo Iugurtha in inſidijs latens exercitum Metelli de monte deſcendentem aggreſſus eſt. Porrectum }.i.in longitudinem extenſum. Extenuata }.i. rarefacta, quia nec conferti, nec dēſi, ſed rari conſederant Iugurthini milites. Elephantis. } Antiqui in prælio elephantis utebantur, & maxime Afri. Sunt enim belluæ miræ magnitudinis. Quæ ageret }.i.quæ agere deberet. Turmas. } Turmæ propriè ſunt equitum. Nam turma triginta equites continet, dicta quaſi ter uis, eo quòd terdeni equites ex tribus tribubus Titienſium Ramnium Lucerum fiebant. Nam ſingulæ tribus ſingulas decurias equitum mittebant, unde & decuriones dicti, qui decem equitibus.i.g.decuriæ præerant. Manipulos. } Manipulus, ut antea dixit, ducentos milites continebat.i. duas centurias. Nā antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarent ut manipulos miſcerent ex Romanis et Latinis, ita una cēturia Romanorum, & una Latinorum unum manipulum conficerent, & unum ſequerentur

tu; ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſum pertingens, ueſtitus oleaſtro, ac myrtetis, alijsq; generibus arborum, quæ humo arida atq; arenoſa gignūtur. Media autem planities, deſerta, penuria aquæ, præter flumini propinqua loca: ea conſita arbuſtis, pecore atq; cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem tranſuerſo itinere porrectum docuimus, Iugurtha extenuata ſuorum acie conſedit. Elephantis, & parti copiarum pedeſtrium Bomilcarem præfecit; eumq; edocet, quæ ageret. Ipſe propior mōti cū omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat: dein ſingulas turmas, & manipulos circumiens monet, atq; obteſtatur; uti memores priſtinæ uirtutis, & uictoriæ, ſeſe, regnumq; ſuum ab Romanorum auaritia defendant; cum ijs certamen fore, quos antea uictos ſub iugū miſerint; ducē illis, non aīum mutatum; quę ab imperatore decuerint, oīa ſuis ꝓuiſa; locum ſuperiorē, ut prudētes cū īperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manū conſererent; proinde parati, intentiq; eſſent; ſigno dato, Romanos inuadere; illum diem, aut oēs labores & uictorias confirmaturū, aut maximarū ęrūnarū initiū fore; ad hoc, uiritim uti quenq; ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficij ſui & eum ipſum alijs oſtentare; poſtremo pro cuiuſque ingenio pollicendo, minitando, obteſtando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus ignarus hoſtium, monte digrediens, cum exercitu conſpicitur: primo dubius quidnam inſolita facies oſtenderet; nam inter uirgulta equi, Numidæq; conſederant; neq; planè occultati humilitate arborum, & tamen quidnam eēt, incerti; cum natura loci, tum dolo ipſi, atq; ſigna militaria obſcurati: deinde breui cognitis inſidijs, paulisper agmen conſtituit. Ibi commutatis ordinibus in dextro latere, quod proximū hoſtibus erat, triplicibus ſubſidijs aciem inſtruxit. Inter manipulos, funditores, & ſagittarios diſpertit; equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem ſicuti inſtruxerat, tranſuerſis principijs in planum deducit. Sed ubi Numidas quietos neq; colle digredi animaduertit; ueritus ex anni tempore & inopia aquę ne ſiti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, & parte equitum præmiſit ad flumen, uti locum caſtris ante caperet; exiſtimans hoſtes crebro impetu, & tranſuerſis prælijs iter ſuum remoraturos; & quoniam armis diffiderent, laſſitudinem, & ſitim militum tentaturos. deinde ipſe pro re atq; loco, ſicuti monte deſcenderat, paulatim procedere; Marium poſt

ſignum. Manipulus autem dictus eſt. quia dum Romani adhuc pauperes eſſent, manipulos fœni perticis alligabant, et eos pro ſignis ſequebantur, ut Lucanus, Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos. Obteſtatur. } rogat. Priſtinæ. } Priſtinus dicitur antiquus, cuius deriuatio dubia eſt, etiam apud peritos. Cum his certamen fore. } & dicebat. Quos antea uictos ſub iugum miſerint, hoc ſupra uiſum eſt. Nam Iugurtha Romanos uictos ſub iugum miſit. Ducem illis non animum mutatum. } ſubauditur dicebat, per omnia non animum, quia q̄uis nouum acceperint ducem, tamen priſtinum animum retinēt. uidelicet ignauum & timidum.

A' bono imperatore }.ſ. prouiſa.i. Locum ſuperiorem. } ſcilicet eſſe prouiſum. Ecce quomodo omnia, pulſa ſunt Iugurtha ſuis militibus, prouidit, ut haberent locum ſuperiorem.ſ.collem montis & prouidit, ut periti cum imperitis, nec pauciores cum pluribus, nec rudes cū bello melioribus certarent. Ne pauciores cum pluribus. } quia Iugurthini nō erant pauciores numero q̄ Romani. Aut rudes }. ignari, quia Iugurthini milites peritia belli non cedebāt Romanis. Manū cōſererēt }.i.pugnarent. Proinde. } id eſt ideo. & dicebat, ut ideo eſſent parati & intenti inuadere Romanos, dato ſigno. Illū diē. } Iugurtha ſuos ad prælium exortās dicebat. O milites, hic dies, aut omnes labores præteritos, & uictorias confirmabit, aut erit initium magnarum calamitatum. Omnes labores & uictorias confirmaturum } uidelicet ne labores fruſtra ſuſceperimus, & antea fruſtra uicerimus. Confirmaturum }. ſ. ſi uicerimus. Maximarum ærumnarum }.i. miſeriarum & calamitatum. Initium fore }.ſ. ſi uicti erimus. Ad hoc }.i. præterea. ordo eſt. Iugurtha commonefacere, pro cōmonefaciebat

principia habere;ipſe cũ ſiniſtræ alæ equitibus eſſe, qui agmine principes facti erant.

bat ſui beneficij. ſ. illum uti pro ſicut extulerat quenq; e pecunia, aut honore, ob facinus militare, & oſtentabat eum ipſum alijs. Iugurtha ſua beneficia commemorabat eis, quos, aut pecunia aut honore exaltauerat ob egregia facinora eorum. Atq; hoc faciebat, non ut exprobraret ſua beneficia, ſed ut illi magis ad uirtutem, & ad concurrendum accenderentur, cum meminiſſent Iugurtham egregium eſſe uirtutis remuneratorem. Extulerat }. i. exaltauerat. Commoneſacere beneficij ſui. } Dicimus ergo commonefacio te huius rei. Et eum ipſum alijs oſtentare. } Oſtendebat eũ, quem exaltauerat alijs, ut ipſi ſpe talis remunerationis ad uirtutem prouocarentur. Pro cuiusque ingenio }. i. ſecundum ingeniũ & naturam cuiuſque. Nam alij ſpe præmij, aut honoris, alij minis, alij precibus mouentur. Excitare. } pro excitabat. i. accendebat, commouebat, incitabat. Ordo eſt. Poſtremo Iugurtha, excitare, p excitabat alium alio modo pro ingenio cuiusque. ſ. pollicendo, minitando, oſtentando, cum pro quã:o, interim Metellus ignarus hoſtium digrediens monte conſpicitur cum exercitu. Dum Iugurtha ſuos hortatur ad prælium, ecce Metellus cum exercitu apparere incepit, qui neſciebat Iugurtham cum exercitu ſuo in colle occultatum in inſidijs. Primo dubius. } ordo ẽ. Primo Metellus dubius quidnam inſolita facies oſtenderet: deinde inſtituit agmen paulisper cognitis inſidijs, breui ſpatio, cætera per parentheſim dicta ſunt. Et longum facit per hyperbathon. Et hoc dicit Metellus, cũ de hoſtibus nihil omnino ſuſpicaretur, primo dubitauit, quidnam eſſet id, quod uidebat in colle, non enim aperte uidere poterat quid eſſet, ſed poſtea cum aperte cognouiſſet inſidias, ſtatim exercitum inſtruxit ad pugnam. Primo dubius quidnam inſolita facies oſtẽderet. i. primo dubitãs, quidnam inuſitata ſpecies earum rerum, quas uidebat in colle ſignificaret. Nam uidebat in colle equos & homines, ſed non ita aperte uidebat, ut poſſet intelligere quid eſſet. Et declarat quare dubitabat quid eſſet, quia equi & homines Numidæ, ita inter arbores & uirgulta conſtiterant, ut nec rurſus perfecte uideri poſſent. Nam inter. } ordo eſt. Nam & equi & Numidæ conſederãt inter uirgulta, neq; plene erant occultati humilitate arborũ, & tñ erant incerti quidnam eſſent obſcurati ipſi, atq; inſignia militaria, tũ. i. partim natura loci, tũ. i. partim dolo. Humilitate arborũ. } quia arbores non erant altæ, ſed humiles. Et tñ. } quãuis non eſſent perfecte occultati, tamen cognoſci non poterant quinam eſſent. Tum natura loci. } propter arbores. Tum dolo. } quia ita ſe locauerant, ut non erecti, ſed proſtrati, & inter arbores iacerent. Agmen inſtituit }. i. exercitum inſtruxit, dicitur etiam agmen dum ambulat, & incedit, ſicuti nunc. Ibi. } dicit, quomodo Metellus exercitum ad pugnam inſtruxit, nam ordines mutauit. Ordo eſt. Ibi, pro tũc Metellus inſtruxit acies triplicibus ſubſidijs, in dextro latere, quod erat proximum hoſtibus, ordinibus commutatis, & diſpartit funditores & ſagittarios inter manipulos, & locat omnem equitatum in cornibus. Cum exercitus in acie ad pugnam inſtruebatur, hic ferè ordo ſeruabatur. In prima acie leuis armatura ponebatur. i. Velites, ſiue Rotarij, ſiue Ferentarij, item funditores, & ſagittarij. hi leuibus certaminibus pugnã inchoabant. In ſecunda acie principia ſiue principes locabantur, ſic dicti, quia à principio gladijs pugnabant, ut ait Varro. In tertia acie ſubſidia conſtituebantur. qui milites ſubſidiarij dicebantur, quia ſubſidium ferebant principijs feſſis, & fatigatis. Sed hic ordo pro loco & tpe mutabatur, uel ex toto uel ex parte. Nunc uero dicit Metellum in ea parte, quæ hoſtibus erat uicina, ſubſidia triplicia collocaſſe, funditoresq; & ſagittarios, qui in prima acie locari conſueuerant inter manipulos diuiſiſſe. Pro tempore. } quia non erat tempus, ut multa diceret. Acie. } Exercitus ad pugnam inſtructus dicitur acies. Tranſuerſus principijs. } Vide quid dicat. Metellus de monte deſcendebat, Iugurtha autem in colle conſederat, qui ex tranſuerſo montis naſcebatur. Metellus igitur de monte deſcendens aciem inſtructam dirigebat non cõtra collem, & contra Iugurtham, ſed per tranſuerſum uerſus flumẽ, quod diſtabat à monte uiginti milibus paſſuum. Principijs. } dixi iam ante quòd principia dicuntur milites, qui in ſecunda acie locantur.

Sed ubi } ordo ẽ. Metellus ueritus, ne exercitus cõficeretur, ſitim ex tempore anni, & inopia aquæ præmiſit ad flu. Rutilium legatũ cum expeditis cohortibus, & parte equitum, ut ante caperet locũ caſtris, exiſtimans hoſtes eſſe remoraturos ſuum iter crebro impetu & tranſuerſus prælijs, & eſſe tentaturos laſſitudinem & ſitim militum, quoniam diffiderent armis, ubi pro poſtquam animaduertit hoſtes quietos. ſ. eſſe neque illos digredi colle. Metellus de monte deſcendens exiſtimabant hoſtes, qui erant in colle agmen ſuum inuaſuros. Sed poſtquam uidit eos non moueri de colle, Rutilium legatum cum cohortibus expeditis præmiſit ad flumen, ut locum caperet, ubi caſtra ponere uolebat, ipſe uero poſt Rutilium cum toto exercitu ſequebatur, nec enim apud mõtem diu manere poterat propter penuriam aquæ. Quietos }. ſ. eſſe. i. non moueri. Neq; de colle digredi. i. diſcedere. ſ. contra ſe. Veritus ex anni tempore } quia erat æſtas, quo tempore rarius pluit. Inopia aquæ. } quia loca ipſa arida ſunt & ſine fontibus, & ſine aqua. Conficeretur } . i conſumeretur. Expeditis cohortibus. } Dixi quæ ſint cohortes expeditæ. Ad flumen. } quod ſupra dixit diſtare à monte per uiginti milliaria. Impetu } . i. incurſu. Et tranſuerſis prælijs }. i. prælijs ex tranſuerſo, & à latere, non à fronte factis. Nam Metellus agmen inſtructum dirigebat, non contra collem, nec contra Iugurthã, ſed uerſus flumẽ, ita ut frõs agminis reſpiceret flumẽ, latus uero dextrũ reſpiceret collẽ, atq; Iugurthã. ut neceſſe eſſet Iugurthã, ſi conaretur inuadere Roma. eos à latere, & ex trãſuerſo, nõ à frõte neq; ex aduerſo inuadere. Laſſitudinẽ ſitimq; militũ tẽtaturos. } Metel. uidebat Iugur. nõ audere armis cõtẽdere, ſed quærere, ut fatigaret Roma. & impediret, ne ad flumen irẽt. Deinde Metellus præmiſit Rutilium legatum ad flumen, deinde ipſe ſecutus ẽ eum toto exercitu. Pro re atque loco, } ſicuti res, et locus poſtulabat. Sicuti monte } . i. eo ordine, quo monte deſcenderant. Marium poſt principia habere, pro habebat. i. tenebat. Marium poſt principia } . i. poſt ſecundam aciem. Siniſtræ alæ. } Ala proprie dicitur equitum ordo, eo quòd pedites tegat alarum uice. Virg. in iiij. Dum trepidãt alæ, ſaltusq; indagine cingunt. Sed hoc loco alã ſiniſtrã accepit p latere ſiniſtro. Principes fa. erant. } Metel. ordines ita mutauerat, ut milites, qui in ſiniſtro latere erãt, dũ incederẽt, principia eẽnt. Principes }. i. pricipia, iã ſæpe dixit principia.

E Rat in ea parte } Metellus Vacca diſcedens ad montem ueniebat, qui incultus, habebat, in longitudinem ſe extendens, collẽ plenum myrtetis & arbuſtis, deinde erat planities arenoſa inferti lis. Iug Metelli intelligens iter, ex tranſuerſis itineribus collem occupauit, latensq; inter uirgulta inſidias tendebat Metello. hoc cognito ab imperatore, qa arbuſta parua erant, ſtatuit per aliud iter tranſire. i. per planitiem quæ erat inter flumen & montem. quid ſit MARL.

deinde

deinde ſequutū, patebit in litera. Conſita arbuſtis.} differentia eſt inter arbuſtum & arbutum. Arbutus uirgultum eſt gignens fructum ſimilimū fragris qui dicitur unetus, Arbuſtum arbor ſitum ad maritandas uites. unde Pli. Omnis Italia transpadana arbuſta, populos, & ulmos ad maritandas uites alit. Collocat.} ſ. in præſidio. Maniplos.} Maniplus dictus eſt, quia dum Quirites exiguas poſſiderēt opes, Maniplos ſeni perticis alligatos pro uexillis geſtabant. Ouidius in Faſt. Pertica geſtabāt ſuſpenſos acta maniplos, Vnde manipularis nomina miles habet. Priſtinæ uirtu.} Solitæ fortitudinis. Ab Ro. auaritia,} quia nō iuſta cauſa Romani indixerunt nobis bellum, ſed propter auaritiam. Certamē ſ.} ſcilicet, monet. Animum.} ſ. militum non mutatum, quia ut ait Sen. Aeger quocūq; feratur affert morbum ſuum. Omnia prouiſa} Ordo. Monet. ſ. Iug. omnia prouiſa ſuis quæ decuerat. ſ. fieri ab imperatore. Prudētes,} ſcientes belli. Rudes,} imperiti. Melioribus,} peritioribus. Inuadere} adoriri. Vti quēq;,} ſ. militē fortiſſimum. Aut bonore,} gradu militari. Neq; plane,} in toto tum. Principijs,} militibus principibus, qui dicuntur uulgo, Lanti guarda. Anni tempore.} quia æſtas erat. Remoraturos,} à fluuio tardaturos.

RIVIVS. VEſtitus oleaſtro, ac myrtetis, alijſque generibus arborum, quæ humo arida atque harenoſa gignuntur.} Fabricianum, arido atq; harenoſo. recte an ſecus, aliorum eſto iudicium. Ipſe coniecturam meam ſubijciam. Adnotauit igitur libro 6 Priſcianus, humum neutro etiam genere inueniri apud ueteres, citatq; illud Liuij in Adone, Humum humidum pedibus fodit. et Gracchi in Thyeſte, Merſit ſequentis humidum plantis humum. Iam in manuſcripto humi quidem non legitur, ſed aut humo ibidem, aut, humu fuit. nam eraſa eſt litera ultima, & ſuppoſitum I. Porro humu ueteres pro humo dixiſſe, teſtatur alicubi Non. Marcellus. Ecce autem cum iam hæc adnotaſſem, ac Priſcianum forte in manus ſumpſiſſem, idē reperi quod in Fabriciano. Nam libro 18. Humi, inquit, ſum, es, eſt. Sall. in Iugurt. quæ humi arido atq; arenoſo gignuntur. Quid ſi Salluſtius eſt ita locutus, ut identidem Tacitus? uelut ſ. Vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, ponteſq; & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret. rurſus, Illi ſanguine ſuo & lubrico paludum lapſantes. Sed & Aridum ſubſtantiue poſitum uideri alicui poſſit, ut ſubaudias Solū. Cæſar 4. Cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progreſſi. etc. Idem paulo inferius, Noſtri ſimul in arido conſtiterunt. & poſtea, Quiſque in aridum ſubduxerat. pro, in terram. Atq; hoc modo Humi aduerbialiter poni neceſſe eſt, Nos hic nihil pronunciamus, contenti & diuerſam lectionem oſtendiſſe, & coniecturam noſtram ſubiecſſe. Tametſi & in altero quodam manuſcripto fuerit eodem modo, id quod etiam nunc uidere licet. Sed & Beroaldinum uolumen habet, quæ humi in arido atq; arenoſo loco gignuntur. Vnde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendoſam eſſe hodie lectionē uulgatam. Ipſe propior monti cum omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat.} In manuſcripto eſt, propior montem. quomodo Hircius 8. belli Gallici, Alter quo propior hoſtem in uallo collocatus eſſet, etc. Nec aliter in Florentino, & Beroaldino. Vt prudentes cum imperitis.} Legendum, uti. Sic enim ferè ſemper Salluſtius. Paulo inferius,

Omnes labores.} Legendum omneis. Ita & hoc & ſuperius illud in uetuſtis. Cum interim Metellus ignarus hoſtium, monte digrediens, cum exercitu conſpicitur, primo dubius quidnam, inſolita facies oſtenderet.} Sic in cunctis ferè, quæ ipſe uiderim exemplaribus reperi. Cæterum Donatus in Terentij Eunuchum conſpicatur hic legit, non conſpicitur. Itaque ita ſenſus quoq; exigere uidetur. ut ſit à conſpicor deponenti. quod eſt uidere. Nam hoc dicit Salluſtius, Metellum uidiſſe ipſum quidem hoſtes qui ſe occultarant, ſed ita uti non ſatis eos propter uirgulta, inter quæ conſederant, internoſcere, aut quid tandem rei eſſet, dijudicare poſſet. Id enim eſt quod ſequitur, Primo dubius, quidnā inſolita facies oſtenderet. Florentinum, cum exercitu conſpicit eos. non, conſpicitur.

Deinde breui cognitis inſidijs, paulisper agmen conſtituit.} Volumen Fabricianū. Dein. &, paulisper agmen conſtituit, iſt ſtill geſtanden. ut ſit Agmen caſus nominatiui. Aldinum exemplar facit cum peruulgata lectione. Q. Curtius 3. Tunc conſiſtere agmen iubet Liuius 1. belli Punici 2. Conſtituit utrūq; agmen, & prælio ſe ſe expediebant. Licet perperam in Aſcenſiano conſtituit legatur. Mox, In dextro latere, quod proximum hoſtibus erat.} Manuſcripta duo, quod proximum hoſtes erat. pro eo fortaſſe quod eſt, proxime hoſtes. Nam Cicero quoque loqui identidem ſic conſueuit uelut cum ait, ut cum ſuis copijs quàm proxime Italiam ſit, & iterum, Habemus exercitum quàm proxime hoſtem. ſic & aliàs idem. Sed & Salluſtius ſupra, Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Si quis nomen eſſe malit τὸ proximum, haud multum equidem reluctabor.

GLAREANVS.

CVm interim Metellus ignarus hoſtium, monte digrediens cū exercitu conſpic.} Mire mutatum dicendi genus. Cum enim dicere uellet, Iugurtham ante abſconditum, nūc Metello uiſum, ait. Metellus cum exercitu conſpicitur. Omnis enim continuo ſequentia indicat, Iugurtham nūc primum Metello uideri, qui in eo colle, quem tranſuerſo itinere porrectum author docuit, conſederat, Metellus dubius erat, non Iugurtha. Verum id magis mirandum, quomodo Metellus monte digrediens hic dicatur, quem nuſquā aſcendentem deſcripſit. Sed neq; ſemel hoc dixiſſe contentus author, bis paulo poſt repetit, ut hunc locum nō dubitem prorſus corruptum. Prima quidem uerba, ſi non bis poſtea deſcendiſſe repetiſſet, ita legi poterant. Cum interim Metello ignaro hoſtium monte digrediens, cum exercitu conſpicitur, ſcilicet Iugurtha. Inde enim dubius primum Metellus, ſtatim deinde agmen conſtituit. Plura dicere nolo. Cōmentatores nihil ad rem dicunt, & nos coniecturas noſtras referre nolumus, Lectori ipſe ſibi iudicium ſuum reſeruet. Adiuuat iudicium noſtrum, quòd quidam codices habent paulopoſt, Incerti, cum natura loci, tum dolo ipſi. Vbi alij habent incertum, ut non ſit mihi dubium locum eſſe mutilum.

AT Iugurtha, ubi extremū agmen Metelli primos ſuos prætergreſſum uidet; præſidio quaſi duū miliū peditum montem occupat, quà Metellus deſcenderat: ne forte cedentibus aduerſarijs receptui, ac poſt munimento foret. Deinde repēte ſigno dato hoſtes inuadit.

SOLDVS. AT Iugurtha.} poſtquam uidit Metellum reliquiſſe montem, & iam cum toto exercitu tranſiſſe ſuos primos milites, qui erant in colle, ſtatim cū duobus milibus peditum montem occupauit, atque hoc fecit, ne Romani illuc refugerent, ſi forte Iugurtha ipſos inuadens, fugere compuliſſet. Primos ſuos.} ſcilicet milites. Prætergreſſum} i. tranſiſſe. Quaſi ferè.} notanda noua ſignificatio apud Salluſtium. Nam qua-

Numidæ alij poſtremos cædere, pars à ſiniſtra, ac dextera tentare; infenſi adeſſe; inſtare atq; omnibus locis Rom. ordines conturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obuij hoſtibus fuerant, ludificati incerto prælio ipſi modo eminus ſauciabantur, neq; contra feriendi, aut conſerendi manum copia erat. Ante iam docti ab Iugurtha equites, ubi Romanorum turma inſequi cœperat, non confertim, neq; in unũ ſeſe recipiebãt; ſed alius alio quammaxime diuerſi. Ita numero priores, ſi à perſequendo hoſtes deterrere nequiuerant, diſiectos ab tergo, aut lateribus circũueniebãt: ſin opportunior fugæ collis, quàm campi fuerat; ea uero conſueti Numidarum equi facile inter uirgulta euadere; noſtros aſperitas & inſolentia loci retinebat. Cæterũ facies totius negotij uaria, incerta, fœda, atq; miſerabilis: diſperſi à ſuis, pars cedere; alij inſequi, neq; ſigna neq; ordines obſeruare; ubi quenq; periculum ceperat, ibi reſiſtere, ac propulſare; arma, tela, equi, uiri, hoſtes, atq; ciues permiſti; nihil conſilio, neq; ĩpio agi; fors oĩa regere. Itaq; multũ diei proceſſerat, cum etiam tũ euentus in incerto erat. Deniq; omnibus modis labore, & æſtu lãguidus Metellus, ubi uidet Numidas inſtare minus; paulatim milites in unum cõducit, ordines reſtituit, et cohortes legionarias quatuor aduerſus pedites hoſtium collocat. Eorum magna pars ſuperioribus locis feſſa conſederat; ſimul orare, & hortari milites; ne deficerẽt; neu paterentur hoſtes fugientes uincere; neq; illis caſtra eſſe, neq; munimentum ullum, quo cedentes tenderent; in armis omnia ſita. Sed ne Iugurtha quidem interea quietus erat; circuire; hortari; renouare prælium; & ipſe cum delectis tentare omnia; ſubuenire ſuis; hoſtibus dubijs inſtare; quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere.

ſi proprie ſignificat ſicut, ſed hoc loco ſignificat ferè. Cedẽtibus }.i. retrocedentibus, & ſe recipientibus. Receptui }.i. ad receptum, Iugurtha montem occupauit, ne Romani illuc redire poſſent, ſi forte in pugnã cedere, & ſe recipere cogerentur. Munimento. }id eſt ad munimentum, ut Romani in montem, muniti de eo pelli non poſſent. Forte. }ſcilicet mons. Ordo eſt. Iugurtha occupat montem præſidio, quaſi duum milium peditum. ſcilicet ab ea parte, qua deſcenderat Metellus, ne ille mons foret receptui aduerſarijs ſedentibus, & poſt foret munimento, ubi pro poſtq̃ uidet extremum agmen Metelli eẽ prætergreſſum ſuos. Numidæ }.i. milites Iugurthini de Numidia. Ordines }. i. acies, hic deſcribit prælium inter Iugurtham & Metellum. Infinitiuos ponit more ſuo pro præteritis imperfectis indicatiuorum.

Quorũ }. ſ. Romanorum, ex Romanis, qui erãt fortiores obuiã hoſtibus facientes, et reſiſtẽtes ipſi tantũmõ uulnerabãtur, nec uulnerare poterant hoſtem, q̃a rationem prælij nõ intelligebant, nam decepti erant. Ordo eſt. Quorum ipſi, qui fuerunt obuiã hoſtibus firmioribus animis ludificati incerto prælio, modo. i. tantummodo ſauciabãtur eminus, neq; erat copia cõtra faciendi, aut conſerendi manum. Fuerunt obuij }.i. reſtiterunt. Ludificati }.i. decepti, q̃a non credebant ſe inuadi poſſe, niſi à latere dextro, nunc autem & à tergo, & ab utroque latere premebantur ab hoſte. Ipſi modo ſauciabantur }.i. ipſi Romani tantummodo uulnerabantur. nec uulnerare poterant. Eminus i. de longe. Ante iam docti. } ordo ẽ. Equites iam ante docti ab Iugurtha recipiebant ſe non confertim, neque in unum ſed recipiebant ſe quàm maxime diuerſi uidelicet alius alio. Vbi }.i quando turba Romanorum cœperat inſequi. ſ. eos. Oſtendit cauſam, quare Romani tantummodo uulnerabantur, & non poterant uulnerare hoſtem, quia Iugurtha nouam pugnandi rationem inuenerat, nam ſuos equites docuerat, ut cum hoſtem inuaſiſſent, & ille eos inſequi cœpiſſet, non in unum ſe reciperent atque colligerent, ſed ſeparatim loca diuerſa peterent, atq; ita hoſtem eluderent. Non confertim } .i. non caterua tim, nec ſimul.

Se recipiebant. }.i. ſe retrahebant. Alius alio }.i. alius ad alium locum. ſ. recipiebat ſe. i. retrahebat. Ita numero priores }ordo eſt. Ita illi equites Iugurthini circũueniebant diſiectos. ſ. Romanos à tergo, aut à lateribus, ſi illi nequiuerant deterrere hoſtes priores numero à perſequendo. Attende quid dicat. plerunq; enim difficile eſt intelligere, quomodo ſenſus ſequens cum ſuperiore cohæreat, ne uagus & diſſolutus errare uideatur, nam hic ſenſus ẽ. Equites Iugurthini, ſi Romanos perſequentes ſe reprimere non poterant, quia illi plures erant numero, fugiebant uel p planitiem camporum, uel in collem: ſi fugiebant per campos, inuadebant Romanos à tergo, aut à lateribus diſſipatos. ſi fugiebãt in collem, equi eorum facile collẽ aſcendebant, quia erãt aſſueti. Romani uero in collem non facile aſcendere poterant, & propter aſperitatem, & quia nõ erãt aſſueti. Numero priores hoſtes }. ſ. Roma. à perſequendo, nam paulo ante dixit, ubi Romanorum turba inſequi cœperat. Hoſtes numero priores } i. Romanos plures ſuperiores numero. Diſiectos }.i. diſſipatos, nam ſupra dixit, Iugurthinos conturbaſſe ordines Romanorũ. Circũueniebant } .i. inuadebant, aggrediebantur. Iugurthini equites, ſi Romanis perſequentibus reſiſtere non poterant, fugiebant per campos, & quos à tergo, aut à lateribus diſſipatos inueniebant, eos aggrediebantur. Sin opportunior. }ordo eſt. Sed equi Numidarum conſueti facile euadere pro euadebãt, ea. i. p eam partem inter uirgulta, ſi collis fuerat opportunior. fugæ. i. ad fugam, quam campi. ſ. fuerãt, aſperitas & inſolentia loci retinebat noſtros. i. Roma. ſin opportunior. i. ſi erat magis commodum fugere in collem, quàm fugere per planitiem cãporum, euadere. i. aſcendebant, Euadere. i. aſcendere. Virg. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Vnde euadere etiam eſt per obſtantia tranſire. Inſolentia loci. } quia Romani non fuerant aſſueti in eo colle. Totius negotij }.i. prælij. i. totum hoc prælium uarium fuit & incertum. Diſperſi }. ſ. tam Romani quàm Iugurthini. nã nec Romani, nec Iugurthini ordines ſeruabant. Pars. }prolepſis eſt. & hic ut ſolet infinitiuos ponit pro præteritis imperfectis indicatiuorum. Cedere. }cedere aliquando eſt ferire, et occidere, aliquãdo eſt locum uictori dare, ut hoc loco, nam cedere ſignificat cedebat. i. retrocedebat, & retrahebat ſe. Neque ſigna. }quia diſcedebant à ſignis. Neque ordines.} quia diſcedebant ex ordine. Vbi

quenq; }

quęq. } ordo eſt, ibi quiſque reſidebat, ubi periculum ceperat quę que. Arma. } tela equi, ut hoſtes ciues permixti. ſ. e ant, oſtendit omnia fuiſſe confuſa. Fors. } id eſt fortuna. Euentus belli in incerto erat, quia nemo ſciebat, utri uiciſſent, an Romani, an Iugurthini. Ordines reſtituit. } qui erant perturbati, & diſſipati.

Superioribus locis. } uidelicet in colle. Ne deficerent. } id eſt ne ceſſarent à pugna. Oratio Metelli ad milites erat hæc. O milites nolite à pugna deficere: & nolite pati, ut hoſtes uincāt, fugiētibus uobis non habetis caſtra nec locum aliquem munitum, ad quem fugere poſſitis. ſalus ueſtra in armis poſita eſt. Fugientes }. ſ. Romani. Ordo eſt, & Metellus hortabatur, ne Romani fugientes paterentur hoſtes uincere, uel ne Romani paterentur hoſtes uincere fugientes. ſ. Romanos. Neq; illis. } & dicebat non eſſe caſtra illis. ſcilicet militibus Ro. Caſtra eſt locus, ubi ſunt tentoria qui locus uallo & foſſa ſemper muniri ſolet. Vallum mu }. i. locum aliquem munitum. Omnia. } uidelicet ſpem ſalutis & uictoriæ. Sed nec q. Metellus ſuos in unum colligebat, & illos ad prælīū hortabatur. Sed ex altera p̃te Iugurtha quoq; optimi īpatoris artibus utebatur, circuibat, hortabatur ſuos, prælīū renouabat.

MARL. DEinde, } poſt occupatum montem. Infenſi, } urgentes. Eminus, } iaculis & miſſilibus. Copia. } facultas. Cōfertim, } ſimul denſata acie Appianus in Libyco bello Numidarū cōſuetudinem ſic deſcribit his opus dūtaxat erat haſtis inſtructi die noctuq; rapiendo aggredi deinde retrocedere, mox ad rapinam denuo prodire, nec alio pugnandi genere q̃ fugiendo & inſequendo uti ſunt enim præ cæteris Numidarū mediæ patientes, & plerūque herbis pro pane ueſcūtur, nec aliud omnino quàm aquam bibunt. Totius negotij. } conflicti. Fœda, } turpis Romanis. Languidis, } deficientibus. Superioribus, } montanis locis. Hoſtes fugientes, } Numidas. Neque illis, }. ſ. hoſtibus. Tenderent, } reciperent ſe. Delectis, } melioribus. Dubijs, } heſitantibus an confererent manus. Firmos, } conſtantiores. Eminus, } à longe, quia erat in colle & omnia in Romanorum exercitu uidebat.

RIVIVS. DEinde repēte ſigno dato, hoſtes inuadit } Fabricianū, deit. Mox, Numidæ alij poſtremo cedere, pars à ſiniſtra ac dextra tentare. } Manuſcripta, poſtremos cedere. Atq; ita ſenſus quoq; ipſe poſtulat. Paulo poſt, Ludificati in īcerto prælio. } Manuſcripta, incerto prælio. omiſſa præpoſitione. idque rectius.

Non confertim in unum ſe recipiebant. } Manuſcripta, non cōfertim, neque in unum. quo modo & Aldinus codex. Paulo poſt,

Sin opportunior fugæ collis, quàm campi fuerat, ea uero conſueti Numidarum equi facile inter uirgulta euadere. } Duo ex manuſcriptis, eo uero conſueti etc. ut ſit, ad eum collem. Diſperſi à ſuis, pars cedere, alij inſeq. } In qbuſdā, Diuerſi à ſuis. uerū eodē ſ. la nē ſenſu p diſiectis et diſiūctis. Equi, uiri, hoſtes atq; ciues pmixti, } τὸ Atq; non eſt in duobus manuſcriptis. Paulo poſt, Sors omnis rege. } Manuſcripta, Fors, pro fortuna. Sed eſt idem utrobiq; ſenſus. Facit cum manuſcriptis Florentinum atque alia plerą;. Denique omnibus modis labore & æſtu languidis, Metellus ubi uidet Numidas minus inſtare. } τὸ Modis non habent codices in mēbrana deſcripti, neque cæteri uetuſtiores. Paulo poſt, Simul orare & hortari milites. } illa Et copula non eſt in omnibus uetuſtis. Et iam ſæpe monui libenter Salluſtium facere, uti aſyndeto utatur. quod, ut alias, ita hic quoque habet inſtans ac urgens quiddam, ac ſententiam mire iuuat. Mox, Neq; illis caſtra eſſe, neq; munimē tū ullū, quo cedentes tenderent. } Fabricianum, neq; illis munimētū ullum. ut pronomen Illis denuo repetatur. Nam interdum per pleonaſmum abundat hoc pronomē, ſed non ſine gratia. uelut apud Virgilium, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra. & Terētius in Adelphis. Quem neque fides, neque iuſiurandum, neque illū miſericordia repreſſit, neque reflexit. Sit hæc coniectura. Quāquam mihi quidem ad ſententiam mire facere uidetur hæc repetitio pronominis, & non gratiam modo, ſed & uires addere ſenſui, & affectum orantis atq; hortantis quaſi ob oculos ponere. Id aliquis non intelligens, ut eſt audax inſcitia, cum fruſtra repetitū crederet, è medio illud remouit. Mox, In armis omnia ſua. } Legendum, ſita. Paulo inferius.

NOn confertim, in unum ſeſe recipiebant, Vetuſtus Gothi codex habebat: Non confertim, neq; in unum ſeſe recipiebant. quæ lectio placet Continuo poſt. Numero, priores, habent plerią; libri: quidam tamen illud Priores in Plures mutarunt, male moti raritate ſermonis. Deniq; omnibus labore, & æſtu languidis. } In ſolo Aldi codice inuenio additum uerbum, Modis: Deniq; omnibus modis labore, & æſtu languidis. quod diſplicet, pendet enim oratio à ſequentibus, non à præcedentibus. Item paulo poſt, Nec paterentur hoſteis fugientes uincere. Soldus Fugientes nominatiui caſus exiſtimauit, & ſupplet Rom Badius accuſandi, & coniungit ad hoſteis, ſed magis placet Soldus hoc loco, uehementer enim timuit Metellus, ne ſui ſuccumberēt, Mox etiam illud obſcure dictū: Quos firmos cognouerat eminus pugnando retinere Soldus tanquam clarum, pulchre tranſiliit. Badius, Retinerēt, inquit, ne ad ſuos accederent, pugnando eminus. Badius igitur uerbum Quos, ad Romanos retulit, ut, Dubijs, uerbum, quod præcedit. Idq; mihi placere debet, donec melius uel inuenero, uel edoctus fuero. GLARE.

SOLDVS. IPſi pares }. ſ. erant ipſi imperatores uirtute, & ſcientia militari pares erant, ſed uiribus erant impares. Nam Metello. } declarat quomodo erant impares opibus id eſt uiribus Metellus meliores milites habebat, ſed Iugurtha meliorem locum, & magis opportunum. Deniq; Romani. } Iugurtha locum munitum habebat, uidelicet collē, ubi tutus erat. Romani locum nullum munitum habebāt, quò fugerent. Metellus igitur cum uideret ſe nō habere locum, quò milites ſui tuti confugerēt, iuſſit, ut Ro. p̄ collē aduerſū aſcēderēt, et hoſtes inuaderēt. Neq; ab hoſte copiam pugnādi fieri. } quia Iugurthini milites ex colle in plana ad pugnam deſcendere nolebant, & numero, & uiribus erant inferiores. Euadunt }. i. aſcendunt, aduerſo colle. Euadere ē de ima parte ſurſum uerſus aſcendere. Amiſſo loco. } Ecce euētus prælij. Romani collem aſcenderunt, & hoſtes pulſos fuderunt atque fugarunt. Fuſi }. i. fracti. Pleroſque }. i. maiorem partē, ordo eſt. Velocitas & regio ignara hoſtibus ſunt tutatæ pleroſque, pauci in eo prælio interierunt, ideo quia maior pars curſu & fuga ſalutem quæſiuit, cum per regionē fugerēt Romanis incognitam.

Velocitas. } quia cum primi fuſi ſunt curſu & uelocitate fugerunt. Interea Bomilcar. } ſuperius dixit quomodo Iugur-

EO modo inter ſe duo imperatores ſummi uiri certabant. Ipſi pares, cęterum opibus diſparibus; nam Metello uirtus militum erat, locus aduerſus; Iugurthę alia omnia præter milites opportuna. Deniq; Romani, ubi intelligunt, neq; ſibi profugium eſſe, neq; ab hoſte copiā pugnandi fieri, & iā diei ueſper aderat; aduerſo

colle ſicuti pceptũ fuerat, euadunt. Amiſſo loco Numidę fuſi, fugatiq́; pauci interiere; pleroſq; uelocitas, et regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Interea Bomilcar, quē elephantis, & copiarũ parti pedeſtriũ pfectũ ab Iugurtha ſupra diximus, ubi cum Rutilius prætergreſſus ē, paulatim ſuos in æquum locum deducit. Ac dum legatus ad flumē, quo pmiſſus erat, feſtinãs pergit; quietus, uti res poſtulabat, aciē exornat; neq; remittit interim, quid ubiq; hoſtis ageret, explorare. Poſtquam Rutiliũ conſediſſe iam, & animo uacuum accepit, ſimulq́; ex Iugurthæ prælio clamorem augeri; ueritus ne legatus cognita re laborãtibus ſuis auxilio foret; aciem, quam diffidens uirtuti militum arcte ſtatuerat, quo hoſtium itineri officeret, latius porrigit; eoq́; modo ad Rutilij caſtra procedit. Romani ex improuiſo pulueris uim magnam animaduertunt; nam proſpectum ager arbuſtis conſitus prohibebat. & primo rati humum aridam uento agitari: poſt ubi æquabilem manere, & ſicuti acies mouebatur, magis magiſq; appropinquare uident; cognita re, properantes arma capiunt; ac pro caſtris, ſicuti imperabatur, conſiſtunt. Deinde, ubi propius uētum eſt, utrinq; magno clamore concurritur. Numidę tantummodo remorati, dum in elephantis auxiliũ putant; poſtquã eos impeditos ramis arborum, atq; ita diſiectos circumueniri uident, fugam faciunt: ac pleriq;, abiectis armis, collis aut noctis quę iam aderat, auxilio integri abeunt. Elephãti quatuor capti, reliqui omnes xl. numero interfecti.

tha exercitũ ſuum in duas partes diuiſit, uni partem Bomilcarem præpoſuit, alteri parti ipſe Iugurtha præerat. Dixit, quomodo Iugurtha uictus ē à Metel. nũc dicit qd interea fecerit Bomilcar. Dicit.n. hũc Bomilcarē deſcēdiſſe d' colle. et Rutiliũ legatũ, quē Metellus ad flumē præmiſerat, inuaſiſſe, fugatumq; ab eo fuiſſe. Præfectum }.i. præpoſitũ, ordo eſt. Interea Bomilcar paulatim deducit ſuos ĩ locũ æquũ.

Vbi. } pro poſtquã Rutilius eſt prætergreſſus eum, dico Bomilcar, quem ſupra diximus eſſe præfectum ab Iugurtha elephantis, & parti copiarum pedeſtrium. Vbi eum }.ſ. Bomilcarē. Rutilius. } qui ad flumen tendebat. Prætergreſſus eſt. } id eſt tranſiuit. Quietus }.ſ. Bomilcar. Neque remittit }.i. ceſſat. Bomilcar nõ ceſſabat inueſtigare qd faceret Rutilius.

Poſtq̃ Rutilium conſediſſe. } ordo eſt, Bomilcar ueritus ne legatus foret auxilio ſuis cognita re, latius porrigit aciem, q̃ diffidens uirtuti militum ſtatuerat arte, dico latius porrigit, quo .i. ut officeret itineri hoſtium. Poſtquam, autem accepit clamorē geri ex prælio Iugur. Bomilcar diligēter inueſtigabat p exploratores qd ageret Rutilius, et qd ageret Iugur. atq; Metellus. Cũ igitur intellexiſſet ex clamore Iugurthã Metellũq; pugnare, & Rutilium iam apud flumen caſtra poſuiſſe, timuit, ne Rutilius rediret, ut Metello ferret auxilium. Ergo cum hoc timeret, aciem quam iſtructam de colle in planum deduxerat latius extendit ne Rutilius redire poſſet ad Metellum, & cum acie ſic extenſa uſque ad caſtra Rutilij legati peruenit. Conſediſſe }.i. caſtra poſuiſſe. Accepit }. i. intellexit, audiuit. Ne legatus } ſ. Rutilius. Cognita re. } id eſt cog. prælio inter Iugurtham & Metellum. Quo hoſtium itineri officeret }.i. ut noceret itineri ho. ſi uidelicet Rutilius redire uellet, ut Metello & Romanis ferret auxilium contra Iugurtham pugnantibus.

Latius porrigit }.i. latius extendit. Eoq; modo. } uidelicet ſic acie extenſa. Romani. } uidelicet, qui erant cum Rutilio legato non cum Metello. Pulueris uim }.i. copiam pulueris, nam uere dico quòd Roma. uiderant puluerem, quia non poterat uidere homines. nam ager plenus arboribus erat, proſpectũ phibebat, ut uidere non poſſent homines. Arbuſtis cõſitus }.i. arboribus plãtatus. Et primo rati. } ſcilicet ſunt, primo putauerunt, puluerem à uento cõmoueri, ſed poſt cum uiderent ipſum puluerem magis ac magis appropĩquare cognitis hoſtibus, ſubito arma capiunt. Pro caſtris. } id eſt ante caſtra. Deinde ubi. } Deinde concurritur utrinque magno clamore, ubi eſt uentum propius. Ventum. } ſcilicet à Numidis, id eſt poſtquam Numidæ propius ad caſtra Rutilij uenerunt, utrinq; pugnare cœperunt Numidæ. Ordo eſt. Numidæ tãtummodo remorati, dum putant auxilium in elephantis, faciunt fugam, poſtquam uident eos impeditos ramis arborum, atque ita diſiectos circumueniri, ſcilicet à Romanis, Numidæ ſpem ſuam habebant in elephantis: ſed elephanti uirtutem & robur ſuum exercere non potuerunt, quia arbores eos impediebant. quod cum uiderent Numidæ, ſubito fugere cœperunt.

Collis } aut noctis auxilio, & collis uicinus, & nox, quæ inſtabat, auxilio fuit Numidis.

MARLIA. Ipſi imperatores. Pares. } uirtute cæterum exercitu impares. Interea. } dum Numidæ fugantur. Vacuum. } ſcilicet curis. Magnam uim. } copiam. Denſam nec ceſſantem puluerem uidebant Romani, ideo. Aequabilē, } quia ſi fuiſſet uentus, aliquando ceſſaſſet. Cognita re }. id eſt cognito hoſtium aduentu.

RIVIVS. ET iam diei ueſper erat. } In manuſcriptis duobus eſt, Et iam die ueſper erat. pro diei ut ſit genitiuus antiquus, cuius et Priſcianus 8. meminit, Gellius ipſe 9. ubi docet, C. Cæſarem in libro de analogia 2. huius die, & huius ſpecie dicendũ putare. ſeq; in Iugurtha Salluſtij ſummæ fidei & reuerendæ uetuſtatis libro, die caſu patrio ſcriptum inueniſſe, ubi ille inquit, Vix decima parte die reliqua. Sed & Seruius alicubi Salluſtium acie, pro aciei dixiſſe teſtatur. Ridiculum uero, quod in manuſcripto neſcio quis annotarat, Die, ſubaudiendum deficiente. Reliqui omnes quadraginta numero interfecti. } Eſt in manuſcriptis, numero 30. nec aliter in Florentino.

AT Romani quãquam itinere, atq; opere caſtrorum & prælio feſſi, lætiq́; erant; tamē, quòd Metellus amplius opinione morabatur inſtructi, intentiq́; obuiam procedunt; nam dolus Numidarum nihil lan-

SOLDVI. AT Romani. } Rutilius ad flumen præmiſſus cũ caſtra locaſſet, Metellum cum toto exercitu expectabat, qui tardius morabatur, pper prælium cum Iugurtha cõmiſſum, cum ergo tardius moraretur Metel. Rutiliani obuiam ei proceſſerunt. Ordo eſt. At Romani tamen inſtructi & intenti procedunt

guidi, neq; remiſſi patiebatur. Ac primo obſcura nocte poſtquam haud procul inter ſe erant, ſtrepitu uelut hoſtes aduentare, alteri apud alteros formidinem ſimul & tumultum facere, & pene imprudentia eſſet admiſſum facinus miſerabile, ni utrinq; præmiſſi equites rē explorauiſſent. Igitur pro metu repente gaudium exortum eſt. Milites alius alium læti appellant; acta edocent, atq; audiunt: ſua quiſq; fortia facta ad cœlū effert. Quippe res humanæ ita ſeſe habent; in uictoria uel ignauis gloriari licet, aduerſæ res ēt bonos detrectāt. Metellus in iiſdem caſtris quatriduo moratus, ſaucios cum cura reficit, meritos in prælijs more militiæ donat, uniuerſos in concione laudat, atque agit gratias: hortatur ad cætera, quæ leuia ſunt: parem animum gerant; pro uictoria ſatis pugnatum, reliquos labores pro præda fore. Tamen interim transfugas, & alios opportunos, Iugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucis'ne eſſet, an exercitum haberet, ut ſeſe uictus gereret, exploratum miſit. At ille ſeſe in loca ſaltuoſa, & natura munita receperat: ibiq; cogebat exercitum numero hominum ampliorem, ſed hebetem, infirmumq;, agri, ac pecoris magis, quàm belli cultorem. Id ea gratia eueniebat, quòd præter regios equites nemo omniū Numidarum ex fuga Regem ſequitur: quò cuiuſq; animus fert, eò diſcedunt. neq; id flagitium militiæ ducitur. ita ſe mores habent.

cedunt obuiam, ſcilicet Metello, quia Metellus morabatur amplius opinione eorum, quamquam erant feſſi et laſſi itinere, & opere caſtrorum, et prælio. Itinere.} nam uiginti milia confecerāt. Opere caſtrorum }.i. munitione, nam caſtra muniuerant foſſa et uallo. Et prælio.} quo pugnauerant contra Bomilcarem. Feſſi prælio.} & opere. Amplius opinione eorum }. i. diutius quàm opinabantur. Inſtructi }.i. armati, & in ordine compoſiti.

Nam dolus.} Quare Romani etiam poſt uictoriam inſtructi, & armati obuiam procedebant Metello, quare tanta diligentia utebantur, quia timebāt inſidias & dolos Numidarum. Nam dolus Numidarum non patiebatur Romanos indulgentius & remiſſius ſe habere. Lāguidum eſt torpere ignauo. Remiſſum eſt contrarium intento. Et eſt trāslatio ab arcu, qui cū neruo.i. corda curuatur ad iactum dicitur intendi, cum uero laxatur dicitur remitti. Ac primo, Metellus fuſo, fugatoq; hoſte. tendebat ad flumen, quo iam ante Rutilium præmiſerat. Rutilius autem obuiam Metello procedit iam nocte obſcurata. Cum ergo iam uicini eſſent, ſtrepitum inuicem faciebant, & propter noctem ſe non cognoſcebant, futurumq; erat, ut inuicē pugnarent, niſi uterque milites præmiſiſſet, qui inueſtigarent rē, quo facto metum depoſuerunt, & gaudium ex utraque parte ortum eſt. Et quoniam Metellus Iugurthan uicerat, Rutilius Bomilcarem, omnes læti facta ſua laudabant. Velut hoſtes.} ſtrepitum faciebant, tanquam ſi hoſtes eſſent. Tumultum }. i. ſtrepitum & clamorem.

Imprudentia.} per imprudentiam, quia ſe non cognoſcebant inuicem. Admiſſum }.i. perpetratum, & commiſſum. Facinus miſerabile.} quia inuicem pugnaſſent cum oēs Romani eſſent. Acta} quæ acta erant. Nam utrique hoſtem ſuperauerant. Fert }. i. extollit. Vel ignauis }.i. etiam ignauis. In rebus humanis ita euenire ſolet, ut ab ea parte, ubi eſt uictoria, etiam ignaui, & rudes glorientur, & econtra apud uictos etiam qui ſtrenui ſunt, & fortes tanquam ignaui uituperentur. In iiſdem caſtris.} uidelicet in caſtris Rutilij. Reliquos labores.} Dicebat Metellus, amplius laborare non oportet pro uictoria, quia iam uictoriam ſimus aſſecuti. Sed ſi laborabimus pro præda laborabimus. Prædæ}.i. ad prædam. Milites autem pro præda omnes labores facile tolerāt. Tamen }ordo eſt. Tamen interim Metellus miſit transfugas et alios opportunos exploratum, ubi gētium foret Iugurtha, aut quid ageret. Ne.} id eſt an eſſet cum paucis, an haberet ſuum exercitum.

Et ut.} pro qualiter ille uictus gereret ſeſe. Quamuis Metellus de Iugurtha uictoriam habuiſſet, tamen, ut prudens imperator miſit exploratores, qui diligenter inquirerent, ubinam eſſet Iugurtha, & quid ageret, an haberet exercitum. Tamen.} quamuis uiciſſet. Transfugas.} Transfugæ, ideo ad explorandum idonei ſunt, quia neceſſario eos oportet eſſe fideles & cautos. Nam ſummopere cauent, ne in manus hoſtium à quibus ſemper fugerunt, deueniāt.

Alios opportunos}.i. alios homines idoneos. Vbi Iugurtha gentium.} id eſt ubi nam gentiū & locorum ponuntur, non ad neceſſitatem, ſed ad ornatū. dicimus enim, Neſcio ubi gentium ſit, neſcio ubi locorum ſit. Exploratum miſit.} ideſt ad explorandū, hoc eſt ad ueſtigandum.

At ille.} ſcilicet Iugurtha.

Seſe in loca ſaltuoſa, munita natura, ad quæ quidem loca nō eſſet facilis, ſed perdifficilis ad Iugurtha inſultum acceſſus.

Receperat.} id eſt reduxerat ſe. Cogebat.} ideſt colligebat, congregabat. Virg. in Buco. Tytire coge pecus. Agri ac pecoris magis quàm belli cultorem homines. } quos congregabat Iugurtha erant aſſueti magis ad agros colendos, & ad curanda pecora quàm ad bella gerenda. Id ea gratia.} poſſet aliquis dicere, quare Iugurtha nouum colligebat exercitum, nonne habebat ueterem exercitum, qui ſecum profugerat ex prælio, in quo uictus eſt à Metello? nam in eo prælio pauci ex Numidis interierunt, reliqui omnes incolumes fugerunt, ut ſupra dixit, Salluſtius huic tacitæ quæſtioni reſpondet, & dicit hanc eſſe conſuetudinem apud Numidas, ut quando rex uictus eſt in prælio, nemo ex fuga eum ſequatur, præter regios equites, unuſquiſque poſt fugam uadit quocunque uult, neque illud apud Numidas reprehenſibile eſt, quia ſic eſt conſuetudo. Id ea gratia eueniebat }.i. ob eam cauſam Iugurtha nouum colligebat exercitum, quia nullus de exercitu uetere poſt fugam eum ſecutus erat, præter equites regios, qui circa perſonam eius ſemper aſſiſtunt. Flagitium}.i. ſcelus reprehenſione dignū. Ita ſe mores habent}.i. talis cōſuetudo.

M A R I . I A N V S.

INtegri.} ſine uulneribus. Intenti.} parati. Languidi.} otioſi. Rem }.i. exercitum Romanum. Detractant.} diminuunt gloriam bonis. In concione.} Conuocato exercitu. Animum parem } Fortem. Vbi gentium.} in quibus terris. Vt.} id eſt quomodo ille uictus &c. Saltuoſa.} ſyluoſa. Id} quòd pararet exercitum. Præter regios.} qui ad cuſtodiam regis ſunt, quos alio nomine prætorianos appellamus. Fert.} cupit. ut Innoua fert animus. Flagitium.} turpitudo. quia non dicuntur deſertores.

RIVIVS. AT Romani quanquam itinere atque opere caſtrorum, & prælio, feſſi laſſiq; erant.} In uetuſtis nonnullis eſt, feſſi laſſiq; erant. pro defatigati, quomodo & ſententia poſtulat etiam ſi ſecus exemplaria manuſcripta. Et penè imprudētia eſſet admiſſum facinus miſerabile.} In manuſcripto quodam, foret reperitur, non Eſſet. In Fabriciano uero, neutrum horum eſt, ut nec Beroaldino. Igitur pro metu repente gaudium exortum eſt.} τὸ Eſt non reperi in manuſcriptis. Id cum hoc loco, tum aliàs ſæpe ex gloſſa addita irrepſit in contextum. Adnotauit autē & Gellius, Eſt, erat, fuit, plerunq; abeſſe cum elegantia, ſine detrimento ſententiæ. libro 5. capite 8. Mox, Sua quiſq; fortia facta ad cœlum effert.} Manuſcripta, ad cœlum fert. Vtrunq; apud Cice. reperitur, in cœlū ferre, & in cœlum efferre laudibus. Pro uictoria ſatis pugnatū, reliquos labores pro præda fore.} In quibuſdam, ſatis iam pugnatum. Mox, prædæ fore. pro ad prædam expectare, ſeu prædæ gratia ſubeundos eſſe. Licet manuſcripta pro præda habeant.

Quod præter regios equites, nemo omniū.} Manuſcripta duo, præter equites regios. ut adiectiuum ſequatur. Paulo poſt.

GLAREA. ADuerſæ res etiam bonos detractant.} Ita pleriq; habent codices Detractant per a in ſecunda ſyllaba, Aldinus uero Detrectant legit. quod uerbi non intelligo. Soldus more ſuo tranſilit, in expoſitione tamen ait: Apud uictos etiam, qui fortes, tanquam ignaui uituperantur. Badius, Res aduerſæ, inquit, detractant, id eſt, deprimunt & uituperant etiam bonos. Ego (ſi modo recte legitur Detractant) exponerem; Res aduerſæ, bonos detractant, hoc eſt, bonis derogant, Nam inde Detractores. qui famæ alicuius derogant, dicti uidentur. Fuiſſe tamen priſcum aliquod uerbum per ſciolos amotum ualde uereor. Nemo omnium Numidarum ex fuga ſequitur.} Quidam codices habebant Sequebatur, & ita legiſſe uidetur Badius. Sed uerba ſequentia optime indicant legendum eſſe Sequitur in præſenti, nō Sequebatur in præterito imperfecto. Paulo poſt, Minore detrimento illos uinci: minore damno Numidarum intelligendum, ut recte exponit Badius. Et inde legendum, quàm ſuos uincere: ubi uerbum Suos, in quibuſdā exemplaribus male omiſſum eſt.

IGitur Metellus, ubi uidet animum Regis etiam tū ferocem eſſe; bellum renouari, quod niſi ex illius libidine geri non poſſet; præterea inimicum certamen ſibi cum hoſtibus, minore detrimento illos uinci, quàm ſuos uincere: ſtatuit non prælijs, neq; in acie, ſed alio more bellum gerundum. Itaq; in loca Numidiæ opulentiſſima pergit; agros uaſtat; multa caſtella, & oppida temere munita aut ſine præſidio capit, incenditq;; puberes interficit: iubet alia omnia militum eſſe prædam. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obſides; frumentum, & alia quæ uſui forent, affatim præbita; ubicunque res poſtulabat, præſidium impoſitum. Quæ negotia multo magis, quàm prælium male pugnatum ab ſuis regem terrebāt. Quippe cuius ſpes omnis in fuga ſita erat, ſequi cogebantur; & qui ſua loca defendere nequiuerat, in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optimum uidebatur conſilium capit: exercitū plerūq; in iiſdē locis opperiri iubet. Ipſe cum delectis equitibus Metellū ſequitur, nocturnis, et auijs itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggreditur. Eorum pleriq; inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit: & Numidæ priuſquam ex caſtris ſubueniretur, ſicuti iuſſi erant, in proximos colles diſcedunt. Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis rebus Metelli, ut ſeſe, et exercitum more maiorum gereret, ut in aduerſo loco uictor tamē uirtute

SOLDVS IGitur ubi Metellus ordo eſt.} Igitur Metellus ſtatuit bellum eſſe gerendum non prælijs, neque acie, ſed alio more, ubi pro poſtquam uidet animum regis etiam tum eſſe ferocem, & poſtq̄ uidet bellum renouari, quod non poſſet geri, niſi ex libidine illius, & poſtq̄ uidet iniquum certamen eſſe ſibi cum hoſtibus, & poſtq̄ uidet illos uinci minore detrimento quàm ſuos uincere. ſenſus patet. Igitur.} quia uidelicet Iugurtha nouum cōparabat exercitum. Etiam tum uidelicet,} poſtquam eſſet uictus. Animū ferocem} i. inuictum & indomitum, licet rex uictus eſſet, tamen animum habebat inuictum. ferox ſignificat inuictum & indomitum, & forte. Niſi ex libidine illius} i. niſi quemadmodum uellet ipſe Iugurtha. Iniquum certamen} i. maligu[illegible], & inutile. iniquum erat certamen, in quo uictor plus detrimēti patiebatur q̄ uictus, & hoc ſequentia declarant. Sed alio more} i. alio modo, quem modum ipſe inferius oſtendit. Itaque in loca.} Ecce ſicut alio modo bellum gerit Metellus. Temere munita} i. male munita, nā temere multa ſignificat. aliquando temere ſine cauſa ſignificat. Virg. Haud temere etiam conclamat ab aggere uolens, aliquādo ſignificat fortiter, aliquando male, ut hoc loco, aliqñ improuide. Temere munita.} id eſt mœnibus, & foſſa, & aggere. Sine præſidio.} ſine cuſtodia militum. Puberes interficit,} ætatē bello & armis opportunam, & idoneam. Affa-

tim.}

tim.} abundanter. Regē ter.} i. alienabāt, quia multo plures populi defecerunt à rege propter uaſtationem hoſtilem quàm propter prælium. Quippe.} ordo eſt, quippe pro quia, ille Iugurtha, cui omnis ſpes & ſalus erat ſita in fuga, cogebatur ſequi, & ille qui nequiuerat defendere ſua loca cogebatur gerere bellum in alienis. ſ. locis. Omnis ſpes in fuga ſita erat} i. poſita, quia Iugurtha non habebat ſpem ſalutis, niſi in fuga, & tamen cogebatur ſequi Metellum, ut eum à uaſtatione & depopulatione prohiberet, ſi poſſet, quia per huiuſmodi uaſtationem multos populos à ſe deficere uidebat. Tamen ex inopia} quod optimū uidebatur conſilium capit. Modus dicendi apud Salluſt. celeberrimus. Ex copia rerum conſiliū capit, & econtrario. Ex inopia conſilium capit. Ex copia rerū conſilium capit, cui opportunitas, & facultas, & occaſio datur ad deliberandum. ecōtrario, ex inopia conſilium capit, qui non ex multis, ſed ex paucis, qđ optimum uidetur, deligit, atq; decernit, unde inferius cū Mauri & Getuli ex improuiſo Romanos inuaſiſſent, atque ordinibus perturbatis, cum nox eſſet, acrius inſtarent. Tum Marius, inquit, ex copia rerum cōſilium trahit. Tempus non dabatur} ſed copia rerum ad deliberādum. Exercitum plerūque} Ecce cōſilium Iugurthæ, maiorem partem exercitus, ibi expectare iubet, ubi ipſum exercitum congregauerat, ipſe uero cum electis militibus Metel-

lum

fuiſſet, hoſtium agro potiretur; Iugurtham magnificū ex Auli ſocordia, ſpem ſalutis in ſolitudine, aut fuga coegiſſet habere. Itaque ſenatus ob ea feliciter acta Dijs immortalibus ſupplicia decernere: ciuitas trepida antea, ſolicita de belli euentu, læta agere: de Metello fama pclara eſſe. Igitur eo intentior ad uictoriā niti, omnibus modis feſtinare: cauere tamen necubi hoſti opportunus fieret: meminiſſe poſt gloriam inuidiam ſequi. ita quo clarior, eo magis anxius erat. Neq; poſt inſidias Iugurthæ effuſo exercitu prædari. Vbi frumento aut pabulo opus erat, cohortes cū omni equitatu præſidium agitabant. Exercitus partem ipſe, reliquos Marius ducebat. Sed igne magis, quàm præda ager uaſtabatur, duobus locis haud longe inter ſe caſtra faciebant. Vbi ui opus erat, cuncti aderant: cæterum quo fuga, atq; formido latius creſceret, diuerſi agebant.

lum ſequitur, & ſtatim Romanos inopinātes aggreditur multos interfecit, multoſq; capit. In iiſdem locis. } ubi erat. Opperiri. } expectare. Nocturnis et auijs itineribus ignoratus } .i. incognitus, quia iter nocturno tempore faciebat, & per loca inuia: neque enim uias aut ſemitas tenebat, ſed per loca, quæ erāt ſine uia proficiſcebatur. Auias, } dicitur ſine uia. Etiam Numidæ. } Numidæ cū Romanos, qui ex caſtris temere & effuſe uagabantur, confeciſſent, antequam ex caſtris auxilium Romanis afferretur, in colles proximos tuti ſe receperunt. Ex caſtris. } ſcilicet Romanorum. Subueniretur } .ſ. his, quos inuaſerant Numidæ. Interim. } Poſtquam narrauit ea, quæ geſta ſunt à Metello in Numidia, dicit quemadmodum Romæ magnum gaudium ortum ſit, poſtquam cognitum ē, quemadmodū Metellus ſe & exercitum regeret, & quemadmodum in loco iniquo & aduerſo uictoriam habuiſſet, & agrum hoſtium in poteſtatem ſuam redegiſſet. Cognitis Metelli rebus. } uidelicet his rebus cognitis, quæ ſequūtur. Se & exerci. gereret } .i. regeret, & gubernaret. In aduerſo loco } .i. in loco iniquo, & ſibi ad pugnandum incommodo, atq; contrario. Nam Iugurtha locum meliorem & magis commodum habebat, uidelicet collem montis, cum eſſet in plano. Hoſtium agro potiretur, per omnia ſubauditur, ut i. quemadmodum, uel qualiter, ut ſit ſenſus, ingens gaudium eſt ortum Romæ, poſtquam eſt cognitum, quemadmodum Metellus ſe & exercitum gereret, & quemadmodum uictoriam haberet in loco aduerſo, & quemadmodum potiretur agro hoſtium, & quemadmodum coegiſſet Iugurtham habere ſpem ſalutis in ſolitudine & fuga. Auli ſocordia. } id eſt ignauia Auli, quem prælio uicerat, ut ſupra uiſum eſt. Spē ſalutis in ſolitudine & fuga. } quia Iugurtha aliter ſe ſaluare non potuiſſet, niſi in ſolitudines fugiſſet. Supplicia decernere. } Senatus decreuit, ut ſupplicationes dijs immortalibus fierēt ob feliciter geſta Metelli. Supplicia. } antiqui ſupplicationes dixerunt, hac de cauſa, maiores, ob paupertatem, aut ex collatione ſacrificabant, aut certe de bonis eorum, qui damnati erāt. Vnde ſupplicia dicebātur ſupplicatiōes, quæ erāt de bonis eorum, qui ſupplicia paſsi fuerant. hinc etiam ſacrum, & uenerabile, et execrandum intelligimus quia ſacræ res de bonis execrandorum fiebant. Supplicationes autem ſunt, quas nunc uulgo proceſsiōes appellant. Decernere } .i. decernebat. Et hic more ſuo infinitiuos ponit pro præteritis imperfectis indicatiuorū. Meminiſſe poſt gloriā inuidiā ſequi. } Meminerat Metellus, ita euenire ſolere, ut poſt gloriā ſequatur inuidia. Quo } .i. q̄to. Anxius } .i. ſolicitus. Quāto magis clarus erat tāto magis cauebat hoſtē, ne forte aliqd offenderet, & poſt habitā uictoriam per inſolentiam atque imprudentiam aliq̄ cladem acciperet, nam poſt gloriam ſequitur inuidia, ſiquid oſtenſum eſt, & ideo anxius erat, & cauebant. Neque poſt inſidias Iugurthæ. } Inſidias dicit, per quas Iugurtha Romanos palantes aggreſſus

partem eorum occidit, partem cepit, neminem eorum intactum abire permiſit, ut paulo ante monſtrauit. Effuſo } i. ſine ordine ſparſo. Frumento } .ſ. ad uſum hominum. Pabulo. } ad uſum equorū. Vbi. } id eſt quando. Præſidium } id eſt cuſtodiam. Agitabant. } agebant. Exercitus. } exercitū in duas partes diuiſerat, partē ipſe Metellus, partem Marius ducebat. Sed igne. } regionem uniuerſam igne populationibuſque uaſtabat, ſed magis igne. Fuga } .ſ. Numidarū. Diuerſi agebāt } . i. habitabant, ſiue erant. Agere, } multa ſignificat. agere enim ſignificat eſſe ut atteſtatur Virgil. Getulis agerem ſi Syrtibus exul, agere ſignificat dicere, ut inquit Terentius in Adelphis, Sed eſt ne ipſe, de quo agebam, agere ſignificat perſequi. Virgilius in quarto. Paſtor agens telis. agere fugare. Virg. in georgicis. Et mēbris agit atra uenena. agere rotare. Virgilius, Ipſe tibi adducta circū caput egit habena, agere, intendere, inquirere, inueſtigare, ut Virgilius in Buc. Id quidē ago & 14. Ly. mecū ipſe uoluto. agere, urgere, impellere. Tullius in Verrem. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum. agere. perficere. Virgilius. Hic actis propere exequitur præcepta ſibyllæ. actū, id eſt appulſum. Virgilius. Siue errore uiæ, ſeu tempeſtatibus acti. actum. i. infixum. Virgilius. Sed uiribus enſis adactus Tranſegit c. oſtas actum, coactum, territum. Virgilius. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa pauent, actum. i. admotum. Virgilius. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. agere, ut ait Feſtus Pōpeius eſt ante ſe pellere. agere iurgari, ut dicimus, agit cū eo furti. aliquando rependere, ut gratias ago. modo uerbis indicare, ut cauſam ago. agere etiam ſcenici dicuntur cum geſtu & uultu alienas perſonas imitantur, in quam ſignificationem Tullius in epiſtola quadam ad Celium dicit, Egiq; omnes illos adoleſcentes, id eſt geſtu & uultu imitatus ſum.

MARLia

Ferocem. } retinentem, ſolitas uires. Iniquum. } inæquale. Agros uaſtat. } incendit ſegetes. Temere. } non bene. Ex inopia. } ex paucis rebus cōmodis. Opperiri. } præſtolari. Delectis. } fortiſsimis, Palantes. } errabundos. Repente. } ex īprouiſo. In aduerſo colle. } alij ita habent, quia Iug. in monte erat, Metellus uero in plano. In ſolitudine. } inter montes. De aduentu. } id eſt fine. Præclara } laudata. Opportunus hoſti. } ut facile caperetur ab hoſte. Inuidiam ſequi. } quia uirtuti comes eſt inuidia & iniqua raro maximis uirtutibus fortuna parit, ut ait Sen. Frumento. } re frumentaria. Vbi uir. } armis & fortitudine. Agebant. } manebant.

RIVIVS.

Quod niſi ex illius libidine geri non poſſet. } In quibuſdam, lubidine, quomodo ueteres fere, ut alibi oſtendimus. Sic & libet & lubet dicimus. Præterea inimicum certamen ſibi cum hoſtibus. } Legendum, iniquum certamen. ita ſenſu poſtulante, & cōſentientibus quibuſdam uetuſtis. quamuis manuſcriptis reclamantibus. Sed cur iniquum? Quia minore detrimento hoſtes uinci ait, q̄

ſuos uincere. Mox, Sed alio more bellum gerẽdum.} In quibuſdã alio modo.ſed eodem ſenſu. Præterea Gerundum eſt in manuſcriptis non gerendum. Quippe cuius ſpes omnis in fuga ſita era.} In nõ nullis eſt, cui ſpes omnis. Sed quod ad ſenſum attinet, parum refert utrum legas. Paulo poſt, Romanos palantes repente aggreditur.} In uetuſtis quibuſdam, palanteis. quomodo ferè Salluſtius. & in manuſcripto, adgreditur. uetuſto illo ſcribendi more. Cognitis rebus Metelli.} Fabricianum, cognitis Metelli rebus. Mox, Vt ſeſe & exercitum more maiorum gereret.} Manuſcripta, ut ſeq; & exercitum. Nec aliter Florentinum. Mox. Vt in aduerſo loco uictor tantum uirtute fuiſſet.} Legendum, uictor tamen. Sic enim, ut omittam conſenſum exemplarium ueterum, & ſenſus ipſe poſtulat. Facilis autem lapſus fuit, propter ſcripturæ ſimilitudinem. τὸ Vt. non repetitur in exemplaribus calamo deſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit.

GLAREANVS.

IN alienis bellum gere.} Illud Alienis, ut exponendum uix equidem ſcire poſſum. Soldus, ut notum, tranſilit. Badius exponit, In alienis, id eſt, non à ſe delectis ad pugnam locis: quæ uerba ego ſanè non intelligo. Tu uide ſi Alienis exponendũ ſit pro Alienatis.

Vt in aduerſo loco, tamẽ uictor fuiſſet, uirtute hoſt. a. p.} Aldinus & Gothi codices habent: Vt in aduerſo loco uictor tantum uirtute fuiſſet, hoſtium agro potiretur. Quæ uerba ego non intelligo. Mihi placet, ut poſt Loco diſtinguatur. Item ut Tamen, non Tantum legatur, & ante Virtute diſtinguatur. Nec tamen hoſtium uirtute conſtruendum, ſed uirtute potiretur hoſtium agro.

EO tempore Iugurtha per colles ſequi, tempus aut locum pugnæ quærere, qua uẽturum hoſtem audierat: pabulum, & aquarum fontes, quorũ penuria erat, corrumpere: modo ſe Metello, interdum Mario oſtendere: poſtremos in agmine tẽtare, ac ſtatim in colles regredi. rurſus alijs, poſt alijs minitari: neq; præliũ facere, neq; otiũ pati, tantũmõ hoſtem ab incepto retinere. Romanus imperator ubi ſe dolis fatigari uidet, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri; urbem magnam, & in ea parte qua ſita erat, arcem regni, nomine Zamam ſtatuit oppugnare: ratus, id quod negotium poſcebat, Iugurtham laborãtibus ſuis auxilio uenturum, ibiq; prælium fore. At ille quæ parabantur à perfugis edoctus, magnis itineribus Metellũ anteuenit: oppidanos hortatur, ut mœnia defendãt, additis auxilio perfugis: quod genus ex copijs regis, quod fallere nequibat, firmiſsimum erat. Præterea pollicetur in tempore ſemet cum exercitu adfore. Ita compoſitis rebus, in loca q̃ maxime occulta diſcedit: ac paulopoſt cognoſcit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam miſſum, quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab Rege defecerat. Eò cũ delectis equitibus noctu pergit: & iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: ſimul magna uoce Siccẽſes hortatur, uti cohortes ab tergo circumueniant: fortunam illis p̃clari facinoris caſum dare, ſi id fecerint: poſtea ſeſe in regno, illos in libertate ſine metu ætatẽ acturos. At ni Marius ſigna inferre, atq; euadere oppido properauiſſet; profecto cuncti, aut magna pars Siccenſium fidem

SOLDVS. PEr colles.} Iugurtha, quia numero & uiribus par non erat, per loca tuta ſequebatur Metellum. Qua.} ſubauditur ea parte corrumpebat pabulum, & fontes aquarum, qua parte audierat hoſtem uenturum, ut arte fatigaret Metellum, cui par uiribus eſſe non poterat. Pabulum corrumpere} pabulum corrumpebat, uel igne, uel ueneno. Fõtes.} ueneno inficiebat. Alijs poſt alijs.} minitabatur alijs poſtea alijs. Minitari.} id eſt minabatur, frequentatiuo uſus eſt, quia hoc ſæpe faciebat. Ab incœpto retinere.} ut prohiberet Romanos à deuaſtatione agri.

Romanus imperator.} Metellus, ut Iugurtham ad præliũ cogere, ſtatuit oppugnare quandã urbem nomine Zamam, exiſtimans Iugurtham laturum auxilium urbi, atque ita ex neceſſitate ad prælium eſſe uenturum.

Arcem regni}.i. munimentũ, & tutamen regni. Laborantibus ſuis}.i. in neceſſitate poſitis. Perfugis.} perfugæ, ſiue transfugæ dicuntur. qui de uno exercitu ad aliũ fugiunt. Edoctus.} Iugurtha ĩtellexit ex his qui fugiebant de exercitu Metelli ad ſe quemadmodum Metellus decreuit oppugnare Zamam urbẽ, quæ erat ars & munimentum regni in ea parte, ubi poſita erat. Nam illa urbe ſtante incolumi, totum regnum erat incolume, ergo cum hoc intellexiſſet Iugurtha, Zamã priuſquã Metellus contendit, & Zamenſes hortatus eſt, ut mœnia defenderent, eisque ad auxilium p fugas tradidit. Nam hoc genus hominum ſtabiliſſimum eſt, atq; firmiſſimum, deinde pollicetur, ſe breui cum exercitu illuc uenturum. Quod genus}.ſ. hominum perfugarum. Quia fallere nequibat.} ne in manus eorum uenirent, à quibus fugerant. Ac poſt paulo.} ordo eſt. Iugurtha Paulo poſt cognoſcit Marium eſſe miſſum Siccam ex itinere frumentatum cum paucis equitibus, Metellus Zamã proficiſcitur ad eam oppugnandam. i. inter eundum Marium legatum, cum paucis equitibus miſit Siccam, ut ex ea ciuitate frumenta ad exercitum conueheret. Iugurtha cum hoc per exploratores intellexiſſet, ſtatim cum electis equitibus noctu Siccam peruenit. Et cũ Marius egrederetur iam ex urbe Sicca Iugurtha ſe opponens in portis pugnam fecit. Et alta uoce ciues Siccenſes hortatur, ut à tergo Marium inuadant, qđ ſi fecerint, & ſe in regno, & illos in libertate perpetua futuros dicebat. Frumentatum}.i. ad frumenta coemenda, & conuehenda ad exercitum. Siccam eſt ciuitas, quæ prima à rege ad Metellũ defecerat, qñ uictus eſt prælio. Fortunã.} ſubaudi dicebat. Aetatem acturos}.i. uicturos. At ni.} Quãuis Siccenſes pauloante à rege ad Metellum defeciſſent, tamen ꝑpter inſtabilitatem gentis, rurſus ſ à Metello ad regem defeciſſent, & Marium inuaſiſſent, niſi ipſe Marius propere ſe de ciuitate ſignis illatis eripuiſſet. Ni}.i. niſi. Signa inferre properauiſſet}.i. acceleraſſet ſigna cõtra ferre. Nam inferre ſigna, eſt ſigna contra hoſtem ferre, ut cũ eo prælio contendat. Marius igitur ſigna contra Iugurtham qui ſe in portis oppoſuerat, tulit, et repulſo Iugurtha per uim euaſit. Euadere}.i. exire, egredi, euadere, nunc non ſignificat aſcendere, ſed per obſtantia tranſire.

mutauiſſent: tãta mobilitate ſeſe Numidæ *gerunt.* Sed *milites* Iugurthini *paulisper à* Rege *ſuſtẽtati, poſtquã maiore ui hoſtes urgent, paucis amiſsis profugi diſcedunt.* Marius *ad* Zamam *peruenit. id oppidum in cam poſitum, magis opere, q̃ natura munitũ erat, nullius idoneæ rei egens, armis uiriſq; opulentum.* Igitur Metellus *pro tempore, atque loco paratis rebus, cũcta mœnia cum exercitu circumuenit.* Legatis *imperat, ubi quiſq; curaret: deinde ſigno dato undique ſimul clamor ingens exoritur. neque ea res* Numidas *terret, infenſi, intentiq; ſine tumultu manent, prælium incipitur:* Romani *pro ingenio quiſq;, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alij ſuccedere, ac modo murum ſuffodere, modo ſcalis aggredi, cupere prœlium in manibus facere.* Contra *ea oppidani in proximos ſaxa uoluere, ſudes, pila, præter ea picem ſulfure, & tęda miſtam ardenti mittere.* Sed *ne illos quidem, qui procul manſerant, timor animi ſatis muniuerat.* Nam *pleroſq; iacula tormentis aut manu emiſſa uulnerabant: pariq; periculo, ſed fama impari boni atque ignaui erant.*

tranſire. Nam Iugurtha obſtabat in portis. Tanta mobilitate *}. i. mutabilitate. Nam Numidæ mutabiles ſunt.* Sed milites. *} quoniam milites Iugurthini paulisper ſuſtinuerunt impetum Marij egredientis, ſed poſtea cum Marius maiore ui eos premeret, in fugam cõuerſi ſunt paucis amisſis.* Id oppidũ. *} Zamæ urbis ſitum deſcribit.* In campo *}. i. in plano, non in monte.* Quàm natura. *} q̃a nec monte, nec flumine, nec aliqua re naturali munitum ẽ oppidum illud ſed opere.* Circũuenit *}. i. circundat.* Denique ſigno *} ĩcipit oppugnare Zamã.*

Infenſi. *} irati infenſus ꝓprie eſt pluſquam inimicus.* Glande. *} uidelicet fundis, glandis eſt plumbum in modicum formatũ quod funda iacitur.* Modo murum ſuffodere. *} aliquando murum ſuffodiebat, aliquando ſcalis murum aſcendere conabantur & cupiebant præliari manibus.* Sudes. *} ſudes dicebantur fuſtes acuti, & præuſti, quibus utebantur in bello. Virg. Sudibuſue præuſtis.* Pila. *} pilum proprie telum Romanum.* Sed nec illos. *} quidem, ita quidem uulnerabantur, qui iuxta pugnabãt, & muros aſcendere conabantur, ſed & qui procul manebant ab oppidanis uulnerabantur iaculis, aut tormentis, aut manibus misſis.* Sed nec illos quidem, qui procul manſerat, timor animi ſatis muniuerat. *Qui timidi ſunt, à prælio procul manent. & ita eo timore ſunt tuti, & muniti, quia timor facit, ne ſe periculo exponant, Sed in expugnatione Zamæ, qui propter timorem procul à mœnibus ſtabant, non tamen eo timore ſatis erant muti & tecti, ſed iaculis uulnerabantur tormentis uel manibus misſis,* Tormentis. *} omnis machina quæ aliquid ui emittitur, dicebatur tormentum, ſicut nunc uulgo baliſtæ & bombardæ uocãtur, ſed baliſta apud antiquos aliud erat, bombarda, nec nomine, nec re erat apud antiquos.* Pari periculo. *} Boni atque ignaui erant pari periculo, ſed erant impari fama boni i. ſtrenui in muris pugnabant inſigni gloria & fama, ignaui procul à mœnibus ſtabant cũ dedecore, & tñ utrique uulnerabantur, ergo periculũ erat par, ſed fama et gloria erat diſpar.*

MARLia. TEmpus. *} ſcilicet commodum.* Corrumpere. *} Veneno inficiebat.* Rurſus. *} poſtquam reciperat ſe in colle.* Suis. *} id eſt Zamenſibus.* Ibi. *} apud Zamã.* In tempore. *} ubi erit neceſſitas.* Cohortes. *} ſcilicet marianas.* Caſum. *} occaſionem.*

Id. *} id eſt ſi circumuenirent Roma. à tergo.* Amisſis. *} interfectis.* Opere. *} labore hominum.* Vbi. *} in qua parte.* Curaret. *} Negotium haberet.* Terret Numidas. *} qui erant in urbe.* Intenti. *} Curantes omnia.*

RIVIVS. AVt aquarum fontes. *} Lege, fonteis.* Paulo poſt, Oppidanos hortatur, ut mœnia defendant. *} In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus non eſt Vt. ac maiore cum gratia abeſſe pot···uit, nullo detrimento ſenſus.* Additis auxilio perfugis. *} Eſt in manuſcripto quodam, addit auxilio perfugas. Vtranque lectionem admittit ſenſus.* Quod genus ex copijs regis, quod fallere nequibat, firmisſimum erat. *} Sic & manuſcriptũ, Sed Badianũ, quia fallere nequibat. eodem ſenſu. Fallere pro latere dixit. quo modo ſæpe & Liuius & Tacitus. id quod in Terentium eſt à nobis diligenter annotatum. Firmisſimos uero perfugas fuiſſe ait, nimirum quòd metuerent, ne ſi pax cum Romanis fieret, ipſi per conditiones ad ſupplicium traderẽtur. uel quòd uicto ab Romanis Iugurtha, nullam ueniæ atque impunitatis ſpem haberent. Itaq; horum fortis fideliq; opera Iugurtha uſus eſt, ſpemq; in his ſummam habuit.* Ac paulo poſt cognoſcit. *} Manuſcripta & ex impresſis quædam, poſt paulo. quomõ Cæſar 1. Ipſe poſt paulo, ſilentio egreſſus et 1. de bello ciuili, Poſt paulo tamen, internuncijs ultro citroq; misſis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga cognoſcũt. pro, paulo poſt. Liuius 5. ab V. C. Cum ſenatus poſt paulo de his rebus in curia Hoſtilia haberetur, Priſcianus libro 18. quo loco docet paulo ante itemq; paulo poſt ſic à latinis dici, ut à græcis ὀλίγῳ πρότερον, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, ibidem ex Horatio de poſt paulo exemplum ſubijcit.* Tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt. *} Manuſcripta quædam, agunt. quomodo apud Vopiſcum Aurelianus In hoſpitijs caſte ſe agãt. inquit. Nos hic nihil pręiudicamus, ſed diuerſam ſolũ lectionem oſtendimus Quanquam, ut uerum fatear. prior lectio mihi magis probatur. Nam ſic perſæpe. Cicero, honeſte ſe gerere, turpisſime ſe gerere, prudenter, ꝓdite, aut alio mõ gerere ſeſe.* Mox, Paulisper à rege ſuſtentati. *} Manuſcriptum, ab rege.* Cuncta mœnia cum exercitu circũuenit. *} Illa præpoſitio Cũ, nõ eſt in codici manuſcriptis, nec impresſis uetuſtioribus. ac rectius ab eſt. Irrepſit autẽ ex gloſſa.* Clamor ingens exoritur. *} Manuſcripta, oritur. cõſentientibus & alijs uetuſtioribus, Senſus utrumuis admittit.* Præterea picem ſulfure & tæda miſtam ardenti mittere. *} Eſt in alijs fere, pice, auferendi caſu. Sed uolumen Fabricianum ad hunc modũ habet, Præterea picem, & ſulfure tædam mixtam ardenti mittere. quæ una demum uera lectio eſt, ſi quid ego iudico. & ſic in cæteris quoque fuerat.*

GLAREANVS.

CVm paucis cohortibus Siccam miſſum. *} Duæ ſunt Siccæ, altera Syphacis quondam regia, ad duarum Mauritaniarum fineis, de qua hic non loquitur. Altera Sicca Veneria, cuius Ptolemæus in Africa minoris deſcriptione meminit, de qua hic eum loqui puto, nam altera nimium abeſt. Zamam porro Liuius ultimo de ſecundo bello Punico libro, 5. dierum itinere eſſe à Carthagine ait, ad quam Annibal diuertit, poſteaquam ex Italia in Africam cum Scipione ultimo depugnaturus uenerat. Ptolemæus, ni fallor,*

τὴν μείζονα ζάμην uocat. Quanquam quidam putant, ablata prima litera α ἄζαμην ab eodem in eodem loco uocatā. Præterea picem & ſulfure & tæda mixtam.} Ita Aldinus & Gothi codices habent. Atqui, ut ingenue quod ſentio fatear, picem mixtā

tæde.

tæda, uix abs quoquam intelligi puto. Veteres alij codices habebant, Præterea pice & ſulfure tædam mixtam. Et Mixtam, id eſt, illitam, recte exponit Badius, qui ad hunc modum legiſſe uidetur. Soldus rurſus tranſilit, ut ſolet. Lector ſequatur quod placuerit.

Dum apud Zamam ſic certatur, Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtium cum magnam manu inuadit: remiſſis qui in præſidio erant, et omnia magis, quàm prælium expectantibus, portā irrupit. At noſtri repentino metu perculſi, ſibi quiſq; pro moribus conſulunt; alij fugere; alij arma capere: magna pars uulnerati, aut occiſi ſunt. Cæterum ex omni multitudine non amplius xl. memores nominis Romani, grege facto locum cepere, paulo quàm alij editiorem: neque inde maxima ui depelli quiuerunt, ſed tela eminus miſſa remittere; pauci in pluribus minus fruſtrari: ſin Numidæ propius acceſſiſſent; ibi uero uirtutem oſtendere; et eos maxima ui cædere, fundere, atq; fugare. Interim Metellus cum acerrime rē gereret, clamorē et tumultum hoſtilem à tergo accepit. deinde conuerſo equo animaduertit fugam ad ſe uerſum fieri: quæ res indicabat populares eſſe. Igitur equitatum omnem ad caſtra propere miſit; ac ſtatim C. Marium cum cohortibus ſociorum; eumq; lacrymans per amicitiam perq; Remp. obſecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu uictore, néue hoſtes inultos abire ſinat. Ille breui mandata efficit. At Iugurtha munimento caſtrorum impeditus, cum alij ſuper uallum præcipitarentur, alij in anguſtijs ipſi ſibi properantes officerent, multis amiſſis in loca munita ſeſe recepit. Metellus infecto negotio, poſtquam nox aderat, in caſtra cum exercitu reuertitur. Igitur poſtero die priuſquam ad oppugnandum egrederetur; equitatum omnem in ea parte, qua regis aduentus erat pro caſtris agitare iubet; portas & proxima loca tribunis diſpertit. Dein ipſe pergit ad oppidum; atq; uti ſuperiore die murum aggreditar.

SOLDVS. Dum apud Zamam} Metellus non longe à Zama caſtra locauerat, & ut moris eſt, foſſa ualloq; muniuerat. Deinde ipſe cum exercitu ex caſtris egreſſus eſt ad oppugnandam Zamam, relictis litibus in præſidio, qui caſtra cuſtodirent. Præſidium autem ſemper extra caſtra tenebatur. ſed milites qui in præſidio erant remiſſi fuerant in caſtra, cum eo tempore nihil mali à Iugurtha timerent imminere. Et dum ecce Romani nil timēt, Iugurtha ex improuiſo adeſt, portas caſtrorum irrumpit. Atq; ita Romani, qui in caſtris erant, inopinato metu perculſi alij fugiunt, alij arma capiunt, multi uulnerantur, multi occiduntur. Portam} ſ. caſtrorum. Nā caſtra ita muniuntur, ut portas hēant, quæ claudantur et aperiantur.

Noſtri} ſ. Romani. Pro moribus.} pro qualitate morum: nam qui ſtrenui erant, arma capiebant & pugnabant, qui uero ignaui, fugiebant. Cæterum.} Dicit ex omnibus inuentos fuiſſe tantummodo quadraginta, qui uere Romani fuerūt, hi collectim unum locum paulo altiorem occupauerunt, nec inde pelli potuerunt. Locum cepere paulo editiorem, quàm alij id eſt locum occupauerunt paulo altiorem, quàm erant alia loca. uel occupauerunt locū altiorem, quàm alij ſ. occupauerunt. Quiuere}. i. potuerūt. Remittere.} pro remittebant tela in hoſtem, quæ in ſe ab ipſo hoſte mittebantur. Pauci in pluribus minus fruſtrari} pro fruſtrabant. cum pauci in plures tela remitterent, non fruſtrabant. i. tela fruſtra non remittebant. Nam quomodo hoſtes numero plures eſſent uehementius aliquem aſſequebantur, et telo eos acriter conficiebāt. Sin}. i. ſed ſi propius magis prope, ac ſi diceret, ita quidem pugnabant eminus, ſed ſi hoſtes comminus acceſſiſſent, tunc Romani multo magis uirtutem oſtendebant.

Rem gerere}. ſ apud Zamam, Metellus cum maxime intentus eſſet oppugnationi urbis, ſenſit poſt ſe tumultum hoſtilē, non enim caſtra longe aberant. Tumultum}. i ſtrepitum. A' tergo.} uidelicet poſt ſe. Accepit}. i. audiuit. Deinde conuerſo equo.} expreſſit geſtum Metelli, ſe ad clamorem conuertentis. Metellus equū conuertit, & uidit Romanos ad ſe fugientes. Igitur.} uide quomodo imperator periculo prouidit Statim cum equitatum C. Marium ad caſtra miſit, & lacrymans rogauit illum, ne permitteret aliquam ignominiam & contumeliam in exercitu iam uictore, & ne hoſtes inultos abire permitteret. Ac ſtatim C. Marium.} ſcilicet miſit. Cohortibus ſociorum} i. cū cohortibus, quas ſocij populi Romani miſerant per amicitiam, quæ erat ei cum Mario. Ille} ſ. Marius. Breui} ſ. tēpore. At Iugurtha.} Dicit, quid fecerit Iugurtha q caſtra Roma. irruperat. poſtq̄ Marius cum equitatu ſuperuenit, Iugurtha ex caſtris egredi uolebat ſed munimentis impediebatur, tamen multis amiſſis euaſit, & ſe in loca tuta recepit. Munimento} ſ. caſtrorū ſcilicet uallo et foſſa. Super} ecce quomō uallo caſtra erant munita. in anguſtijs. ſ. portarū, multi dum per locum anguſtum erumpere conantur, ſibi inuicē nocebant. Officerent}. i. nocerent. Infecto negotio.} quia urbem expugnare non potuit.

Igitur.} quia primo die urbem expugnare non potuerat, uel quia Iugurtha caſtra inuaſerat deducto præſidio, dum nō timetur Metellus cum ſequenti die iterum ad oppugnandam urbem reuerteretur, omnem equitatum in præſidio diſpoſuit ante caſtra. Pro caſtris}. i. ante caſtra. Agitari}. i. eſſe. Tribunis diſpertit} ut diligēter cuſtodirent caſtra.

MARLia. Remiſſis.} quietis & nihil tale timentibus. Pro moribus.} pro ingenio ſuo. Romani nominis}. i. gloriæ. Fruſtrari.} uel fruſtrati quia nunquam tela in caſſum emittebāt. C. Marium.} ſcilicet miſit. Per remp.} per pietatem patriæ. Officerent.} eſſent ſibi impedimento. Munita} Saltuoſa. Agitare.} morari & locum capere. Tribunis.} ſcilicet militum.

RIVIVS.

Magna pars, uulnerati aut occiſi ſunt} Sunt, non eſt in ullo manuſcripto. ac rectius ſubauditur. Neque inde maxima ui.

depelli quiuerunt. } In nonnullis, quiuere. In loca munita ſeſe recepit. } In quibuſdam, recipit, tempore præſenti. Mox, Igitur poſtero die priuſquam ad oppugnandum egrederetur. } Ita manuſcripta quoq;

quoq;. Sed in quibuſdam eſt regrederetur, id quod ſenſus quidem nõ repudiat. Nam & ſuperiore die fuerat oppidũ aggreſſus, tametſi infecto negotio reuerſus in caſtra eſſet.

INterim Iugurtha ex occulto repente noſtros inuadit; qui in proximo locati fuerant, pauliſper territi perturbantur; reliqui cito ſubueniunt. Neque diutius Numidæ reſiſtere quiuiſſent, ni pedites cum equitibus permiſti, magnam cladem in congreſſu facerent: quibus illi freti, non uti equeſtri prælio ſolet ſequi, deinde cedere; ſed aduerſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciē: ita expeditis peditibus ſuis, hoſtes penè uictos dare. Eodem tempore apud Zamam magna ui certabatur. Vbi q́ſq; legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti: neq; alius in alio magis, quàm in ſeſe ſpem habere; pariter'q; oppidāi agere, oppugnare, aut parare omnibus locis; auidius alteri alteros ſauciare, quàm ſemet tegere: clamor permiſtus hortatione, lætitia gemitu: item ſtrepitus armorũ ad cœlum ferri; tela utrinq; uolare. Sed illi, qui mœnia defenſabāt, ubi hoſtes paululum modo pugnam remiſerant, intenti prælium equeſtre proſpectabant. Eos, uti quæq; Iugurthę res erant, lætos modo, modo pauidos animaduerteres: ac ſicuti à ſuis audiri, aut cerni poſſēt, monere alij; alij hortari, aut manu ſignificare, aut niti corporibus; huc, & illuc quaſi uitabundi, aut iacientes tela agitare. Quod ubi Mario cognitum eſt, nam is in ea parte curabat, conſulto lenius agere, ac diffidentiam rei ſimulare, pati Numidas ſine tumultu, regis prælium uiſere. Ita illis ſtudio ſuorum abſtrictis, repente magna ui murum aggreditur: & iam ſcalis aggreſſi milites, propè ſumma ceperant; cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, pręterea alia tela ingerunt. Noſtri primo reſiſtere: deinde ubi unę, atque alteræ ſcalę comminutę ſunt; qui ſuperſteterant, afflicti ſunt: cæteri quo quo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti uulneribus abeũt. Deniq; utrinq; pręliũ nox diremit.

SOLDVS. Qvi in proximo. } ordo eſt, illi qui erant locati in proximo pauliſper territi perturbabantur. Qui in proximo locati. } ideſt poſiti illi qui erant magis uicini Iugurthæ i. illi quos primos Iugurtha inuadens inuenit. Perturbantur }. i. diſſipantur, Dicit autem Iugurtham inuaſiſſe, non eos, qui cum Metello erant in oppugnatione urbis, ſed equitatum, qui in præſidio caſtrorum relictus erat. Et Iugurtha noua alteraque ratione instructus uenerat. Nam cum equitibus pedites miſcuerat, ita ut in conflictu ipſo noua ratio dimicandi Ro. uehementer perturbaret, atque confunderet. Neq; diutius Numidæ reſiſtere quiſſent } .i. non potuiſſent diutius reſiſtere.

Quibus }. ſ. peditibus. Freti }. i. confiſi. Ordo eſt pendens à ſuperiori. Quibus }. ſ. peditibus illi freti, nõ ſequū proſequebantur. Deinde. } credere pro credebant, ſicuti ſolet fieri in equeſtri prælio. Sed concurrere. } pro concurrebant eqs aduerſis, & implicabant ac perturbabant aciē. In equeſtri prælio ſolet hic modus eſſe pugnandi, ut equites hoſtem inuadant, & poſt impreſſionem non terga uertant, ſed retro paulatim cedant, niſi in primo cõcurſu hoſtem funderent. Sed Iugurtha, in hoc equeſtri prælio aliam rationem pugnandi ſeruauit. Nā cum pedites equitibus admixtos hēret, in hoſtē concurrit eqs aduerſis, nec retrocedit, ſed ſe cum peditibus in acies Roma. magis inſerebat, atque implicabat.

Cedere }. i. cedebant. i. retrocedebant & ſe retrahebant.

Ita }. i. hoc modo. Expeditis peditibus. i. cum peditibus expeditis. Expediti pedites, et cohortes expeditæ ferè equitatum ſequuntur. Sunt enim leues ad curſum armis grauibus non impediti. Hoſtes }. ſ. Roma. Penè uictos dare. } Numidæ cum expeditis peditibus ſuis penè Romanos uicerunt. Eodem tempore }. ſ. quo Iugurtha præſidium Romanorum inuaſit. Vbi quiſque. } ibi uehementiſſime certabant, ubi legati aut tribuni præerant. Niti pro nitebatur }. ſ. unuſquiſque. Oppidani. } ciues, qui in oppido erant. Agere } pro agebāt.

Oppugnare }. i. contra acriter pugnabant. Aui. } unuſquiſque magis auide feriebat quàm ſeipſum tegebat. Clamor. } Deſcribit ea. quæ in prælio & pugna acerrima euenire ſolent. Permixtus }. ſ. erat. Sed illi oppida. } ſi forte parumper à pugna ceſſabant ſpectabant de mœnibus prælium equeſtre, quod Iugurtha gerebat apud caſtra Romana cum præſidio Romanorum quod prælium pauloante deſcripſit. Eos uti qui, } ordo ē. Tu animaduerteres, pro animaduertere potuiſſes, eos. ſ. oppidanos, modo, id eſt aliquando lætos, modo. i. aliquādo pauidos, uti pro ſicut quæque res erāt Iugurthæ. Tu igt. uidiſſes oppidanos aliqñ lætos aliqñ triſtes, quēadmodũ in equeſtri prælio Iug. res uel aduerſæ ul' pſperæ eueniebāt. Nā ſi Iugurtha in prælio uidebatur eſſe ſuperior, læti erant. Si uero uinci uidebatur, triſtes. & pauidi erant. Vti queq; res erant Iug. }. ſ. uel proſperæ uel aduerſæ. Ac ſicuti. } & illi oppidani. Monere. } pro monebant.

Alij hortare. } pro hortabantur alios. Aut ſignificare. } p ſignificabant manu. Aut niti. } pro nitebantur corporibus.

Et agitari, pro agitabant. } ſcilicet corpora huc et illuc, quaſi uitabundi tela. Aut iacientes }. ſ. tela, ſicuti audiri poſſent à ſuis aut cerni. Oppidani pro affectu & clamabant, & manus, ac corpora mouebant, equeſtre prælium intuentes, ſicuti audiri à ſuis, uidelicet à Iugurtha, & ab his qui erant cũ eo, q prælio equeſtri pugnabāt cũ præſidio Ro. ita oppidāi alij alios monebāt, & hortabātur, tāq ſi ita uicini eēnt, ut à pugnātibus uideri, et audiri poſſent, q̃ uis nec audiri poſsēt, nec facile uideri à pugnātibus. Aut manu ſignare, manus mouebant, tanq̃ aliquid monerent. Niti corporibus }. i. nitebātur corporibus nam pro affectu animi corpora mouebant, & ſi uidebant Romanum iacientem telum in Numidam, corpore uitare illud nitebantur, tāquam ſi in ſe iactum fuiſſet. Similiter ſi uidebant Numidam telum iacientem in Romanos, ita corpus mouebāt, tanquam ſi ipſi iacerent. Quod ubi. } Marius,

poſtquam uidit oppidanos, ita & oculis & animo intentos in prælium equeſtre, dedita opera oppugnationē remiſſius & lenius exercebat, tanquam ſi non ſperaret poſſe urbem capere. Quo factum eſt, ut oppidani, dum magis intenti efficiuntur in præliū equeſtre, ecce repente Marius ſcalis murum aggreditur, & iam Romani ſummitatem muri ceperant, cū oppidani & lapides & ignē, tela in Romanos detrudere ceperunt, atque ita Romanos de muro deiecerunt, et nox prælium diremit. Metellus cum uideret ſe urbem capere non poſſe, & iam æſtatem eſſe finitam, exercitum in prouinciam duxit proximam Numidiæ, prius impoſitis præſidijs in illis urbibus, quæ ad ſe defecerant. Quod ubi.} ordo eſt. Marius conſulto lenius agere pro agebat, ac ſimulare pro ſimulabat differentiam rei & pati pro patiebatur Numidas uiſere prælium regis ſine tumultu, ubi pro poſtquam, quod i. illud eſt cognitū Mario, qui curabat in ea parte. Quod ubi cognitum eſt. } uidelicet poſtquam Marius cognouit oppidanos ita intentos eſſe in præliū equeſtre & oculis & animo. Diffidētiam rei ſimulare }.i. ſimulabat ſe diffidere, & deſperare poſſe urbem capi. Numidas. } ſcilicet qui erant in oppido. Studio ſuorum aſtrictis } .i. dum affectu ſuorum intenti prælium intuentur. Studio ſuorum }.i. affectu ſuorum. Propè ſumma }.i. fermè ſummitatem muri ceperant.

Deinde.} ordo eſt. Deinde illi qui ſuperſtiterant ſunt afflicti, ubi pro poſtquam pro poſtquam, unæ atque alteræ ſcalæ ſunt comminutæ. Vnæ ſcalæ. } unus naturaliter caret plurali, tamē ſi coniungitur cum nominibus, quæ tantum numeri pluralis ſunt, pluralem habet. Dicimus enim unas literas à te accepi. i. unam epiſtolam, ſicuti hoc loco unæ ſcalæ. nam ſcalæ tantum numeri pluralis ſunt.

Interim. } dum oppugnatur Zama. Repente. } ex inopinato. Perturbantur. } coguntur ſuos ordines relinquere. Curabat. } negotium habebat. Oppidani. } Zamenſes. Parare omnibus locis. } ſcilicet neceſſaria omnibus partibus urbis. Lætitia. } quia uidebant ſe uictores. Remiſerant. } quia non uehementer oppugnabant urbem ſed quieſcebant. Admonere. } ut conſtantes eſſent. MARLia.

Vitabundi } inclinantes caput. Curabat. } oppugnabat urbem. Lenius. } remiſſius. Aſtrictis. } condenſatis. Comminutæ. } fractæ. Integri. } ſine uulneribus. Diremit. } tollit.

Sequi, deinde cedere. } Manuſcriptum, dein cedere. Paulo poſt, Auidius alteri alteros ſauciare, quàm ſemet tegere. } Fabricianum quidem, q̃ ſemetipſos tegere. ſed in alijs nonnullis, ſemetipſi. Id rectius eſſe puto, conſentiente manuſcripto quodam. Deinde ubi unæ atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt. } τὸ Sunt, non habent codices in membrana deſcripti, neq; cæteri uetuſtiores. Et cum ſtatim ſequatur, qui ſuperſteterant afflicti ſunt, an non inelegans minus fuerit huiuſce uerbi repetitio? RIVIVS.

Metellus, poſtquam uidet fruſtra inceptum, neq; oppidum capi, neq; Iugurtham niti niſi ex inſidijs, aut de ſuo loco pugnam facere, & iam æſtatem exactam eſſe; ab Zama diſcedit; & in his urbibus, quę à rege defecerāt, ſatisq; munitę loco, aut mœnibus erāt, pręſidia imponit. cęterū, exercitum in prouincia, quę proxima eſt Numidię, hyemandi gratia collocat. Neq; id tempus ex aliorum more quieti, aut luxuriæ concedit: ſed, quoniam armis bellum parum procedebat; inſidias regi p̃ amicos tēdere, et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, & inde uadibus datis de Maſſiuę nece clàm iudiciū fugerat: qđ ei p̃ maximā amicitiā, maxīa copia fallēdi erat, multis pollicitatiōibus aggredit᷑, ac primo efficit, uti ad ſe colloquēdi gr̄a occultus ueniat. Deinde fide data, ſi Iugurtham uiuum, aut necatum ſibi tradidiſſet, fore, ut illi Senatus impunitatem, et ſua omnia concederet: facile Numidæ perſuadet, cum ingènio infido, tum metuenti, ne ſi pax cum Romanis fieret, ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur. Is ubi primum opportunum fuit; Iugurthā anxium, ac miſerātē fortunas ſuas accedit: monet, atq; lacrymans obteſta

SOLDVS. Metellus.) ordo eſt. Metellus diſcedit ab Zama, & impoſuit præſidia in his urbibus, quæ defecerant ad ſe, & quæ erant ſatis munitæ loco, aut mœnibus, poſtq̃ uidet inceptū fruſtra. ſ. eſſe, & poſtq̃ uidet oppidū nō poſſe capi, neq; Iugurthā niti, niſi ex inſidijs, aut facere pugnā ſuo loco, & poſtq̃ uidet æſtatē iā exactā eſſe. Niti). i. contendere, pugnare. Suo).i. commodo poſtquam uidit Iugurtham, uel niſi ex inſidijs pugnare, uel niſi in loco ſibi commodo. Neq; id tēpus.) ſcilicet hyemis. Sed quoniā.) Ordo eſt. Sed Metellus parat tēdere inſidias regi per amicos, ſcilicet regis, & uti perfidia eorum pro armis, quoniam bellū parum procedebat armis. Senſus patet. Parū procedebat,) id eſt non ſatis proſpere & fœliciter eueniebat. Igitur Bomilcarem.) Ordo ē. Igitur Metellus aggreditur. Bomilcarē, multis pollicitatiōibus Bomilcarē, q fuerat Romæ cū Iugurtha. & inde fugerat clàm iudicium de nece Maſſiuæ, uadibus datis, dico aggreditur Bomilcarem, quia maxima copia fallendi erat ei, per maximam amicitiam. Bomilcar, ſicuti ſupra dixit, propinquus erat Iugurthæ, & ei maxime fidus. Ergo Metellus tētauit per Bomilcarem, ſi Iugurtham uel uiuū, uel mortuum habere poſſet. Hac uero de cauſa impetrauit poſſe inducere

cere Bomilcarem ad proditionem, quia Bomilcar cum Romæ accuſatus eſſet quòd Maſſiuam interfici feciſſet, uadibus datis iudicium fugerat. Nunc ergo timebat Bomilcar, ne ſi pax inter Romanos & Iugurtham fieret, ipſe in conditionibus pacis Romanis ad ſupplicium traderetur. Deinde fide data.) Ordo eſt. Deinde Metellus facile perſuadet Numidæ cum. i. partim infido ingenio, tū .i. partim metuenti, ne ipſe per conditionem traderetur ad ſupplicium. ſi pax fieret cum Romanis, ideo perſuadet data fide fore, ut Senatus concederet illi impunitatem, & ſua omnia, ſi tradidiſſet ſibi Iugurtham uiuū aut necatum. Fide data. } Dare fidem eſt promittere. Data fide. } id eſt cum promiſiſſet. Quid promittebat Metellus, promittebat fore, ut ſenatus cōcederet illi immunitatem ſceleris, quo Maſſiuā interfici fecerat & ſua omnia. Impunitatem. } ne puniretur pro eo ſcelere. Nam merebatur ultimū ſupplicium. i. mortē. Sua omnia. } nam omnia quæ poſſidebat publica fuiſſent. Per cōditiones } uidelicet in conditionibus pacis.

Is ubi primum. } Dicit quomodo Bomilcar uerbis ſuis regem ad deditionem inclinauit. Is.) ſcilicet Bomilcar. Vbi primum }. i. cum primum opportunitatem habuit. Cōminutas }. i. debilitatas, & fractas.

Illo

tur, uti aliquando ſibi liberiſq;, & genti Numidarum optime meritæ prouideat: oĩbus prælijs ſeſe uictos, agrũ uaſtatũ, multos mortales captos, occiſos, regni opes cõminutas eſſe; ſatis ſæpe iã & uirtutẽ militũ, et fortunã tentatã: caueat, ne, illo cunctãte, Numidæ ſibi cõſulãt.

Illo cũctãte } .i. tardante. O Iugurtha, caue ne dũ tu prouidere tardas Numidis, ipſi p ſe ſibi prouideãt. Cõſulant }. i. prouideãt.

MARLIA. EX inſidijs } quia aperto marte nolebat pugnare. Ex more aliorum. } imperatorũ.

Vadibus }. ſ. quinquaginta de indicio ſiti. Aggreditur. } tentat. Sua oĩa. }. ſ. bona. Facile. } Emphaſim habet .q.d. falaci. Ingenio. } natura. Anxium. } dolentem. Fortunas. } ſcilicet aduerſas. nam dolebat ſe partem regni & exercitus amiſiſſe. Aliquãdo. } tandem poſt multas clades. Conſulant. } faciant deditionem.

RIVIVS.

AVt de ſuo loco pugnã facere. } Quanquam eleganter addi prapo- prapoſitio uidetur. ea tamen in manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus non eſt. Et in his urbibus, quæ ab rege defecerãt. } In alijs quibuſdam, quæ ad ſe defecerant. Priorem lectionem citat libro 8. Priſcia. pro à rege deſciuerant, ut ipſe interpretatur. Proinde relinquendam puto. Quanquam, utrocunq; modo legas, eſt idem utrobique ſenſus. Vti ad ſe colloquendi gratia occultus ueniat. } In quibuſdã, occulte. Id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Plus eſt enim elegantiæ in lectione priore, quamuis utrunq; latine dicatur. Paulo inferius.

Multos mortales captos. } Lege mortaleis. Et genti Numidarum optime meritæ. } Eſt in manuſcriptis quibuſdã, optume merẽti.

HIs atq; talibus alijs ad deditionem animum Regis impellit. Mittuntur ad Imperatorem legati, qui Iugurtham imperata facturum dicerẽt; ac ſine pactiõe ſeſe, regnumq; in illius fidẽ tradere. Metellus propere cunctos Senatorij ordinis ex hybernis accerſiri iubet. eorum & aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet. Ita more maiorum ex conſilij decreto, per legatos Iugurthæ imperat, argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum & armorum aliquantulum. Quæ poſtquam ſine mora facta ſunt, iubet omnes perfugas uinctos adduci. Eorũ magna pars, uti iuſſum erat, adducti: pauci, cum primum deditio cœpit, ad Regem Bocchum in Mauritaniam abierant.

SOLDVS. HIs uerbis. } his inquit uerbis induxit Iugurthã, ut deditionem faceret. Imperata. } quicquid imperaſſet. Metellus ſecundum conſuetudinem maiorum. Metellus cum ſibi per legatos Iugurtha deditiõem offerret, omnes ſenatorij ordinis ad ſe ex hybernis uocari iuſſit, ut ex conſilio eorum deditionẽ acciperet. Ex hybernis. } ex manſionibus, ubi hyemabant.

Accerſiri. } id eſt uocari ad ſe. Et utrunque arceſſo et accerſo dicitur. Eorum. } ſcilicet uirorum ordinis Senatorij. Ducebat } .i. exiſtimabat. Facta ſunt } . ſ. à Iugurtha Nã illico Iugurtha fecit, quicquid ſibi imperatũ fuerat à Metello. Vinctos. } ligatos. Igitur. } Dicit Iugurthã iterũ mutauiſſe animum, & bellũ renouaſſe contra Romanos, dum Metellus iuſſiſſet regem ipſum Thiſidium uenire ad ſe.

MARLIA. IMpellit. } quaſi cogit non ſtimulat. Aliorum. } ſcilicet grauiſſimorum hominum.

RIVIVS. EOrum & aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet. } Manuſcriptum, eorum atq; aliorũ. quõ & impreſſa uetuſtiora.

SOLDVS. IGitur. } Ordo eſt. Iugurtha rurſus cœpit flectere animum ſuũ, & timere digna ex mala conſcientia, dum ipſe uocaret. Thiſidium ad ipſum imperatorem, ubi pro poſtquam eſt ſpoliatus uiriſque & armis & pecunia, ſenſus patet. Ex mala conſcientia. } Ille habet malam conſcientiam, qui ſcit ſe multa mala perpetraſſe, ideo Iugurtha, quia ſciebat ſe multa mala commiſiſſe, timebat ne pro illis puniretur. Digna.) uidelicet mala, ſicuti merebatur. Denique. } Ordo eſt. Denique Iugurtha de integro ſumit bellum, multis & magnis præſidijs perditis, necquicquam conſumptis multis diebus per dubitationem, cum pro quãdo modo.i. aliquando duceret omnia potiora bello, tædio rerum aduerſarum, & quando interdum ipſe reputaret ſecum, quàm pro quantum eſſet grauis caſus ex regno in ſeruitiũ. Iugurtha diu dubitauit, an bellum renouaret, an non. Nam aliquãdo putabat omnia eſſe meliora quàm bellũ quando cogitabat ſe totiens eſſe uictũ. Sed rurſus quando cogitabat quàm graue eſt ex rege ſeruum fieri, mutabat animum. Igitur cum multos dies in hac dubitatione conſumpſiſſet, tandem bellum renouare decreuit. Potiora }.i. meliora. Duceret }.i. putaret. Caſus }.i. ruina. Multis magniſq; præſidijs perditis nequicquam. } Nam pecuniam, & arma, & equos Romanis tradiderat. Nequicquam }.i. fruſtra. Et Romæ. } Dicit Senatum eo tempore decreuiſſe Numidiã Metello in ſequentem annũ, ſed hoc poſtea populus irritauit, facto conſule C. Mario, & ei decreta Numidia: nam maior eſt authoritas populi quàm ſenatus.

IGitur Iugurtha ubi armis, uiriſq;, & pecunia ſpoliatus eſt, dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum, & ex mala conſcientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem cõſumptis, cum modo tædio rerum aduerſarum omnia bello potiora duceret, interdum ipſe ſecum reputaret, quàm grauis caſus in ſeruitium ex regno foret; multis, magniſq; præſidijs nequicquã perditis, deintegro reſumit bellum, & Romæ Senatus de prouincijs conſultus, Numidiam Metello decreuerat. Per idem tempus Vticæ forte C. Mario per hoſtias dijs ſupplicanti, magna, atq; mirabilia portendi aruſpex dixerat: proinde, quæ animo agitabat, fretus dijs ageret; fortunam quàm ſæpiſſimæ experiretur, cuncta proſpere euentura. At illum iã antea cõſulatus ingens

Senatus de prouincijs conſultus.) id eſt rogatus Senatus cõſules creare non poterat. Sed cõſulibus creatis, prouincias decernere poterat, & finito anno eis imperium prorogare, & tũc non conſules, ſed proconſules dicebantur. Per idem tempus. } id eſt eodem tempore C. Marius ſæpe in animo ſuo conſulatum concipiebat. Sed quia homo erat nouus, & ignobilis genere, non audebat petere tantũ

cupido exagitabat: ad quē capiendum præter uetuſtatē familiæ, omnia abunde erant: induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarū uictor, tm̄mō gloriæ auidus. Sed is natus, & per omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciundis non Græca facundia, neque urbanis munditiis ſeſe exercuit: ita inter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit. Ergo ubi primum tribunatum militarem à populo petit, pleriſque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnes tribus declaratur. Deinde ab eo magiſtratu alium poſt alium ſibi peperit: ſemperq; in poteſtatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quàm gerebat, dignus haberetur. Tamē is ad id locorū talis uir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt) conſulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magiſtratus plebs, conſulatum nobilitas, inter ſe per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neq; tam egregius factus erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur.

magiſtratum. Sed cum Vticæ ſacrificaret, aruſpex dixit magna & mirabilia C. Mario portendi, hortatusque eſt illum, ut experiretur, an aſſequi poſſet id, quod animo conceperat. Quod cum Marius intellexiſſet animum ad conſulatum intēdit, nec ceſſauit, donec factus ē conſul. Per idem tempus. ordo eſt. Aruſpex per idem tempus dixerat, C. Mario Vticæ forte ſupplicandi diis, per hoſtias magna atque mirabilia portendi. Aruſpices dicebantur, qui per qualitatem hoſtiarum deorum uoluntatem explorabant, et ex tis earum inſpectis futura præ noſcebant. Virg. in. iiii. Aenei. Pecorūque recluſis Pectoribus inhians ſpirātia conſulit exta. Duo autem hoſtiarum genera erant. unum, in quo per exta uoluntas deorum diſquirebatur alterum, in quo ſola anima ſacrabatur. Vnde aruſpices has uocabant hoſtias animales. Porro per hoſtias aruſpices, ita auſpicia captabant, uidelicet, ut ſi hoſtia ab ara effugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quàm oportebat, cecidiſſet, triſtia portēderet. Et huiuſmodi auſpicia piacularia appellabantur. Si autem cor in extis, aut caput in iecinore non fuiſſet, peſtifera auſpicia dicebantur, quia triſtia ſimiliter portendebant. Si autem exta integra, læta, ac ingentia fuiſſent, felicia oſtēdebant. Exta autem dicta ſunt, quòd ea diis proferentur, quæ maxime extent, emineantq;, ſicuti intra corpus cor, & iecur, præ ceterīs partibus maxime eminens. Per hoſtias.} Beſtiæ, quæ diis immolabantur, aut hoſtiæ dicebatur, aut uictimæ, hoſtiæ dicebantur, quæ ſacrificabantur ab his qui contra hoſtem ibant, uictimæ quæ ſacrificabantur ab his, qui ex hoſte uictoriam reportarent. Magna mirabilia portendi }. i. denunciari, ſignificari, oſtendi. Proinde } ſubaudi dicebat aruſpex, ut ideo Marius fretus diis ageret ea, quæ iactitabat animo, & quàm ſæpiſſime experiretur fortunam.

Fretus diis }. i. confiſus diis, qui per exta oſtendebāt uolūtatē ſuā. Nam quia per exta oſtendebant dii ſe uelle, ut Marius magnus, & mirabilis euaderet, ſicuti euaſit. Experiretur }. i. tentaret.

Omnia proſpere euētura }. ſ. dicebat aruſpex. At illum.} Dicit quid concupierit antea Marius. Præter uetuſtatem familiæ.) Nihil ad capiendum conſulatum Mario deerat, niſi uetuſtas familiæ, Neque enim nobilis ex antiqua familia Romana erat, licet ciuis eēt, ſed erat ex Arpino, quæ ē ciuitas Cāpaniæ. Induſtria. } Induſtria proprie dicitur exercitata uis ingenii. Militiæ magna ſcientia. } quia ſemper in bello uerſatus erat. Animus belli ingens.} Belli aduerbialiter poſitum eſt: ſicut & domi. i. in bello magnū animum habebat, in pace moderatum, ac temperatum. Animus ingens }. ſ. erat Mario. Domi.} id eſt pace. Libidinis & diuitiarū uictor. } uel animus uictor, uel certe Marius. Sed is.} Marius inquit Arpini natus & educatus, cum primum per ætatem potuit, in militia ſe exercuit, non in literis. Sed is natus } Ecce quomodo uetuſtas familiæ Mario deerat. Stipendiis. } Stipendium proprie dicitur præmium militare a ſtipe danda. Stip. ē nūmum ſignatum dixerūt antiqui à ſtipendo. i. componendo, nam qui maiorem numerum pecuniarum accipiebant, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant. i. componebant, quominus loci occuparet. Nō greca facundia } i. eloquentia, non ſe ad eloquētiam grecam exercuit.

Tribunatum militarem. } petiit, ut eſſet tribunum militum, eiuſmodi honores dabantur per populum in comitiis. Faciem eius ignorantibus. } Marius, qa ſemper in bello uerſatus erat, magis nomine & fama, q̄ facie notus erat populo. Cum ergo in comitiis tribunatum peteret militarem, multi neſciebant quis eſſet. Sed poſtquam dictum eſt, cum eſſe Caium Mariū, cuius fama in bello clara erat, omnes tribus eum tribunū declarauerunt. Declaratur. } enunciatur tribunus. Agitabat }. i. agebat. Quàm gerebat } i. adminiſtrabat. Tamen is ad id locorum talis uir conſulatum petere non audebat, } quāuis talis eſſet uir C. Marius, tamen uſque ad id tempus non audebat petere conſulatum, quia uidebat hunc magiſtratum ſolummodo nobilibus demandari, ſe autem ignobilem, et nouum hominem eſſe intelligebat. Is talis uir } ſcilicet Marius. Ad id locorum }. i. uſque ad id tempus, ſicuti ſupra dixi. Iugurtha ubi gentum foret. Nam poſtea ambitione præceps datus eſt, } dico quòd C. Marius uſque ad id tempus non audebat petere cōſulatum, ſed poſtea ſupra modum ambitioſus fuit in petendis honoribus. Nam ſepties conſul fuit quod raro alii alicui contigit. Ambitio proprie dicitur honoris cupiditas. Præceps datus eſt } . i. præcipitauit ſe ambitione, quia ſupra modum procliuis fuit ad honores. Et tū. } id eſt eo tempore. Alios, inquit, magiſtratus plebs adminiſtrabat, præter conſulatum, quem nobiles tantummodo aſſequebantur. Ordo eſt. Et tum pro tunc plebs tradebat inter ſe alios magiſtratus, ſed nobilitas tradebat conſulatum inter ſe per manus. Per manus }. i per ſucceſſionem, quia cum aliquis nobilis deponebat conſulatum, alii nobili tradebant conſulatum, & ita eum magiſtratum ſola nobilitas adminiſtrabat. Nouus }. i. ignobilis genere, uidelicet qui non eſſet ex antiqua familia Romana. licet aliquis clarus & nobilis eſſet factus, ſi non erat nobilis genere ad conſulatum aſpirare non poterat. Quin }. i. qui non. Pollutus }. i. maculatus. Si quis nouus conſulatum eſſet adeptus, eo honore non ornari & decorari, ſed pollui, & quaſi maculari uidebatur.

Viris. } quos ad Metellum miſerat. In ſeruitium. } In ſeruitutem. Sen. Grauiſſimum eſt de regno cadere. Vticæ. } Vtica MARLia.
ſecunda & proxima Carthagini eſt, in ſinu, qui uulgo dicitur il golpho de Barbaria. Ingens cupido. } magna cupiditas. Abūde erant. }

de erant.} ſuppeditabant. Induſtria}rerū prudētia. Probitas.} integritas uitæ. Modicus.} Temperatus quotidiano uictu. Victor libidinis & diuitiarum }quia erat earum contemptor. Gloriæ auidus. } unde Quintilianus detur mihi ille puer cuius ingeniū fama exercet. Altus}educatus. Aetas primum militiæ.} ubi primum per ætatem militiam tolerare potuit. Integrum. }non pollutum. Adoleuit.}creuit in magnam præſtantiam. Agitabat.} uiuebat. Talis.}tam clarus uir. Præclarus. }excellens uirtutibus. Indignus. } præter Marium quem illo dignum cenſuerunt. ·Pollutus.}contaminatus.

RIVIVS. DVm ipſe ad imperandū Tiſidium uocaretur.}Codex in pgamenis deſcriptus,cū ipſe ad iperādū.p ut ei imperaretur. nā paſſiue ponitur.Id cum adſcriptū habet in margine exēplar Fabricianum,tum Seruius adnotauit in Aeglogam 8.Maronis.Sic Poeta.Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.pro, dum incantatur.Sed & alibi Salluſtius,Pauca ſupra repetam , inquit , quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis.pro,ut cognoſcantur. Eſt in margine exemplaris Baſilienſis adnotatum,ad Imperatorem ſed è dictis liquet,uulgatam lectionē bene habere. Qui adiecit,nō uidetur hunc intellexiſſe locum.Paulo poſt, Interdum ipſe ſecum reputaret.} Manuſcripta,ſecum ipſe . quomodo & impreſſa quædam. Mox, De integro reſumit bellum.}In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus,de integro bellum ſumit.Sed mihi prior lectio bene habere uidetur,& eſt familiaris ueteribus abundātia illa præpoſitionis Re.licet idē ſit utrobiq; ſenſus.pro,inſtaurat renouatq; bellū.

Ad quem capiendum,præter uetuſtatem familiæ,omnia abunde erant.}Fabricianum ,ad quem capiundum.&, alis omnia abunde erant. Paulo poſt. Arpini alitus. }Manuſcriptum Fabricij altus.quomodo & in alijs pleriſque. Hoc Cicero quoque utitur.uelut pro Plancio , Locus ille mutus,ubi quiſque altus aut doctus ē. & in Bruto,Vrbs in qua nata & alta eſt eloquentia.Sic et aliâs. Sed & Diomedes 1.altus hoc loco legit, atque item Priſcianus , qui tamen ipſe in quibusdam codicibus etiam alitus inueniri teſtatur.quò ſanè modo nos quoque in duobus manuſcriptis reperimus.

Ita inter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit.} Legēdum,inter arteis bonas.ut eſt in uetuſtis . Nam hac terminatione Salluſtius amat uti . Et adiectiuum hic ſequi debet . Sic mox , per omneis tribus,ubi hodie ferè,per omnes.uerum perperam. Nouus nemo tam clarus,neq; tam egregius factis erat,quin is &c.} Quāuis in Fabriciano cæteriſq; uetuſtioribus ſit,neq; tam egregijs factis.tamen uulgatam lectionem magis probandam eſſe duco.ut quæ antiquitatem magis redoleat,cuius eſt amātiſſimus Salluſtius.pro,ſic factis excellens ac præſtans.Cicero cum præpoſitione & caſu eius iunxit hoc nomen.Lælius,inquit,in laude bellica egregius.&,Vir in procuratione ciuitatis egregius.

GLAREANVS.

DVm ipſe ad imperandum Thiſidiū uocaretur.}Sic hic locus bene habet,certe Imperandū pro Imperatorē dixit,ut Imperia & Seruitia pro Imperatores & Serui, quanquam id nuſquam alibi legiſſe neſcio.Cæterum Thiſidium oppidum puto,quod Ptolemæus uocat Thiſicam, inter Thabracam ciuitatem & Bagrada flumen,medium inter Vticam & Carthaginem in prouincia Romanorum:ad quam urbem uerſimile eſt Metellum Iugurtham uocaſſe,ut in ſuum indum. Sed is natus & per omnem pueritiam.} Aldinus codex habet His aſperatum,quod non probamus.Is enim Marius ut erat natus,nec Romæ, ſed Arpini per omnem pueritiā alitus,fecit quæ deinde ſequuntur reliqua.Commentatores meo quidem iudicatu hoc rectè expoſuerunt.

SOLDVS. IGitur ubi Marius.}Ordo eſt.Igitur Marius rogat miſſionem à Metello gratia petendi conſulatum ubi pro poſtquam uidet dicta aruſpicis intendere eodem, quò cupido animi hortabatur. Poſtquam oſtendit in Mario fuiſſe omnia, quæ ſufficerent ad capiendum conſulatum,præter uetuſtatem familiæ : dicit quid fecerit Marius, poſtquam aruſpex dixit ei magna & mirabilia portendi. Marius,īquit, à Metello miſſionem poſtulauit , ut Romam proficiſceretur ad petendum cōſulatum,poſtquam ex aruſpice intellexit ea ſibi per exta portēdi,quæ cupiebat in animo ſuo. Aruſpex ab ara, & aſpiciendo dictus eſt,quia in aris hoſtiarum exta inſpiciebant, & futura prædicebāt aruſpices. Eodem }.i ad eandem rem. Intendere }.i . pertinere , Miſſionem. } uulgo licentiā appellant. Cui }.ſ.Metello, quāuis Metellus uirtute & gloria, clarus eſſet, tamen ſuperbus erat,ſicuti fermè omnes nobiles eſſe ſolent,& ideo moleſte tulit,quòd Marius miſſionem peteret , ut Romam proficiſceretur gratia petendi cōſulatum. Alia optāda bonis } .i.aliæ res, quæ optantur à bonis uiris. Contemptor animus }.i.deſpector animus erat in Metello , qui alios deſpiciebat & contemnebat.Quod erat propter ſuperbiam.Nā qui alios deſpicit,ſuperbus eſt. Superbia commune nobilitatis malum.}Nā omnes nobiles fermè ſolent eſſe ſuperbi. Ita }.i.hoc modo,uidelicet quia erat ſuperbus. Inſolita re. } uidelicet , quia nouus homo auderet petere conſulatum, qui tantummodo nobilibus dari ſolebat. Eius }.ſ. Marij. Conſilium. } quòd decreuiſſet petere cōſulatū,cum eſſet nouus homo. Tam praua.} Prauum,& rectum contraria ſunt.Igitur Metello uidebatur eſſe prauum , q. Marius peteret conſulatum,cū eſſet nouus homo. Super fortunam animum gereret }. ideſt ne animum maiorem haberet, quām ſtatui ſuo cōueniret. Super fortunam }. i. ſuper ſtatū. Non omnia omnibus cupienda eē.}ſubauditur dicebat. Ita re. } uidelicet, quia erat nouus homo. Per negotia publica.} uidelicet , ſi non impediretur p negotium ad rempub.pertinēs. Facturum ſeſe, quæ peteret.}

IGitur ubi Marius aruſpicis dicta eodem intendere uidet, quò cupido animi hortabat;ab Metello petēdi gratia miſſionem rogat. cui quanquam uirtus,gloria, atq; alia optanda bonis ſuperabant,tamen inerat contemptor animus,& ſuperbia commune nobilitatis malum. Itaq; primum commotus inſolita re, mirari eius conſilium,& quaſi per amicitiam monere, ne tam praua inciperet,neu ſuper fortunam animum gereret;non omnia omnibus cupienda eſſe;debere illi res ſuas ſatis placere;poſtremo caueret id petere à populo Romano quod illi iure negaretur.Poſtquam hęc atque alia talia dixit,neq; animus Mary flectitur,reſpōdit; ubi potuiſſet primum per negotia pub.facturū ſeſe quę peteret. Ac poſtea ſępius eadem poſtulanti fertur dixiſſe;ne feſtinaret abire;ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturum. Is eo tempore in contubernio patris ibidem militabat , annos natus circiter xx. Quę res

Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellū uehementer accenderat. Ita cupidine, atque ira, peſſimis conſultoribus graſſari: neq; facto ullo, neq; dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret. Milites quibus in hybernis præerat, laxiore imperio, quàm antea habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Vticæ erat, crimmoſe ſimul & magnifice de bello loq: dimidia pars exercitus ſi ſibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum: ab Imperatore, conſulto bellum trahi, quòd homo inanis, & regiæ ſuperbiæ imperio nimis gauderet. Quæ omnia illis eo firmiora uidebantur, quia diuturnitate belli res familiares corruperant, & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam nomine Gauda, Manaſtabalis filius, Maſiniſſæ nepos, quem Micipſa teſtamento ſecundum hæredem ſcripſerat, morbis confectus, & ob eā cauſam mente paululum immutata. Cui Metellus petēti more regum, ut ſellam iuxta poneret, item poſtea cuſtodiæ cauſa turmam equitum Romanorum, utrunq; negauerat: honorem, quòd eorum modo foret, quos populus Romanus Reges appellauiſſet: præſidium, quòd contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani ſatellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atq; hortatur, ut contumeliarum in Imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat: hominem ob morbos animo parum ualido, ſecunda oratione extollit; illum Regem ingentem uirum, Maſiniſſæ nepotem eſſe; ſi Iugurtha captus aut occiſus foret, Imperium Numidiæ ſine mora habiturū: id adeo mature poſſe euenire, ſi ipſe cōſul ad id bellum miſſus foret. Itaque & illum, & equites Romanos, milites, & negotiatores, alios ipſe, pleroſq; ſpes pacis impellit, uti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant, Marium Imperatorem poſcant. Sic à multis illi mortalibus honeſtiſsima ſuffragatione conſulatus petebatur: ſimul ea tēpeſtate plebs nobilitate fuſa, per legem Mamiliam nouos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

uidelicet miſsionem ſe ei cōceſſurum. Ac poſtea. } cum Marius à Metello ſæpius miſsionē peteret, ut Romam iret ad petendum conſulatum. Metellus reſpondit. O mari, ne feſtines nūc ire Romam hac de cauſa, quia ſatis idoneo tempore conſulatū petes cum filio meo. Filius autem Metelli erat ætatis annorum. xx. nec aliquis conſulatum petere poterat, niſi eſſet ſaltem annorū. xxv. Marius igitur moleſte tulit reſponſum Metelli, qui uolebat Marium uſque in quinquennium differre petitionē conſulatus. Fertur. } dicitur. Mature petiturū }. ſ. dicebat mature. i. propere, & cito. Tunc proprie id dicitur fieri mature, qđ ſuo tempore fit. i. quod neque citius eſt, neque ſerius, ſed medium quiddam temperatum. Nam et in frugibus, & in pomis ea matura dicuntur, quæ neque cruda & immitia ſunt, neque caduca et decocta, ſed tēpore ſuo adulta, maturaq;. Is }. ſ. filius. Cōtubernio patris. } Contuberniū dicitur tabernaculum, in quo milites habitant, uel ſocietas.

Quæ res }. ſ. reſponſum metelli. Tum. } pro etiam. Cupidine. } propter honorem. Peſſimis conſultoribus. } Appoſitio eſt. Cupido, & ira duo peſſimi conſultores ſunt. Nam qui facit id quod conſulit & ſuadet ira, & cupido, peſſime facit. Nam ira & cupido peſſime conſulūt.

Craſſari. } pro Craſſabatur, Craſſari, ut ſupra diximus, ſecūdum Nonium Marcellum ſignificat ſupra modum ſæuire, & ſignificat ambulare. Dicit ergo Marius ibat, cum cupidine, & ira, hoc eſt gerebat ſe cupide, et iracunde, quia faciebat id quod cupido honoris, & ira contra Metellum ſuadebat. Non enim hoc loco craſſari ad inceſſum pedum pertinet, ſed ad tenorem uitæ, atque ad habitum morum, ſicuti dicimus de eo, qui aliquid prudenter & ſuo tempore facit, ille mature, & prudenter ambulat. Neque facto ullo, neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret. } Quicquid dicebat, & qcqđ faciebat, erat ambitioſum. Ambitioſus dicitur honoris cupidus. Verba et facta ambitioſa ſunt, quæ dīr, et fiūt ad honorē aucupādū. Milites. } Ecce factū ambitioſum. Marius, ut fauorē militū ſibi cōciliaret, eos remisſius ꝗ cōſueuerat, atꝗ ĩdulgẽtius tractabat. In hyber. } Hyberna dīr loca et māſiōes, ubi hyemant milites. Laxiore ipe. }. i. molliori regimine.

Hēre }. i. tenebat. Apud negotiatores. } Ecce dictum ambitioſum. Criminoſe. } contra Metellū. Magnifice. } pro ſe, & in laudem ſui ipſius. Loqui. } pro loquebatur. In catenis } in uinculis. Ecce quomodo magnifice loquebatur de ſe. Ab imperatore. } Ecce quomódo criminabatur Metellū. Dicebat enim Marius Metellum dedita opera protrahere bellum, quod cito, ſi uellet, perficere poſſet.

Conſulto }. i. dedita opera.

Protrahi }. ſ. bellum. i. prolongari. Quòd homo inanis }. i. gloriæ cupidus & regiæ ſuperbiæ, ideo dicebat Metellum prolongare bellum, quia ut rex ſuperbus gaudebat eſſe diutius in impio. Quæ omnia. } ea, quæ dicebat marius de metello mercatoribus ſatis uera dicebantur duabus de cauſis, uidelicet, quia dum Metellus diutius ī bello gerendo eſt occupatus, res eius domeſticæ uehementer afflictæ et diminutæ ſunt, & quia ipſi mercatores cupiebant, ut cito bellum finiretur, ideo facile credebant Metellum protrahere bellum, quia ipſi cupiebant, ut cito finiretur. Animo autem cupienti nil ſatis feſtinatur. Eo. } ideo. Firmiora }. i. magis certa et uera. Firmus certum ſignificat, ſicuti econtra, certus firmum ſignificat. Metellus apud latera certos locauerat. i. firmos. Quod diuturnitate belli res familiares corruperat. } mercatores Romani, qui erant Vticæ, ex hoc intelligebant Metellum delectari eſſe in imperio, atque ideo protrahere bellum, quia uidebant eum res domeſticas & familiares contemnere, modo imperio bellico præeſſet.

Et animo cupienti nil ſatis feſtinatur. } Sententia generalis eſt, huic loco accommodata. Animo cupienti aliquid, omnia tarda uidentur. Nam animus, qui aliquid cupit, nunquam ſibi uidetur aſſequi id quod cupit. Et animo cupienti. } mercatores Romani cupiebāt, ut cito bellum finiretur, & ideo facile crediderunt, id quod dicebat Marius, uidelicet metellum dedita opera protrahere bellum, quia animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. i. animo cupiēti aliquid, omnia

tarda

tarda uidentur ſicuti animo mercatorum cupienti, ut bellum finiretur. Metellus illud diutius protrahere uidebatur, & ideo id qđ dicebat Marius. uidelicet Metellum conſulto & dedita opera protrahere bellum, facile mercatores, uerum eſſe crediderunt, Marius autem hæc de bello contra metellum negotiatoribus Roma. dicebat ipſi Roma. ad ſuos amicos, ac neceſſarios aſpere contra Metellum de bello ſcriberent, & Marium in petitione conſulatus iuuarent. Erat præterea in exercitu.} Aliam rē narrat, quæ Mariū magis in ſpem coſulatus erexit. Manaſtabalis filius,} Maſiniſſa tres habuit filios Manaſtabalem Guluſſam & Micipſam. Gauda filius erat Manaſtabalis, et nepos Maſiniſſæ, hunc Gaudam .Micipſa moriens ſecđm teſtamento reliquit hæredem: nam primos hæredes reliquit filios Adherbalem & Hiempſalem, & Iugurtham filium adoptiuum, qui moriens ſecundum reliquit hæredem Gaudam filium fratris ſui Manaſtabalis. Morbis confectus }.i. infirmitatibus maceratus & afflictus. Cui Metellus. } Gauda ſæpe petiuerat à Metello, ut ſellam ſuam more regum iuxta ſe poneret & ut cuſtodiæ cauſa ſibi turmam equitum Roma. concederet. Metellus Gaudæ utrunque negauerat, honorem ſedis negauerat, quia dicebat honorem illum dari ſolere, tantummodo illis quos popu. Roma. reges appellauiſſet, turmam equitum pro cuſtodia corporis negauerat, quia dicebat contumeliam fieri equitibus Romanis, ſi ad cuſtodiam ſatellitis Numidæ. ſ. Gaudæ traderentur. ordo eſt. Metellus negauerat utrunque cui. i illi Gaudæ petenti, ut Metellus poneret iuxta ſe ſellam ſuam more regum. Item petenti, ut Metellus concederet turmam equitum Romanorum cauſa cuſtodiæ. Sed proprie ſella erat, in qua ſedebant Reges et imperatores. Gauda igitur licet non eſſet rex, tamē quia ex ſtirpe regia natus erat, uolebat ſedere iuxta imperatorem Roma. more regum. Honorem.} ſubaudi negauerat. Honorem.} uidelicet ut poneret ſellam iuxta ſe. Modo }.i. tantummodo. Præſidium.} ſubaudi negauerat. Præſidium,} uidelicet turmam equitum Romanorū, qui corpus eius cuſtodirent. In eos }. ſ. equites Roma. Satelliti Numidæ.} Satellites proprie dicebantur milites mercede conducti. moris autem erat, ut hos imperator, & circa ſe haberet, et primos mitteret ad omne diſcrimen, unde quidam ſatellites dictos putant, quia ſatis latus tuerentur imperatoris. Satelliti }. ſ. Gaudæ, quia non erat rex, ſed regum miniſter, & cuſtos. Hunc }. ſ. Gaudam. Aggreditur }.i. adit, accedit. Atque hortatur.} ut petat pœnas contumeliarum in imperatore.i. hortatur, ut puniatur, & ulciſcatur iniuriam acceptam ab imperatore Metello, qui ei negauerat, & honorem ſellæ, & turmam equitum. Pœnas petat contumeliarum.} id eſt exigat pœnas iniuriarum. Exigere pœnam, eſt punire, & ulciſci. Hominem }.i. Gaudam. Animo parum ualido }.i. inermē.

Secunda oratione }.i. obſequenti ſermone, quia Marius dicebat ea, quæ grata erāt Gaudæ. Extollit }.i. laudat. Illum }. ſ Gaudam extollit, dicens hæc uerba. Id }. ſ. ut Gauda habeat imperiū Numidiæ. Adeo }.i. certe. Matu.} celeriter. Ipſe }. ſ. marius. Illum }. ſ. Gaudā. Negotiatores.} apud quos criminatus erat, metellum conſulto protrahere bellum. Spe pacis } quia oſtendebat cito bellum finiri, ſi ipſe conſul ad id bellum mitteretur. Ad ſuos neceſſarios, amicos, & propinquos. Neceſſarios dicimus, qui nobis uel cognatione, uel beneuolentia coniuncti ſunt. Aſpere in metellum de bello ſcribant.} quòd uidelicet dedita opera, bellum protraheret, quod cito finire poſſet. Sic }.i. hoc modo, uidelicet cum Gauda, & eqtes Romani, & negotiatores, & alij multi ſcriberēt Romani pro mario contra metellum. Illi }. ſ. Mario. Pete.}.i. quærebatur. hoc modo multi homines mario conſulatū quærebant.

Simul.} erat etiam alia res, quæ mariuō ad petendum conſulatū. hortabatur, quia eo tempore cum nobilitas perterrita eſſet per legem manliam, plebs nouos hoīes ad honores extollebat. Simul.} id eſt &. ordo eſt, plebs extollebat nouos homines, ea tempeſtate, nobilitate fuſa per legem manliam. Nobilitate fuſa }.i perculſa & perterrita, & uicta, hoc eſt fractis uiribus nobilitatis. Nam nobilitas poſt legem Manliam uires amiſerat. Multi enim damnati per eam legem, & omnes perculſi. Eſt autem translatio ab exercitu, qui cum uincitur, funditur, & frangitur. Per legem manliā.} quam manlius tribunus plebis tulit, ut ſupra uiſum eſt. Leges nomē accepiant à latoribus. Cuncta procedere }.i. omnia feliciter eueniebant ad petendum conſulatum.

EOdem.} ad eum finem uenire. Praua.} rem tam praui exempli. MARLis. Suas res.} conditionem ſuam. Per neg.} Per commodum. Contubernio.} Contubernium dicitur ſocietas decem militum uiuentium in una domo, cui decanus præfectus dicebatur. Cupidine }. ſ. habendi magiſtratus. Corruperant.} conſumpſerant. Animo cupienti. } unde Liuius omnis mora grauis eſt cupienti.

Confectus m.} Valetudinarius. Imminuta } nō ſana. Auxilio } opitulatione. Valido.} ſano. Secunda }.i. placida. Aſpere. } literis acerbis. Honeſtiſſima. } honoratiſſima. Maximo decori erat mario tales habere ſuffragatores.

IGitur ubi Marius aruſpicis dicta eodem, quò cupido animi hortabatur, intendere uidet.} RIVIVS. Sic manuſcripta conſentientibus alijs uetuſtis. In recentioribus eſt ordo nonnihil mutatus. Is eo tempore in contubernio patris ibidem militabat.} τὸ In, manuſcripta non habent, neq; impreſſa uetuſtiora. Quæ res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat.} Codices in membrana deſcripti, Quæ res Marium cū pro honore quem affectabat, tum contra Metellum &c. pro, Quæ res Mariū cum ad acrius contendendum pro adipiſcendo conſulatu quem appetebat, tum uero ira in Metellum incenderat atque inflammarat. Ita uero legendum prorſus eſſe, alijs etiam coniecturis quibusdam ducor. Nos hic nihil pronunciamus, contenti diuerſam lectionem oſtendiſſe. Quanquam cum manuſcriptis facit exemplar Florentinum.

Criminoſe ſimul & magnifice de bello loqui.} Manuſcripta, ac magnifice. quod ut nihil aliud, certe ſonātius eſt. Paulo poſt, Quæ omnia illis eo firmiora uidebantur, quia diuturnitate belli. } Manuſcripta, quòd diuturnitate. ſed eodem ſenſu. Morbis confectus, & ob eam cauſam mente paululum immutata.} In manuſcriptis duobus cæteriſq; uetuſtioribus eſt, imminuta. pro, deſipiens ipſe ac parum mente conſiſtens. Hæc ē uera lectio, quā & ſenſus ipſe poſtulat. Nam & poſtea de eodem, Hominem, inquit, ob morbos animo parum ualido. Id nimirum eſt, parum mentis compotem, uel (ut ante dixit) mente paululum imminuta. Eſt ſimilis fermè apud Velleium error, quamuis in uocibus diſſimilibus. nam ubi uulgo, Hic eſt Opimius, à quo Cos. celeberrimum Opimiani uici nomen. hic ego Opimiani uini nomen legendū arbitror. Vt perperā uidelicet & in indice ipſo, et ī margine ibidē illud ſit adnotatū, Vicus Opimianus. ubi uinū Opimianū adnotādū erat. Id qđ ea quæ mox apud Velleiū ſequūtur, planè indicāt. Quod iam nullū eſſe ſpatio annorū colligi poteſt. Quod nempe uinum Opimianum. Nam Vicum huc referri non poſſe uides. Meminit autem uini Opimiani Plinius libro 14. capite 4. atq; item 14. capite eiuſdem libri. Sed & Cicero in Bruto, ſeu de claris Oratoribus, huiuſce uini meminit. Neq; adeo diſſimilis eſt apud Horatium error in epiſtola 1. Nam ubi hodie, uer-

ſor ciuilibus undis,ibi exemplar manuſcriptum quod penes nos eſt merſor ciuilibus undis.multo rectius uidelicet atq; aptius.Verum ad inſtitutum reuertamur. Simul ea tempeſtate plebs nobilitate fuſa,per legem Mamiliam nouos extollebat.} Sic & codex manu ſcriptus,& ille Pariſijs à Badio excuſus.Verum exemplar Gymni ci habet in margine Manliam.quomodo & Venetum,Argentora tenſe,alia pleraq;.Sed & illud ibidem Gymnicus,hac lege cautum fuiſſe,ut re male geſta ab nobilitate,mandarentur nouis hominibus magiſtratus.Atqui hanc ipſam legem Fran.Philelphus latam à Mamlio tribuno pl.Pomponius uero Lætus à Manlio dicit.niſi ſint mendoſi codices.In re quidem ambo conſentiunt, nempe latam fuiſſe,ut quoniam res à nobilibus male geſtæ forent, etiam ij iam ad magiſtratus admitterentur,quorũ maiores in repub. magiſtratum non geſſiſſent.cuiuſmodi homines noui appellãtur.Hæc uterq; totidem ferè uerbis.Cæterum in nomine diſſentiunt.nam mamlius à Philelpho qui legem tulerit, manlius à Pomponio dicitur.Ego pleriſq; coniecturis adducor, uti ſuſpicer hunc eundem fermè eſſe, de quo

de quo & ſupius eſt à Salluſtio mentio facta,Quo loco ſatis multa diximus.Niſi quis tri.pl.L.manlium mantinum intelligere malit,de quo ſic infra Salluſtius.Itaq;,inquit,perculſa nobilitate,poſt multas tempeſtates nouo homini conſulatus mandatur,& poſtea populus à tribuno plebis L.manlio mantino rogatus,quem uellet cũ Iugurtha bellum gerere frequens,marium iuſſit.

GLAREA. *AB Metello Conſulatum petendi gratia miſſionem rogat.} Illud Cõſulatum,omiſſum eſt temere in Aldino codice, quaſi Marius ob alias cauſas miſſionem petierit, ac Conſulatum diſſimularit.Cum aperte poſtea Metellus ad hunc ipſum Marium dicat,ſatis mature illum cum filio ſuo Conſulatum petiturum. Dimi dia pars exercitus ſibi permitteretur. Quidam codices legunt Si ſibi.Gothi Sibi ſi.alij coniunctionem omiſerũt,ut intellectu facilem. Sed res haud magni momenti. Quod cõtumelioſum in eos foret, ſi equites Rom.Vide ut Eos dixerit,tanquam notos, nempe de qui bus iam.Itaq; cum omittere potuiſſet,nihilominus repetijt,propter ſenſum indignitatis explicandum.*

INterim Iugurtha poſtquam omiſſa deditione bellũ incipit:cum magna cura parare omnia,feſtinare,cogere exercitum;ciuitates,quæ ab ſe defecerãt,formidi ne aut oſtentando præmia affectare;communire ſuos locos;arma,tela,aliaq;,quæ ſpe pacis amiſerat,reficere,aut commercari;ſeruitia Romanorum allicere:& ipſos,qui in præſidijs erant,pecunia tentare:prorſus ni hil intactum,neq; quietum pati,cuncta agitare.Igitur Vaccenſes,quo Metellus initio Iugurtha pacificante p̃ ſidium impoſuerat,fatigati Regis ſupplicijs,neq; antea uoluntate alienati,principes ciuitatis inter ſe cõiurãt. Nam uulgus,uti plerunq; ſolet,& maxime Numida rũ,ingenio mobili,ſeditioſum atq; diſcordioſum erat, cupidum nouarũ rerũ,quieti & otio aduerſum.Deinde compoſitis inter ſe rebus,in diem tertium cõſtituunt quòd is feſtus,celebratusq; per omnem Africam,ludũ & laſciuiam magis, quàm formidinẽ oſtentabat. Sed ubi tempus fuit;centuriones, tribunosq; militares, & ipſum præfectum oppidi Titum Turpilium Syllanũ, alius alium domos ſuas inuitãt: eos omnes pręter Tur pilium inter epulas obtruncant. Poſtea milites palantes,inermes,quippe in tali die,& ſine imperio aggrediuntur. idem plebs facit,pars edocti à nobilitate, alij ſtudio talium rerũ incitati,queis acta cõſiliumq; ignorantibus, tumultus ipſe & res nouę ſatis placebant. Romani milites perculſi improuiſo metu,incerti, igna

SOLDVS. *INterim.} Nũc Salluſtius redit ad propoſitum,ut oſtendat qd fecerit Iugurtha,poſtquam decreuit renouare bellum. Nam quaſi digreſſionem fecit ad oſtendendum,quibus cauſis, & qua ra tione marius ad conſulatum prouectus eſt.ordo eſt. Interim Iugur tha,parare pro parabat omnia cum magna cura, poſtquam ince pit bellum,omiſſa deditione. Omiſſa deditione.} ſicuti uiſum eſt Iugurtha facere ſtatuerat deditionem,poſtea pœnituit eum.at que ita deditione omiſſa,bellum renouare decreuit. Cogere.} id eſt congregabat ciuitates.*

Affectare.} pro affectabat.i. ſolicitabat,uehementer afficiebat. Formidine.} aut oſtentan do præmia. Dicimus ego te af ficiebat. Formidine,aut oſtentando præmia.} Dicimus ego te afficio formidine. i. tibi metum & formidinem incutio. Di cit ergo & metu et præmijs tẽ tabat & ſolicitabat eas ciuita tes,quæ ab ſe ad metellum deſe cerant,ut rurſus à metello ad ſe deficerent,& redirent. Commercari }.ſ.pecunia. Seruitia }. i. ſeruos & in præſidijs, milites, qui erant in cuſtodia ci uitatum pecunia corrumpere tẽ tabat. Igitur.} Dicit,quomodo Vaccenſes defecerunt ad Iu gurthã interfecto præſidio Ro manorum.Ordo ẽ.Igitur Vaccenſes principes ciuitatis fatigati ſupplicijs regis, neque alie nati,antea uoluntate coniurant inter ſe Vaccenſes, dico, quos metellus impoſuerat præſidio ĩ initio Iugurtha pacificante. Quo }.i.ad quem locum. Nã hoc rela-

hoc relatiuum refertur non ad perſonam, ſed ad locum Vaccenſium. Fatigati regis ſupplicijs }.i.ſupplicationibus, & precibus regis,quia Iugurtha ſæpe rogauerat Vaccenſes, ut deficerent ad ſe. Neque antea uoluntate alienati.} Dicit cauſam quare Vacce̾ ſes,tam facile defecerunt ad Iugurtham,duæ fuerũt cauſæ.Et quia rex eos precibus fatigabat, & quia ſponte defecerant ab ipſo Iu gurtha ad metellum. Sed metel lus doloſe ibi præſidium impoſuerat,ut ſupra uiſum eſt,& tã facile fidem mutauerãt. Nam uulgus uti plerũq; ſolet.} Dico quod principes coniurauerunt, quia uulgus, & multitudo infima non coniurauit, utpote magis bellum quàm pacem appetens. Nouarum rerum }.i.bel li. Quieti & otio }. i. paci.

Deinde compoſitis inter ſe re bus.} uidelicet dato ordine,quo modo Romanos, q erãt in præ ſidio interficerent. Cædem cõ ſtituũt }.i.interficere Romanos decreuerunt. Conſtituunt }. ſ. principes ciuitatis. Sed ubi.} dicit Salluſtius quomodo Romanos interficerent. Dies erat feſtus celebratus per omnem Africam,eo die principes ciuitatis Vaccæ.Romanos,qui erãt in præſidio domos ſuas inuitãt, alius centurionem, alius tribunum,alius præfectum inuitat,et eos omnes interficiunt, præter ipſum præfectum.Deinde milites,qui per urbem uagabantur inermes aggrediuntur. Palan tes }.i.uagantes. Quippe.} id eſt utpote. Sine imperio }.i. ſine regimine.Ordo eſt.Poſtea aggrediũtur

riq; quid potiſſimum facerent, trepidare arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant, præſidium hoſtium, & portæ ante clauſæ fugam prohibebant. Ad hoc mulieres, puerique pro tectis ædificiorum ſaxa, & alia, quę locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caueri anceps malum, neque à fortiſſimis infirmiſſimo generi reſiſti poſſe. Iuxta boni, maliq́ue, ſtrenui, & imbelles multi obtruncari. In ea tanta aſperitate ſæuiſſimis Numidis, & oppido undique clauſo, Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus. Id miſericordiáne hoſpitis, an pactione, an caſu ita euenerit, parum comperimus, niſi quòd illi in tanto malo turpis uita, integra fama potior fuit, improbus, inteſtabilisq; uidetur. Metellus ubi poſtquam de rebus Vaccæ actis comperit, pauliſper mœſtus è conſpectu abijt. Deinde ubi ira, & ægritudo permiſta ſunt, cum maxima cura ultum ire iniurias feſtinat. Legionem cum qua hyemabat, & quamplurimos poteſt Numidas equites, pariter cum occaſu ſolis expeditos educit. Et poſtera die circiter horā tertiam peruenit in q̄dam planitiem, locis paulo ſuperioribus circumuentam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, et iam abnuentes omnia, edocet oppidum Vaccam nō amplius mille paſſuum abeſſe, decere illos æquo aīo pati reliquū laborē, dū ꝑ ciuibus ſuis uiris fortiſſimis atq; miſerrimis pœnas caperent: præterea prędam benigne oſtentat. Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quàm arctiſſime pergere, & ſigna occultare iubet.

aggrediuntur milites palantes, inermes, ac ſine imperio, quippe in tali die, ac ſi diceret non eſt mirum, ſi ipſi milites Romani uagabantur, & erant inermes, ac ſine imperio, quia dies erat feſtus. Idem plebs facit} ſicut principes ciuitatis milites Romanos per urbem uagantes aggrediebantur, ſic etiam plebs faciebat. Pars.} ſcilicet plebis. Alij ſtudio talium rerum) pars plebis intelligebat conſiliū cōiurationis principū, pars uero ignorabat. Ergo & qui intelligebant conſilium, & qui non intelligebāt, Romanos aggrediebantur. Studio talium rerum,) non quia intelligebant conſilium coniurationis, ſed quia eiuſmodi res nouæ eis placebāt.

Quis.) pro quibus. Acta.) idest ea, q̄ acta erant, et tractata à principibus ciuitatis. Conſilium.) ſcilicet coniurationis.

Ad arcem.) ſic etiam hoc tēpore fit, ut præſidia in arcibus ciuitatum ponantur. Præſidiū hoſtium) .ſ. Vaccenſium. Romani enim extra urbem fugere non poterant, & quia portæ ciuitatis erant clauſæ, & quia Vaccenſes præſidium in portis collocauerant contra Romanos, ſi forte fugere tentarent. Ad hoc) .i. præterea. Pro tectis ædificiorū) .i. ex domibus. Et alia.} ueluti, ſigna, tegulas. Neque caueri}.i. uitari .ſ. poſſe poterant Romani, qui fugiebant per ciuitatem, malum, quod inferebatur à mulieribus & pueris de tectis uitare non poterant, nec etiam poterant reſiſtere. Infirmiſſimo generi}.ſ. mulieribus & pueris. Forte & infirmum ſunt contraria. Poſſe} pro poterant.

Iuxta}.i. ſimiliter & pariter. Boni & mali}.i. fortes, et ignaui, & hoc ſequentia declarant. In ea.} Dicit Turpilium præfectū ſolum ex omnibus fugiſſe, id quamobrem euenerit, non ſatis cōſtat.

Turpis uita integra fama. potior fuit}.i. carior. Turpilius.} chariorē habuit turpem uitam quàm integram famam, nā fugiēdo ſalutem quæſiuit, ſed famam perdidit, ſed melius et laudabilius fuiſſet fortiter mori, integra fama, quàm turpiter uiuere, amiſſa fama. Nam famam amiſit, quia ſuſpicio fuit, illum fuiſſe proditorem unde etiam accuſatus, cum ſe purgare non potuiſſet, capitis damnatus eſt. Miſericordia hoſpitis.} qui eum ad conuiuium inuitauerat. Improbus inteſtabiliſq; uidetur.} Salluſtius dicit hunc Turpiliū īprobum, inteſtabilemque fuiſſe, ex hoc quia ſuſpicionē criminis purgare non potuit, ſicut infra dicit. Improbus dicitur malus, & moribus peruerſus. Inteſtabilis dicitur, qui ita laborat infamia, ut ad teſtimonium faciendum non recipiatur, unde ſecundum Nonium Marcellum, Inteſtatus dicitur, cuius uerbis fides non adhibetur. Dicit ergo Salluſt. hunc Turpilium non ſolum improbum, ſed etiam inteſtabilem fuiſſe, hoc eſt ualde ſceleratum, & ita criminibus circūuentum, ut nec dignus eſſet, cuius uerbis fides haberetur. Videtur}.ſ. fuiſſe. Metellus.} dicit quòd ſecerit metellus imperator, poſtquam cognouit Vaccam urbē defeciſſe ad Iugurtham, interfecto præſidio Romanorum. Ex conſpectu abijt}.ſ. ne uideri poſſit à militibus, latuit, donec mœſticia et dolor uerſus eſt in irā.

Cum qua hyemabat.} nam ut ſupra dixit, exercitum in hyberna deduxerat, quia erat tempus hyemis, nam hyemare eſt tempus hyemis in hybernis tranſigere. Numidas equites.} nā licet Romanus eſſet, tamen Numidas equites ſecum habebat.

Expeditos}.i. ſarcinis nō impeditos, neque grauatos, ſed ad rem gerendam paratos, & inſtructos, nam quādo uniuerſus exercitus ad locum aliquem deducitur, tam pedites quàm equites omnia, quæ habent ſarcinis compoſita ſecum portant, quæ poſtea deponunt cum caſtra locantur. Sed cum aliquam rem breui tempore gerēdam ducūt, relictis ſarcinis, expediti proficiſcuntur, ſicuti nunc. Etiam abnuentes}.i. recuſantes. nam quia feſſi erant, nolebant ulterius procedere. Tunc metellus docuit eos, urbem Vaccam non amplius mille paſſuum abeſſe, dicebatque illis conuenire, ut ſumerent uindictam ex hoſtibus, pro ciuibus Romanis interfectis. Decere}.i. conuenire. Pro ciuibus.} qui interfecti fuerant in urbe Vacca. Pœnas caperent}.i. exigerēt. Pœnas exigere eſt punire & ulciſci, & uindictam facere. Prædam oſtēdit.} quia metellus militibus promiſit, ſi urbem caperent, ſe conceſſurum, ut illam diriperent.

LOcos}.ſ. opportunos. Allicere.} inuitabat muneribus. In præſidijs in oppidis & arcibus. Intactum.} inexpertum. Pacificante.} ſimulante pacem. Antea alienati.ſ. u.} quia à Iugurtha non ſponte ſed coacti defecerant. Sine imperio.} quia erant remiſſi à duce. Talium rerum}.ſ. proditionis. Comperimus.} certum habemus. Improbus.} ſceleratis. Inteſtabilis.} omnibus inuiſus. Vltum.) uindicatum. Benigne.} liberaliter. Sic.} talibus pollicitationibus. Occultare.} demittere. MARLI4.

DEinde compoſitis inter ſe rebus.} manuſcriptum, dein. Paulo poſt, Turpiliū Sylanum in uetuſtis, Sullanum antiquo illo ſcribendi more. mox. Eos omnes præter Turpilium,} Legē RIVIVS.

dum, eos. omueis. } Poſtea milites palanteis, inermes, quippe in tali die. } Manuſcripta duo, inermos. Nam mutari nonnunquam in hoc nomine inflexionem, haud ſe è quiſquam ignorat. Vtitur autẽ hac declinatione Tacitus ſæpe uelut 1. Qui ſemiſomnos, inermos aut palanteis ceciderant. pro inermes. &, Quem ignarum inermumq; quamuis firmatus animo centurio ægre confecit. Quippe in tali die, & ſine imperio. } In uetuſtis, ac ſine imperio. Tametſi hoc quidem ſanequàm leue, & nullius ferè momenti, niſi quòd melius ſonat. mox. Idem plebs facit. } Manuſcriptum, plebes. Romani milites perculſi improuiſo metu, incerti ignariq; quid potiſſimum facerent. } τὸ Perculſi, non eſt in ullo manuſcripto, nec in impreſſis uetuſtioribus. Sed nec ſenſus magnopere requirit. Et portæ ante clauſæ. } Illa Et copula, non ẽ in manuſcriptis, ac rectius abeſt.

Pars edocti à nobilitate. } Ibidẽ, ab nobilitate. Paulo poſt, Iuxta boni malique, ſtrenui & imbelles multi obtruncari. } Niſi me coniectura fallit, legendum eſt, Inulti pro impune & qui ulciſci hoſtes non poſſent. Sic idem eſt in Catilina uſus, Cauete ne inulti animam amittatis. Iam Inulti eſſe legendum, ea quæ ſtatim præceſſere indicant, Neq; caueri anceps malum, neq; à fortiſſimis infirmiſſimo generi reſiſti poſſe. Id nimirũ erat, inultum obtrũcari. Iam non multos obtruncatos, ſed oẽs planè, ipſemet Salluſtius oſtendit, cũ Turpilium ait unum ex omnibus Italicis profugiſſe intactum. Ex ſimilitudine ſcripturæ defluxit error. Id miſericordiáne hoſpitis, an pactione, an caſu ita euenerit, parum comperimus, niſi quòd illi in tanto malo turpis uita, integra fama potior fuit, improbus, inteſtabiliſq; uidetur. } Codex in pergameno deſcriptus habet, Niſi quia illi in tanto malo &c. improbus inteſtabiliſq; uidetur. τὸ Niſi, hic eodem modo accipitur, quo apud Terentium in Andria, Neſcio, inquit, niſi deos mihi iratos fuiſſe ſatis ſcio, qui illi auſcultauerim. Sed & Cicero aliquoties in hunc ipſum modum, uelut in epiſtolis, De re nihil poſſum iudicare. niſi illud mihi perſuadeo, te talem uirum nihil temere feciſſe. pro, niſi quòd mihi perſuadeo. uel, niſi quatenus &c. idem pro Sex. Roſcio. Quid erat quod Capitoni primum nunciarit, neſcio. niſi hoc uideo, Capitonem in his bonis eſſe ſocium. Sunt qui Niſi pro Sed poſitum, ſeu pro Verũtamen, in his atq; ſimilibus locis putent, in quibus eſt Linacer. id quod ne mihi quidem diſplicet, ac in exemplis ſupra poſitis probe quadrat. Cæterum Inteſtabilis hic idem ſignificat. quod in illo ex 12. tabulis, Improbus inteſtabiliſq; eſto. Gellius eodẽ modo utitur lib. 7. cap. 18. Qui ad Annibalem nõ rediſſent, uſque adeo inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe, ut tædium uitæ ceperint, necemq; ſibi conſciuerint. Proprie uero Inteſtabilis eſt, qui nec teſtimonium dicere, nec aut teſtamentum facere, aut è teſtamento conſequi aliquid poteſt. Inde metaphoricõs pro tetro, deteſtabiliq;, & execrando ponitur. Pli. xxx. de magica loquens, Proinde ita perſuaſum ſit, inquit, eam inteſtabilem, irritam, inanem eẽ. Horatius, Inteſtabilis & ſacer eſto. Metellus ubi poſtquam de rebus Vaccæ actis comperit. } In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus non eſt, Vbi. ſed tantum poſtquã. Quòd ſi priorem lectionem recipis, abundat forſan altera harum particularum ut in illo, poſt deinde, apud Teren. in Andria, una ſimul, in Heautõtimorumeno, miſere nimis. in Adelphis, in Phormione, ferè plerumq;. Quid ſi ex gloſſa irrepſit τὸ Poſtquã, quod aliquis forſan ſupra ſcripſerit, explicare uolens quid ſignificaret ubi. Nam iſtis gloſſis mendoſiores ſunt antiqui codices facti. Mox, Pauliſper mœſtus è conſpectu abijt. } Codex Fabricianus, abit. tempore præſenti.

Pedites quàm arctiſſime pergere, & ſigna occultare iubet. } Manuſcripta, quàm arctiſſime tre, quomodo ẽ in cæteris item uetuſtioribus. Incuria quadam typographi hoc mẽdum irrepſit, propterea quòd in proximo uerſu Pergere ſequitur.

GLAREA. Seditioſum ac diſcordioſum. } Diſcordioſum, rarum apud authores uocabulum, ſed bona analogia dictum, ut quidam putant. Ego ſuſpectum habeo, niſi ſit à uetere aliquo. Trepidare arcem oppidi. } Hic locus uarie legitur, & ni fallor, etiam corrupte. Ex Aldini codicis lectione nullus ſenſus eſt. Gothi codex ita habebat: Trepidare arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant (hic quidam adſcripſerat, Petere) præſidiũ hoſtium, portæ antea clauſæ fugam prohibebant. Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem: Trepidare: Ad arcẽ oppidi, ubi ſigna et ſcuta erant, præſidium hoſtium, & portæ ante clauſæ fugam prohibebant. Hoc ſenſu, Milites Romanos trepidabant, quia hoſtium præſidium prohibebat fugam ad arcem, ſed portæ clauſæ omnem fugam prohibebant, ut zeugma à fine cum ſyllepſi numerorum. Paulo poſt uidendum: Strenui & imbelles multi obtruncari, Num Inulti triſyllabon potius, quàm multi diſyllabon legendum, quod ſæpe pũcti omiſſione in tertia uocali latinorum accidit. quemadmodum ſuperius alicubi admonuimus. Improbus inteſtabiliſq; uidetur. } Badius Inſtabilis legiſſe uidetur, non recte mea quidem ſententia. Soldus inteſtabilem exponit ualde ſceleratum. Acron in tertiam Horatij Satyram lib. 2. Sermonum, ubi de Seruij Oppidij teſtamento fit mentio, ita ait, Inteſtabiles appellabantur, quorum teſtimonium nõ ualebat. Porphyrio autem, Antiqui eos, inquit, quos in teſtimonium dimitti nolebant, inteſtabiles uocabant Badius eo in loco Horatij, exponit Inteſtabilis .i. teſtamenti expers, quod propius uero puto. Hoc autem Salluſtij in loco Peroti expoſitio accipi poteſt, qui Inteſtabilis pro Deteſtabilis poſitum putat, ad hoc Gellium citans authorem, qui eadem ſignificatione uſurpauerit. Continuo poſt, Metellus poſtquã de rebus Vaccæ. Aldinus codex habet, Metellus ubi poſtquam, ſed alterum abundat, hoc ſaltem loco. Vaccam nõ amplius mille paſſuum abeſſe. } Mirum uero, ſi non amplius mille paſſuum aberant Romani, Vaccenſes non reſciuiſſe. Ego numerum ante millia deſiderari ualde uereor, ut, duo uel tria. Badius adijcit, mille eſſe ablatiui caſus, quod mihi non uidetur, ſubſtantiuum tamen eſſe neceſſe ẽ, ſi quidem lectio bene habet. Sed idem Badius paulo poſt Ciues per Conciues exponit, quaſi quiſquam ueterum Conciuis dixerit, cum Cicero, Salluſtius, ac ueteres omnes perpetuo Ciues protulerint, nunquam Conciues. Vallæ temporibus eſſe natum illud etiam quod ibidem author ait, Equites in primo latere planè non intelligo. Badius autem exponit latere, qua ex tranſuerſo agebatur agmen.

SOLDVS. NVmidas equites } Ecce quomõ decepti ſunt Vaccenſes, nam quia uiderunt equites Numidas arbitrati ſunt Iugurtham eẽ. Et ideo omnes ex urbe obuiã proceſſerunt. Equites pediteſq; } .ſ. Romanorum.

VAccenſes ubi animaduertere ad ſe uorſum exercitum pergere, primo, uti res erat, Metellum eſſe rati, portas clauſere. Deinde ubi neq; agros uaſtari, & eos, qui primi aderãt, Numidas equites uidẽt, rurſum Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obuij proce-

rum. Ira atq; prædæ ſpes amplius quàm laſſitudo poſſe. } .p poterat. Romani propter magnitudinem itineris laſſi & feſſi erant. Sed tanta erat ira & ſpes prædæ, uti laſſitudinẽ uincerẽt. Ita } hoc modo, inquit, urbe

dunt. Equites, peditesq́; repente ſigno dato, alij uulgum effuſum oppido cedere, alij ad portas feſtinare, pars turres capere, ira atque ſpes prędę amplius, quàm laſſitudo poſſe. Ita Vaccenſes biduũ modo ex perfidia lætati. Ciuitas magna atq; opulenta pœnæ cuncta, aut prædæ fuit. Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugiſſe ſupra oſtendimus, iuſſus à Metello cauſam dicere poſtquã ſeſe parũ expurgat, condemnatus uerberatusq́;, pœnas capite ſoluit. Nã is ciuis ex Collatia erat. Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat: ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quęrere, die, noctuq́; fatigare animum. Deniq; omnia tentando, ſocium ſibi adiungit Nabdalſam hominem nobilem, magnis operibus clarum, acceptúmque popularibus ſuis; qui plerunque exercitum ductare ſeorſum ab rege, & omnes res exequi ſolitus erat, quæ Iugurthæ feſſo, aut maioribus aſtricto ſuperauerant; ex quo illi gloria, opesq́; inuentæ. Igitur utriuſq; conſilio dies inſidijs ſtatuitur: cætera uti res poſceret, ex tempore parare placuit. Nabdalſa ad exercitum profectus eſt, quem inter hyberna Romanorum iuſſus habebat, ne ager inultis hoſtibus uaſtaretur. Is poſtquã magnitudine facinoris perculſus, ad tempus non uenit, metusq́; rem impediebat: Bomilcar ſimul cupidus incepta patrandi, & timore ſocij anxius, ne omiſſo uetere conſilio nouum quæreret, literas ad eum ꝑ homines fideleis mittit: in quis mollitiem, ſocordiamq́; uiri accuſare; teſtare deos per quos iuraſſet, monere ne præmia Metelli in peſtem conuerteret; Iugurthę exitiũ adeſſe; cæterũ ſuáne an uirtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret animo ſuo, præmia, an cruciatũ mallet. Sed cum hæ literæ adlatę ſunt, forte Nabdalſa exercito corpore feſſus, in lecto quieſcebat. ubi cognitis Bomilcaris uerbis, primo cura, deinde uti ægrum animum ſolet, ſomnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusq́;, et oĩum conſiliorum niſi nouiſſimi particeps. Qui poſtquã adlatas literas audiuit, & ex conſuetudine ratus opa, aut ingenio ſuo opus eſſe; in tabernaculũ introiuit; dormiẽte illo epiſtolam ſuper caput in puluino temere poſitam ſumit, ac perlegit. Deinde propere cognitis inſidijs, ad regem pergit. Nabdalſa paulo poſt experrectus, ubi neq; epiſtolam reperit, & rem omnem uti acta erat ex perfugis cognouit; primo ĩdicẽ perſequi conatus, poſt-

urbe Romanis capta. Vaccenſes per duos dies tantummodo lętati ſunt ex perfidia ſua, qua ad Iugurtham defecerant, interfecto præſidio Romanorum.

Pœnæ. aut prædæ fuit. } quia urbs direpta eſt, & ciues interfecti ſunt. Prædæ. } propter direptionem rerum omniũ. Turpilius. } dicit quem euentum habuerit Turpilius præfectus, qui ſolus ex urbe Vacca profugerat illæſus, hic accuſatus ẽ apđ Metellum imperatorem, ueluti qui præſidium Romanorum hoſtibus prodidiſſet, iter ciues rei magna erat cõiectura, quòd oppido undique clauſo, ſolus ex oĩbus intactus profugit. Metellus iuſſit, ut ſe defenderet. Sed cum defenſio eius non ſatis probaretur, damnatus et uerberatus capite pœnas ſoluit. Nam is ciuis ex Latio erat. } Lex porcia uetabat ciuem Romanum interfici, ſed in exiliũ mitti iubebat. Nunc ergo dicit, ideo Turpilius dãnatus interfectus eſt quia nõ erat ciuis Romanus, ſed ciuis ex Latio. Per idem tempus } nunc tranſit ad aliam rem narrandam, quæ tamen ad propoſitum belli Iugurthini ꝑtinet. Dicit enim Bomilcarem & Nabdalſam conſpiraſſe in perniciẽ Iugurthæ, ſed tamen conſilium eorum fruſtra tractatum eſſe. Nam inſidijs, quas parauerant, cognitis, Bomilcar, et multi alij interfecti ſunt, ordo eſt. Per idẽ tempus Bomilcar, impulſu cuius Iugurtha inceperat deditionem, quam deſeruit metu, ſuſpectus regi, & ipſe ſuſpiciens eũ cupere res nouas quærere. pro quærebat dolum ad perniciem eius. Cuius impulſu } .i. hortatu. hoc ſupra uiſum eſt, quomodo hortante Bomilcare, Iugurtha deditionem facere cœperat ſed poſtea eũ pœnituit. Ipſe. } Bomilcar. Seorſum à rege } .i. ſine Iugurtha, tantus erat uir, ut Iugurtha ei exercitum committeret, & negotia, quæ ipſe alijs rebus maioribus occupatis expedire non poterat, ei expediendi demandaret. Aſtricto } .i. detento & occupato. Illi } .ſ. Nabdalſæ. Vtriuſq;) .ſ. Bomilcaris, & Nabdalſæ.

Nabdalſa. } Iugurtha præfecerat exercitui ſuo Nabdalſam et iuſſerat ei, ut exercitum teneret inter hyberno Romanorum ne Romani ꝑ incurſiones agrũ Numidiæ uaſtarent. Inter hyberna Romanorũ. } erat enim tempus hyemis, quo tempore Romani in hybernis erant. Cũ exercitus in hyberna deducitur per uicos, & caſtella, & loca diſtantia collocatur, ergo inter hæc loca Nabdalſa exercitum habebat, ne Romani, ut fit, crebris incurſionibus agrum Numidiæ uaſtarent: Is. } ordo ẽ.

Bomilcar ſimul } .i et cupidus patrandi incœpta, & anxius timore ſocij, ne quæreret nouum conſilium, omiſſo uetere, mittit literas ad eum per homines fideles. Poſtquam is .ſ. Nabdalſa ꝑcuſſus magnitudine facinoris non uenit ad tempus, & poſtq̃ metus impediebat rem. Senſus clarus eſt. Socij } .ſ. Nabdalſæ. In quis } .i. in quibus literis.

Accuſare. } hoc eſt reprehendebat, ne præmia Metelli in peſtem conuerteret. O Nabdalſa, uide ne præmia Metelli in perniciẽm mutes, nã Iugurtha omnino finem uitæ habiturus ẽ cito, aut per nos, aut per Metellum, ſi nos Iugurtham in manus Metelli dederimus, uel uiuũ uel mortuum, præmia à Metello nobis promiſſa conſequemur. Si autem Metellus. ſine opera noſtra Iugurthã cœperit, præmia in peſtem conuertemus. n. Metellus nos quoq; interficiet.

Præmia Metelli. } ut ſupra uiſum eſt, Metellus ingentia præmia promiſit Bomilcari. ſi Iugurtham ſibi traderet, uel uiuũ uel mortuum. Exitium } .i. finẽ & mortem. Cæterum.) ne. i. an, ordo eſt. Cæterum. i. ſed dicebat id modo. i. nunc agitari. uidelicet, ne. i. an periret uirtute ſua, an periret uirtute Metelli. Iugurtha omnino periturus eſt.

quam id fruſtra fuit, Iugurtham placandi gratia acce dit; dicit quę ipſe parauiſſet facere, perfidia clientis ſui præuenta, lacrymans obteſtatur per amicitiam, perq́; ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectū ſeſe haberet.

nūc id agitur, utrum uirtute noſtra pereat, an uirtute Metelli, ſi perierit uirtute noſtra præmia à Metello promiſſa conſequemur: ſi autem perierit uirtute Metelli, cruciatum et mortem recipiemus. nunc igitur cogita, utrum malis præmia, an mortem. Erat enim.} Nabalſa miniſtrum quendam Numidam habebat fidum & gratum, qui omnia negotia eius curabat, & omnia eius conſilia nouerat, præter hoc ultimum conſilium coniurationis, hic, poſtquā literæ ſunt allatæ, exiſtimans opus eſſe Nabdalſæ, opera ſua in tentorium introiuit. Et dormiente illo, epiſtolā allatam legit, ſtatimque, cognitis inſidijs, ad Iugurtham pergit.

Niſi nouiſſimi }.i. conſilij coniurationis contra Iugurtham. In tabernaculum.} hoc eſt in tentorium. Puluino. } puluinus dicitur ceruical, ſuper quo ſternitur caput dormientis, à pluma dictus quaſi plumınus. Temere. } hoc eſt fortuito. Nam temere ſecundum Seruium hic ſignificat ſine cauſa. ut Virg. Haud temere eſt, conclamat ab aggere uolēs. temere ſignificat fortuito, ut hoc loco, ſignificat aliquando male, aliquando improuide. Sumit. } capit.

Indicem.} uidelicet miniſtrum, qui ei abſtulerat epiſtolam. Index proprie dicitur, qui ſceleris, cuius ipſe eſt cōſcius, latebras indicat. Dicit, quæ ipſe facere parauiſſet, perfidia clientis ſui præuenta eſſe, hoc eſt dicit, quemadmodum decreuerat detegere proditionem. O rex ego facturus eram id quod fecit miniſter, & cliens meus. Nam epiſtolam mihi à Bomulcare miſſam proditionem continentem, ad te deferre decreueram, & totam proditionem aperire: ſed perfidia clientis mei præuenit me, nam prior ipſe eam epiſtolam ad te detulit. Perfidia clientis. } cliens & patronus correlatiua ſunt, ſicut ſeruus & dominus, pater & filius. Nam cliens dicitur, qui ſub alicuius patrocinio eſt, & dicitur cliens, quaſi colens patronum, hoc eſt obſeruans & cuſtodiens, cliens qui defenditur, patronus qui defendit. Sed clientem hoc loco accipit pro miniſtro.

MARLIA. LAſſitudo.} deſatigatio. Cauſam dicere. } defendere ſe ipſum. Parū } negligentius ſe excuſat. Et ipſe } ſcilicet Bomilcar. Suſpiciens } uidens eum. ſ. Iugurthā ſuſpectum. Fatigare animum. } cogitando quomodo regem perderet. Clarum } famigeratum. Acceptum. } gratum. Omnes res. } negotia regni. Ex quo. } ex quibus commiſſionibus. Ad tempus. } ad diem ſtatutam. Agitari. } tractari. Reputaret. } uolueret. Exercitato. } deſatigato. Cognitis. } lectis. Aegrum. } ſolicitum & uarijs curis oppreſſum. Id fruſtra fuit. } non potuit eum aſſequi.

RIVIVS. VAccenſes ubi animaduertere, ad ſe uerſum exercitum pergere. }. Manuſcripta duo, ad ſe uorſum. quod, ut antiquario, magis conuenit. Nec ſecus exemplar Baſilienſe. Ciuitas magna atq; opulenta, pœnæ cuncta aut prædæ fuit. } Manuſcripta, ciuitas magna atq; opulens. quæ uox frequens ueteribus erat. Vtitur ea Politianus in Commodo Herodiani, Sollicitum ſe aiebat eſſe, ne quis opulens ex nobilitate domum occuparet principis. Nec aliter eſt in Beroaldino. Hominem nobilem, magnis operibus clarum. } In manuſcriptis omnibus eſt, opibus. Qui plerunque ſeorſum ab rege exercitum ductare, & omnes res exequi ſolitus erat. } Hæc uerborum collocatio ſeriesq́; eſt in manuſcriptis & impreſſis uetuſtioribus. Mox. Quæ Iugurthæ feſſo, aut maioribus aſtricto ſuperauerant. } In uetuſtis quibusdam, ſupererant, ſed perperam. Irrepſit autem ex gloſſa. Nam & A. Gellius priorem lectionem 1. li

bro citat. Eſt autem ſuperare hoc loco reliquum eſſe & reſtare. ut ſit ſenſus, Nabdalſam ea exequi ſoluī quibus ipſe Iugurtha propter occupationes uacare non poſſet. In hoc ſignificatu Cicero idētidem utitur. Cætera, uti res poſceret, ex tempore parari placuit. } Eſt in quibusdam, pro tempore .i. prout ipſum tempus moneret, uel utcunque occaſio ferret. Prior lectio mihi uerior eſſe uidetur. Gymnicus perperam, parare, cum in cæteris ſere parari ſit. Nabdalſa ad exercitum profectus eſt. } τὸ Eſt, nō reperi uſpiam in ullo manuſcripto. Is poſtquam magnitudine facinoris perculſus, ad tempus non uenit. } Manuſcripta, percuſſus, quomodo & Florentinum. Verum eodem ſenſu. nam Cicero utroq; utitur ad hunc modum. Ad tempus, pro ad diem conſtitutum. Bomilcar ſimul cupidus incepta patrandi, & timore ſocij anxius.) In manuſcriptis omnibus eſt, cupidinibus. non, cupidus. rectène an perperam, aliorum eſto iudicium. Paulo poſt, Iugurthæ exitiū adeſſe.) In uetuſtis eſt, excitium quomodo nimirum & ſenſus ipſe poſtulat. pro eo quod eſt, interitū ac perniciē. Mox, Proinde reputaret animo ſuo, præmia an cruciatum mallet.) Manuſcripta, reputaret cum animo ſuo. idq́; rectius. Nam eodem modo & Florentinū habet & Beroaldinum. Sed cum hæ literæ adlatæ ſunt. } τὸ Sūt non habent codices in membrana deſcripti nec ex impreſſis quidā.

Mox, Forte Nabdalſa exercitato corpore feſſus, in lecto quieſcebat. } Manuſcripta, exercito corpore. quomodo et Beroaldinum habet, & Nonius Marcellus alicubi citat. Et ex conſuetudine ratus. } τὸ Et, in manuſcripto quodam non eſt. nec id ſenſus magnopere requirit. Dormiente illo, epiſtolam ſuper caput in puluino temere poſitam ſumit ac perlegit. } Sic in manuſcripto quoque. Cæterum in pleriſque eſt, puluinari, perperam ut ego opinor. Cicero certe in hoc ſignificatu ferè priore utitur. poſteriore haud temere unquam, quod ſciam. Nam magis puluinaria Deorū dicere ſolet. uelut, Ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. Rurſus. Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit. et, Qui ſacerdotē ab ipſis aris puluinaribusq́; detraxiſti. Sic & alias. Cōtra, puluinos poſcere, apud eundem. & Lectica in qua erat puluinus Melitenſi roſa fartus. Q. Curtius iij. Epiſtolamq́; ſigillo anuli ſui impreſſam puluino cui incumbebat ſubiecit. Mox. Deinde propere cognitis inſidijs. } Legendum, dein. } Nabdalſa paulo poſt experrectus. } In Fabriciano atque alijs uetuſtis. poſt paulo. Id Salluſtianum magis eſt. Similis error poſteà, ubi ait, Sæpe in fuga, ac poſt paulo in armis ſpem habere. nam perperam eſt in recentioribus, paulo poſt. Quanquam quod ad ſenſum quidem attinet, nihil admodum refert, utrum legas. Eundem ad modum Cicero, poſt aliquāto dicere ſolet.

NAm is ciuis ex Latio erat. Aldinus codex Collatis habet, GLAREA. quæ lectio uerior uidetur. Erat igitur Collatinus ciuis, non Romanus, alioqui lex Porcia uetuiſſet eum mori. Verum de ea lege, in quibus ſeruanda, & quibus non, multa dicenda erant, ſi huius noſtri negotij ea eſſet materia. Suſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens. } Idem Badius exponit Suſpiciens, id eſt, clàm eius conatus inſpiciens. At ego relatiue, de eodem tamē Bomilcare dictum intelligo. Bomilcar erat ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens. id eſt, in ſuſpiciones habens, quippe de eius erga ſe fide dubitabat. Vterq; igitur alteri ſuſpectus erat, ut uulgo loquimur. Paulo poſt: Magnis

operibus

operibus clarum. Quidam Opibus legunt. Nam non ita multo poſt legitur: Ex quo illi gloria, opesq́; inuentæ. Sed nihil mutem.

SOLDVS. IRam oppreſſerat. } hoc eſt extinxerat, uel potius clauſerat. Credere. } hoc eſt confidebat. Iuxta } .i. ſimiliter. Nam qui ſibi magis chari erant, quoſque magnis honoribus & operibus expleuerat, eos proditores erat expertus. Contra decus regium. } quia in hoc loco humili & abiecto iacebat. Vecordia. } hoc eſt inſania. Nam qui nimium timet, ſomno frequenter tremens excitatur. Igitur. } dicit quid fecerit Metellus poſtquam audiuit proditionem eē patefactã. De caſu. } quomodo eſſet interfectus. Marium. } Mario poſtulanti ſæpius miſsionem cõceſsit Metellus. Et Romæ, } Dicit quomodo plebs Romæ libenter accepit, & habuit grata, ea quæ ſcripta ſunt de Metello & Mario à negotiatoribus, & ab equitibus Romanis, qui erant in Africa, ex quo factum eſt, ut cum Marius miſsione accepta, Romam ueniſſet, ſtatim conſul crearetur. Quæ de Metello ac Mario. } Metellum criminabantur, & Marium laudabant, eũq; ad id bellum imperatorẽ poſcebant. Miſſæ erãt. } ſcilicet à negotiatoribus, & equitibus Romanis, & à Gauda, et ab alijs, qui pacem deſiderabãt. Imperatori. } nobilitas nocebat Metello, econtra ignobilitas proderat Mario. Imperatori } .ſ. Metello. Nobilitas. } hoc loco non ſignificat multitudo nobilium, ſed claritudo generis, et familiæ. Inuidiæ eē. } id eſt erat ad inuidiam propter nobilitatem Metello inuidebatur. At illi alteri } .ſ. Mario. Generis humilitas } .i. ignobilitas. Fauorem addiderat } .i. quia tota plebs propter ſimilitudinẽ generis fauebat Mario. Cæterum in utroq;. } licet nobilitas generis inuidiam Metello peperit, ignobilitas Mario fauorem acquiſiuerit, tamen plus ualuerunt u. litates partium, quàm bona, aut mala ſua in utroq;. Studia partiũ. } quia utraque pars ſuos extollere cupiebat, plebs nouos hoĩes. Nobilitas. } nobiles. Quàm bona aut mala ſua. } quia non tam propter nobilitatem, aut uirtutes, neq; propter ignobilitatem, aut uitia, quàm propter conditionem partium, uel Marius honore ſublatus eſt, uel Metellus depreſſus. Moderata ſunt. } hoc eſt ualuerunt. Moderari eſt impio, ac poteſtate regere. Præ

teres erat & alia res, quæ & Mario fauorem, & Metello inuidiam comparabat. Nam tribuni plebis in concionibus Metellum criminabantur, & illum reum capitis eſſe dicebant, econtra Marium miris laudibus extollebant. Denique } ciues egeni, & ruſticani, atque opifices, qui nihil habebant, unde uiuerent, niſi ex opere manuum omnes ad Marium cõueniebant, honorem illius chariorẽ habentes, quàm ſua neceſſaria. Seditioſi magiſtratus. } Tribunos plebis, maxime intelligimus. Vulgum.) & hic uulgus & hoc uulgus dicimus. Capitis arceſſere } i. capitis accuſabant, dicebant illum dignum eſſe, qui capitis dãnaretur. Vti opifices. } agreſteſq; omnes. Plebs dicitur multitudo ignobilis, & populus minutus, ut opifices & ciues egeni. Quorum res. } fideſq; in manibus ſitæ erant, res in manibus eorum poſitæ erant, qui nihil habebãt, niſi id, quod manu quærebant, & opere lucrabantur, fides in manibus eorũ poſita erat, quia id quod promittebant, præſtare non poterant, niſi opere, & labore manuum. Fides dicitur quando fit id, quod dicitur, hoc eſt, quod promittimus exhibemus. Frequentarent Mariũ. } hoc eſt frequentes ad Marium conuenirent. Ita. } hoc modo. Poſt multas tempeſtates } .i. poſt multa tempora, nam multa tempora tranſacta erant, ex quo nullus nouus homo conſulatum erat adeptus. Nouo homini } .i. Mario ignobili. Et poſtea populus. } Marius oĩa quæ uolebat aſſecutus eſt. Nam & conſul factus eſt. Et ei Numidia prouincia per populum ẽ decreta, licet ſenatus eã antea Metello decreuiſſet. Sed populi iuſſum plus ualuit, quàm Senatus decretum. Ea res fruſtra fuit. } quia id quod decreuerat Senatus, nihil ualuit.

AD ea rex aliter atq; animo gerebat, placide reſpõdit. Bomilcare atq; alijs multis, quos ſocios inſidiarum cognouerat, interfectis, iram oppreſſerat, ne qua ex eo negotio ſeditio oriretur. Neq; poſt id locorum Iugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit: neq; loco, neque mortali cuiquã, aut tempori ſatis credere: ciues, hoſtéſque iuxta metuere; circunſpectare omnia; & omni ſtrepitu paueſcere; alio atq; alio loco ſępe contra decus regium nocte requieſcere; interdum ſomno excitus, arreptis armis tumultum facere: ita formidine quaſi uecordia exagitari. Igitur Metellus ubi de caſu Bomilcaris & indicio patefacto ex perfugis cognouit, rurſus tanquam ad integrum bellum cuncta parat, feſtinatq́;. Marium fatigantem de profectione, ſimul et inuitum, & offenſum ſibi, parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romę plebes literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, uolenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, inuidiæ eſſe. At illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Cæterum in utroque magis ſtudia partium, quàm mala, aut bona ſua moderãtur. Prętereа ſeditioſi magiſtratus uulgus exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arceſſere, Marij uirtutem in maius celebrare. Deniq; plebs ſic eſt accẽſa, uti opifices, agreſteſq; omnes, quorum res fideſq; in manibus ſitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium: & ſua neceſſaria poſt illius honorem ducerent. Ita perculſa nobilitate, poſt multas tempeſtates nouo homini conſulatus mandatur, & poſtea populus à Tribuno plebis Lucio Manlio Mantino rogatus quem uellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iuſſit. Sed Senatus paulo ante Metello Numidiam decreuerat. Ea res fruſtra fuit.

MARLIANVS.

SEditio. } quia potẽtiſsimus erat Nabdaſa. Ex eo negotio. } ſi perderet Nabdaſam. Poſt id } .ſ. detecta coniuratione. Neque loco. } quia neſciebat ubi eſſet tutus. Fatigantem. } Petẽtem cõmeatum. Offenſum. } quia excitauerat negotiatores contra ſe. Decori } .i. ornamento. Humilitas. } Vilitas qui non diuitijs ſed uirtute fidebat. Quàm mala aut bona. } quia nec uitiorũ nec uirtutis rationem habebant. Sed partium fauentium. In Maius } .ſ. quàm erant. In manibus. } quia uictum quæritabant labo

RIVIUS. ribus. Frequentarent.} comitarentur. Sua neceſſaria. } quotidia num uictum. Tēpeſtates } contentiones. Frequēs. } uno cōſenſu.

BOmilcare atq; alijs multis.} Manuſcripta, alijsq; multis. quo modo & uetuſtiſsimū quodque ex impreſſis. Interdum ſom no excitus, arreptis armis tumultum facere } τὸ Arreptis armis, codices in membrana deſcripti non habent, præter unum Fabricia num, ac ne is quidem, niſi in ſpatio quod uerſus diuidit, idq; alte rius manu. Cæterum in utroque magis ſtudia partium, quam ma la aut bona ſua moderantur } In manuſcriptis eſt, quàm bona aut mala ſua moderata. quomodo in Beroaldino quoque. Praterea ſeditioſi magiſtratus uulgus exagitare.} Fabricianum exemplar, uulgum. quomodo apud Nonium Siſenna, Impertitur concitat uul gum. Mox, Marij uirtutem in maius celebrare.} Sic & manuſcri pta in quibuſdam tamen, immanius celebrare pro nimis prædica re, ac ſupra modum efferre et extollere laudibus. Nam immane nō ſolum dicitur importunum & ferum, quomodo Cicero alicubi, Te tra & immanis belua, inquit. ſed etiā ingens ac nimium ut, imma nis pecunia, apud eundē Piſtorē tū lectionem haudquū immutare au ſim, propter

ſim propter neſcio quem ſcrupulum. Sed & Liuius 4 ab V.C. In maius, ut fit, celebrantes, inquit. Mox, Deniq; plebs ſic eſt accē ſa.} Manuſcripta, plebes. quomō & antea eſt ſæpe uſus. Nec aliter uetuſtiſsimum quodq; ex impreſſis. Eſt, nullo in manuſcripto, neque in Beroaldino ipſo reperitur. Itaque perculſa nobilitate.} Legendum è manuſcriptis & impreſſis uetuſtioribus, Ita.

IRam oppreſſerat, ne qua ex eo negotio ſeditio oriretur. } GLAREA. Quomodo iram oppreſſerat, ne qua ex eo negotio ſeditio orire tur, qui tot homines interfecerit? an quia Nabdalſæ pepercit, quē dixit acceptum popularibus ſuis, & magnis opibus clarum? quod uidetur ueriſimile. alioqui hic locus uix intelligetur. Cæterum in utroq; magis ſtudia partiū, q̄ mala aut bona ſua moderari.} Mo derari Aldi. codex mutauit in Moderātur. Gothi codex hēbat Mo derata, cui & Badius & Soldus adiecerunt uerbum Sunt. Et Ba dius quidem exponit, Moderata ſunt, id eſt, gubernationem tenue runt. Soldus uero, Moderata ſunt, id eſt, ualuerunt. Nam moderari, ſubijt, eſt imperio ad poteſtatē regere. Lector iudicet. Paulo poſt. L. Manlio Mancino. per c, non per t, legendum puto.

SOLDVS. EOdem tempore.} Ordo eſt. Eodem tempore Iugurtha age batur uagus & incertus, cum pro quando, neque bellum poſ ſet geri ſine miniſtris, & cum duceret periculoſum experiri fidem nouorum amicorum in tanta perfidia ueterum. ſ. amicorum amiſsis amicis, pleroſque quorum ipſe necauerat, cæteri perculſi formidi ne profugerant, pars ad Romanos, alij ad Regem Bogum. Re gem Bogū.} Bogus rex Mau rorum erat, qui Numidia confi nes ſunt. Amicorum nouorum fidem. } Iugurtha periculoſum eē putabat experiri nouos ami cos, quia ueteres amicos prodi tores erat expertus, & perfi dos. Nam Bomilcar et Nabdal ſa ueteres eius amici in perni ciem eius conſpirauerant. Du ceret }. i. exiſtimaret. Sæpe Iu gurtha.} quaſi amens erat, con ſiliūq; captum ſtatim mutabat. Aliquando fugere. } aliquan do armis reſiſtere decernebat. Dubitare. } hoc eſt nec uirtu ti, nec fidei popularium co fide bat. Ita. } hoc modo quicquid facere tentabat, aduerſum ſibi eueniebat. Sed inter eas mo ras. } Breuiter prælium deſcri bit commiſſum inter Metellum & Iugurtham, in quo prælio ui ctus eſt Iugurtha. Roman. } Romani inquit multa ſigna mi litaria & arma ceperunt, ſed paucos hoſtes. Ordo talis eſt. Romani enim ſunt potiti aliquā to numero ſignorum, & armo rum, ſed ſunt potiti numero pau corum hoſtium, quia Numidæ magis fugiūt quàm ſe armis de fendunt. Nam fermè Numidas in omnibus prælijs. } Ordo eſt. nam fermè magis pedes quàm arma ſunt in fugam conciliando tu tati in omni genere præliorum. Magis pedes quàm arma } quia magis fugiunt quàm ſe armis defendunt, quia fugiendo magis, q̄ armis pugnando ſeipſos conſeruāt. Ea fuga. } Dicit, quomodo Iu gurtha uictus per uaſtas ſolitudines Thalam peruenit, quæ eſt ciui tas magna, & opulenta, ubi Iu gurtha ſuos theſauros habebat atq; etiam filios. Impenſius. } modo rebus ſuis diffidens. i. ue hementius nunc ſuo ſtatui diffi dens. Plerique theſauri }. i. mul ti theſauri. ſcilicet erant. eſt zeu gma ab inferiori.

EOdem tempore Iugurtha amiſsis amicis, quorum pleroſq; ipſe necauerat, cæteri formidine, pars ad Romanos, alij ad Regem Bocchum perfugerant: cum neq; bellum geri ſine miniſtris poſſet, & nouorum fidē in tanta perfidia ueterum experiri periculoſum duce ret: uagus, incertusq; agitabatur: neque illi res ulla, ne que conſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat. Itinera præfectoſq; in dies mutare, modo aduerſum ho ſtes, interdum in ſolitudines pergere: ſæpe in fuga, ac paulopoſt ſpē in armis habere: dubitare uirtuti, an fidei popularium minus crederet: ita quocunq; intenderat, res aduerſæ erant. Sed inter eas moras repente ſeſe Metellus cum exercitu oſtendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati, inſtructiq;: deinde prælium incipi tur. Qua in parte Rex pugnæ adfuit, ibi aliquandiu cer tatum eſt: cæteri omnes eius milites primo congreſſu pulſi, fugatique: Romani ſignorum, & armorum, & ali quanto numero hoſtium potiti; nam fermè Numidas in omnibus prælijs magis pedes, quàm arma tutati ſunt: Ea fuga Iugurtha impenſius modo rebus ſuis diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam peruenit. Id oppidum magnum, atq; opulen tum. ibiq; pleriq; theſauri, filiorumq; eius multus pue ritiæ cultus erat.

MARLIA. MInistris. } ducibus. In certus } anceps. Res.} conditio ſtatus ſui. Conſiliū. } quia nullum habebat conſilium bonum. Solitudines. } loca de ſerta. Virtuti. } fortitudini. Fidei po. } quia inſidioſos co gnoſcebat. Pro tēpore. } quia habebat conſilium ſub manu Iugurtha.

R I V I V S.

CVm neq; bellum geri ſine miniſtris poſſet. } Manu ſcripta, ſine adminiſtris, idq; re ctius. Vagus incertusq; agita batur.} In manuſcriptis eſt, ua rius incertusq;, non, Vagus. At que hæc melior lectio eſt. Mox, Neque illi res ulla, neq; conſilium.} Vlla, non eſt in ullo manuſcripto, nec in Veneto aut Florentino. Ibi aliquandiu cer tatum ē. } τὸ Eſt, manuſcripta non habent. Paulo inferius.

Quæ poſtq̄

QVæ poſtquam Metello comperta ſunt, quanquã inter Thalam, flumenq́; proximũ in ſpatio millium quinquaginta, loca arida, atq; uaſta eſſe cognouerat: tamẽ ſpe patrandi belli, ſi eius oppidi potitus foret, oẽs aſperitates ſupuadere, ac naturã loci etiam uincere aggreditur. Igitur omnia iumẽta ſarcinis leuari iubet, niſi frumento dierum. x. cæterum utres modo, & alia aquę idonea portari. Præterea conquirit ex agris quã plurimum poteſt domiti pecoris: eoq́; imponit uaſa cuiuſq; modi, ſed pleraq; lignea collecta ex tugurijs Numidarum. Ad hoc finitimis imperat, qui ſe poſt regis fugam Metello dediderant, quàm plurimũ quiſq; aquæ portaret; diem, locumq́;, ubi pręſto forent, prædicit. Ipſe ex flumine, quam proximã oppido aquam eſſe ſupra diximus, iumenta onerat. Eo modo inſtructus ad Thalam proficiſcitur. Deinde ubi ad id loci uentum ẽ, quo Numidis pręceperat, et caſtra poſita, munitaq́; ſunt: tãta repente cœlo miſſa uis aquę dicitur, ut ea modo exercitui ſatis ſuperq́; foret. Prętera commeatus ſpe amplior: quia Numidæ, ſicuti pleriq; ĩ noua deditiõe, officia intenderant. Cęterum milites religione pluuia magis uſi, eaq́; res multum animis eorũ addiderat. Nã rati ſeſe Dijs immortalibus curę eſſe. Deinde poſtero die contra opinionem Iugurthæ, ad Thalã peruenerũt. Oppidani qui ſe locorum aſperitate munitos crediderant, magna atque inſolita re perculſi, nihilo ſegnius bellum parare: idem noſtri facere. Sed rex nihil iam Metello infectum credens: quippe qui omnia arma, tela, equos, locos, tempora, deniq; naturam ipſam cæteris imperitãtem, induſtria uicerat; cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit. Neq; poſtea ĩ ullo loco amplius uno die, aut una nocte moratus ſimulabat ſeſe negotij gratia properare. Cęterum proditionem timebat, quã uitare poſſe celeritate putabat. nam talia conſilia per otium ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos pręlio intentos ſimul oppidũ & operibus & loco munitũ uidet, uallo foſſaq́; mœnia circumuenit: deĩde iubet locis ex copia maxime idoneis uineas agere, ſuperq; aggerem iacere, & ſuper aggerem impoſitis turribus opus & adminiſtros tutari. Cõtra hęc oppidani feſtinare, parare, prorſus ab utriſ

SOLDVS. QVæ poſtquam }Ordo eſt. Tamen Metellus aggreditur ſuperuadere omnes aſperitates, ac etiam uincere naturã ſpe patrandi belli, ſi foret potitus eius oppidi, quãquam cognouerat loca arida, & uaſta eſſe inter Thalam, & proximum flumẽ in ſpatio quinquaginta milium. Poſtquam. }hoc eſt, illa ſunt comperta Metello. Quæ poſtquam ſunt comperta} .i. cognita. poſtq̃ Metellus cognouit Iugurthã Thalam profugiſſe, decreuit exercitum traducere ad eum locum, licet eum tranſire oporteret ꝑ loca arida, & uaſtas ſolitudines. Flumẽ quoddam erat diſtãs à Thala quinquagita miliaria, in hoc ſpatio loca erant arida, & aqua carentia, in quibus nemo habitabat, per hæc loca trãſeundum erat. Loca arida. } id eſt aqua carentia. Tamen ſpe patrandi belli, ſi eius oppidi potitus foret. } quãuis per loca arida & difficilia trãſire oporteret. tamen quia ſperabat bellum finire, ſi eam ciuitatẽ cepiſſet, omnes aſperitates uincere decreuit. Si eius oppidi potitus foret }. i. ſi urbem cepiſſet.

Ac naturam etiam }Nã ſerere contra naturã eſt poſſe exercitum ducere ad loca tam arida. Igitur omnia iumenta. } uide quo cõſilio, et qua arte uſus ſit, ut exercitum Thalam duceret, iumenta onerari iuſſit tantummodo frumento, quod decẽ dies ſufficeret. Cæteras atque alia onera ex iumentis tolli iuſſit. Et utres atque uaſa ad portandam aquam idonea iumentis imponi præcepit, ipſaq; uaſa impleri aqua iuſſit ex flumine, qđ proximum erat Thalæ quinquaginta milibus paſſuum. Atque ita frumento, & aqua iumentis oneratis Thalam cum exercitu proficiſcitur. iumenta dicuntur, quæ onera portant. Niſi frumento dierum decem. }Cætera onera ex iumentis tolli iuſſit, præter frumentum decẽ dierũ.

Cæterum utres. } utres ſunt de pellibus caprinis inuerſis.

Modo } .i. tantummodo. Præterea dicit Metellum quantum iumentorum potuit congregaſſe ad uaſa plena aquæ conuehẽda. Neq; enim parum eſt ſi per uaſtas ſolitudines & loca arida exercitũ ducere potuiſſet. Domiti pecoris } .i. iumentorum, ſicuti ſunt equi, muli, equæ, aſini, & c. huiuſmodi. Eoq; }. i. ſuper id pecus domitum. Ad hoc }. ſ. præterea. Vbi præſto fuerint }. i. ubi ſint parati. Ipſe ex flumine. } ordo eſt, ipſe onerat iumenta ex flumine, quãquam diximus eſſe proximum oppido. Quanquã } aquam, ac ſi diceret, quo flumen proximum oppido, nam paulo ante dixit flumen eſſe proximum Thalæ qinquaginta milibus paſſuum. Ad id loci }. i. ad eum locum. Quo }. i. ad quem. Numidas præceperat. Nam paulo ante dixit diẽ, locumq́;, ubi præſto fuerint prædicit. Cœlo. } ſcilicet per pluuiam. Vis. } abũdantia. Modo }. i. tantummodo. Commeatus ſpe amplior } ſcilicet maior quàm ſperabat.

Sicuti plerique. } ſcilicet faciunt. Sic enim fieri ſolet. Nam ſemper populi in noua deditione ſe promptos & officioſos præſtant in eos, quibus ſe dediderũt.

Officia intenderant. } hoc eſt prompte officia præſtiterant.

In noua deditione. } multi enĩ populi Numidarum ſe Metello dediderant, poſt quam uictus eſt Iugurtha. Et in hac noua deditione unuſquiſque populus officium ſuum prompte exhibebat Metello. Cæterum milites religione pluuia magis uſi ſunt. } Milites utebantur magis aqua per pluuiam cœlitus demiſſa, q̃ aqua, quæ fuerat per iumenta conuecta. Et hoc ipſi faciebant religione ducti, putabant enim aquam illam diuinitus ſibi miſſam fuiſſe, quia dijs curæ eſſent.

Religione. } id eſt propter religionem, hoc eſt propter honorem deorum. Nam religio proprie dicitur honor & cultus, q deo optimo impenditur. Nihilo ſegnius }. i. nihilo tardius.

Parare. } pro parabant. Idem noſtri Romani ſimiliter et ipſi bellũ parabãt. Facere. } pro faciebant. Idem }. i. eandem rem. Sed rex. } dicit Iugurthã cum liberis et multa pecunia noctu ex urbe fugiſſe, poſtquã uidit Metellũ omnia uincere poſſe & ipſam naturã, quæ alijs dñari & imperare ſolet. Nihil infectum Metello } .i. omnia fieri poſſe à metello. Quippe }. i.

que nihil reliquum fieri. Deniq; Romani multo ante *labore, prælyſq; fatigati, poſt dies quadraginta, quàm eò uentum erat, oppido mō potiti; pda oīs à pfugis corrupta eſt.* Hi *poſtq̄ murū arietibus feriri, reſq; ſuas aduerſas uidēt, aurū, argētūq;, & alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant. ibiq; uino & epulis onerati: illaq; & domum, & ſemet igni corrumpunt; et quas uicti ab hoſtibus pœnas metuerant, eas ipſi uolentes perpendere. Sed pariter cum capta* Thala *legati ex oppido* Lepti *ad* Metellum *uenerāt, orantes uti præſidium, præfectumq; eò mitteret:* Hamilcarem *quendam hominem nobilē, factioſum, nouis rebus ſtudere, aduerſum quē neq; imperia magiſtratuum, neq; leges ualerent: id ni feſtinaret, in ſummo periculo ſuam ſalutem, & illorum ſocios fore.* Nam Leptitani *iam inde à principio belli* Iugurthini *ad* Beſtiam *conſulem, & poſtea* Romam *miſerant, amicitiā, ſocietatēq; rogatū.* De*inde ubi ea impetrata fuere, ſemp boni fideleſq; manſere, & cūcta à* Beſtia, Albino, Metelloq; *imperata, gnauiter fecerant.* Itaq; *ab* Imperatore *facile quę petebāt, adepti.* Miſſę *ſunt eò cohortes* Ligurum *quatuor, et* C. Annius *præfectus.* Id oppidum *ab* Sydonys *conditum eſt, quos accepimus profugos ob diſcordias ciuiles, nauibus in eos locos ueniſſe: cęterum ſitum inter duas* Syrtes, *quibus nomen ex re inditum.* Nam *duo ſunt ſinus propè in extrema* Africa, *impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terræ præalta ſunt; cętera, uti fors tulit, alta, alia in tempeſtate uadoſa.* Nā *ubi mare magnū eſſe, & ſæuire cœpit uentis: limum, harenamq;, & ſaxa ingentia fluctus trahunt.* Ita *facies locorum cum uentis ſimul mutatur.* Syrtes *ab tractu nominatæ.* Eius *ciuitatis lingua, modo conuerſa connubio* Numidarum; *legum, cultuſq; pleraq;* Sydonica, *quę eo facilius retinebantur, quòd procul ab imperio regis ętatem agebant.* Inter *illos &* *frequentem* Numidiam, *multi uaſtiq; loci erant.*

quia. Negotij gratia }. i. cauſa alicuius rei. Celeritate. } uidelicet non morando diutius in uno loco, ſed celeriter diſcedendo. Nam talia conſilia. } uidelicet conſilia proditionis. Per otium }. ſ. per occaſionem temporis. Opportunitate. } incōmoditate temporis. Et ideo cū non moraretur amplius uno die aut una nocte in uno loco non dabatur opportunitas temporis alicui ad capiendum conſiliū proditionis. At metellus. } Dicit quemadmodum Iugurtha p fugit ex oppido, ſed metellus illud obſidere, & oppugnare parauerat. Intentos }. i. paratos.

Operibus. } uidelicet munitione, mœnibus, & foſſa. Loco } .i. natura loci. Circūuenit }. i. circūdat. Vallo foſſaq;. } Qui obſidebant ciuitates, uallo & foſſa eas circundare ſolebāt, ne oppidani eruptione facta, caſtra circumpoſita inuaderent, & ut citius fame coacti, dum nemo egredi poteſt, deditionem facerent. Vallum eſt munitio ex fuſtibus facta, appoſito aggere terræ, quod foſſa cingitur. Deinde iubet, duobus locis ex copia maxime idoneis, uineas agere. } Vinea, ut ait Vegetius, machina eſt, quæ leuioribus lignis colligatur, lata pedibus octo, alta pedibus ſeptem, longa pedibus ſexdecem, huius tectum munitur ac duplicibus tabulatis, cratibuſq; contexitur, latera quoque uimine ſepiūtur, ne ſaxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinſecus autē ne immiſſo concrematur incendio, crudis, ac recentibus coriis operitur. Iſtæ cum plures factæ fuerint, iunguntur in ordine, ſub quibus ſubſidentes, tuti ad ſubruenda murorū penetrant fundamenta. Vinea machina bellica erat, quæ prope mœnia ducebatur, & ſub ea milites tecti mœnia oppugnabant, ſuper uineas terram accumulabant, & ſuper terram turres faciebant, in turribus pugnatores locabantur. Vinea autem dicta eſt, eo quòd in modum uinearum ex una parte tantum tecta erat, quæ pars muros oppugnandos reſpiciebat. Sic enim uineæ maxime in hortis aptantur, ut una pars decliuis uitibus contegatur. Deinde iubet milites }. ſ. agere uineas, hoc ē appellere, admouere, adducere. ſ. iuxta muros. Duobus locis } hoc eſt copia maxime idoneis. In multis locis circa mœnia uineæ locari poterant, ſed ex multis locis, duo maxime erant idonea, in quibus uineæ ponerētur ad oppugnāda mœnia. Ex copia. } ac ſi diceret ex multis.

Aggerem. } agger autem ex terra, ligniſq; extollitur contra murū de quo tela iactantur. Agger eſt accumulatio terræ. Iacere, } fundare. Et ſuper aggerē impoſitis turribus opus miniſtros tutari. Et iubet miniſtros tutari opus, impoſitis turribus ſuper aggerem. Opus } uidelicet munitionē ipſam. Miniſtros }. i. pugnatores. Tutari }. i. defendere. Ab utriſq;. } ſcilicet à Romanis, & ab oppidanis. Nihil reliquum fieri. } id eſt nihil relinquebatur. Deniq;. } dicit Romanos poſt dies quadraginta urbem cepiſſe ſolummodo, prædam autem nullam inueniſſe, eo quòd perfugæ eam igni corruperant. Romani oppido modo potiti ſunt, hoc ē ſolummodo urbem ceperunt, quia prædam nullam capere potuerunt. Nam perfugæ eā igni conſumpſerant Nam poſtquam uiderunt urbem diutius defendi non poſſe, quicquid auri, & argenti, aliudue pretioſum erat, in urbe portauerunt domum regiam, atque ita uino & epulis onerant, & domū, & res ipſas, ac ſeipſos igni corruperunt.

Hi. } ſcilicet perfugæ. Poſtquam murum arietibus feriri. } Aries machina bellica eſt, qua muri feriebantur, & uſque ad ruinā quatiebantur, dictus aries quia murum pugnat in modum arietum pugnantium, uel quia ſit in ſummo in modum capitis arietini. Et alia }. ſ. ornamenta pretioſa. Prima }. i. præcipua, cara. Ducuntur. } æſtimantur, uel dicuntur. Domum regiā } ubi Iugurtha rex habitare ſolebat. Illa }. ſ. aurum, argentum, & alia pretioſa. Sed pariter. } Nunc ad aliam rem narrandam trāſit. Dicit enim eodem tempore ueniſſe legatos ex ciuitate Lepti ad Metellum orantes, ut mitteret eò præſidium militum, & præfectū, eo quòd Hamilcar quidam nobilis, factioſus ſeditionem in urbe cōcitaret, contra quem nec leges, nec magiſtratus ualerent. Hamilcarem quendam. } ſubauditur, dicebant. Nam Leptitani. } Declarat quomodo Leptitani ſocij erāt populi Romani. à principio belli Iugurthini Leptitani miſerant legatos primo ad Beſtiam conſulem, deinde Romam, qui ſocietatem & amicitiam peterent. Itaque à populo Roma. in ſocietatem & amicitiam recepti, ſemper fideles fuerant.

les fuerant. Nauiter }.i.ſtrenue,prompte,quia Leptitanis imperauerant duces Romani.ſ.Beſtia,Albinus, & Metellus prompte fecerant. Eò }.ſ.Leptim. Ligurum.}Ligures ſocij erant populi Romani. Id oppidum. } Dicit à quibus populis Leptis ciuitas condita ſit. Sydonij populi ſunt Phœnicis regionis.Cū inter eos ciuiles diſcordiæ ortæ eſſent,profecti ſunt nauibus in ea loca,ubi ciuitatem Leptim condiderunt. Situm }.i poſitum.ſ.id oppidum Leptis. Quibus nomen ex re inditum eſt}.i.impoſitum. Dicit quare uocatæ ſint Syrtes,Dicit enim à tractu,Syrtes eē uocatas. Nā σύρω græce,ſignificat traho.unde ſyrtes. Quare autem à tractu ſint uocatæ ſyrtes , ipſe declarat. Ex re }.i. ab effectu, nam quia in his locis,unde trahunt limum,& arenam,& ſaxa ingentia propterea à trahendo,ita à ſyrao Syrtes ſunt uocatæ. Duo ſunt ſinus.} Sinus eſt maris receptaculum. Duo loca in mari. In extrema Africa }.i.in extrema parte Africæ orientem uerſus. Impares magnitudine. } quia alter altero maior eſt. Pares natura. } quia uterque locus periculoſus eſt , propterea , quia uterque locus,cum mare uentis agitatur, harenam ,& limum. & ſaxa ingentia trahit , ut propterea mare ibi fiat aſperum , & adnauigandum ad modum difficile,ac periculoſum. Quorum proxima terræ perlata ſunt.Horum ſinuum loca,quæ ſunt terræ & littori uicina,ſunt ualde profunda,& alta.cætera uero loca,quæ nō ſunt littori,& terræ uicina,alia ſunt alta,& profunda , alia autē uadoſa.i.non profunda,nec alta,quia plena ſunt harena, & limo, & ſaxis,ideo ſunt periculoſa, nam ibi naues illiduntur & frangūtur. Cætera,uti ſors tulit,alta,alia in tempeſtate uadoſa. } hoc ē cætera loca,quæ non ſunt terræ uicina,alia ſunt alta, alia uadoſa, ſicuti ſors tempeſtatis tulit. Nam quando tempeſtas eſt , & mare uentis agitatur,inde tantam harenam,& limum & ſaxa trahunt, ut ea loca efficiantur uadoſa & innauigabilia. Alia in tempeſtate uadoſa.} Vadoſus dicitur locus,ubi aqua tam humilis eſt, ut ibi uadi poſſit pedibus , & tempeſtas hæc loca uadoſa facit. Nam ubi mare. }ordo eſt.Nam fluctus trahunt limum,& harena,& ſaxa ingentia,ubi,id eſt quando mare cœperit eſſe magnum , & cœperit ſæuire uentis . Vbi mare magnum & ſæuire uentis cœpit.} id eſt ubi , quando incepit eſſe tempeſtas. Sæuire . }id eſt agitare. Trahunt . } Ecce quomodo à trahendo. id eſt à ſyrao ſyrtes ſunt appellatæ. Ita facies }.i.aſpectus.Facies locorum cū uentis ſimul mutatur,quia loca, quæ ante tempeſtatem alta erant, & profunda,ſuperueniente tempeſtate efficiuntur uadoſa. Et ecōtrario,quæ loca,diſcedente tempeſtate alta & profunda redduntur,cum uentis.i cum tempeſtate mutantur. Eius ciuitatis. } Hæc ciuitas Leptitanorum primo ſermonem et linguam Phœnicum habebat,unde originem ducebat,poſtea uero propter connubia Numidarum priſtino ſermone relicto,lingua & ſermone Numidarum uti cœpit,leges tamen cultumq; Sydonicum retinuit. Lingua }.i. ſermo. Conuerſa eſt }.i.mutata eſt. Connubio Numidarū.}quia Leptitani uxores Numidas accipiebant. Leges cultuſq; pleraq; Sydonica ſunt.} Leptitani linguam & ſermonem mutauerunt , ſed non mutauerunt leges & cultum. Leges.}quia uiuunt ſecundum leges Sydoniorum. Cultus.}cultus pertinet ad ueſtitum, et ad mores uiuendi. Pleraque. }pro maiori parte. Quæ }.i.quas res.ſ. leges & cultum. Quòd procul ab imperio regis ætatem agebant }.i quia uiuebant procul à rege Numidarum . Ex hoc apparet Leptitanos fuiſſe ſub imperio regis Numidarum. Inter illos} ſ.Leptitanos.Dicit quare Leptitani procul ab imperio regis Numidarum uiuūt,quia inter Leptitanos , & Numidiam loca ſunt deſerta. Vaſti }.i.deſerti,& propterea,quia inter Leptitanos , & Numidiam multa loca deſerta,& ingentes ſolitudines erant, raro rex ad eos ibat,atq; ita leges eorū & mores primos nō mutabāt.

MARLIA.

FVerit præſto. } paratus & præſens. Prædicat.}denunciat. Vis }.i.copia. Ea res.} pluuia diuinitus miſſa. Oppidani }Thaleſēs. Munitos}tutos ab hoſtibus. Aſperitate l.}non q. circa oppidum eſſet aſperitas locorum, ſed ſi ad id uenire cupiebant opus per deſerta & aſpera iter facere. Inſolita. } re inaudita,quia alius exercitus per ea loca tranſiuerat nunquam. Neque poſtea.}poſt diſceſſum à Thala. Ex copia }.ſ. militum. Corrupta. }igne conſumpta. Duas Syrtes }inter maiorem & minorē. Syrtes diſtant inter ſe ducentis quinquaginta milia paſſibus,ut ait Solinus. Cetera. } ſcilicet loca quæ deſcendunt uerſus mare.

Magnum.}profundum. Facies.}quia interdum uidentur montes interdum mare,interdum ſtagnum uidetur. Frequentem.}habitatam. Vaſti. } deſerti.

RIVIVS.

OMnes aſperitates ſuperuadere,ac naturam loci etiam uincere aggreditur.} Legendum,omneis aſperitates. Prætera loci,nō eſt ī impreſſis antiquioribus,nec in manuſcriptis.Sed nec inferius additur,ubi de hoc ipſo Salluſtius. Deniq;,inquit,naturam ipſam cæteris imperitantem induſtria uicerat. Notanda uero locutio, aſperitates ſuperuadere.pro difficultates omneis ſuperare. ſeu perrumpere,ut Plinius loquatur. Cæterum ut res modo,et alia aquæ idonea portari.} Non diuiſim legendum ſed coniunctim, utres modo.Facilis & procliuis error.Sed & perperam in quibuſdam additur,Vaſa.Id ex gloſſa,ut opinor,irrepſit. Sed pleraq; lignea.} τὸ Sed,non eſt in ullo manuſcripto,licet ſit in impreſſis uetuſtioribus. Quàm plurimum quiſque aquæ portaret. } Perperam in quibuſdam,ut quiſque.Nam elegantius particula, Vt , omittitur.

Deinde ubi ad id loci uentum eſt.} Eſt, non reperi in manuſcriptis.ac maiore cū gratia abeſſe poterit.Sic inferius, præda omnis à perfugis corrupta eſt.In manuſcriptis non eſt additum ibi uerbū ſubſtantiuum,nec in impreſſis antiquioribus. Nam talia conſilia per otium ex opportunitate capi.}In quibuſdam eſt, conſilia ſolēt, & c.uerum perperam.Ex gloſſa irrepſiſſe uidetur , q̄ inſulſus aliquis & ineptus literator adiecerat.Fabricianum, per otium et ex opportunitate.addita illa Et copula. Deinde iubet locis ex copia maxime idoneis uineas agere.} τὸ Iubet,non habet Gymnicus,cū ſit interim in omnibus manuſcriptis , & impreſſis uetuſtioribus.

Paulo inferius, Hi poſtquam murum arietibus feriri, resq; ſuas aduerſas uident.} Manuſcripta,adflictas uident.pro perditas. Vox eſt apud Ciceronē frequens. Eodē modo Florentinum. Ibiq; uino & epulis onerati.}Quod in uetuſtis quibuſdam grauati legitur, id ex gloſſa addita irrepſit . Et quamuis idem eſt utrobiq; ſenſus, prior tamen lectio uerior.Sic & Curtius 5.Mero onerati, inquit. & alicubi,Onerauere ſe uino.Idē tamen 6. Vtrum'ne uino grauatus effudiſſet illa.& 7.Graues mero ſuas uires extollere.Sed et Liui.4.ab V.C.Vino epuliſq; grauatos,dicit.Idem 9.Vino oneratos ſopitū,inqt. Et cuncta à Beſtia, Albino, Metelloq; impetrata gnauiter fecerant.} In Fabriciano eſt,imperata.idq; ſenſus ipſe poſtulat.Sed & Naue ibidem conſentientibus alijs,haud ſcio an rectius, pro impigre,ſtrenue,gnauiter,ab adiectiuo Nauus, quod eſt diligens & induſtrius.ubi hodie ferè gnauus dicimus . Magis autem antiquitatem reſipit hoc aduerbium , cuius eſt cum primis obſeruans Salluſtius. Quanquam Priſcianus quidem & Diomedes priſcū magis eſſe putant Gnauiter,ſicuti et ignauiter qđ Lucil. alicubi dixerit. Qui uolet Priſcianum legat 15.de aduerbijs. Diomedis in

ſ. uerba ſunt, Quædam ſunt nomina ĩ Vs ſyllabam terminata, quæ ex ſe bina aduerbia faciunt. ut eſt ueterũ authoritas. Tranſit enim in quibusdam rationem, & aliter ipſa enunciat, aliter conſuetudo uſurpat. Nam nauus nauiter dicunt, quod nos naue. largiter, quod nos large. Mox, Miſſæ ſunt eò cohortes Ligurum. } Manuſcripta, Emiſſæ eò. nec eſt additum ibi uerbum ſubſtãtiuum. Impares magnitudine, pari natura. } In quibusdam eſt ſed impreſſis, pares natura, uerum eodem planè ſenſu. Quamuis prior lectio, ſi quid ẽ in me iudicij, uerior eſt. Quæ eo facilius retinebantur. } Manuſcripta, retinebant, quomodo & ex impreſſis quædam. ut Quæ caſus ſit accuſatiui. Paulo inferius.

GLAREANVS.

Qvanquam inter Thalam flumenq́; proximum. } Quidam uellem, Flumen hoc nominaſſet author. Sic enim Thalæ ſitus clarior eſſet. Ptolemæus non ita longe à Bagrada Thabbam ponit, quam quidam Thalam putant. Quippe paulo poſt: Legati ab Lepti ad Metellum ueniunt. Qui quidem ſitus non ita longus eſt, atq; ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis loca, ſub Iugurthæ etiam imperio. Continuo poſt, Tamen ſpe patrandi belli. Badius Committendi exponit, Soldus Finiendi, quod magis placet. Nam & poſtea de

Mario

Mario in Africã recens ꝑfecto dicturus eſt. Neq; belli patrãdi cõpiã cognouit, pro Finiẽdi dixit, ut puto. Vineas agere, ſuperq; eas aggerem iacere. } Illud Eas, Aldinus codex ſuſtulit, territus fortaſſis, quòd non ſit ueriſimile aggerem ſupra uineas inſtrui: quippe apud nullum authorem, quod ſciam, lectum. Atqui niſi ita legerimus, non eſt clarum quid ſibi uelit, illud, Superq; aggerem iacere. Badius, ut illud Eas defenderet, dicit fortiſſimo fundamento fuiſſe ſtabilitas uineas. Verum locus totus male habet, præſertim in Aldino, atq; adeo in alijs codicibus multis. Si quid diuinationi meæ tribuendum, certe ſuſpicor ita ab authore ſcriptum: Inſuper aggerem iacere, ſuperq́; aggerem impoſitis turribus opus miniſtros tutari. Quæ lectio egregie ſenſum elicit, & authoris ſtylo eſt conformis. Illud uero quod præcedit, ex copia, quid referat, mihi non ſatis clarum eſt. Soldus de locorum multitudine intellexit, quibus uineæ admoueri poterant mœnibus. Quod malim quàm de militum copia, ut quosdam expoſuiſſe refert Badius. Deniq; Adminiſtros pro Miniſtros quare ſubſtituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quòd ſi infinitiuos per præterita imperfecta exponemus, nõ erit opus uerbo Iubet, nec uerbo Duobus, quæ habent quidam codices, & ſanè ad eundem modum infinitiui ſequuntur, feſtinare, parare, fieri.

SOLDVS. Sed quoniam. } Capta opportunitate Salluſtius per digreſſionem deſcribit locum, qui appellatus eſt Aræ Philenũ. Et cauſam narrat, quare ſic appellatus eſt. Quoniam in has regiones uenimus. } Quoniam inquit data occaſione per negotium Leptitanorum, uenimus ad deſcribendum Syrtes, quæ ſunt in extrema parte Africæ, non uidetur incongruum deſcribere etiam locum quæ dicitur Philenũ aræ, qui locus ẽ in eadem parte ipſius Africæ. In has regiones uenimus, uidelicet deſcribendo Syrtes.

Duorum Carthaginenſium } ſcilicet Philenũ, qui nomen dederunt loco ob egregium factum eorum. Locus. } quia locus dicitur Philænum aræ, ideo narrare uolumus factum ipſorum Philenum. Qua tempeſtate. } id eſt quo tempore. Eo tempore, quo imperium Carthaginenſibus bellum gerebant. Pleraque Africæ, magnæ parti Africæ. Ager in medio arenoſus. } ſcilicet erat inter confines Carthaginenſium ager erat plenus arena. Vna ſpecie. } ſcilicet erat ipſius agri. Quæ res. } uidelicet, quia nihil erat, quod fines eorum diuideret. Eos in magno diuturnoque bello habuit. } id eſt tenuit. Quia Carthaginenſes & Cyrenenſes inter ſe de finibus imperij bella geſſerunt. Poſtquam utrinq; } Diu Carthaginenſes & Cyrenenſes

de finibus

de finibus imperij, & de bello terreſtri, & bello nauali inter ſe dimicauerant, aliquando Carthaginenſes, aliquando Cyrenenſes uicti ſunt igitur diuturno Bello fatigati, timentes, ne utroſque populos feſſos, alius populus uel rex bello aggrederetur, ita inter ſe cõuenerunt, ut uterque populus de ſua ciuitate certo die, & certa hora legatos mitteret, & is locus, ubi obuij inter ſe fuiſſent, finis & terminus cõmunis utriuſque populi eſſet, igitur Carthaginẽſes duos fratres miſerunt, qui uocabantur Philænes, ſimiliter Cyrenenſes duos miſerũt, ſed Carthaginenſes citius, Cyrenenſes uero tardius uenerunt, tum Cyrenenſes cœperunt conqueri, & criminari, atque accuſare legatos Carthaginenſium, quòd ante tempus, & diem conſtitutum domo diſceſſiſſent, & ob id citius ueniſſent, ſed id nullo modo pati uelle, ut ibi terminos ponant, ubi obuij inter ſe fuerint, quia decepti ſint. Tum Carthaginenſes legati poſtulauerunt, ut aliam aliquam conditionem æquam proponerent, igitur Cyrenenſes hanc conditionem propoſuerunt, ut Carthaginẽſes paterentur, ſe uiuos ſepeliri in eo loco, ubi uellent fines poni, ſe quoque eam conditionem ſubituros eſſe. Tum Carthaginenſes, probata conditione, ubi terminos & fines poni uolebant, ibi uiui ſepulti ſunt. Carthaginenſes, } in eo loco Philænibus fratribus aras conſecrarunt, atque

ita locus

SEd quoniam in has regiones per Leptitanorum negocia uenimus, nõ indignum uidetur egregium atq; memorabile facinus duorum Carthaginenſium memorare. Eam rem nos locus admonuit. Qua tempeſtate Carthaginenſes pleræque Africæ imperitabant, Cyrenſes quoq; magni, atq; opulenti fuere. ager in medio arenoſus una ſpecie; neque flumen, neq; mons erat, qui fines eorum diſcerneret: quę res eos magno diuturnoq́; bello inter ſe habuit. Poſtquam utrinque legiones, item claſſes ſępe fuſæ, fugatęq;, & alteri alteros aliquantulum attriuerant, ueriti ne mox uictos, uictoresq́; deſſeſſos alius aggrederetur, per inducias ſponſionem faciunt, uti certo die legati domo proficiſcerentur: quo in loco inter ſe obuij fuiſſent, ibi communis utriuſque populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres miſſi, quibus nomen Philænis erat, maturauere iter pergere; Cyrenenſes tardius iere. id ſocordia'ne, an caſu acciderit, parum cognoui: cęterum ſolet in illis locis tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere. Nam ubi per loca æqualia & nuda gignentium, uentus coortus arenam humo excitauit, ea magna ui agitata, ora oculosq́; implere ſolet: ita proſpectu impedito morari iter. Poſtquam Cyrenẽſes aliquanto poſteriores ſeſe uident, & ob rem corruptã do-

mi pœnas metuunt, criminari Carthaginẽſeis ante tempus domo digreſſos; conturbare rẽ; deniq; omnia malle, quàm uicti abire. Sed cum Pœni aliam conditionem tantummodo æquam peterent, Græci optionem Carthaginenſibus faciunt, ut uel illi quos fines populo ſuo peterent, ibi uiui obruerentur, uel eadem conditione ſe ſe, quem in locum uellẽt proceſſuros. Philæni conditione probata, ſeq;, uitamq; ſuam Reip. condonauere: ita uiui obruti. Carthaginẽſes in eo loco Philęnis fratribus aras conſecrauere, aliýq; illis domi honores conſtituti. Nunc ad rem redeo.

ita locus ille Philænum aræ dictus eſt. Poſtquam, } ordo eſt. illi. ſ. Carthabinenſes & Cyrenenſes ueriti, ne mox alius aggrederetur, uictos & uictores defeſſos, facit ſponſionem per inducias, uti legati proficiſcerentur domo certo loco, & is locus eſſet communis finis utriuſq; populi, in quo loco fuiſſent obuij inter ſe, poſtquam legiones, & item claſſes ſæpe fuſæ & fugatæ ſ. ſunt, & poſtquam alteri attriuerãt alteros aliquãtum. Vtrinque }. ſ. ex parte Carthaginenſium, & ex parte Cyrenenſium, nam inter ipſos uaria fuit uictoria, aliquando Carthaginenſes, aliquando Cyrenenſes uicti ſunt. Legiones. } copiæ terreſtres. Claſſes. } quantum ad bellum nauale. Fuſæ. } fractæ. Fugatæ. } in fugam cõuerſæ. Attriuerant }. i. afflixerant. Victos uictores. } ſcilicet ipſos Carthaginenſes & Cyrenenſes. Alius }. ſ. populus, uel rex, nam facile eſt in tergo aggredi defeſſum & afflictum. Per inducias. } inducias fecerunt. & per tẽpus induciarum ita inuicem conuenerunt, ut uterque populus certo die, & certa hora legatos mitterent, & in eo loco terminos ponerent, ubi obuij inter ſe fuiſſent, hoc pacto illi qui ante tempus & diem & horam conſtitutam domo diſceſſiſſent, alteros decepiſſent, qui citius iter faciebant, terminos imperij populi ſui producebant. Per inducias } .i. per tempus induciarum.

Induciæ dicitur pax in paucos dies, ſic dictum, quòd in dies ociũ præbent, ut ait Donatus. Certo die. } tota res pendebat in hoc, ut certo die domo diſcederent. Maturauere iter peragere } .i. feſtinauerunt iter facere. Id ſecordia ne, an caſu acciderit. } quòd Cyrenenſes tardius iuerint, hoc euenire potuit, uel negligentia, uel caſu aliquo. Sed Salluſtius dicit, ſe neſcire, qua nam de cauſa hoc euenerit, nam caſu aliquo forte hoc euenit. Secordia } .i. negligentia.

An caſu. } uidelicet, quia fortaſſe aliquid iter eorum impediuerit. Et Salluſt. ſubiungit cauſam, per quam iter Cyrenenſium fortaſſe impeditum ẽ, ne celerius ire potuerint, dicit enim tempeſtatem puluerіs, flante uento, tantam ſuſcitari ſolere in illis locis, ut oculos euntium puluere impleat, atque ita iter eorum impediat, ac retardet. Hæc igitur res fortaſſe iter Cyrenenſium retardauit. In illis locis } .ſ. arenoſis. Tempeſtas. } ita puluis harena ſuſcitatur, & in altum tollitur, flante uento, ut tempeſtatem faciat, ſicut in mari fieri conſueuit. Haud ſecus } .i. non aliter, hoc eſt ſimiliter. Atq; } pro quaque. Retinere } .ſ. iter facientes. Nam ubi. } Declarat quare in locis illis tempeſtas pulueris euenire ſolet, & iter euntiũ impedire. Planities eſt immenſa, arenoſa, arboribus priuata & deſerta. nam ibi nihil gignitur. Igitur cum uentus uehementior flare cœperit per totam hanc planitiem, arenam tollit in altum, atq; ita oculi euntium puluere implentur, & euntes & ab itinere retardantur. Nam ubi } ordo eſt. Nam ea } ſ. arena agitata magna ui ſolet implere ora & oculos. & ita ſolet morari iter, impedito proſpectu. Vbi. } pro poſtquam uentus cohortus per loca æqualia, & nuda gignentium excitauit Arenam humo } .i. à terra.

Per loca æqualia } .i. plana, et ideo uentus maiorem habet uim quia non frangitur, ſed ſuo impetu fertur. Et nuda gignentium quia ibi arbores non naſcuntur, quæ res facit, ut etiã uentus à ſuo impetu non frangatur, nam ſi arbores ibi eſſent, impetum uentorum impedirent. Nuda gignentium } .i. priuata rebus, quæ aliquid gignant. Dicimus autẽ. Ego ſum nudus ueſtimentorum & nudus ueſtimentis. Arenam. } ſabulum. Excitauit } .i. ſuſcitauit mouit. Magna ui. } hoc eſt magno impetu uenti.

Agitata } .i. cõmota. Ora } id eſt uultum. ſ. iter facientium.

Poſtquam Cyrenenſes. } Dicit quid fecerint Cyrenẽſes, poſtquam uiderunt ſe tardiores fuiſſe. Ordo eſt. Cyrenenſes cri. } pro criminabatur, Carthaginenſes illos digreſſos eſſe domo ante tempus, & illos conturbare rem, denique malle pro mallebant pati omnia, quam abire uicti, poſtquam illi Cyrenenſes uident ſeſe eſſe poſteriores aliquanto & metuunt pœnas domi ob rem corruptam. Senſus patet. Ob rem corruptã domi pœnas metuunt. } hoc eſt. Legati Cyrenenſium timebant, ne punirentur à ſuis ciuibus, quia permiſiſſent ſe decipi à legatis Carthaginenſium, qui præcepto tempore citius ad locum intrant. Ob rem corruptam } .ſ. à Carthaginenſibus per dolum, quia ante tempus conſtitutum domo diſceſſerant, ut ipſi Cyrenenſes credebant. Nam Salluſt. hoc non affirmat. Et ut diximus tota res pẽdebat in hoc ut fides conſtituti temporis ſeruaretur. nam utraq; pars facile metiri animo poterant, quo in loco legati obuij futuri eſſent, & ſi fidem ſtatuti temporis ſeruarent & diligentiam ac feſtinationẽ in eundo adhiberent. Criminari. } accuſabant, culpabant hac de re uidelicet illos digreſſos eſſe ante tempus domo, & illos conturbare rem. Digreſſos }. ſ. eſſe. i. diſceſſiſſe. Conturbare rem. } ille proprie dicitur conturbare aliquam rem, qui ordinem rei non ſeruat. Cyrenenſes ergo dicebant, legatos Carthaginenſium conturbare rem, quia ordinem conſtituti temporis non ſeruauerant, nam ante tempus ſtatutum & ordinatum domo diſceſſerant. Conturbare rem. } hoc eſt, quod ante dixit, ob rem corruptam. Ergo conturbare rem } .i. corrumpere rem, & rei ordinem peruertere. Malle } .i. malebant, magis uolebant. Sed cum Pœni. } Carthaginenſes poſtq̃ uiderũt Cyrenenſes eſſe turbatos, hac de re, petiuerũt, ut ipſi Cyrenenſes aliam aliquam conditionem æquam proponerent, tum Cyrenenſes hanc conditionem Carthaginenſibus propoſuerũt, dicentes. O˜ Carthaginenſes. } uel uos patimini ſepeliri uiui in eo loco, ubi uobis placet terminos & fines poni, uel nos ſub hac eadẽ conditione ibimus in locum, ubi uolumus fines & terminos poni, et ibi uiui ſepeliemur. Carthaginenſes probata conditione uiui ſepulti ſunt in eo loco, ubi fines imperij eſſe uolebant. Sed cũ pœni, } ordo eſt. Cyrenenſes faciunt optionem Carthaginenſiũ, ut uel illi obruerentur uiui, ibi. i. in eo loco, quo. i. in quo loco peterent fines populo ſuo, uel. ſ. dicebant ſeſe proceſſuros in locum, quem uellent. ſ. ipſi Cyrenenſes, eadem conditione, cum pro quando Pœni peterent aliam conditionem tantummodo æquam. Pœni } i. Carthaginenſes. Et dicuntur Pœni, quaſi Phœni. Nam de Phœnice regione in Africam profecti ſunt, qui Carthaginẽ condiderunt. quòd autem Pœnus deriuatiuum faciat Punicus, non caret exemplo. Nam & punio eadem ratione deriuatur à pœna. Antiqui enim œ, diphthon. pleruñq; in u, mutabant. Optionem Carthaginenſium faciunt } .i. electio-

nem Carthaginenſibus dant, ut eligant unum ex duobus. Optio ſignificat electio. Nam optare ſignificat eligere. Virgi. primo æneí. Pars optare locum tecto .i. eligere. Illi }.ſ. Carthaginenſes. Viui obruerentur }.ſ. ſepelirentur. Eadem conditione }.i. cum eadẽ conditione ſ. ut uiui ſepelirentur, quem in locum ipſi Cyrenenſes.

Probata }.i. laudata. Domi. } ſcilicet Carthagine. Nunc ad inceptum redeo }.i. ad propoſitum. Salluſtius digresſionem fecit ad deſcribendas Syrtes & locum, qui dicitur Philænum aræ, nunc redit ad propoſitum, ut oſtendat quid fecerit Iugurtha, poſtquam Metellus Thalam ciuitatem magnam cepit. Ad inceptum redeo. } id eſt ad propoſitum reuertor.

MARLia. VEnimus. } incidimus in mentionem. Eam rem. } hanc hiſtoriam. Pleraq;. } utpote trecentis urbibus. Attriuerant. } diminuerant uires aliorum. Certo. } deputato die. Nulla gignentium. } producentium priuata. Conturbare rem } nolebant illos fines ſeruare. Condonauere ſe uitáq;. ſ. popu. Ro. } Interpres ſurda aure hoc præterit, quem locum Val. Max. lib. 5 cap. de pietate erga patriam aperit. Addité;. } Carthaginenſes lõgius fines ſuos dilataſſe perfidia.

RIVIVS. QVa res eos magno diuturnoq; bello inter ſe habuit. } Manuſcripta, in magno. addita præpoſitione. quomodo & uetuſtiſsimum quodque ex impresſis. Quo loco inter ſe obuij fuiſſent, ibi communis utriuſq; populi finis haberetur } Manuſcripta & alia quædam, Is communis utriuſq; populi etc. Quod ad ſenſum

ad ſenſum attinet, utrũuis probe quadrat, & cum lectione uulgata facit Pomponius Mela. Vt ubi legati, inquit, concurrerent, certo tempore utrinq; dimisſi, ibi terminus ſtatueretur. Poſterior lectio mihi elegantior eſſe uidetur. Quibus nomen Philænes erat. } Manuſcripta, Philænis. idq; rectius ac latinius, ut de elegantia nihil dicam. Eſt enim ſecundæ inflexionis hoc nomẽ, nec aliter uſquam Salluſtius uſurpat. Vt uel illi, quo fines populo ſuo peterent, ibi uiui obruerentur. } Manuſcriptum, quos fines. quomodo & in alijs pleriſq;. Idq; fortaſſe rectius. nã ſequitur ibi, hoc eſt, in ijs finibus. Niſi quis ex ijs quæ mox ſequuntur ita intelligere malit, ut uel illi, quo loco fines populo ſuo peterẽt, eo in loco uiui obruerentur. uel eadẽ conditione ſeſe, quem in locum uellent, processuros. Præterea, quærerent in quibusdam legitur, pro peterent. quanquam eodem ſenſu.

Alijq; illis domi honores conſtituti. } Manuſcripta, inſtituti. quo modo quædam etiam typis excuſa. pro, decreti. Quanquam & conſtituere honores dicitur, id quod apud Ciceronem reperitur.

GLAREANVS.

QVibus nomen Philænis erat. } Philænis datiuũ in Philænes idẽ Aldinus codex mutauit, temere meo quidẽ iudicio. Nam ad finem huius hiſtoriæ ipſemet author in ſecunda, non in tertia latinorum declinatione Philænum inclinat. Quod & alij ſecuti ſunt authores Latini, nominatim Valerius Max. lib. V. & Pomponius Mela lib. 1. apud quem tamen locus mutilus eſt. Quare hic legendum, Quibus nomẽ Philænis, per tertiã uocalem in ultima ſyllaba.

SOLDVS. AD Getulos. } cum ſupra deſcriberet Africam, dixit, Getulos habitare ultra Numidiam, genus hominum ferum .i. agreſte, & inhumanum. Eo tempore ignarum nominis Romani. } eo tempore Getuli Romanum nomẽ ignorabant. Eorum Getulorum. } id eſt Iugurtha multitudinem Getulorum in unum congregauit.

Coegit }.i. congregauit. Ac paulatim, dicit Iugurtham docuiſſe Getulos militarem diſciplinã.

Conſuefacit ordinẽ habere. } ſ. Getulos. i. aſſuefacit Getulos ſeruare ordinem, uidelicet, ut milites non diſcedant extra ordinem. Signa. } uexilla. Imperium. } præceptũ imperatoris.

Præterea regis Bocchi. } ſicuti ſupra uiſum eſt. Numidia ultra ſe uerſus meridiem habet Getulos, uerſus occidentem habet Mauros, quibus Bocchus rex imperabat. Vide. } igitur quæ præſidia cõtra Romanos ſibi parat Iugurtha. Getulos, & Bocchum regem Maurorũ ſibi ſocios adiungit. Magnis muneribus, & maioribus promisſis. } magna munera dabat, ſed maiora promittebat amicis regis, ut eos ſibi faceret amicos, ut ipſis adiuuãtibus regem Bocchum induceret, ut bellũ ſuſciperet cõtra Romanos. Ad ſtudium }.i. ad amorem. Producit. } allicit, trahit. Quis. } pro

pro quibus. Regem. } ſcilicet Bocchum. Aggresſus }. i. ad regem accedens. Id ea gratia facilius, facile fuit regem Bocchum inducere ad bellum ſuſcipiendum contra Romanos duabus de cauſis. Prima cauſa erat, quia Bocchus iratus erat cõtra Romanos, quia fœdus & amicitiam poſtulauerat à Romanis per legatos, et eam impetrare non potuerat: ſecunda cauſa erat, quia Iugurtha affinitatem habebat cum Boccho, nã filiam eius uxorem habebat.

Id } ſcilicet inducere Bocchũ, ut bellum inciperet contra Romanos. Pronuſq; }.i. procliuius, & facilius. Quam rem opportuniſsimam incepto bello. Nihil enim magis commodum Romanis accidere poterat in bello Iugurthino, quàm ut Bocchum in ſocium ſibi ad id bellum gerendum haberent quia Bocchus confinis eſt Numidiæ. Pauci. } ſcilicet Romani. Cæci auaritia. } Nam pecunia corrupti erãt à Iugurtha & ideo non ſunt pasſi, ut Bocchus in ſocietatem & amicitiã Romanorum reciperetur, quia ſocietas eius Iugurthæ plurimũ nocuiſſet, à quo pecuniam acceperat. Quis. } pro quibus.

Etiam antea. } Erat alia cauſa, per quam facile Bocchus inducebatur ad bellum ſuſcipiendum contra Romanos. Verũ ea neceſſi-

IVGVRTHA poſtquam amiſſa Thala nihil ſatis firmum contra Metellum putat; per magnas ſolitudines cum paucis profectus, peruenit ad Getulos, genus hominum ferum, incultumq;, & eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit, ac paulatim conſuefacit ordines habere, ſigna ſequi, imperium obſeruare, item alia militaria facere. Præterea Regis Bocchi proximos magnis muneribus, & maioribus promisſis, ad ſtudiũ ſui perducit: queis adiutoribus Regem aggreſſus, impellit, uti aduerſum Romanos bellũ incipiat. Id ea gratia facilius, procliuiusq; fuit, quòd Bocchus initio huiuſce belli Legatos Romam miſerat, fœdus & amicitiam petitũ. Quam rẽ opportuniſsimã incepto bello pauci impediuerant, cæci auaritia; quis omnia honeſta, atq; inhoneſta uendere mos erat. Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupſerat. Verũ ea neceſſitudo apud Numidas Maurosq; leuis ducitur; quia ſinguli pro opibus, quiſq; quàm plurimas uxores, denas alij, alij plures habent; ſed reges eo amplius. Ita animus multitudine diſtrahitur; nullam pro ſocia obtinet; pari

ter omnes uiles ſunt. Igitur in locum ambobus placitũ exercitus conueniunt: ibi fide data et accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos iniuſtos, profunda auaritia, communes omnium hoſtes eſſe; eandem illos cauſam belli habere cum Boccho, quam ſecũ, & cum alijs gentibus libidine imperitãdi, queis omnia regna aduerſa ſint: tum ſeſe, paulo ante Carthaginenſeis, item regem Perſen, poſt uti quibuſque opulentiſſimus uidebitur, ita Romanis hoſtẽ fore. His atq; alijs talibus dictis, ad Cirtham oppidũ iter conſtituũt, quòd ibi Q. Metellus prędam, captiuosq́;, & impedimenta locauerat. Ita Iugurtha ratus, aut capta urbe operæpretium fore, aut ſi dux Romanus auxilio ſuis ueniſſet, prælio ſeſe certaturos; nam callidus id modo feſtinabat Bocchi pacem imminuere, ne mox agitando, aliud, quàm bellum mallet. Imperator poſtquam de regum ſocietate cognouit, non temere, neq; uti ſæpe iam uicto Iugurtha conſueuerat; omnibus locis pugnandi copiam facit. cæterũ haud procul ab Cirtha caſtris munitis, reges opperitur; melius eſſe ratus cognitis Mauris, quoniam is nouus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Romæ per literas certior fit, prouinciam Numidiam Mario datam. nam conſulem factum antea acceperat. Quibus rebus ſupra bonum, atq; honeſtum perculſus, neq; lacrymas tenere, neq; moderari linguam, uir egregius in alijs artibus, nimis molliter ægritudinẽ pati. Quã rẽ alij ĩ ſupbiã uertebãt, alij bonum ingeniũ cõtumelia accenſum eſſe, multi quòd tã parata uictoria ex manibus eriperetur. Nobis ſatis cognitũ eſt, illũ magis honore Marij, quàm iniuria ſua excruciatum, neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi adepta prouincia alij, quàm Mario trãderetur. Igitur eo dolore impeditus, & quia ſtultitiæ uidebatur alienam rem ſuo periculo curare; Legatos ad Bocchum mittit poſtulatum: Ne ſine cauſa hoſtibus pupulo Ro. fieret; habere tum magnam copiã ſocietatis, amicitięq; coniungẽdę, quę potior bello eſſet: & quanquam opibus ſuis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum ſumi facile, cæterum ægerrime deſinere; non in eiuſdem poteſtate initium eius, & finem eſſe: incipere cuiuis etiam ignauo licere; non deponi, niſi cum uictores uelint: proinde ſibi regnoq́; ſuo conſuleret, neu florentes res ſuas cum Iugurthæ perditis miſceret.

ea neceſſitudo. I. illa affinitas et propinquitas. Leuis ducitur. } id eſt parui æſtimatur. Pro opibus quisque. } quia quanto quisque maiores diuitias habet tanto plures uxores ducit. Ita alius multitudine diſtrahitur. } quia unusquisque multas habet uxores, amorem et effectum nõ in unam præcipue, ſed in omnes conuertit. Nullam pro ſocia, obtinent. } id eſt nullam charã admodum habẽt, ſed omnes pariter uiles ſunt. Igitur. } quandoquidem his de cauſis facile ĩ ductus eſt Bocchus, ut una cum Iugurtha bellum ſuſciperet contra Romanos. In locum ambobus placitum exercitus conueniunt. } Exercitus Iugurthæ et Bocchi conueniunt in locum, qui ambobus regibus placebat. In eo loco Iugurtha oratione ſua animum Bocchi accẽdit contra Roma. dicens. O' Bocche. Romani iniuſti ſunt, auari & communes hoſtes omniũ. Nullam cauſam habent cur bellũ, aut tecum, aut mecum, aut cum alijs gentibus gerãt, niſi ſolam cupiditatem dominandi. Et propterea omnes gentes & omnia regna eis contraria ſunt. Nunc contra me bellum gerunt, pauloante bellum geſſerunt contra Carthaginenſes, & etiam contra Perſem, regem Macedoniæ & eos regno & imperio ſpoliauerunt, poſt contra aliquem populum uel regem opulentiſſimum bellum ſuſcipient, ſoli dominari uolunt. Accendit } .i. incitat. ſ. dicens Romanos iniuſtos profunda auaritia communes omnium hoſtes ſcilicet eſſe.

Quã ſecum & cum alijs gentibus ſ. habeant, uidelicet libidine imperitandi. id eſt dominãdi.

Queis. } pro quibus. Tum ſeſe. } Ordo eſt, & dicebat. Tũ ſeſe } .ſ. hoſtem Romanis, pauloante Carthaginenſes. Item regem Perſen. } .ſ. hoſtes fuiſſe, poſt pro poſtea. ſ. illum ita hoſtem fore Romanis, uti pro ſicut quisque uideatur opulentiſſimus: Seſe } .i. ſ. Iugurtham. Nunc ego ſum hoſtis popu. Romani quia contra me bellum gerunt, non quia eis aliquam iniuriam intulerim

ſed quia cupiũt auferre mihi regnum Numidiæ, nã cauſa belli eſt eorum libido dominandi.

Pauloante Carthaginenſes. } Nam paulo ante Scipio Aemilianus contra Carthaginenſes bellum geſſerat, & eos capta & euerſa Carthagine funditus deleuerat. Itẽ regem Perſen. } Perſes rex Macedoniæ fuit, hũc Paulus Aemilius conſul prælio apud Olympum montem cõmiſſo uicit, captumq; cum liberis in Triumphum duxit. In eo prælio, ut tradit Plutar. xxv. milia hoſtium cæſa ſunt biduo, omnis Macedonia ſe Aemilio dedit. His atque alijs talibus dictis } .i. cum hæc atque alia talia dixiſſet, ad Cyrtham urbẽ ire deliberãt, quia ibi. Q. Metellus prædam & captiuos & impedimenta locauerat. Operæpretium fore } .i. rem utilem futuram, ſi urbẽ cepiſſet. Operæpretium duo ſignificat, aliquã utile ſignificat, aliquando iocundum. Aut ſi dux. } Iugurtha hoc conſilio ad urbem Cyrthã profectus ẽ, quia exiſtimat, aut ſe urbem eſſe capturum, aut certe coacturum eſſe, ut Metellus ſuis ferret auxilium, atque ita prælio cum eo certaturum. Nã Iugurtha hoc quærebat, ut ſtatim una cum Boccho cum Romanis prælio certaret, ne Bocchus mutaret animum, & pacẽ cum Romanis faceret. Callidus } .i. aſtutus. id eſt Iugurtha.

Id modo } .i. tantummodo.

Nemo. } id eſt per moram.

Aliud quàm bellum mallet. Nam ſi moram ad dimicandum feciſſet, fortaſſe Bocchus pacẽ potius quàm bellũ mutato animo cum Romanis habere quæſiuiſſet. Nec aliud mallet. } ſcilicet Bocchus. Mallet. } magis uellet. Imperator. } Poſtquam dicit, quid fecerit Metellus poſtquam intellexit Iugurthã & Bocchum reges ſocietatem feciſſe, dicit enim Metellum non omnibus locis ſicuti conſueuerat pugnandi copiam hoſtibus feciſſe, ſed in locis tutum ſibi commodis cum hoſte pugnare decreuiſſe. Imperator. } Ordo eſt, imperator non temere facit copiam pu-

gnandi atque omnibus locis.ſ.non facit copiam pugnandi uti ſæpe conſueuerat iam uicto Iugurtha. Cæterum }.i. ſed operitur reges haud procul à Cirtha, ratus eſſe melius facere pugnam ex commodo cognitis Mauris, quoniam is nouus hoſtis acceſſerat. Poſtquã ille }.ſ.imperator, cognouit de ſocietate regum. Temere. }incon ſulte, improuide, incaute. Atque omnibus locis }.i. & non omnibus locis, ſed in locis tãtum ſibi commodis. Cæterum.} Ecce quo modo non omnibus locis facit copiam pugnandi. Nã caſtra poſuit apud Cyrtham ciuitatem, quam tenebat, ut tutior eſſet. Reges operitur }.i.expectat. cognitis Mauris. } prius Mauros nouos hoſtes cognoſcere uolebat Metellus, & poſtea cum daretur opportunitas cũ hoſtibus pugnare. Cognitis Mauris. } quibus Bocchus rex imperabat. Ex commodo.} Commodum erat Metello pugnam facere, ſi prius hoſtes nouos cognouiſſet. Interim Romæ.} dicit Metellum literas accepiſſe ex Roma, quomodo populus Numidiam prouinciam Mario decreuiſſet. Iam antea. } ipſum cõſulem factum eſſe audiuerat. Acceperat. } audiuerat, intellexerat.

Supra }.i ultra. Supra bonum aut honeſtum perculſus eſt }.i. perterritus eſt, plusquam erat bonum & honeſtum. Nam hac de re & fleuit, & in maledicta prorupit. Retinere. } pro retinebat.

Neque moderari }.i.non temperabat linguam, neque abſtinebat à maledictis. Vir egregius.} Salluſtius dicit hunc in cæteris uirtum egregium fuiſſe, niſi quod hanc perturbationem non ſatis fortiter tulit. In alijs artibus }.i.uirtutibus. Molliter }.i.ĩpatiẽter.

Quam rem.} alij dicunt Metellum hanc rem ægre tuliſſe, quia ſuperbus erat, alij quia ei iniuriam fecerant, alij quia ei uictoria iã prope parta ex manibus eripiebatur. Sed reuera, inquit Salluſtius hanc rem ferre non potuit propter inuidiam. Quam rem }.ſ. q. molliter eam perturbationem ferebat. Alij in ſuperbiam uertebant }.i.alij ſuperbiæ attribuebant, & imputabant. Alij bonum ingenium contumelia accenſum eſſe }.ſ.dicebant. Contumelia }.i. iniuria. Accenſum.} incitatum, inſtigatum. Multi } ſ. dicebant, quòd molliter ægritudinem patiebatur. Iã parta }.i.prope acquiſita. Nam ferè ipſum Iugurtham debellauerat, & propè totum bellum confecerat. Nobis }.i.mihi Salluſtio. Magis honore Marij.} et hæc proprie dicitur inuidia. Nã inuidia eſt rebus proſperis proximi dolere, & aduerſis lætari. Igitur.} dicit Metellum legatos miſiſſe ad Boghum, qui monerent eum, ne ſine cauſa hoſtis eſſet popu.Roma. Eo dolore impeditus.} quia hoc dolore impediebatur. Metellus bellum gerere non poterat, & propterea legatos miſit ad Boghum, qui cum eo de pace tractarent. Stultitia uidebatur.) Stultum erat gerere bellum, cuius gloria ad Marium, perueniret, periculum autem ad ſe pertineret. Alienam rem }.i.rem ad alium.ſ.ad Marium pertinentem, tunc & dicebat p omnia ſubauditur dicebat. Omne bellum ſumi }.i.ſuſcipi. Facile eſt ſuſcipere bellum, ſed difficile eſt finire. Non in euſdem poteſtate. } ille qui poteſtatem habet inchoandi bellum, non habet poteſtatem finiendi. Quãquam opibus ſuis confideret.} tamen certa pro incertis mutare non deberet. Ille mutat certa pro incertis, qui pro pace bellum ſuſcepit. Nam quæ habemus in pace ſunt certa. Sed incertũ eſt, quo euẽtu bellum finiatur. Et ideo qui ſumit bellum exponit ea quæ habet certa pro incertis, neſcit enim quid ſit habiturum ex bello cuius euentus ſemper eſt incertus. Neu florentes res ſuas }.i. ſtatum ſuum integrum & pulchrum.

MARLIA. INcultum. } ſine legibus. Cogit.} quia erãt diſperſi. Ad ſludium } ſ.fauorem. Pellicit.) inuitat muneribus. Id }.ſ.ut impelleret regem. Opportuniſſimam.) ualde idoneam. Cæci. } obcæcati auaritia, quia ſperabant deuicto Iugur. poſſe etiam Boghum ſuperare. Pro ſocia. } pro uera uxore. Viles, }.deſpicabiles.

Communes hoſtes.) quia omnibus quos diuites ſciunt inſidiãtur.

Imminuere pacem Bocchi.} ſcilicet cũ Romanis. Interim dũ Metellus præſtolatur Iugurthã. Quibus rebus.} quomodo. Aegritudinem} animi dolorem, Nam ut ægrotatio in corpore ſic ægritudo in animo eſt, ut ait. Cice.iij.Tuſcu. Rem alienam. } Prouinciã Mario demandatam. Incerta.} quia ut ait Annibal apud Liuiũ. Melius eſt certa pax quàm ſperata uictoria.

PRæterea regis Bocchi proximos magnis muneribus & maioribus promiſſis ad ſtudium ſui perducit. } In uetuſtis nonnullis eſt, perlicit. pro ſibi conciliat & deuincit. Atque hæc lectio mihi magis arridet, etiamſi prior illa in manuſcriptis quoq; eſt. Perlicere ad ſocietatem armorum, eſt apud Liuium x.ab V.C. & Donis perlicere. ſexto belli Punici 2 Non inficior tamen, & priorem in eodem lectionem reperiri uelut 5.belli Aſiatici, & alios, inquit, principum, donis ad ſuam cauſam pduxit. Mox, Idea gratia facilius, pcliuiusq; fuit.} In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus eſt, pronius. Verum prior tamẽ lectio mihi ualde placet. Eſt apud Salluſtium nõn ſemel, in procliui eſſe, pro facile. ut cum inquit, Cuius ſi dolum caueris, alia omnia in procliui erũt. Sic & in Andria Teren. Quam rem opportuniſſimam incepto bello pauci impedierant. } Hanc lectionem & ipſe probandam eſſe duco. Nec tamen diſſimulandum reor, in manuſcriptis omnibus quæ ipſe uiderim reperiri, incepto belli, non, bello. Quo ſinguli pro opibus quiſq; quàm plurimas uxores, alij denas, alij plures habent.} Manuſcripta conſentientibus & alijs uetuſtioribus, Quòd ſinguli pro opibus &c. alij plures habeant. Eandem illos cauſam belli habere cum Boccho, quam ſecum & cum alijs gentibus libidine imperitandi.} Duo è manuſcriptis habent, libidinem imperitandi. caſu accuſatiuo. idq; rectius eſſe puto. Nam & alibi, Libidinem dominãdi cauſam belli habere, inquit. Poſt uti quiſque opulentiſſimus uidebatur.} Manuſcripta, uideatur. Paulo poſt. Ita Iugurtha ratus aut capta urbe operæpretium fore, aut ſi dux Romanus &c. } Manuſcriptum, pretium fore. ſed erat alterius manu in ſpatio, quod uerſus dirimit, literulis minutis, operæ. Verum in alijs ſolum legitur, pretiũ, ut quin ita legendũ ſit, dubitatio iã nulla relinquatur. Aut ſi dux Romanus auxilio ſuis ueniſſet.} Dux, nõ eſt in ullo manuſcripto, ac rectius abeſt. Ne mox agitando, aliud quàm bellum mallet.} In uetuſtis quibuſdam, ne moras agitando, quomodo & Florentinum & Beroaldinum, pro differendo ac prolatando. Citat eodem modo Riccius Lugienſis. quamuis ſecus Badianum. Nam cõſulem factum, antea acceperat } In impreſſis quibuſdam, iam antea acceperat. Licet aliter manuſcripta. Mox, Vir egregius in alijs artibus.) In nonnullis eſt omiſſa præpoſitio In. Sed præter quam quòd exemplaria manuſcripta additam habent præpoſitionem, Cicero quoq; ſic eſt loqui ſolitus, ut cũ inquit, Lælius ĩ laude bellica egregius. pro excellens & præſtans. Quam rem alij in ſuperbiam uertebant.} Fabricianum, uortebant. quod antiquitatem magis ſapit, cuius cum primis ſtudioſus eſt Criſpus. Paulo poſt.

Neq; tam anxie laturũ fuiſſe, ſi adepta prouincia alij quàm Mario traderetur.} Manuſcripta, ſi adempta prouincia. Sic & ſenſus ipſe poſtulat. Et procliuis ſanè fuit lapſus, una omiſſa litera. Alienam rẽ ſuo periculo curare.) Manuſcripta, periculo ſuo, ut ſequatur pronomen. Habere tum magnam copiam ſocietatis amicitiæq; coniungendæ, quæ potior bello eſſet. } Sic in omnibus ferè. Sed quid ſi legas, habere eum etc. Sanè facilis ac procliuis lapſus fuit, RIVIVS.

ſimilitudine

ſimilitudine literarum. Nihil tamen adhuc muto, ſed coniecturam ſolum affero. Hæc iam adnotaram, cum ecce allato & inſpecto codice Florentino, Eum ibi reppert. Omne bellū ſumi facile, cæterū ægerrime deſinere.} Quamuis in cunctis manuſcriptis ægerrime legatur, atq; etiam in impreſsis quibuſdam, uelut Florentino, tamē uulgatam lectionem probandā magis eſſe puto. Opponuntur enim facile & ægre. Cicero de Senectute, Omnis conglutinatio recens ægre, inueterata facile diſſoluitur. Idem alibi, inueterata uitia ægrius depelluntur. pro difficilius. Mox, Non deponi niſi cum uictores uelint.} In manuſcriptis omnibus eſt, Deponi cum uictores uelint. & hæc lectio magis arridet. Proinde ſibi regnoq; conſuleret.} In uetuſtis quibuſdam ſed impreſsis, ſibiq;, regnoq;. Id hiſtorico magis conuenire uidetur.

GLAREA. ET cum alijs gentibus libidinem imperandi.} Libidinem in accuſandi caſu malim, etiamſi in auferendi quoq; intelligitur. Item paulo poſt: Vti quiſq; opulētiſsimus uideatur. Verbum Videatur in Videbatur, non recte idem Aldinus codex mutauit: magis placet, quod quidam legunt, Videbitur. Bocchi pacē imminuere, ne moras agitando aliud quàm bellum mallet.} Imminuere pro interrumpere accepiſſe uidetur. Sed pro, Ne moras, idē Aldinus codex habet, Ne mox agitando: quæ lectio melior eſt, ſi Agitando pro cogitando acceperis.

AD ea rex ſatis placide uerba facit, ſeſe pacem cupere, ſed Iugurthæ fortunam miſereri; ſi eadem illi copia fieret, omnia conuentura. Rurſus imperator contra poſtulata Bocchi nuncios mittit. Ille ꝓbare partim, alia abnuere. Eo modo ſæpe ab utroq; miſsis, remiſsisq; nuncijs tempus procedere, & ex Metelli uoluntate bellum intactum trahi. At Marius, ut ſupra diximus, cupientiſsima plebe conſul factus, poſtquam ei prouinciā Numidiam populus iuſsit; ante iam infeſtus nobilitati, tum uero multus atque ferox inſtare; ſingulos modo, modo uniuerſos lædere; dictitare ſeſe conſulatum ex uictis illi ſpolia cepiſſe; alia præterea magnifica pro ſe, & illis dolentia; interim quæ bello opus erant prima habere; poſtulare legionibus ſupplementum; auxilia à populis & regibus ſocijsq; arceſſere; prꝑterea ex Latio fortiſsimum quenq;, pleroſque militia, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendijs ſecum proficiſci; neq; illi Senatus, quanquā aduerſus erat, de ullo negotio abnuere audebat. Cæterum ſupplementum etiam lætus decreuerat, quia neq; plebe militiā uolēte putabatur Marius aut belli uſum, aut ſtudia uulgi amiſſurus. Sed ea res fruſtra ſperata; tanta libido cum Mario eundi pleroſq; inuaſerat. ſeſe quiſque præda locupletem fore, uictorem domum rediturum, alia huiuſcemodi animis trahebant. & eos non paulum oratione ſua Marius arrexerat. nam poſtquā omnibus, quꝑ poſtulauerat, decretis, milites ſcribere uult; hortandi cauſa, ſimul & nobilitatem, uti conſueuerat, exagitandi, concionem populi aduocauit. Deinde hoc modo diſſeruit.

OLDVS. VErba facit }.i.reſpondit. Fortunarum}.i.ſtatus. Eadem copia }.ſ.iungendæ ſocietatis cum popu. Roma. Illi }.ſ. Iugurthæ. Omnia, inquit, cōuenient, ſi ita Iugurthæ ſicuti mihi detur copia iungendæ ſocietatis cum popu. Roma. Conuenire eſt concordem eſſe. Ille }.ſ. Boghus. Probare }.i.probabat. Tempus procedere }.i.tempus procedebat ſiue progrediebatur. Et ex Metelli uolūtate bellum intactum trahi, Metellus uolebat, ut bellum non attingeretur. Trahi }.i. trahebatur, hoc eſt prolongabatur. Nam Metellus cupiebat pacem facere cum Bogho. At Marius. } Salluſtius huc uſque dixit de rebus geſtis à Metello imperatore in bello Iugurthino nunc deinceps, dicturus eſt de rebus Caij Marij, qui conſul factus à plebe, ut Numidiam prouinciam extra ſortē acciperet, iuſſu populi. Dicit igitur quemadmodum C. Marius apparatū belli ſumma diligētia inſtituerit, milites ex decreto Senatus ad ſupplementum legionum conſcripſerit, auxilia à populis & regibus ſocijs acterſiuerit, ex Latio fortiſsimum quēque acciuerit, deinde paratis omnibus cohortandi gratia, & nobilitatē exagitandi, aduocata populi concione orationē habuerit. Poſt ſtipendio. commeatu, & armis oneratis nauibus Manlium legatum in Africā miſerit, ipſe paulo poſt cum magno numero militū ſecutus ſit. At Marius. } ita quidē Metellus cum Bogho de pace tractabat, ſed Marius factus conſul à plebe cupientiſsima, ut ſupra diximus iam ante infeſtus, nobilitati uero, pro, ſed tum multus atque ferox inſtare ꝓ inſtabat. Et lædere. } pro lædebat. Modo}.i.aliquādo ſingulos, modo. i.aliquando uniuerſos. Et dictare. } ꝓ dictabat ſeſe cepiſſe ex illis uictis ſpolia, conſulatum, uidelicet, præterea ſcilicet dictabat alia magnifica pro ſe, & dolentia illis ſcilicet nobilibus, poſtquam populus iuſſit ei Numidiam prouinciam, hic eſt ordo. Senſus autem ſatis patet.

Poſtquam.} inquit ipſe Marius factus eſt conſul, & Numidiam prouinciam accepit, iuſſu populi, data ſibi opportunitate lædendi nobiles, quibus ſemꝑ fuerat aduerſus, aliquando ſingulos, aliquando uniuerſos lædebat, gloriabaturque, ſe pugnaſſe cū nobilibus, & eos uiciſſe, & ex illis uictis magnifica ſpolia reportaſſe, uidelicet, conſulatum.

Poſtquam ei Numidiam prouinciam populus iuſsit.) Aduertendū eſt, quia populus proprie dicitur iubere, Senatus dicitur decernere. Infeſtus nobilitati.} id eſt aduerſus, contrarius, inimicus. Tum} pro tunc. Antea quidem erat infeſtus, ſed tunc multo magis, quia facultatem, & opportunitatem lædendi habebat. Multus }.i. uehemens.

Dictare.} frequenter dicebat, & iactabat, & dicebat ſeſe cepiſſe ſpolia ex illis nobilibus uictis, & quæ ſpolia? conſulatū. In hoc certamine ciuili, in quo Marius cū nobilitate certauit, uictor extitit Marius et ex nobilibus uictis ſpolia reportauit magnifica uidelicet, conſulatū. Marius enim cum nobilitate certauit, quia & nobiles, & Marius ignobilis petebant ſimul conſulatum. Sed in hoc certamine petendi, Marius extitit uictor, qa factus eſt conſul, repulſis nobilibus. Spolia cepiſſet. } uerba ſunt glorioſo militi, & imperatori conuenientia. Eſt enim trāſlatio ſumpta à militibus, qui ex hoſte uicto ſpolia reportāt. Nā uictor uictū armis ſpoliat, &

Salluſt. Q

ea cum gloria reportat. Magnifica }.i. glorioſa, & in laudem ſuam redundantia. Et illis dolētia }.ſ. nobilibus. Inicri.} uidelicet dum Marius ita nobiles dictis, factisq; laceſſit. Quæ bello opus erant prima habere).i. in primis, & præcipue parabat ea quæ ad bellum pertinebant, Prima habere, }pro habebat.i. prima curabat. Poſtulare legionibus ſupplementum }hoc eſt poſtulabat á ſenatu, ut ſibi concederet, ut milites conſcribere poſſet ad explicandas legiones, quæ longo bello diminutæ erant. Iuſtus numerus legionum ante C. Marium ex quatuor milibus militum conſtabat, primus C. Marius legionem inſtituiſſe dicitur ſex milium & ducentorum militum. Auxilia } enim C. Marius ex decreto Senatus, populis & regibus, qui erant ſocij populi Roma. ſcribebat, ut ſibi mitterent auxilia peditum & equitum. Præterea. }accire, pro acciebat quēq; fortiſſimum ex Latio, & acciebat pleroſque cognitos militia, paucos cognitos fama, ubi quēque præſtantem in re militari uirum audiebat, eum continuo ad ſe uenire iubebat, hortabaturque, ut ſecum ad id bellum gerendum proficiſceretur. Accire }.i. aduocabat, ad ſe uenire iubebat. Ambiendo. } non imperando, ſed blandiendo cogebat eos ſecum ad bellum proficiſci, qui ad militiā de iure compelli non poterant. Cogere omnes emeritis ſtipendijs ſecum proficiſci. } illi dicuntur emeriti ſtipendijs, qui debita tempora militiæ compleuerunt, & hi contra uoluntatem ſuam ad militiā compelli non poſſunt, tamen hos Marius blandiendo cogebat ſecū proficiſci. Neque illi ſenatus. } dicit ſenatum nihil Mario auſum fuiſſe denegare, quāquam ei eſſet aduerſus. Marius poſtulauit ſupplementum legionibus. Senatus decreuit. Cæterum ſupplementū etiam lætus decreuerat. } Dicit ſenatum non ſolum nō inuitum, ſed etiam lætum ſupplementum decreuiſſe, non quia diligeret Marium, ſed quia putabat Marium beneuolentiam populi, & fauorem eſſe amiſſurum. Propter ſupplementū, } uidelicet, dum ad militiam plebeios homines nolentes, & reſiſtentes cogeret. Ordo ē. Cæterū }.i. ſed ſenatus etiam lætus decreuerat ſupplementum, quia Marius putabatur eſſe amiſſurus, aut uſum belli, aut ſtudia uulgi, plebe nō uolente militiam. Plebs militiam recuſabat, & niſi cogeretur ad bellum gerendum ire nolebat. Senatus ergo lætus ſupplementum decreuit, hoc intra ſe putans. Marius neceſſe eſt, ut aut milites ex plebe ſcribat ad ſupplementum, aut non ſcribat. ſi ſcripſerit milites, in odium plebis recidet, dum eos nolentes ad militiam per uim cogere uult: ſi non ſcripſerit, bellum gerere non poterit, & ita nullam gloriam in ſuo conſulatu comparabit. Neque uolente militiam }.i. plebe nolente, & recuſante militiam, ut ſupra dixit, Senatus prouincias regebat, equeſter ordo uectigalia adminiſtrabat. Plebs

Plebs bella gerebat. Sed plebs feſſa continuo uſu bellorum, in quibus ſuperioribus temporibus uerſata erat, nunc quietem petebat, & militiam recuſabat. Aut belli uſum amiſſurus. } ſi milites non ſcriberet. Belli uſum }.i. exercitationem belli, hoc eſt putabatur bellum non eſſe geſturus. Aut ſtudia uulgi. } id eſt beneuolentiam populi, uidelicet, ſi milites ſcriberet, & nolentes cogeret ad militiam. Sed ea res. } Dicit Senatū fruſtra hoc ſperaſſe, quia nemo recuſabat militiā, ſed omnes deſiderabant ire cum Mario, uniuſquiſque ſperabat ſe præda locupletem fore, & uictorem domum rediturum eſſe. Alia huiuſcemodi }.i. alia ſimilia. Animi }.ſ. plebis animi trahebant i. animi uolebant & cogitabant. Oratione ſua. } quæ inferius deſcribitur. Erexerat }.i. in ſpem excitauerat. Nā poſtquam } Ordo eſt. Marius aduocauit concionem populi, ſimul .i. & cauſa hortandi, & cauſa exagitandi nobilitatem, uti conſueuerat, poſtquam uult ſcribere milites, decretis omnibus, quæ poſtulauerat. Decretis }.ſ. à Senatu, quia quicquid poſtulauit Marius, Senatus conceſſit.

MARLIA.

C Opia. } pacis facultas. Omnia conuentura. } futuram pacē. Cupientiſſima } ſanctiſſima. Prouinciam. } ſcilicet adminiſtrandam. Emeritis ſtipendijs. } cum donati eſſent agris, & miſſione honeſta. Trahebant. } uoluebant animis.

RIVIUS.

A Bnuere audebat } Eſt in manuſcriptis quibuſdā, negare audebat ſed irrepſit ex gloſſa ni fallor. Et eos nō paulū oratiōe ſua Marius arrexerat. } Quamuis in quibuſdam, erexerat, tamen hæc lectio magis arridet, quā & manuſcripti codices, & exemplar Aldinum habet, Vtitur autem Salluſtius alias quoq; hoc uerbo. uelut inferius, Huiuſcemodi oratiōe habita Marius, poſtquam plebis animos arrectos uidet. Quo in loco tamen in uetuſtis eſt, Erectos: uerum perperam, ut opinor. Tametſi Cic. quidem altero magis utitur. uelut, Oratio conſulum animum meum erexit, ſpemq; attulit dignitatis recuperandæ. Idem, Is ciuitatem ad ſpem libertatis erexit.

GLAREA.

D Ictitare ſeſe conſulatum ex uictis illis quaſi ſpolia cepiſſe. } Quidam codices illud Quaſi, habebant ante uerbum Illis. Aldinus codex prorſus omittit. Ego poſt illis, ponēdum puto: atq; ita habebat uetuſtus codex. Quia neq; plebe militiam uolente. } Vide ut mire utitur coniunctione Neq;. Nam, Neq; uolente, pro Nolente accipitur, & uerbum Putabatur, manet affirmatiuum Statim poſt: Seſe quiſq; præda locupletem fore, uictorem domum rediturū. Vetuſtus codex habebat Et, poſt Fore, quod placet: ne quis uerbū Fore, cum participio Rediturum connectat. Vide etiā num Aliaq;, cum coniunctione legendum, quod neceſſe non exiſtimamus.

SOLDVS.

S Cio ego Quirites, pleroſque non iiſdem artibus imperium à nobis petere, & poſtquam adepti ſunt gerere. } Hæc oratio poſita eſt in genere demonſtratiuo. Eſt autem genus demonſtratiuum, quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudē uel uituperationē, hæc autem oratio & laudem Marij, & uituperationem continet nobilitatis, dicit enim ſe non maiorum ſuorū imaginibus, aut ſplendore, ſed propria uirtute conſulatum petiuiſſe, eademq; uirtute illum adminiſtraturum, neque facturum eſſe, quemadmodum plerique facere ſolent, qui dū à populo petunt imperia, induſtrios ſe, & humiles, ac modeſtos præbent, ſed poſtquā adepti ſunt pti ſunt *id, quod petunt, ſuperbi ſunt & ignaui. Scio. } ordo eſt. Ego ſcio, pleroſque non eiſdem artibus petere imperium à nobis, & gerere. ſ. illud imperium, poſtquam ſunt adepti. ſ. illud imperiū, ac ſi diceret. O Quirites, ego ſcio, multos decipere uos, qa alijs artibus utuntur, dum à uobis petunt imperia, & alijs artibus utūtur, dum adminiſtrant ea imperia. Nam dum petunt, utuntur humilitate, modeſtia, & ſe oſtendunt eſſe induſtrios, ſed poſtea dum adminiſtrant ipſa iperia, quæ ſunt à uobis conſecuti, utuntur ſuperbia & ignauia, & ita decipiūt uos, Ego autem aliter faciendū eſſe cenſeo, nam maiore cura, et induſtria exiſtimo eſſe adminiſtranda*

ORATIO MARII.

SCIO ego *Quirites, pleroſq; non iiſdem artibus Imperiū à uobis petere; & poſt quam adepti ſunt, gerere: primo induſtrios, ſupplices, modicos eſſe; deinde per.*

ſtranda imperia, quàm petenda. Imperium.} Conſulatus & prætura proprie dicuntur imperia ſicut apte hoc loco Saluſtius oſtendit, nam paulopoſt dicit. Nam quanto pluris eſt uniuerſa Reſpub quàm conſulatus, aut prætura, io'um hoc referens ad id, quod prædixerat.

Scio ego Quirites pleroſque non eiſdem artibus imperium à uobis petere. Primo }.i. in prima re, uidelicet, dum petunt imperium. Induſtrios.) ingenio, & uſu exercitatos. Supplices).i. humiles. Modicos.) modeſtos, moderatos eſſe, ſubaudi à ſuperioribus. Deinde.) id eſt poſtquam adepti ſunt, & adminiſtrãt imperia. Per ignauia.) quæ eſt contraria induſtriæ.

Et ſuperbiam.) contra id, qđ dixit ſupplices. Aetatem agere).i. uiuere. Deinde,)ſubauditur ſcio, & hos mores peruerſos inuiut eſſe in nobilibus. Sed mihi contra uidetur.)i. eſt ſed mihi uidetur contra. Illi in petitione magiſtratuũ uirtutes oſtẽdunt. in adminiſtratione uero uitia demõſtrant, cum adminiſtratio ipſa ad totam rempub pertineat, ut propterea mihi uideantur maiore cura eẽ adminiſtrãda imperia quàm petenda. Illam) ſ. rempub. Quam hæc,) ſcilicet conſulatum, & præturam, Neque me fallit.)hoc ẽ, & ſcio, & intelligo, quantum onus ſuſtineam cum honore cõſulatus. Conſulatus eſt maximũ ueſtrum beneficium, quod in me cõtuliſtis, ſed adminiſtratio ipſa conſulatus eſt magnum negotiũ & magnum onus. ordo eſt. Neque fallit me quãtum negotij ſuſtineam, cum maximo ueſtro beneficio, Bellum parare) Declarat difficultatem, & onus adminiſtrationis conſulatus. Ordo eſt. O Quirites eſt aſperius opinione parare bellum ſimul, & parcere ærario, & cogere ad militiam eos, quos nolis offendere, & curare domi, & foris omnia, & agere ea inter inuidos occurſantes & factioſos.

ignauiam, et ſuperbiam ętatem agere. Sed mihi contra uidetur: nam quo uniuerſa Reſp. pluris eſt, quàm conſulatus, aut prętura; eo maiore cura illã adminiſtrari, quàm hæc peti debere. Neq; me fallit, quantum cum ueſtro maximo beneficio negotij ſuſtineam. Bellum parare, ſimul & ærario parcere, cogere ad militiã eos quos nolis offendere, domi foriſq; omnia curare, & ea agere inter inuidos, occurſantes, factioſos, opinione Quirites aſperius eſt. Ad hoc, alij ſi deliquere, uetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes, multę clientelę, omnia hæc præſidio adſunt. Mihi ſpes omnes in memet ſitę: quas neceſſe eſt uirtute & innocẽtia tutari; nam alia infirma ſunt. & illud intelligo Quirites, omnium ora in me conuerſa eſſe, ęquos, bonoſq; fauere: quippe beneficia mea Remp. ꝓcedunt, nobilitatem locum inuadendi quærere. Quo mihi acrius adnitendum eſt, ut neq; uos capiamini, et illi fruſtra ſint. Ita ad hoc ætatis à pueritia fui, ut omnes labores, pericula conſueta habeam. Quæ ante ueſtra beneficia gratuito faciebam, ea uti accepta mercede deſeram, non eſt cõſilium Quirites. Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſeſe probos ſimulauere. Mihi qui omnem ętatem in optimis artibus egi, bene facere iã ex cõſuetudine in naturam uertitur. Bellum me gerere cum Iugurtha iuſſiſtis. quam rem nobilitas ægerrime tulit. Quæſo, reputate cum animis ueſtris, num id mutari melius ſit. Ecquẽ ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis hominem ueteris proſapiæ, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendij, ſcilicet ut in tanta re ignarus omniũ trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem ſui officij. Ita plerunq; euenit, ut quem uos imperare iuſſiſtis, is ſibi imperatorem alium quęrat. Atqui ego ſcio, qui poſtquam cõſules facti ſunt, acta maiorum, & Gręcorum militaria præcepta legere cœperint, pręposteri homines. Nã gerere quã fieri tempore poſterius, re atque uſu prius eſt. Comparate nunc Quirites, me hominem nouum cum illorũ ſuperbia. Quæ illi audire, & legere ſolent, eorum partem uidi, alia geſſi: quæ illi literis, ea ego didici militãdo. Nunc uos exiſtimate, facta, an dicta pluris ſint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorũ ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur: quanquã ego naturam unam, & communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quenq; generoſiſſimum. At ſi iam ex patribus Albini, aut Beſtię quęri poſſet, mé ne an illos ex ſe gigni maluerint, quid reſponſuros creditis: niſi ſe ſe liberos, quàm optimos uoluiſſe? quòd ſi iure me deſpi

Senſus patet. Eſt, inquit, difficilius quam quiſq; opinari poſſet, facere id, quod facio ego, uidelicet parare bellum, & nolle facere ſumptum, cogere eos ad militiam, quos nollem offendere, deniq; totã rẽp. adminiſtrare, inter inuidos & inimicos. ſ. nobiles.

Aerario par.) quia nollẽ ærarium grauare. Cogere eos.) ſcilicet plebeios. Quos nollis offendere.) id eſt quos nolem lædere, quia mihi ſunt amici, nã ego ab eis factum ſum cõſul. Et eſt honeſta locutio id, quod primæ perſonæ conuenit, ad ſecundam transferre, ut hoc loco, quos nolis offendere. i. quos nollem offendere. Domi foriſq;.) id eſt pace, & bello, Romæ et in extremis. Occurſantes.) obuiantes, reſiſtentes, ſcilicet nobiles. Aſperius opinione.) [illegible] difficilius quàm quiſquam [illegible] poſſit. Ad hæc).i. præterea. Ac ſi diceret aperte, Eſt quidem mihi difficile gerere cõſulatum ob has cauſas, quas ante dixi. Sed eſt etiam alia cauſa quare [illegible]ſtrare, & gerere conſulatum ſit mihi difficilius quàm alijs, quia ſi quid offendo, aut ſi quid non recte facio, nihil eſt, quod mihi opituletur, & nihil habeo, qđ me defendat. Sed alij, uidelicet nobiles, ſi non recte conſulatum adminiſtrãt, tolerantur propter ueterum nobilitatem, & propter præclara geſta maiorum ſuorum, & propter opes ingẽtes et clientelas, ego nihil horum habeo ad defenſionem mei, ſed oportet, ut me ipſum, et facta mea propria uirtute defendam. Ad hæc.) Ordo eſt, Oĩa hæc adſunt præſidio, uidelicet uetus nobilitas, & fortia facta maiorum. ſ. ſuorum, & opes cognatorum, & affinium, & multæ clientelæ, dico adſunt præſidio, ſi alij deliquere. Si alij }. ſ. nobiles, uidelicet ſi in adminiſtratione conſulatus, non ita ſe recte gerunt, ſi errãt in aliqua re, ſi quid offendunt. Vetus nobilitas.) quia orti ſunt ex ueteri ꝓſapia, & non-

bili genere, & ideo tolerantur, ſi quid delinquunt. Maiorum fortia facta,} quia maiores eorum rempub. præclare adminiſtrarunt, & multa præclara facinora geſſerunt. Opes cognatorum, & affinium.} nemo eos audet impugnare, quia habent cognatos, & affines potẽtes, ac diuites, & ita delicta, et errata eorũ impunita relinquuntur. Multæ clientelæ.} non ſolum habent cognatos & affines potentes, ſed etiam habent multos clientes, qui in omni periculo eis opitulentur, eosq́; defendant, & propterea timẽtur, nec aliquis eos impugnare audet. Clientela dicitur multitudo clientum, clientes autem dicuntur, qui ſub patrocinio alicuius poſiti ſunt, ſicuti clientes M. Tullij Ciceronis fuerunt, quia Cicero cauſam Siculorũ contra Verrem ſuſcepit, atque defendit. Cicero patronus fuit Siculorũ, Siculi clientes. Qui defendit aliquẽ ĩ iudicio, dicitur patronus: qui defenditur, dicitur cliens: et ſicuti clientes à patrono in iudicio defenduntur, ita poſtea clientes patronum in omni periculo tutantur, atque defendunt. Marius autem ex hoc loco nobiles trahit in ĩuidiã. Nam ut ait Cice. in inuidiam trahimus aduerſarios, ſi uim, potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hoſpitium, ſodalitates, affinitates aduerſariorum proferemus, hæc omnia ferè à Mario poſita ſunt. Mihi ſpes omnes.} omnes inquit ſpes mihi poſitæ ſunt in me ipſo. Ac ſi diceret. Ego non habeo unde ſperem auxilium aliquod, ſi delinquo, ſi erro, niſi in me ipſo. Et quia non habeo, unde ſperare poſſim auxilium, ſi delinquerem, uirtute curabo, ut nõ delinquam, ſi recte conſulatum adminiſtrem. Et hoc eſt, quod dicit. Mihi.} ordo eſt. Omnes ſpes ſunt ſitæ mihi in memet, quas. ſ. ſpes eſt neceſſe ſ. mihi tutari ingenio, & uirtute: nam, p quia alia ſunt infirma. Ego ha-

ciunt, faciunt idem maioribus ſuis, quibus, uti mihi, ex uirtute nobilitas cœpit. Inuident honori meo; ergo inuideant labori & innocentiæ, periculis etiam meis: quoniam per hæc illum cepi. Verum homines corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi ueſtros honores contẽnant: ita hos petunt, quaſi honeſte uixerint. Næ illi falſi ſunt, qui diuerſiſſimas res pariter expetant, uoluptatem, & præmia uirtutis. Atq; etiam cum apud uos, aut in Senatu uerba faciunt, pleraq; oratione maiores ſuos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant: quod contra eſt. Nam quanto uita illorum præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior. Et profecto ita ſe res habet, maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt: neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur. Huiuſce rei ego inopiam patior Quirites. Verum id, quod multo præclarius ẽ, meã facta mihi dicere licet, Nunc uidete, quàm iniqui ſint, quod ex aliena uirtute ſibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt. ſcilicet quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas eſt: quam certe peperiſſe, quàm acceptam corrupiſſe melius eſt. Equidem ego non ignoro, ſi iam mihi reſpondere uelint, abunde illis facundam & compoſitam orationem fore. Sed in maximo ueſtro beneficio, cum omnibus locis me, uosq́; maledictis lacerent, non placuit reticere, nequis modeſtiam in conſcientiam duceret. Nam me quidem ex animi ſententia lędere nulla oratio poteſt: quippe uera neceſſe eſt prædicet, falſam uita, moresq́; mei ſuperant. Sed quoniam ueſtra conſilia accuſantur, qui mihi ſummum honorem & maximum negotium impoſuiſtis, etiam atq; etiam reputate, num eorum pœnitẽdum ſit. Non poſſum fidei cauſa imagines, neq; triumphos, aut conſulatus maiorum meorum oſtentare. At ſi res poſtulet, haſtas, uexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerſo corpore. Hæ ſunt meæ imagines, hęc mea nobilitas: non hæreditate relicta, ut illa illis, ſed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæſiui. Non ſunt compoſita uerba mea. Parui id facio. Ipſa ſe uirtus ſatis oſtendit. Illis artificio opus eſt, ut turpia facta oratione tegant. Neq; literas Gręcas didici: parum placebat eas diſcere, quippe quæ ad uirtutem doctoribus nihil profuerant. At illa multo optima Reip. doctus ſum, hoſtem ferire, præſidia agitare, nihil metuere, niſi turpem famam: hyemẽ & æſtatem iuxta pati, humi requieſcere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor. Neq; illos arcte colam, me opulenter: neq; gloriam meam labore illorum factã. Hoc eſt uti-

beo ſpem, ut recte geram conſulatum, & hanc ſpem uirtute, & ingenio tutabor, quia ingenio, & uirtute curabo, ut recte adminiſtrem conſulatum, & nõ offendam, aut delinquam in aliqua re. Nam ſi non recte gererẽ conſulatum, ego non habeo ueterem nobilitatem, aut maiorum meorum facta, quæ me defendant, et tueantur, ſicuti habent nobiles.

Nã alia }. ſ. nobilitas, & maiorum præclara facinora, & opes cognatorum, & clientelæ infirma ſunt, quia non habeo talia, nõ enim ſum nobilis, nec maiores mei præclarũ aliquid geſſerunt, nec habeo clientelas, &c. quæ habent nobiles. Infirma ſunt.} inualida ſunt, nihil ualẽt, quia non habeo. Et illud intelligo.} Ordo eſt. O Quirites, ego intelligo illud. ſ. ora omniũ eſſe cõuerſa in me, & intelligo æquos. i. iuſtos, & bonos fauere mihi, quippe. p quia mea benefacta procedunt reipub. & intelligo nobilitatem quærere locum inuadendi. Ego, inquit, cognoſco, omnes me conſulem aſpicere, & bonos quidem uiros, ac iuſtos mihi fauere, nobiles autẽ q̃rere, quo pacto mihi noceant.

Omnium ora }. i. uultũ, atq; oculos. Aequos }. i. iuſtos. Per æquos, bonosque plebem ſignificat, eamque hac laude demulcet, quia ab ipſa potiſſimum conſul factus erat.

Quippe.} ideo mihi fauent, uident me utilem eſſe reipub.

Reipublicæ, procedunt.} id eſt utilia ſunt, proſunt.

Quo mihi.} plebem alloquitur, dicens. O Quirites omnes intuentur me, & expectant, ut uideant, quomodo me geram in conſulatu, uos bene de me ſperatis, & mihi fauetis, quia creditis, & ſperatis, me talem futurum eſſe in cõſulatu, qualis fui, antequam eſſem conſul. nam ſemper Reipub. profui. Sed nobilitas mihi aduerſa eſt, & inimica, & quærit, quomodo mihi noceat, & propterea quantum potero, curabo, ut neq; decipiam:

ni, &

ni, & illi decipiantur. Si recte, & cum uirtute conſulatum geſſero, uos non decipiemini, quia ſatisfaciã opinioni ueſtræ, quã de me habetis. Et illi decipientur, quia mihi nocere non poterunt, ſicuti cupiunt, quia non habebunt opportunitatem nocendi, cum nihil habeant, quod mihi opponere poſſint. Quo }.i.propter quod. Acrius }.i.uehemẽtius. Nitendum }.i.conandum.

Neque uos capiamini }.i.decipiamini. Conabor ut uos non decipiamini, quia curabo, ut ſatisfaciam ſpei ueſtræ, & opinioni, quam de me habetis. Et illi }.ſ.nobiles fruſtrati ſint.i.decipiantur, fallantur in opinione ſua. Nam exiſtimant ſe poſſe nocere mihi, quia credunt me non recte, & ex dignitate, atque utilitate Reipub. geſturum eſſe cõſulatum, ſed curabo, ut decipiantur in hac ſua opinione, quia ita geram conſulatum, ut omnium iudicio digne, et ex utilitate reipublicæ geſiſſe uidear, & mihi nihil opponere poſſint, atq; ita nec nocere, ſicuti cupiũt. Ita ad hoc ætatis. } Conabor bene gerere conſulatum, neque in gerẽdo conſulatu labores, aut pericula mihi difficilia uidebuntur, quia uſque à pueritia in laboribus & periculis pro Repub. ita uerſatus ſum, ut nunc ea mihi nõ uideãtur grauia. Ordo eſt. Ego ita fui à pueritia ad hoc ætatis ut habeam omnes labores, & pericula cõſueta. Ita fui à pueritia }.i.ita à pueritia uſque ad hanc ætatem uixi, ut habeam in conſuetudine labores & pericula, & ideo nunc ea non uidẽtur mihi difficilia. Quæ. } Ordo eſt. O Quirites non eſt conſilium, uti accepta mercede deſeram ea, quæ faciebam gratuito ante ueſtra beneficia, ſi antequam eſſem conſul, ſemper pro Rep. labores, & pericula ſubire non dubitaui, multo magis nunc, poſtquam factus ſum conſul, illud facere diſpono. Ante ueſtra beneficia. } uidelicet ante quam eſſem conſul. Non eſt

le, hoc ciuile imperium. Nanq; cum tu per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt dominum, non imperatorem eſſe. Hæc atq; alia maiores ueſtri faciendo, ſeq; & Remp. celebrauere. Queis nobilitas freta, ipſa diſsimilis moribus, nos illorum æmulos cõtemnit, & omnes honores non ex merito, ſed quaſi debitos à uobis repetit. Cæterũ homines ſuperbiſsimi procul errant. Maiores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam ſui præclaram; uirtutem non reliquere, neque poterant: ea ſola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus aiunt: quia parum ſcite conuiuium exorno; neq; hiſtrionem ullum, neque pluris pretij coquum, quàm uillicũ habeo. quæ mihi libet confiteri Quirites. Nam & ex parẽte meo, & ex alijs ſanctis uiris, ita accepi; Munditias mulieribus, uiris laborem conuenire; omnibusq; bonis oportere plus gloriæ, quàm diuitiarum eſſe; arma, non ſupellectilem decori eſſe. Quin ergo, quod iuuat, quod charum æſtimant, id ſemper faciant: ament, potẽt: ubi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant, in cõuiuijs, dediti uentri, & turpiſsimæ parti corporis. ſudorem, puluerẽ et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora ſunt. Verũ non eſt ita. Nã ubi ſe oĩbus flagitijs dedecorauere turpiſsimi uiri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniuſtiſsime luxuria & ignauia, peſsimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiũt, Reip. innoxiæ cladi ſunt. Nũc quoniam illis, quãtum mores mei non illorum flagitia poſcebant, reſpondi, pauca de Rep. loquar. Primum omnium bonum habetote de Numidia animum Quirites. Nam, quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata ſunt, omnia remouiſtis, auaritiã, imperitiam, atq; ſuperbiam. Deinde exercitus ibi eſt locorũ ſciens, ſed me hercule magis ſtrenuus, quàm felix. Nã magna pars eius auaritia, aut temeritate ducum attrita eſt. Quamobrem uos, quibus militaris eſt ætas, adnitimini mecum, & capeſſite Remp. neq; quenquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus ceperit. Egomet in agmine, aut in prælio conſultor idem et ſocius periculi uobiſcum adero; me, uoſq; in omnibus rebus iuxta geram: & profecto Dijs iuuantibus omnia matura ſunt, uictoria, præda, laus. quæ ſi dubia aut procul eſſent, tamen omnes bonos Reip. ſubuenire decebat. Etenim nemo ignauia immortalis factus eſt: neq; quiſquam parens, liberis, uti æterni forent, optauit; magis uti boni, honeſtiq; uitam exigerent. Plura dicerem Quirites, ſi timidis uirtutẽ uerba adderent. Nam ſtrenuis abunde dictum puto.

conſilium }.i. non decreui hoc.

Illis difficile eſt. } Dico, quòd mihi facile eſt gerere conſulatũ quia uſque à pueritia ſemper in laboribus exercitatus ſum, ſed nobilibus ẽ difficile, quia ipſi laboribus, & periculis non ſunt aſſueti, & ideo in adminiſtratione magiſtratuum non præſtant id, quod pollicentur in petitione. Nam quando petunt imperia et magiſtratus, oſtendunt ſe induſtrios, & exercitatos, & moratos, et graues. Sed quando aſſecuti ſunt ipſos magiſtratus, et eos adminiſtrant, tuo apparent id quod ſunt, uidelicet, ignaui, ſuperbi, & immoderati, & omnino indigni. Et hoc eſt, quod dicit. Illis difficile eſt. } Ordo ẽ. Et difficile illis, eſt temperare in poteſtatibus, qui ſimulant ſeſe probos per ambitionem. Nobiles, quando petunt magiſtratus, ſimulãt ſeſe probos, cum tamen improbi ſint, ſed hæc ſimulatio diu fingi non poteſt. Nam quando adminiſtrant ipſos magiſtratus, facere nõ poſſunt, quin appareãt id, quod ſunt. Nam cito oſtendunt ignauiam ſuam & ſuperbiam. Difficile eſt in poteſtatibus temperare. } difficile eſt temperare, quin etiam oſtendant mores ſuos improbos.

Per ambitionem }.i.per cupiditatem honoris, nobiles ambitione corrupti ſunt, & ut aſſequantur honores, ſimulant ſeſe probos. Mihi. } ordo eſt. } Benefacere iã uertitur mihi in naturam ex conſuetudine, qui egi omnem ætatem in optimus artibus. Dico, quòd nobilibus ẽ difficile bene gerere magiſtratus, quia non ſunt aſſueti bonis moribus & laboribus, & ideo facere non poſſunt, quin oſtendãt ſuos improbos mores, ſed mihi non ſolum eſt facile benefacere, ſed penè etiam eſt naturale propter conſuetudinem. Et ex hoc cõcludere uult, melius eſſe, ut ſibi demandauerint conſulatũ quam nobilibus, quia ipſe magis idoneus eſt ad gerendum conſulatum, quàm nobiles. Bellum

mecum gerere.} Nunc uenit ad cauſam, ut oſtendat per comparationem, ſe eſſe magis idoneum ad gerendum conſulatum, quàm nobiles, quia ipſe ſemper in bello uerſatus eſt, & idoneus & rei militaris peritus, nobiles autem ignari & imperiti, unde dicit. ô Quirites, uos iuſſiſtis, ut bellum geram cum Iugurtha, & bene feciſtis. Sed ſi aliquis nobilis conſul factus eſſet, & iuſſu ueſtro hoc bellum gerere eum oporteret, quid faceret, cum ipſe omnino artis militaris imperitus eſſet. Sumeret aliquem ex populo, qui eum doceret, Nonne hoc turpe eſſet? ergo melius, & rectius mihi conſulatum demandaſtis. Reputate cum animis ueſtris, num id mutare melius ſit, cogitate, inquit, in aïo ueſtro, an melius ſit, ut id mutetis, uidelicet, ut demandetis hoc bellum alicui ex nobilibus, ac ſi diceret, non eſt melius, quia ſi mitteretis aliquem ex nobilibus ad gerendũ hoc bellum, oporteret, ut ipſe ſumeret ex populo aliquem rei militaris peritũ, qui eũ doceret, quia nobiles ignari & imperiti ſunt rei militaris. Si quẽ ex illo globo ẽ, ordo eſt. Si certe ille ignarus oĩum trepidet, & feſtinet, & ſumat aliquem ex populo monitorẽ officij ſui, ut ſolet fieri in tanta re, ſi mittatis quem, hoc eſt aliquem hominem ex illo globo nobilitatis ad hoc negotium, aut ad tale. ſ. negotium dico hominem ueteris proſapiæ, ac multarum imaginum & nullius ſtipendij. Iam hunc ſenſum expoſuit. Ex illo globo }. i. ex illa multitudine, & demonſtratiue dixit. Nam in concione etiam nobiles aderant. Aut ad tale. } ad aliud aliquid ſimile negotium.

Hominem ueteris proſapiæ }. i. ueteris generis, antiquæ nobilitatis Proſapia dicitur progenies. i. porro ſparſis, & quaſi iactis liberis. Nam ſipare ſignificat iacere & diſijcere. Multarum imaginũ }. i. multorum honorum. Antiqui ſi rem aliquam præclaram p repub. geſsiſſent, decreto Senatus ſtatua donabantur, ut poſteri ad imitandum exemplum eorum prouocarẽtur. Et quia in domibus nobilium plerunque imagines, & ſtatuæ multæ erant maiorum ſuorũ qui uel in conſulatu, uel in prætura, uel in alio magiſtratu præclarum aliquid geſſerant, ideo ille dicebatur homo multarum imaginum, qui multas imagines, & multos magiſtratus familiæ ſuæ, et maiorum ſuorum oſtendere poterat. Et nullius ſtipendij. } qui nũquam ſtipendium fecerit, & nunquam in bello fuerit. Ac ſi diceret, nobilitas facere non poſſet, ut ille eſſet idoneus imperator, et dux, qui nũquam fuerit in bello. Vt in tanta re ſolet fieri. } Sic enim fieri ſolet, quando magnum aliquod negotium nobis impoſitum ẽ, feſtinare ſolemus, ut præparemus nos ad ea quæ ſunt neceſſaria ad gerendum illud negotium. Ignarus. } inſcius, & imperitus.

Feſtinet }. i. feſtinaret. Sumat. } pro ſumeret. Monitorem officij, qui eum doceret, quomodo gereret ſuum officium. Atque ego ſcio. } perſeuerat in hoc, ut oſtendat nobiles idoneos non eſſe ad gerendum conſulatum, quia in bello uerſati ſunt, & propterea imperiti ſunt rei militaris. Dicit enim. Ego ſcio multos ex nobilibus, qui poſtquam facti ſunt conſules, incipiunt diſcere ex libris Græcis ea, quæ pertinent ad ſcientiam & diſciplinam militarem. Et ita faciũt poſterius id, quod faciendum erat prius. Nam oportebat eos diſcere prius quàm eſſent conſules id, quod pertinet ad conſulatum gerendum. Ordo eſt. Atque ego ſcio. ſ. homines ex nobilibus, qui cœperunt legere acta maiorum, & militaria præcepta Græcorum poſtquam facti ſunt conſules. Senſus patet. Legere acta maiorũ }. i. geſta antiquorum, ut id, quod per uſum ignorabant, ex literis diſcerent. Græcorum militaria præcepta, } nam fuerunt Græci doctores, qui de re militari ſcripſerunt, ſicut etiam apud Latinos Cicero & multi alij. Præpoſteri. } homines ſunt. Homo præpoſterus dicitur, qui poſterius facit id, quod prius faciendum erat, ſicuti faciebãt nobiles, qui poſtquam erant facti conſules, diſcebant id, quod diſcere debuerant, antequam fierent conſules, uidelicet ſciẽtiam rei militaris. Nam gerere quàm fieri tempore poſterius. } re atque uſu prius eſt. Probat id quod dicit, uidelicet nobiles eſſe præpoſteros homines, & uide quid dicat. Adminiſtrare conſulatum quantũ ad tempus, eſt poſterius quàm fieri conſulem, quia nemo poteſt adminiſtrare conſulatum, antequam fiat conſul. Ergo quantum ad tẽpus adminiſtrare conſulatum, poſterius eſt quàm fieri conſulem, ſed quantum ad ſcientiam & experientiam eſt prius, quia antequã aliquis fiat conſul, uſu & experientia diſcit ea, quæ pertinent ad adminiſtrandum conſulatum, ut poſtquam factus fuerit conſul, ſciat adminiſtrare ipſum conſulatum. Nam gerere. Ordo eſt. Nam gerere eſt poſterius tempore, quàm fieri, ſed eſt prius re. atque uſu.

Nam gerere. } id eſt adminiſtrare. ſ. cõſulatũ. Quàm fieri. } ſcilicet conſulem, nam aliquis prius fit conſul, deinde conſulatum adminiſtrat. Prius. } quia licet ſit conſul, tamen conſulatum recte adminiſtrare non poterit, niſi uſu & experientia didicerit adminiſtrare antequam eſſet conſul. Comparate nunc Quirites. } Ex antedictis hanc concluſionem infert, ſe magis idoneum eſſe quàm nobiles ad gerendum conſulatum, quia ipſe peritus eſt rei militaris. Nobiles autẽ imperiti & ignari, ipſe antequam factus ſit conſul uſum & experientiam in bello didicit, quomodo gerere debeat conſulatum. Nobiles autem poſtquam facti ſunt conſules diſcunt ex literis ſciẽtiam rei militaris. Nunc uos exiſtimate facta, } an dicta pluris ſint. ſ. pretij. i. cogitate, quæ nam pluris æſtimanda ſint, an dicta nobilium, an facta mea, quia illi diſcunt legendo ea, quæ dicta ſunt à ſcriptoribus, ego autem didici militando, & faciendo, non legendo. Contemnunt. } Paulatim diluit obiecta. Obijciunt mihi nouitatem } dicunt me eſſe indignum conſulatu, quia nouus ſum, et ignobilis, & ego obijcio illis ignauiam eorum. Sed ignauia magis ineptum & indignum reddit aliquem ad conſulatum quàm nouitas quia nouus homo recte poterit gerere conſulatum, ſed ignauus nũquam recte geret. Fortuna. } quia nouus ſum, & ignobilis, quod pertinet ad fortunam. Nam ſicuti tria ſunt genera bonorum, uidelicet bona animi, bona corporis, & bona fortunæ: ita tria ſunt genera malorum econtrario. Sed nobilitas bonum eſt fortunæ, econtrario nouitas, & ignobilitas malum eſt fortunæ. Illis }. ſ. nobilibus. Probra }. i. uitia animi. Sed ſicuti in comparatione bonorũ meliora ſunt bona animi quàm bona fortunæ: ita ĩ comparatione malorum peiora ſunt uitia animi, quàm mala fortunæ. Nam peius eſt eſſe iniuſtum, imprudentem, ignauum, quàm eſſe pauperem, nouum, & ignobilem. Quãquam naturam unam, & communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quenq; generoſiſſimum: Dico quòd nobiles obijciunt mihi ignobilitatem, quãuis ego exiſtimo naturam omnes pares feciſſe, neque alium alio magis nobilem eſſe, niſi per uirtutem. Atque unumquẽq;, ita magis nobilem eſſe, ſicuti magis uirtute præditus ſit. Marius hoc concludere intendit, ſe ex oĩ parte nobilibus anteponendum eſſe. Et ſupra quidem probauit, ſe magis idoneum eſſe quàm nobiles ad gerẽdũ cõſulatum, quia rei militaris peritus ſit, nobiles autem imperiti. Sed quia nobiles dicebant illum eſſe indignum conſulatu, quia non erat nobilis. Nunc reſpondet, & dicit ueram nobilitatem in uirtute conſiſtere. Cum autem uirtute & ſcientia rei militaris ipſe nobilibus antecellat. nobilitate etiam ipſis præſtare debet quandoquidem uera nobilitas in uirtute cõſiſtit. Naturam unam. } quia unius naturæ ſunt, & ideo ſunt pares, quantum ad naturam, ſed diſpares ſunt, prout quiſque uirtute magis eſt præditus. Sed fortiſſimum. } fortitudo una ẽ ex qua

tuor uirtutibus cardinalibus, ſicuti ſupra monſtrauimus. Sed fortitudinem poſuit ſimpliciter pro omni uirtute, quia hæ uirtutes. ſ. iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia ita coniunctæ ſunt, ut qui unam perfecte habeat, etiam reliquas omnes habeat, ac ſi diceret, Sed exiſtimo unumquenque maxime uirtute præditum eſſe nobiliſſimum. Ac ſi iam. } ordo eſt. Ac. i. & quid creditis reſponſuros, niſi uoluiſſe liberos quàm optimos, ſi poſſet quæri ex patribus Albini, aut Beſtiæ, me an illos maluerint gigni ex ſe. hoc infert ad confirmandum id quod dixit, uidelicet nobilitatem in uirtute conſiſtere. Si, inquit, patres Albini aut Beſtiæ interrogari poſſent, utrum magis uellent, an me ignobilem, ſed uirtute præditum, an ipſos nobiles, ſed ignauos ex ſe naſci, ſine dubio reſponderent, uoluiſſe, ut ex ſe naſcerentur liberi quàm optimi, ac ſi diceret reſponderēt, uoluiſſe, ut potius ego uirtute præditus, quàm illi ignaui naſcerentur ex ipſis. Ex } patribus qui nobiles fuerunt, & mortui ſunt. Albini, aut beſtiæ. } iſtos nominat, quia licet nobiles eſſent, tamen conſules in hoc bello Iugurthino male rem geſſerant, ſicuti ſupra uiſum eſt. Quòd ſi me iure deſpiciunt. } Dixi g. mihi iniuſte ignobilitatem obijciunt, quia uera nobilitas in uirtute conſiſtit. Sed tamē ſi iuſte contemnunt me propter ignobilitatem, neceſſe eſt ut contēnant etiam maiores ſuos, qui propter uirtutem nobiles eſſe cœperunt, ſicuti ego nunc nobilitatem paro mihi ex uirtute. Inuident honori meo. } inuident, inquit, honori meo, quia nollent me habere hunc honorem, ſed ipſi uellent habere hunc honorem, ſed habeant etiam labores meos, uirtutes, & pericula, quia per hæc ad hunc honorem perueni. Sed nolunt facere ſic. Nam honores habere uolunt, labores autem nolunt habere. Et hoc eſt, quod ſubiungit. Verum homines corrupti ſuperbia. } Ordo eſt. Verum pro ſed, homines corrupti, ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi contēnant noſtros honores, & ita petunt hos ſ. honores, quaſi uixerint honeſte. Ecce quid diximus, nobiles in ignauia uiuunt, tanquam contemnant noſtros honores. ſed tamen ita poſtea petunt honores, quaſi eos meruerint, & hæc eſt ſuperbia, petere honores, quos non merearis. Næ illi falſi ſunt }. i. certe illi decipiuntur. Et quare decipiuntur, quia res contrarias cupiunt, nam uiuunt in ignauia, & petunt, ut ſibi dentur præmia uirtutis, uidelicet honores. Sed hoc non conuenit, nam uirtuti honor dandus eſt, non ignauiæ. Ignauia & uirtus ſunt duæ res contrariæ. Ignauia eſt quando homo labores ſubterfugit, uoluptati tantummodo ſtudens, & nihil laude dignum exercens. Atque etiam. } Cum ignaui ſint, & omnino honoribus indigni, tamen, ut eos honores aſſequantur, apud nos aut in ſenatu loquentes maiores ſuos extollunt, & eorum fortia facta cōmemorant, putantes ex hoc ſe eſſe clariores & nobiliores. Sed contrarium eſt Nam quanto uita maiorum ſuorum eſt præclarior, tanto ignauia eorum flagitioſior, & turpior apparet. Maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt. } Declarat quomodo gloria maiorū eſt quaſi lumen poſteris, quia gloria maiorum oſtēdit quales ſint poſteri, ſiue boni, ſiue mali: quia ſi poſteri reſpondent maioribus ſuis, boni intelliguntur; ſi non reſpondēt, mali eſſe probantur. Huius rei inopiā ego patior Quirites. } in hoc patres ego ſum inops, quia ego non poſſum commemorare facta maiorum meorum, ſed poſſum commemorare facta mea propria, quod multo præclarius eſt. Et ita etiam in hac re oſtendit, ſe eſſe nobilibus anteponendū, quòd ſi illi digni ſunt conſulatu, qui poſſunt facta maiorum præclara commemorare, multo illis dignior eſt, qui facta propria dicere poteſt. Nunc uide. } Ordo eſt. O Quirites nūc uidete, quàm pquantum ſint iniqui ſ. nobiles, illi nō concedunt id mihi ex mea uirtute, quod arrogant ſibi ex aliena uirtute. Videte, inquit, quam iniqui, & iniuſti ſunt nobiles. Nam dicunt ſe eſſe dignos cōſulatu propter præclara facinora, & geſta maiorum ſuorum, & nolunt, neque patiuntur, ut ego dicam, me eſſe dignum conſulatu ꝓpter præclara facta mea, ſine dubio hæc eſt magna iniquitas. Nam aliquis multo dignior eſt conſulatu ex propria uirtute quàm ex aliena.

Ex aliena uirtute. } uidelicet, quia dicunt ſe dignos eſſe conſulatu propter præclara facinora maiorum ſuorum, Arrogant }. i. aſſumunt, attribuunt. Et quid eſt, quod attribuūt ſibi? hoc, uidelicet, quia dicunt ſe dignos eſſe cōſulatu propter præclara facinora maiorum ſuorum. Scilicet }. i. certe, ſubaudi, non concedunt id mihi.

Quia ego imagines non habeo. } id eſt quia ego non habeo imagines maiorum meorum. Apud antiquos uiri excellentes, & nobiles imagines ſuas poſteris relinquebant, ut cum eas intuerētur, memoria uirtutis eorum ad æmulationem, & imitationem prouocarentur. Imagines igitur illæ erant inſignia & monumēta uirtutis.

Quam certe peperiſſe melius eſt, quàm acceptam corrupiſſe. } Melius eſt, ut ego ſim initium nobilitatis meæ, quàm ut eam acceperim à maioribus, & acceptam corruperim, atque minuerim.

Peperiſſe } ſ. ex meipſo per propriam uirtutem. Equidem. } Dicit, qua de cauſa impulſus ſit, ut hanc orationem haberet. Non ſpōte, inquit, ſed prouocatus à nobilibus hanc orationem habui. Nam poſtquam me conſulem feciſtis, & uos me maledictis lacerare non deſinitis: reprehendunt etiam uos, quia mihi nouo homini conſulatum demandaſtis: reprehendunt me, & inſectantur, quia dicunt me eſſe indignum conſulatu, præſertim cum nouus ſim, & ignobilis, nec imagines maiorum habeā: dicunt præterea me eſſe incultū, & ſermone & moribus. his de cauſis coactus ſum reſpōdere aduerſarijs & oſtendere uos recte feciſſe, qui me conſulem feciſtis, & me non eſſe indignū conſulatu. Sed in maximo. } Ordo eſt. Sed non placuit reticere, ne quis duceret modeſtiam in conſcientiam, cum pro quanto illi lacerēt maledictis me, & uos in omnibus locis. In maximo ueſtro beneficio } quia me conſulem feciſtis, ac ſi diceret. Nō eſt iuſtum ut uos non defendam, cum mihi tantum beneficium feceritis. Ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret. } Modeſtia eſſet tacere, & non reſpondere maledicentibus, ſed ego nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modeſtiam, ſed quia conſcius ſum aduerſarios uera dicere. Duceret }. i. uerteret, traheret. Nam me quidem ex animi mei ſententia nulla oratio lædere poteſt. } Dixi g. nolo tacere, ne quis putet me tacere, nō propter modeſtiam, ſed propter conſcientiam, uidelicet, quia ſciam aduerſarios uera dicere, & me iuſte reprehendere. Nolo ergo tacere, ne quis putet me tacere propter conſcientiam, quia ego neſcio, quòd aliquis me iuſte reprehendere poſſit. Si Marius ſciret aduerſarios uera dicere & tacere propter hoc, utique taceret propter conſciētiam. Si autem ſciret aduerſarios falſa dicere de ſe, & taceret, utiq; taceret propter modeſtiam. Dicit ergo, nolo tacere ne quis modeſtiam in conſcientiam uertat, quia ego neſcio, quòd aliquis uere, & iuſte me reprehendere poſſit. Nam me nemo lædere poteſt ſermone ſuo. Nam ſi ſermo uerus eſt, neceſſe eſt, ut bene dicat de me: ſi ē falſus, uita mea & mores mei tales ſunt, ut eum facile conuincāt.

Quippe uera. } ſcilicet oratio. Bene prædicet }. i. bene dicat. ſ. de me. Ille qui dicit de me, aut bene dicit, aut male dicit: ſi bene dicit, uere dicit, & ita non lædit me: ſi male dicit, uita mea, & mores mei tales ſunt, ut conuincant, & probent eum falſa dicere. Sed quoniam. } Oſtendi quomodo nemo me iuſte reprehendere poteſt, nunc oſtendam, quomodo uos iniuſte lacerant, & oſtendam nos

recte feciſſe, qui mihi conſulatum demandaſtis. Maximum negotium. } uidelicet gerere bellum contra Iugurtham. Non poſſum fidei cauſa. } ideo uos reprehendunt, quia demandaſtis mihi conſulatum, qui ſum homo nouus, & ignobilis, qui non poſſum oſtendere imagines, & triumphos, & conſulatus maiorum, ſed oſtendam alia, quæ faciant dignum cõſulatum. Nam oſtendam, ſi opus eſt, haſtam, & uexillum, & phaleras, & alia dona militaria, & cicatrices in pectore aduerſo. Non poſſum fidei cauſa. } ut faciam fidem me eſſe nobilem, & propterea dignum conſulatu.

Si res poſtulet, } ſi opus eſſet poſſem inquit oſtẽdere multa dona militaria, quibus ob uirtutem ab imperatoribus donatus ſum. Phalera } ornamenta equorum. Aduerſo corpore. } nõ in tergo, ſed in corpore aduerſo. Vt illa. } ſcilicet imagines, & triumphi, & conſulatus. Illis. } ſcilicet nobilibus. Quæſiui. } id eſt acquiſiui. Nõ ſunt. } Nobiles mihi obijciunt, q; ſermone incultus ſum, ſed ego id parui facio. Compoſita. } id eſt ornata. Ipſa uirtus ſatis oſtẽdit. } uidelicet ſine uerbis. Illis artificio. } id eſt arte dicendi. Nobiles, qui turpiter uiuunt, diſcunt eloquentiam, ut turpia facta ſua oratione tegant. Et ita id, quod ſibi obijciebant aduerſarij, amare retorquet in eos. Neq; literas græcas didici. } Obijciunt etiam mihi: q; nõ didici literas græcas: fateor me non didiciſſe literas græcas, ſed didici alia, quæ ſunt magis utilia reip. uidelicet hoſtẽ ferire, præſidia agitare, non metuere, niſi turpẽ famã, & alia quæ ſequuntur.

Ad uirtutẽ nihil docto, pſuit. } uirtus ſine literis acquiritur, & idõ ego literas græcas nõ didici, q̃a ipſæ literæ nõ profuerunt doctoribus earum ad uirtutem comparandam. At illa doctus ſum multo optima reip. } id eſt multo magis utilia reip. Et quæ ſunt illa } uidelicet hoſtem ferire &c. Hyemem, & æſtatem. } frigus & calorem. Iuxta. } ſimiliter. Humi requieſcere } ſuper terram dormire. Eodem tempore didici inquit pati ſimul inopiam, & laborem. Saluſtius omnem ſcriptores uincit copia rerum. Nam ſingula uerba ſingulas habent ſententias. Ecce quot, quantaſq; uirtutes, ac laudes, quas breuiter in Mario commemorauit, hoſtem ferire, præſidia agitare, nihil metuere, niſi turpẽ famam, hyemem & æſtatem iuxta pati, humi requieſcere eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. Multo melius eſt iſta didiciſſe, quàm literas græcas. His ergo præceptis milites cohortabor, neq; illos arcte colã. me opulent. } ac ſi diceret. Non faciã ſicuti faciunt multi imperatores, qui cum ipſi uerſentur in delitijs: milites ſuos laboribus & periculis exponunt, & ita gloriam ſibi comparant non labore ſuo, ſed labore militum ſuorum. Ego non faciam ſic, ſed hortabor milites. ut me imitentur, ut faciant ſicuti ego facere conſueui, uidelicet, ut diſcãt pati inopiã, et laborẽ, famẽ, et ſitim frigus et calorẽ, humi requieſcere, & cæ. quæ militibus conueniunt. Et ita Marius oſtendit, ſe ſemper iure eſſe imperatorem. Neq; illos arcte colam. } id eſt non tractabo illos ſtricte, & dure, & aſpere, me autem delicate. Arcte. } id eſt ſtricte duriter, & eſt aduerbium, unde et uerbum arctare, eſt conſtringere. Illos, } ut me imitentur, & faciant ſicuti ego facio. Me opulent. } ſcilicet. colant id eſt delicate & molliter, ut nolim adire labores militæ, et pericula, hic eſt ſenſus. Ego faciam id quod militibus imperabo, neq; milites dure, et aſpere, me autem molliter, & delicate tractabo, ſed ero exemplum eorum, ut faciãt, quemadmodũ ego facio. Hoc eſt utile. } hoc ẽ equale imperiũ, hoc eſt, inquit, proprium imperatoris una cũ militibus labores, & pericula ſubire, & gloriam ſibi non alieno. ſed, pprio labore parare, ſicuti dixi me eſſe facturum. Nanq; cum tute. } ordo eſt, Nanq; pro quia. hoc eſt eſſe dominum non imperatorem, cogere exercitũ ſupplicio, cum tu agas te per mollitiem. Vere dico, quod proprium imperatoris eſt, una cum militibus labores ſubire, quia aliquẽ uelle in delitijs uiuere, & cogere milites ad labores, hoc pertinet ad dominum, non ad imperatorem & ducem. Cum tu agas te. } id eſt cum regas te, & tractes te. Cum tute per mollitiem agas. } id eſt cum tu labores ſentire non uelis. Cogere ſupplicio. } id eſt ad ſupplicium, hoc eſt ad labores. Hæc atq; alia. } Ego facio quemadmodum faciebant maiores ueſtri, nobilitas autem me contẽnit eos imitantem. Seſeq;, & Rempublicam celebrauere, } honorauere, et ornauere. Quis nobilitas freta, ipſa diſſimilis maioribus. } nos illorum maiorum æmulos contemnit. Nobilitas freta maioribus ſuis, ſed ab ipſis moribus diſſentiens contemnit me illos maiores imitantem. Freta. } confiſa. Nam quia maiores ſui uiri excellentes fuerunt, confidunt ſe poſſe uideri dignos honoribus propter ipſos. Quia enim nati ſunt ex ipſis, putant ſe eſſe ſimiles illorum, cũ diſſimiles ſint. Et ideo honores à uobis petunt, quaſi eos ipſis debeatis. Sed uehementer errant, cum credunt ſe eſſe ſimiles maiorũ ſuorum, & ob eam rem ſibi à uobis honores deberi, non enim ſimiles ſunt maiorum ſuorum, quia maiores eorum non reliquerunt eis uirtutem ſuam, licet reliquerunt imagines, diuitias, & memoriam ſui Et hoc eſt quod dicit. Diſſimilis moribus. } Nobilitas non imitatur mores maiorum ſuorum, & ideo eſt diſſimilis. Nos illorũ maiorum æmulos contemnit } .i. contemnit me æmulum, & imitatorem maiorum illorum, quia ego facio, ſicuti faciebam maiores.

Aemulos } .i. imitatores. Non ex merito. } non quòd mereãtur honores, ſed quaſi debitos. Credunt enim nos debere ipſis honores, quos petunt propter maiores ſuos, quorum putant ſe eſſe ſimiles cũ ſint diſſimiles. Cæterum homines ſuperbiſſimi procul errant } .i. ualde errant, ualde decipiuntur. Et quomodo errant, quia putant ſe ſimiles maiorum ſuorum. cum ſint diſſimiles, quia non habent uirtutem maiorum ſuorum. Nam maiores ipſorum non reliquerũt eis ſuam uirtutem, quãuis reliquerint diuitias, imagines, & memoriam ſui. Et hoc eſt dicit. Maiores eorum omnia. quæ licebat illis relinquere } .i. maiores eorum reliquerũt illis omnia, quæ relinquere potuerant. Neque poterant } .ſ. relinquere uirtutem. Ea ſola } .ſ. uirtus. Neque datur dono. } nemo enim poteſt donare uirtutem ſuã alicui, ſed unuſquiſque proprio labore, & induſtria uirtutem ſibi acquirit. Sordidum me, & incultis moribus aiunt. } Marius reſpondet ad omnia quæ ſibi obijciebant aduerſarij. Nobiles obijciũt mihi, quòd ſum incultus moribus, quia conuiuium ſplendide, & eleganter parare neſcio. Id quod ſibi uitio dabant aduerſarij, in ſuam laudem retorquet. Sordidum me & incultis moribus aiunt. } dicunt me habere mores ſordidos, & incultos, & incompoſitos.

Quia parum ſcire } .i. non eleganter. Conuiuium exorno. } id eſt ſtruo, paro. Neque hiſtrionem ullum, neque pluris pretij coquum quàm uillicum habeo. } Marius oſtendere uult ſtudium ſuum non fuiſſe in conuiuijs ſolẽnibus præparandis occupatum, & ideo non habuiſſe coquos, qui ſibi conuiuia delicata parent, nec habuiſſe hiſtriones, qui ſibi in conuiuijs, cantibus, & geſtibus ioculatorijs ad uoluptatem aſſiſterent. Neque hiſtrionem ullum, neque pluris precij coquum quàm uillicum habeo. } non pluris æſtimo hiſtrionẽ, aut coquum quàm uillicum. Hiſtrionem. } Hiſtriones dicebantur, qui in comœdijs perſonas introductas geſtu & uoce imitabantur, ſic dicti, quia hi primum de Hiſtria uenerunt, ut ait Feſtus Pompeius. Sed hiſtrionem hoc loco accipit pro ioculatore. Solent in conuiuijs potentum adhiberi plerunq; ioculatores, qui iocis & cantibus conuiuas delectant. Quin. } id eſt cur non. Vide quàm eleganter id

ter id,quod ſibi obijciebant,in eorum uituperationē retorquet. Nobiles reprehendunt me, quia neſcio ſplendida parare conuiuia. Fateor.Non enim conuiuijs & munditijs muliebribus dedi operã,ſed in laboribus ſemper & in armis uerſatus ſum. Nam ſic ego didici à patre meo,labores uiris conuenire,& armis laudem parari.Sed ſi aduerſarios meos conuiuia delectant,cur non ſemper in cõuiuijs uerſantur?Concedo placet mihi.Dent operam turpibus amoribus & conuiuijs,& ebrietatibus,& uentri, & gulæ,et relinquant mihi labores,& ſudorem,puluuremq; caſtrenſem,quia hæc mihi magis placent quàm conuiuia.Concedo igitur,ut aduerſarij mei ſemp faciant id,quod dixi,ſed nolunt,non enim ſemper in conuiuijs uerſari uolunt,& ebrietatibus,ſed quid faciunt?cum diu, diuq; ſe his flagitijs inquinauerunt,poſtea præmia fortum, & bonorum uirorũ eripe uolunt,uidelicet honores,& ego ferre nõ poſſum. Quin.} Ordo eſt.Ergo quin.i.cur non ſemper faciãt id,quod iuuat et æſtimant charũ? Iuuat}.i.delectat. Amẽt }.i. turpibus amoribus uacent,ac ſi diceret concedo. Potent }.i.ebrietatibus uacent. Quibus }.ſ.nobis. Illa }.ſ.ſudor,& puluis. Verum nõ eſt ita.} Hoc refert ad id quod dixit,quin ergo id ſemper faciant,uerum non eſt ita,quia ſemper nolunt uerſari in his rebus , uidelicet in conuiuijs, amoribus,& ebrietatibus.Ac ſi diceret. Quandoquidem delectantur conuiuijs,& amoribus,ego uellem,ut ſemper in his rebus uerſarentur,ſed nolunt.Nam cum diu, diuque in his rebus uerſati ſunt, & ſe turpiter his flagitijs inquinauerunt ,poſtea præmia bonorũ uirorum eripere uolunt,& hoc non conuenit. Nam ubi. } Ordo eſt.Nam pro quia,uiri turpiſſimi eunt ereptum præmia bonorum .ſ.uirorum,ubi pro poſtquam illi ſe dedecorauere flagitijs. Dedecorauere }.i.inquinauerunt, maculauerunt. Præmia bonorum.} ſcilicet honores. Ita iniuſtiſſime.} Ordo eſt.Ita i. hoc modo luxuria & ignauia,appoſitiue artes peſſimæ , nihil officiunt illis qui coluere eas,& ſunt cladi maximæ Reipublicæ ĩnoxiæ.Hoc modo inquit,hæc duo uitia,luxuria & ignauia nihil nocent illis,qui ipſa uitia poſſident,& nocẽt innocenti reipublicæ,quæ res iniuſtiſſima eſt.Hoc autem ideo dicit,quia iniuſtum eſt ,ut luxurioſi,& ignaui honores habeãt,qui ſunt præmia bonorum uirorum. Peſſimæ artes }.i peſſima uitia. Illis,qui coluere eas }.i.amauerunt ea uitia. Nihil officiũt }.i.nihil nocẽt,quia quamuis luxurioſi,& ignaui ſint tñ honores eis demandãtur. Innoxiæ }.i. innocenti. Cladi ſunt.i.nocent,quia reſpub.uaſtatur,& magna detrimenta patitur, qđ ignaui,& luxurioſi in magiſtratibus poſiti,eam adminiſtrant.

Cladi ſunt.}id eſt dãno,& detrimento. Nunc quoniã illis.} Ordo eſt.Nunc ego loquar pauca de Republica , quoniam reſpondi illis,quantum mores mei poſcebant non quantum flagitia illorum, ſenſus patet. Primum omnium}.i. ante omnia. Bonum animum habetote Circa bellum,quod geritur in Numidia cũ Iugurtha,nolite timere,ſed bene ſperate,quia omnia quæ uſq; ad hoc tempus Iugurtham defenderunt,remota ſunt.Remoti ſunt enim noſtri imperatores,auari,ſuperbi,et imperiti. Auaritiam,ſuperbiam, & imperitiã.} id eſt auaros imperatores ſuperbos, & imperitos. Nam auaritia noſtrorum imperatorum uſq; ad hoc tempus Iugurtham ſeruauit incolumẽ, quia Iugurtha noſtros imperatores pecunia corrupit,ſicut ſupra uiſum eſt. Locorum ſciens.}nã ad bellum gerendum multũ prodeſt loca ſcire. Mehercule.} id eſt ita me adiuuet Hercules. Auaritia, aut temeritate ducum.} Cladẽ & infelicitatem exercitus uitio imperatorum aſcribit,ut oſtendat recte ſibi conſulatum eſſe demandatum , qui poſſit cladem uitio ſuperiorũ imperatorum acceptam emendare. Attrita.} id eſt conſumpta.

Quamobrem.} Nunc hortatur eos maxime,qui ſunt ad militiam idonei,ut unà ſecum reipublicæ ſubueniant. Vos.}id eſt iuuenes.

Capeſſite rẽpublicam.}id eſt Rempublicam capite.& ſumite defendendam. Nec quẽquam metus capiat }.i. nec aliquis timeat, quia alij imperatores infelices fuerunt,& ſuperbi.Ego enim talis non ero et ſpero dijs iuuãtibus , me felicem futurũ. In agmine,} cum exercitus inceda. In prælio } cum acies pugnãt. Conſultor idem & ſocius }.i. ero dux,& ſocius pariter uobiſcũ in periculis. Me , uosq; omnibus rebus iuxta geram.id eſt me,& uos ſimiliter tractabo.Et ex hoc oſtendit,ſe non eſſe ſuperbum,ſicuti fuerũt alij duces. Et profecto dijs iuuantibus omnia matura ſunt.}id eſt tempeſtiua & uicina,ac ſi diceret.ſpero,dijs iuuantibus , nos cito uictoriam habituros ex hoſte,& prædam & laudem. Aut procul eſſent.} contra id quod dixit,omnia matura ſunt.i.proxima & uicina. Ignauia }.i.per ignauiam.Neque quiſque parens }.i.nullus pater optauit unquam ut filij eſſent æterni,& immortales , ſed ut bene & honeſte uiuerent,& ideo etiam, ſi ex bello uictoriam , aut prædam reportare non poſſumus, tamen propter honeſtatem reipub. ſubuenire debemus. Plura dicerem,O Quirites. }aut timidi eſtis,aut ſtrenui.Si timidi eſtis , uerba mea nequaquam uobis uirtutem addent.Si eſtis ſtrenui,abunde dictum eſt.Et ideo ſiue timidi eſtis,ſiue ſtrenui,plura me dicere non oportere.

MARLIANVS.

SCio ego. Induſtrios.}paratos ad omnia pro rep. Maiore cura }.i ſtudio. Virtute.}fortitudine. Conuerſa.}coniecta.

Quærere locum.}opportunitatem. Temperare.} agere moderationem in magiſtratu. Aegerrime.} dolenter. Ex illo globo} emphaſim habet. Hoies præpoſteri.} qui præponũt diuitias uirtuti. Cum ſuperbia illorum }.ſ.nobilium,et trahit eos in odium.

Hominem nouum.}quaſi dicat ita me per contemptionem appellant. Audire }.ſ.à præceptoribus. Geſſi }feci. Nunc uos. }cõtentio eſt. Pluris.}quaſi dicat facta multo pluris æſtimanda ſunt.

Obiectantur.} exprobantur. Quæri. } interrogari. Faciant idem.}contemnant maiores ſuos. Inuideant,} Quærãt etiam ipſi per laborem,integritatem & diſcrimina,honorem. Quaſi honeſte.} quaſi ex integritate ſua ſuffragia meruerint. Præmia uirtutis.}magiſtratus cũ ſint ignaui. Quod contra eſt.} quia non gloriam ſibi acquirũt cum ipſi ſint degeneres. Flagitioſior. }maiori ignominia dignior. Bona }.ſ.quæ agunt. Mala. }flagitia. Iniqui.}maligni. Scilicet.}non concedunt quæ arrogant ſibi. Melius.}præſtantius. Non placuit re.}apologia. i. excuſatione utitur. Modeſtiam.}ſilentium. In conſcientiam. } in ſcelera quæ,p lata ab ipſis uera exiſtimarẽtur. Oratio } .ſ. mala. Ex animi ſententia. } Ex conſtantia mea. Falſa }.ſ.quæ dicunt. Vita.}integritas uitæ. Sed quoniam.}trahit in odium aduerſarios & habet partes ſuaſionis. Pœnitendum }.ſ.uobis. Verba cõpoſita.} lenocinio fucata. Oſtendit.}indicat. Illis artificio . } contentio eſt. Oratione }.ſ.adultera. Præſidium.} militares copias. Inopiam.} indigentiam. Tolerare.} perpeti. His ergo præceptis.} arg.ab utili. Cogere }urgere. Dominum.}tyrãnum. Quis.} pro quibus.ſ.maioribus. Licebat.}potuerunt. Sordidum. } nunc in odium à moribus ſuperius ab eloquentia traxit. Quæ. } quaſi dicat omnia. Conuenire.} quadrare. Arma.}præclara facinora ex armis comparata. Præmia. } honorum magiſtratus. Nunc quoniam.}tranſitio eſt,color Rethoricus. Primum omnium. }in deliberatiuo uerſatur. Imperitiam.} ſcilicet auli & aliorum. Socius.}à ſua perſona beneuolentiam captat.

RIVIVS. DEinde per ignauiam & ſuperbiam ætatem agere. } In Veneto quodam, Dein ſed in manuſcripto, Dehinc, quod & ipſum aliquoties apud Tulliũ reperitur. Ad hoc alij ſi deliquere, uetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum et affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præſidio adſunt. } Sic & manuſcripta. In Veneto autem quod excudit Pincius, Pomponius caſtigauit, oĩa præſidio adſunt, legitur. pronomine omiſſo. Eodem modo quibuſdã in alijs, uelut eo quod Argentorati eſt a Schurrerio impreſſum. Verum perperam. nam & Donatus priorem lectionem agnoſcit in Terentij Phorm. cuius ſubijcere uerba lubet. Nam ſuper eo loco in actus primi ſcena 2. Qui fuerit pater, quæ mater, qui cognata tibi ſit, omnia hæc confingam. Omnia hæc, inquit, Non ex abundanti poſuit, ſed oratorie, quaſi tam multa. & eſt ἀρχαϊσμὸς nam poſt enumerationem ueteres hæc dicebant. Salluſtius in Iugur. Hæc oĩa præſidio adſunt. Mox, Quas neceſſe eſt uirtute & innocentia tutari. } In manuſcriptis alijſq; uetuſtioribus, & uirtute & innocentia. geminata copula. Maiorum fortia facta. } In manuſcriptis, maiorum facta fortia. Atque ita forſan rectius. ne ſit in oratione ſoluta hemiſtichiũ Hexametri, uel totus penè hexameter. id quod uitioſum eſſe uolunt. Quamuis id non ſemper obſeruant authores. Nam & Salluſt. infra, Iamq; dies conſumptus erat, inquit. quod & ipſum eſt hemiſtichium heroici Sic & Liuius. initio ſtatim hiſtoriæ, Facturuſne operæpretium. id quod Fabius obſeruauit.

Paulo poſt, Quippe beneficia mea remp procedunt. } In manuſcripto eſt alijſq; uetuſtioribus, bene facta mea reipub. procedunt. quomodo & Venetum habet, cuius modo facta à nobis mentio eſt, & Florentinum. ut intelligas Marium ante collatum in ſe honorem gratuito benefeciſſe, eaq; re æquos bonoſq; omnes fauere. Mox,

Vt neq; uos capiamini. } Legendum, uti. Paulo inferius, Benefacere iam ex conſuetudine in naturam uertitur. } Manuſcripta duo, uertit ꝓ quo in ĩpreſſis quibuſdã eſt, conuertitur Id ex gloſſa forſan irrepſit. Ponitur autem & hic & ſimilibus in locis abſolute Hoc uerbum, ſumma cum elegantia & uenuſtate. Q. Curtius 7. poſteaquam. deſierat eſſe quem odiſſent, inuidia in miſericordiam uertitur. Quid ſi legas, uertit? ut abſolute ponatur. Ecquem ex illo globo nobilitatis. } In manuſcriptis omnibus eſt, Si quem ex illo &c. idq; rectius, ni fallor. Nec ſecus Florentinum. Sumat aliquem ex populo monitorem ſui officij. } In manuſcriptis, officij ſui. ut ſequatur adiectiuum. Paulo poſt, Eorum partem uidi, alia egomet geſſi. } Sic in antiquioribus. τὸ Egomet perperam eſt in recentioribus omiſſum. Paulo inferius, Ergo inuideant labori, & innocentiæ, periculis etiam meis. } Illa Et copula, non eſt in manuſcriptis. ac maiore cum gratia abeſt. Quãuis in Beroaldino bis eadẽ ponitur. & labori & innocentiæ. Næ illi falſi ſunt, qui diuerſiſſimas res pariter expetant, uoluptatem, & præmia uirtutis. } Manuſcriptum. expectant. quomodo & in cæteris ferè Præterea ibidem, ignauiæ uoluptatẽ. quod eſt in recẽtioribus omiſſum, idq;, niſi fallor, ignauia & incuria typographorũ. Per præmia uirtutis, honores intelligit Salluſtius. nam hi ꝓꝓ magna merita claris uiris deferuntur & dantur. Paulo inferius honorum præmia dicit, eodem ſenſu. Nam ubi flagitijs, inquit, ſe dedecorauere turpiſſimi uiri, bonorum præmia ereptum eunt. Et profecto ita res ſe habet. } Eſt in quibuſdam, habent, ut in Veneto & Schurreriano, ſed perperã ut mihi uidetur. nam ſic ferè dicimus, ita ſe res habet. uel omiſſo accuſatiuo, ita res hẽt ꝓ ſic eſt, quõ græci οὕτως ἔχει. Maiorũ glĩa poſteris quaſi lumẽ eſt. } τὸ Quaſi, nõ eſt in uno manuſcripto. Sed mihi recte ſanè additum uidetur. Nã ad hũc modũ & Cice. ſæpenumero hac particula utitur. Verũ id quod multo præclarius eſt, mea facta mihi dicere licet. } In uetuſtis, meamet facta mihi &c. Id rectius eſſe puto. nam illud Met ad ecttitum, facere magnopere ad rem uidetur. Id quod perfacile ſentiet, qui ſuperiora diligenter expenderit. Meamet inquit facta, non maiorum meorum, ita uti nobiles iſti faciunt. Nam hi ferè oratione maiores ſuos extollunt, & eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant. ut idẽ inquit.

Quippe uera neceſſe eſt prædicet. } In manuſcriptis eſt, bene prædicet. quomodo & ſententia poſtulat, et Beroaldinum habet. Etiã atq; etiam reputate. } Sic & manuſcriptum. pro diligenter conſiderate. In quibuſdam ẽ, animis reputate. haud ſcio quàm recte. quãdo & antea Salluſtius, reputate, inquit, cum animis ueſtris. addita uidelicet præpoſitione Cum. quomodo Cicero, Cogitate cum animis ueſtris, inquit. Mox, Num eorum pœnitendum ſit. } Manuſcriptum Fabricij, num id pœnitendum ſit. nempe quòd ſummum mihi honorẽ & maximum negotium impoſuiſtis, pro quo ante dixit, num id mutari melius ſit. In alijs tamen eſt uulgata lectio. Præterea cicatrices aduerſo corpore. } Sic & manuſcriptum uolumen. In quibuſdam eſt, in aduerſo corpore. ſed eodem ſenſu. Eſt apud Ciceronem, Cicatrices aduerſo corpore exceptas oſtendere. pro quo idem, Cicatrices aduerſas alicubi dixit. quomodo & Salluſtius in hiſtorijs, ut eſt apud Gellium libro noctium Atticarum 2. cap. 27. Q. Curtius, Multis aduerſo corpe uulneribus acceptis. 9. Hoſtẽ ferire. } In manuſcriptis oĩbus Hoſtes reperi. ſed uulgata lectio mihi magis arridet. Quãq qđ ad ſenſum attinet, parũ refert, utrũ legas. Neq; illos arcte colam, me opulenter. } In Veneto qđ ẽ à Pincio excuſum, ut me opulẽtẽt. In alijs qbuſdã, ut me opulentẽ. Cui otiũ eſt, excutiat hunc locum diligẽter. Mihi uulgata lectio bene hẽre uidetur, ut inter ſeſe opponantur, arcte & opulenter. Eſt enim ſenſus. non ego illos arcte contenteq; habebo, me ipſum molliter & delicate. uel non tractabo illos nimis aſpere atque iniurioſe, me ipſum indulgenter. Nam hunc eſſe ſenſum, ea quæ ſequuntur indicant. Nãq; cũ tute per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere. i. dominum, nõ imperatorem eſſe. Simile quid Liuius de Catone ſcribit lib. 4. dec. 4. Sed in Conſule, inquit, ea uis animi atque ingenij fuit, ut omnia maxima minimaq; per ſe adiret atque ageret. nec cogitaret modo imperaretq; quæ in rem eſſent, ſed pleraque ipſe tranſigeret, nec in quẽquam omnium grauius ſeueriuſq; quàm in ſemetipſum imperiũ exerceret. parſimonia & uigilijs, & labore cum ultimis militum certaret, nec quicquam in exercitu ſuo præcipui præter honorem atque imperium haberet. Eſt à ſciolo quopiam hic deprauatus locus, qui putarit arcte colere idem eẽ, quod ambitioſe nimis colere, & quaſi laxiore imperio habere eos quibus præſis. quomodo Cicero, arcte complecti aliquem dixit. Opulentare uero, idem qđ opulentum & diuitem reddere Nam ſic neſcio quis interpretatus hũc locum fuerat, ſed perperam uidelicet. Tametſi Opulentare quidem reperitur apud Columellam 8. pro inſtruere & exornare. Et eiſdẽ inquit, familiarem focum menſamq; pretioſis dapibus opulentent.

Mox, Neque gloriam meam laborem illorum faciam. } Sic in uetuſtis, atque etiam manuſcriptis. ubi Labore ferè eſt in recentioribus, idq; perperam ſi ſenſum ſpectes. Nanq; cum tu per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt dominum eſſe, nõ imperatorem. } In manuſcriptis ẽ, cum tute. quæ ſyllabica adiectio facere ad rem mihi uidetur. In eodem, per mollitiam. ut ſit primæ inflexionis nomen. Vtrunq; reperitur apud Ciceronem & mollities & mollitia. Qui officia, inquit, deſerunt mollitia animi i. laborum et dolorum fuga. Idem, Ciuitatũ mores lapſi ad mollitiem. Id eſt

dominum eſſe.} Manuſcripta cuncta, hoc eſt dominum eſſe &c. ſed eodē ſenſu. Cice. utroq; mōloq cōſueuit. Hæc atq; alia noſtri maiores faciēdo} Legēdū ē in manuſcriptis, Hæc atq; talia. Paulo poſt, Et oēs honores nō ex merito} Legēdū, oēis honores. Virtutē nō relinquere.} Legēdū, relinquere, oparū incuria ē hoc cōmiſſum. Oībus bonis oportere p'us gl'æ q̄ diuitiarū, arma nō ſupellectilē decori eſſe.} Sic in cunctis manuſcriptis, atq; etiam Florentino, quāuis aliter Gymnicus. Vtra lectio melior, alij iudicēt. Nam ubi flagitijs ſe dedecorauere turpiſſimi uiri, bonorum præmia ereptum eunt.} In manuſcriptis duobus eſt, Nam uos flagitijs qui dedecorauere &c. quod non ſine diſpiicet. Nam quæ uſq; ad hoc tempus Iugurthā tutata ſunt} Manuſcripta, quæ ad hoc tempus. omiſſa illa particula Vſque quomodo etiam pleraq; ex impreſſis. pro quæ hactenus Iugurthā tutata ſunt. τὸ Vſque, ex gloſſa irrepſit. Ego met in agmine, aut in prælio.} Quædam atque in prælio. Manuſcripta ad hunc modum, Egomet in agmine, in prælio, conſultor idē & ſocius periculi uobiſcum adero. Hæc mihi lectio maxime omnium placet. Paulo poſt, Tamen omnes bonos reip. ſubuenire decebat.} Manuſcripta duo, tamen omnibus bonis. uerum perperam ut opinor, niſi quis belleniſmum eſſe putet. quomodo Terent. ita nobis decet. quo loco tamen interpres antiquos ait ſi adderent ſtatim infinitiuum, Nos decet facere loqui ſolitos. ſin minus, Nobis decet. Itaq; cum hic infinitiuus addatur, ſi quid interpreti credimus, uulgata lectio relinquēda erit. Mox, Etenim ignauia nemo immortalis factus ē.} τὸ Eſt, nō habēt exēplaria in mēbrana deſcripta.

GLAREA. Qvippe beneficia mea reip procedunt.} Si hæc uerba prorſus abeſſent, ſenſus huiuſce periodi clarior eſſet. Cur autem Aldinus codex Reip. dandi caſum in accuſandi Rempub. mutauerit non equidem intelligo Et uerbum Procedunt, Sebius Vtilia ſunt, exponit Alij Procedūt exponunt. Proſpere cedunt, ut Teren in And. Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Itaq; poſt Procedunt, diſtinguendum, ac inferendum: Nobilitatem locum inuadendi quærere. Et mox, Vt neque nos capiamur. Rurſus uerbum Neque, uſurpat ſuo more, nō cum ſocio, non ut ſequentia neget. Et illi, inquit, fruſtrati ſint, Vbi Aldinus codex Fruſtra, legit pro Fruſtrati. Etiam atque etiam animis reputate.} Illud Animis, non habent alij codices. Sed cum ſuperius idem Marius dicat, Quæſo reputate cum animis ueſtris: num id mutari melius ſit. exiſtimo, quemadmodum illic cum præpoſitione, ita hic abſque præpoſitione cum uerbo Reputate, poſſe legi. Mox, Præſidia agitare, ambigue dictum. Si de hoſtium præſidijs intelligere placet, Agitare acceptum eſt pro Vexare, uel, ut Badius exponit, Vrbibus expellere. Neque pluris pretij coquum quàm uillicum habeo.} Illud Pretij non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus ſit, uideo. Quidam pro Pretij, Petij legēdum putarant pro emi. Certe Laur. Valla tolleret, ut puto, Pretij. Paulo poſt: ibi ſenectutem agant in conuiuijs, dediti uentri, incertum ē, ubi diſtinguendum. antène, an poſt, In conuiuijs.

HVIVSCEMODI oratiōe habita Marius poſtquam plebis animos arrectos uidet, propere commeatu, ſtipendio, armis, alijsq; utilibus naues onerat: cum his Aulum Manlium legatum proficiſci iubet. Ipſe interea milites ſcribere, non more maiorum, neq; ex claſſibus, ſed uti cuiuſq; libido erat, capite cenſos pleroſq;. Id factum alij inopia bonorum, alij per ambitionem cōſulis memorabant, quòd ab eo genere celebratus, auctusq; erat, & homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſq; opportuniſſimus: cui neque ſua chara; quippe quæ nulla ſunt, & omnia cum pretio honeſta uidentur. Igitur Marius cum aliquanto maiore numero, q̄ decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Vticam aduehitur. Exercitus ei traditur à P. Rutilio legato. Nam Metellus conſpectum Marij fugerat, ne uideret ea, quę audita animus tolerare nequiuerat. Sed conſul expletis legionibus, cohortibusq; auxiliarijs, in agrum fertilem, et præda onuſtū proficiſcitur. Omnia capta ibi militibus donat. Deinde caſtella & oppida,

SOLDVS. Hviuſcemodi oratione habita. Cum inquit hac oratione animos plebis erexiſſet, ſtatim naues onerauit ſtipendio, cōmeatu, & armis, & cum his Manlium legatum in Africā miſit. Proficiſci iubet}. ſ. in Africam, in qua eſt Numidia. Ipſe interea.} Ordo eſt. Ipſe interea ſcribere proſcribebat milites non more maiorū, neque ex claſſibus, ſed ſcilicet ſcribebat pleroſq; capite cēſos. Nō more maiorum. i. non ſecundum ritum, & conſuetudinem maiorum. Nam maiores perſcribere conſueuerant milites ex claſſibus. Marius autem ſcripſit etiā ex his qui nō erant in claſſibus. Nā multos capite cenſos ſcripſit Seruius Tullus, qui ſextus Romulo Romæ regnauit, primus cenſum inſtituit, ex quo belli, paciſq; munia, & onera, non uiritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierēt. Tum populum uniuerſum in claſſes, centuriasque ex cenſu deſcripſit, atq; diuiſit. Ex his, qui centū millium æris, aut maiorem cenſum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas ſeniorum, ac iuniorum. Prima claſſis omnes appellati ſeniores ad urbis cuſtodiam, ut præſto eſſent, iuniores, ut foris bella gererent. Secunda claſſis intra cenſum, uſq; ad quinque & ſeptuaginta millium cenſuum inſtituta eſt. Ex his ſenioribus, iunioribusq; uiginti conſcriptæ centuriæ. Tertia claſſis in quinquaginta millium cenſuum eſſe uoluit. Totidem centuriæ Quarta claſſis quinque & uiginti millium Totidem centuriæ factæ. Quinta claſſis aucta. Nam centuriæ triginta factæ ſunt. Hæc claſſis. xi. millibus cenſebatur. Hæ claſſes, ſicuti numero, ita armis diſtinctæ erant. Nam prima claſſis arma habebat, galeā, clypeū, ocreas, loricam, omnia ex ære, quæ corporis tegmenta eſſent. Tela in hoſtem haſtam, et gladium, Secunda claſſis ſcutum pro clypeo, & præter loricā oīa eadem habebat. Tertia claſſis eadem habebat, præter ocreas. Quarta claſſis arma mutata, nihil præter haſtam, & uerutum datum. Quinta claſſis fundas, lapideſq; miſsiles gerebat. In hac accenſi, corniciueſque tibicineſq; in tres centurias diſtributi. Minor cēſus reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta immunis militia, ita pedeſtri exercitu ornato, diſtribuitoq; Equitum ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias. Quando igitur bellū gerere oportebat, ex his quinque claſſibus milites conſcribebātur Serui capite cenſi, & qui ex claſſes erant ad militiam non recipiebantur, utpote propter inopiam ſuſpecti. Capite cēſi di-

natura & uiris parum munita aggreditur: prælia multa, cæterum alia leuia alijs locis facere. Interim noui milites ſine metu pugnæ adeſſe, uidere fugientes capi, aut occidi, fortiſſimum quẽq; tutiſſimum. Armis libertatem, patriam, parentesq́;, & alia omnia tegi, gloriam atque diuitias quæri. Sic breui ſpatio noui, ueteresq́; coaluere: & uirtus omnium æqualis facta.

cebantur, ut tradit Aulus Gellius, qui aut nullo, aut perquam paruo ære cenſebantur, hi pro capite tributa pendebant, à cenſione capitis nominati. Id factum.} ſcilicet eſſe. Alij dicebãt, Mariũ ſcripſiſſe milites capite cẽſos, qa ex claſſibus bonos milites non inueniebat, alij uero dicebant, Marium feciſſe hoc per ambitionem, ut eos honore afficeret, à quibus ipſe honoratus erat & factus conſul. Quod ab eo genere} ſ. hominum egentium, et infimorum. Celebratus } i. honoratus. Adiutus }. ſ. ad conſulatum comparandum. Homini }. ſ. Mario, uel cuicunque. Opportuniſſimus }. i. commodiſſimus. Cui }. ſ. egẽtiſſimo, pauperes maxime commodi ſunt illis, qui quærunt potentiam, quia nihil timent, cum nihil habeant, quod perdere poſſint, & ideo omnia aggrediũtur, omniaq; eis honeſta, & recta uidentur, modo pretium eis detur. Vticã aduehitur, } quæ ẽ ciuitas Africæ mari uicina. Quã erat decretum à ſenatu.} Plures milites ſcripſit Marius, & ſecum duxit, q̃ decreuerat ſenatus. A` Publio Rutilio legato}. ſ. Metelli. P. Rutilius exercitum Mario tradidit. Nã Metellus.} Quare. P. Rutilius, & non Metellus exercitum Mario tradidit, quia Metellus diſceſſerat, ne Marium conſulem uideret. Nam ſi Metellus ferre non potuit, quando audiuit Marium conſulem eſſe factũ, multo minus tuliſſet, ſi eum uidiſſet. Sed conſul. } Dicit quid fecerit Marius, poſtquam accepto exercitu, & expletis legionibus in Numidiam uenit. Statim inquit exercitũ duxit in agrum fertilẽ & præda plenũ, et quicquid cepit militibus donauit. Cohortibus auxiliarijs.} Cohortes auxiliariæ dicũtur cohortes, quæ ab alienigenis populis in auxilium mittũtur. Noui mil. } quos nuper conſcripſerat, & qui nunq̃ bella tractauerant. Videre. } uidebant eos, qui fugiebant, uel capi, uel occidi, & ex hoc diſcebãt nõ eſſe fugiẽdũ. Noui, ueteresq; coa. }. i ſimul in diſciplina militari creuerunt, & pſecerunt. Nã noui exẽplo ueterum pſecerunt.

ARrectos. } ſ. i. deuinctos. Non more maiorum. } quia non ſcribebant capite cenſos, lege Gellium. li. 1 5. cap. x. Lex erat apud Romanos ne capite cenſi pro militibus eligerentur, & quia hoc nomine poterat appellari etiam ipſe, illam abrogauit legem, ut author eſt Val. cap. de diſciplina militari. Ex claſſibus. } ex tribubus. Opportuniſſimus. } cõmodiſſimus. ſ. fuit. Audita }. ſ. fama dũ Marius eſſet Ro. Caſtella. } pugnacula. Tegi. } protegi. MARLi.

CVm his A. Manlium legatum proficiſci iubet } Sic & manuſcriptum. Cæterum Plinius Manlium uocat, qui legatus, C. Marij fuerit Iugurthino bello, quàm recte, alij uiderint. Mihi librarij errore commiſſum hoc uidetur. Ac procliuis error fuit pter affinitatẽ uocum. Tu ſi lubet Plinium uide libro 33. capite 1. Cui neque ſua chara, quippe quæ nulla ſunt. } In manuſcriptis omnibus eſt, Cui neq; ſua curæ. quomodo & Florentinum. RIVIVS.

SOLDVS. AT reges }. ſ. Iugurtha & Bocchus, qui ſocietatem inierant. Diuerſi. } uidelicet alius in aliũ locum. Ita Iugurthæ placuerat. } conſilium Iugurthæ fuit, ut diuiderentur, & duos exercitus facerent. Nam ſperabat Romanos effuſe, & ſine ordine licenter uagaturos eſſe, ſi intelligerent ipſos reges diuiſos in diuerſas partes fugiſſe, atq; ita opportune credebat, eos inuadi poſſe. Remoto metu. } uidelicet, cum intelligerent reges diuiſos in diuerſas partes ceſſiſſe. Laxius }. i. ſolutius Metellus. Dicit, quomodo Metellus interea Romã redijt, & contra ſpem ſuam ab oĩbus lætis animis exceptus eſt. Nã omnibus charus fuit, quia re uera optimus imperator fuerat, & bellum ſapienter, & fœliciter geſſerat. Deceſſerat. } .i. receſſerat. Iuxta }. i. ſimiliter. Sed Marius. } Dicit quã tam diligentiã Marius habuit. Aut contra } .i. quid mali. Nihil apud ſe remiſſum pati.) id eſt non patiebatur aliquid eſſe remiſſum apud ſe, ſemper intẽtus erat ad omnia, & paratus. Remiſſum, & intentum ſunt contraria, intentum ſignificat paratũ, remiſſum imparatum, neglectum. Apud illos tuti. } ſcilicet reges, nihil apud reges tutum patiebatur, quia eos pſequebatur. Ex ſocijs noſtris. } uidelicet ex urbibus & ex agris populorum Numidiæ, qui ſe popu. Roma. dederant. Iugurtha, ſicuti ſupra dictum eſt, ſe ad Getulos contulerat, et eos ſibi ſocios fecerat, igitur Iugurtha cũ Getulis ſocios popu. Roma. inuadebat, & ex agris eorum prædas agebat. Quæ poſtquam. } Ordo ẽ. Marius ſtatuit circũuenire ſingulas urbes. & loca, quæ erant ſibi aduerſa, ratus, Iugurtham, ita, aut nudatum. ſcilicet iri præſidijs, ſi pateretur ea, aut eum certaturum prælio poſtquam cognouit quæ. i. illa modo. i. tantummodo glorioſa, neque cognouit copiã patrandi belli: Marius intelligebat quidem eſſe glorioſum, quia ſæpe aggrediebatur Iugurtham et eum prælio ſuperabat, ſed tamen uidebat hanc nõ eſſe uiam, & rationem conficiendi, & finiendi belli, ergo aliud conſiliũ cepit, ſtatuit enim ſingulas urbes circumuenire, & obſidere, quæ uiris, & loco maxime opportunæ erant hoſtibus, & ſibi incommodæ exiſtimãs futurum eſſe, ut aut Iugurtha præſidia amitteret. i. ciuitates, & amiſſis ciuitatibus bellum poſtea ſuſtineret

AT reges ubi de aduentu Marij cognouerunt, diuerſi in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthæ placuerat ſperanti, mox effuſos hoſtes iuadi poſſe, Romanos ſicuti pleroſq; remoto metu laxius, licentiusq́; futuros. Metellus interea Romam profectus, contra ſpem ſuam lætiſſimis aïs accipitur, plebi, patribusq́;, poſtquam inuidia deceſſerat, iuxta charus. Sed Marius impigre, prudenterq́; ſuorum, & hoſtium res pariter attendere: cognoſcere quid boni utriſq;, aut contra eſſet: explorare itinera, regum conſilia; et inſidias eorum anteuenire; nihil apud ſe remiſſum, neq; apud illos tutum pati. Itaq; & Getulos, & Iugurtham, ex noſtris ſocijs pdas agẽtes, ſæpe aggreſſus in itinere fuderat, ipſumq́; regem haud procul ab oppido Cirtha armis exuerat. Quæ poſtquam glorioſa modo, neq; belli patrandi copiam cognouit; ſtatuit urbes, quæ uiris aut loco, pro hoſtibus, & aduerſum ſe opportuniſſimæ erant, ſingulas circũuenire. Ita ratus Iugurtham aut præſidijs nuda-

tum iri, ſi ea pateretur, aut prælio certaturum. Nam *Bocchus ſæpe ad eum miſerat nuncios, uelle populi* Ro*mani amicitiam, ne quid ab ſe hoſtile timeret. Id ſimulauerit'ne, quo improuiſus grauior accederet, an mobilitate ingenij pacem, atq; bellum mutare ſolitus; parum exploratum eſt. Sed conſul uti ſtatuerat, oppida, caſtellaq; munita adire: partim ui, alia metu, aut præmia oſtẽtando auertere ab hoſtibus.* Ac *primo mediocria gerebat, exiſtimans Iugurtham ob ſuos tutandos in manus uenturum: ſed ubi illum procul abeſſe, & alijs negotijs intentum accepit, maiora & magis aſpera aggredi tempus uiſum eſt,*

itinere non poſſet, aut prælio totis uiribus decertaret, dum urbibus obſeſſis à Mario, auxilium ferre cupit. Quæ poſtquã glorioſa modo cognouit }. i. poſtq̃ Marius cognouit ea, quæ faciebat, eſſe tantummodo glorioſa, & nõ eſſe talia, ut propter hæc bellum conficeretur, quia licet Marius in itinere Iugurthã ſæpe prælio ſuperaret, tamen ei leue detrimentum inferebat, quia tota acie non dimicabat. Ratus Iugurtham aut præſidijs nudatum iri, } hoc eſt exiſtimãs fore, ut Iugurtha præſidijs ſpoliaretur, uidelicet, amiſsis ciuitatibus, & ita bellum ſuſtinere non poſſe. Aut prælio certaturum. } uidelicet, dum præſidium ciuitatibus obſeſſis afferret. Nam Bocchus. } Dixit de Iugurtha, quia Bocchus ipſe pacem petebat, et ſæpe nuncios miſerat ad Marium. qui ſuo nomine peterent amicitiam pop. Roma. Nequid ab ſe hoſtile. } & miſerat nuncios, ut Marius à ſe nihil hoſtile timeret. Id ſimulauerit ne. } Ordo eſt. Parum exploratum, ne. i. an Bocchus ſimulauerit id, quo ꝑ ut grauior improuiſus accederet, an. ſ. fecerit id mobilitate ingenij ſolitus mutare pacem, aut bellum. Non eſt ſatis certum utrum Bocchus ſimulauerit, an non, ſi ſimulauit, hoc fecit, ut ex improuiſo grauius Marium inuaderet, ſi autem non ſimulauit, ſed in ueritate amicitiam popu. Roma. uolebat, hoc faciebat propter mobilitatem ingenij, utpote, qui paulo ante ſe cum Iugurtha coniunxerat, nunc ſe cum Romanis hoſtibus coniungere uolebat. Sed conſul. } ita quidem Bocchus nuncios miſerat, qui peterent amicitiam popu. Roma ſed Marius uti ſtatuerat, caſtella, & ciuitates adibat, et ea alienabat ab hoſtibus, partim ui, partim metu, partim premia oſtentando. Sed primo mediocria gerebat. }

Primo

Primo quidẽ Marius eas urbes capere cœpit, quæ mediocres erãt, exiſtimans Iugurtham laturũ eſſe auxiliũ ipſis urbibus, et ita in manus ſuas uenturum. Sed poſtquam uidit Iugurtham appropinquare nolle, ſtatuit maiora aggredi. itaq; Capſam urbem ingentem, atque munitam oppugnare decreuit.

MARLIANVS.

Diffi.iles. } ſyluoſos. Vtrunque. } in ſuo & in hoſtis exercitu. Remiſſum. } relictum iri. Pro hoſtibus. } ſcilicet Iugurthinis.

RIVIVS.

Contra ſpem ſuam lætiſſimis animis accipitur. } In manuſcriptis eſt, excipitur. id quod rectius eſſe puto, nec in Beroaldino ſecus. Ex noſtris ſocijs prædas agentes. } Manuſcripta, ex ſocijs noſtris. ut ſequatur pronomen. quomodo & impreſſa pleraq;. Quæ poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi copiam cognouit. } Priſcianus hunc locum citans 18. copiã omittit, & cauſam ſubaudiri teſtatur. Mihi quoq; ſic legendum uidetur, neq; belli patrandi cognouit. ut ſubaudiatur Eſſe. pro, non ſpectare ad conficiẽdum bellum, non facere ad bellum patrandum. quomodo Hircius de bello Alexand. Multa contra morem conſuetudinemq; militarem fierent, quæ diſſoluendæ diſciplinæ ſeueritatiſq; eſſent. pro, quæ pertinerent ad diſſoluendam diſciplinam. Eodem modo Liuius interdũ. uelut quinto ab V. C. Quid illos aliud aut tũ timuiſſe creditis, aut hodie turbare uelle, niſi concordiam ordinũ quam diſſoluendæ maximè tribunitiæ poteſtatis rentur eſſe. Idem 7. Dec. 3. Nam tum quidem quæ temere agitaſſent, ea prodendi imperij, tradendæ Annibali uictoriæ eſſe. pro, ſpectare ad tradendam uictoriam.

SOLDVS. Cuius cõditor Hercules Libys memorabatur. } hercules Libys dicebatur cõdidiſſe hãc urbẽ. Plures Hercules fuerũt, ſed q tot mõſtra ſuperaſſe dicitur, Hercules filius Iouis & Alcmenæ fuit ſc'dm fabulas. Nõ ergo hic Hercules Iouis filius, ſed Hercules Libys Capſam cõdidit. Cuius }. ſ. Capſæ. Nã præter oppido ꝓpinqua }. ſ. loca. Declarat quõ aſperitate locorũ munitũ erat oppidũ illud. Præter loca, quæ erãt uicina urbi, cætera oĩa inculta, aſpa, & deſerta erãt, ſine aqua, plena ſerpentibus uenenoſis, ita, ut uix aliquis urbem adire poſſet. Quorum uis erat acrior inopia cibi, ſicuti uis omnium ferarum, uis horum ſerpentũ non minus erat infeſta q̃ uis ferarum, ꝓpter inopiam cibi. Ad hoc }. i. præterea. Dixit quòd ſerpentes, qui ibi erant, ualde nocebant propter inopiam cibi: ſed et multo magis propter inopiam potus, quia naturaliter omnes ſerpentes infeſti, & nociui ſunt, ſi ſitim patiantur. In his autem locis penuria erat aquæ, ergo ibi ſerpentes propter ſitim magis accendebantur. Eius potiũdi }. i. eius oppidi capiendi. Marius hoc oppidum capere maxime cupiebat, tum propter uſum belli, quia & ſibi maxime erat incommodum ad bellum gerendum, & hoſtibus maxime opportunum, tũ quia res aſperæ uidebantur, ut ſi hanc urbem caperet, tanto maior gloria ei eſſet, quãto maior difficultas extitiſſet. Et Metellus. } ac ſi diceret, etiam hac de cauſa cupiebat hanc urbem capere, ne Metello uideretur inferior, qui urbem Thalam ingenti gloria ceperat. Et oppidum Thalam. } haud diſſimiliter ſitum, atque munitum. Nam ſicuti ſupra uiſum eſt, Thala urbs inter ingentes ſolitudines poſita eſt, ſicuti etiam Capſa, dẽ qua nunc agitur. Situm } i. poſitũ. Niſi quòd apud Thalã. } Dicit ſitum Capſæ & Thalæ ſimilẽ eſſe, niſi quòd Thala ma

ERat inter ingentes ſolitudines oppidum magnum, atq; ualens, nomine Capſa: cuius cõditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurtham immunes, leui imperio, & ob ea fideliſſimi habebantur: muniti aduerſum hoſtes, non mœnibus modo, & armis atque uiris, uerumetiam multo magis locorũ aſperitate. Nã præter oppido propinqua, alia omnia uaſta, inculta, egentia aquæ, infeſta ſerpentibus, quarũ uis, ſicuti oĩum ferarum inopia cibi acrior. Ad hoc natura ſerpentium ipſa pernicioſa, ſiti magis, quàm alia re accẽditur. Eius oppidi potiundi Marium maxima cupido inuaſerat, cũ propter uſum belli, tum quia res aſpera uidebatur: &

Salluſt. R

gis abundat aqua. Nam apud Thalam plures fontes ſunt. Sed Capſa intra mœnia unum flumen tantum habet, deinceps pluuia utuntur Capſenſes. Capſenſes.} Ordo eſt. Capſenſes utebātur, modo.i.tantummodo una iugi aqua, atq; ea inter oppidum, cæteri.i.deinceps, utebātur pluuis. Iugi }.i.continua. Cæteri ſignificat deinceps, & ē aduerbum. Virgilius. Cætera parce puer bello. Id ibique.} Ordo ē. Toleratur eo facilius, & ibi & in oī Africa, quæ procul à mari agebat incultius, quia Numidæ plerique ueſcebantur lacte, & carne ferina, & neq; quærebant ſalem, neque alia irritamenta gulæ. Non eſt inquit mirū, ſi Capſenſes una aqua tantummodo utebantur, quia Numidæ, qui habitant in Capſa, et in reliqua Africa procul à mari, ideo facile penuriā aquæ tolerant, quia non comedunt ſalē, ſed ut plurimum lacte ueſcuntur & carne ferina, et ideo nō magnopere aquam deſiderant. Id toleratur. } uidelicet penuria aquæ, nam refertur ad id, quod dixit Capſenſes una aqua tantū modo uti, ex quo ſignificat, eos ſine dubio aquæ penuriam pati.

Cibus illis.} aduerſus famem et ſitim, } cibo utūtur Numidæ, qui poſſit famem, & ſitim expellere, non qui poſſit ad libidinem & luxuriam prouocare.

Igitur.} quandoquidem ita cupiebat capere capſam. Igitur conſul.} Ordo eſt. Igitur conſul tamen ſatis prouidenter exornat.ſ. exercitum pro copia rei, exploratis omnibus, dico facit hoc, fretus dijs, credo, id eſt ut credo. Nam pro quia non poterat ſatis prouidere conſilio contra tantas difficultates, quippe pro quia etiā tenebatur inopia frumenti, quia Numidæ ſtudent magis pabulo pecoris, q̄ aruo, & quia contulerant, quodcunq; natum fuerat in loca munita.

Iuſſu regis autem. } id eſt & quia ager erat aridus, & uacuus frugum ea tempeſtate, nā

Metellus oppidū Thalam magna gloria ceperat, haud diſsimiliter ſitum, munitumque: niſi quòd apud Thalam non longe à mœnibus, aliquot fontes erant. Capſenſes una modo, atque ea intra oppidum iugi aqua, cętera pluuia utebantur. Idq; ibi, et in omni Africa, quæ procul à mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur: quia Numidę plerunq; lacte, & ferina ueſcebantur; & neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta quærebant; cibus illis aduerſus famem, atq; ſitim, non libidini, neque luxuriæ erat. Igitur conſul omnibus exploratis, credo Dijs fretus (nam cōtra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat) quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quòd Numidæ pabulo pecoris magis, quàm aruo ſtudent; & quodcunque natum fuerat, iuſſu Regis in loca munita contulerant; ager autē aridus, & frugum uacuus ea tempeſtate, nam ęſtatis extremum erat: tamen pro rei copia ſatis prouidenter exornat: pecus omne, quod ſuperioribus diebus prędæ fuerat, equitibus auxiliarijs agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi ſtipendium, et commeatum locauerat, ire iubet: dicitq; ſe prædabundum poſt paucos dies eodem uenturum. Sic incepto ſuo occultato, pergit ad flumen Tanam. ¶ Cæterum, in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item per turmas ęqualiter diſtribuerat: & ex corijs utres uti fierent curabat: ſimul & inopiam frumenti lenire, & ignaris omnibus parare, quę mox uſui forent. Demque ſexto die cum ad flumen uentum eſt, maxima uis utrium effecta. Ibi caſtris leui munimento poſitis, milites cibum capere: atque uti ſimul cum occaſu ſolis egrederentur, paratos eſſe iubet: omnibus ſarcinis abiectis, aqua modo ſeq; & iumenta onerare. Dein poſtquam tempus uiſum, caſtris egreditur: noctemq; totam itinere facto conſedit: idem proxima facit: deinde tertia multo ante lucis aduentum, peruenit in locū tumuloſum à Capſa non amplius duum millium interuallo. ibiq; quàm occultiſsime poteſt, cum omnibus copijs opperitur. Sed ubi dies cœpit, & Numidę nihil hoſtile metuētes, multi oppido egreſsi: repente omnem equitatum, & cum his uelociſsimos pedites curſu tendere ad Capſam, et portas obſidere iubet. Deinde, ipſe intentus propere ſequi neque milites prędari ſinere. Quæ poſtquam oppidani cognouere: res trepidę, metus ingens, malum improuiſum, ad hoc pars ciuium extra mœnia in hoſtium poteſtate, coegere, uti deditionem facerent. Cęterum oppidum incenſum: Numidę puberes interfecti: alij omnes

pro quia extremum æſtatis. Cū Marius omnino, ad oppugnandam Capſam, per ingentes ſolitudines, & loca deſerta, atque aſpera exercitum ducere ſtatuiſſet, ſatis congruum fecit apparatum, licet his difficultatibus circūuentus premeretur. Nam inopia frumenti laborabat, & ager erat, & frugibus uacuus, quia iam extremū æſtatis erat. Nam contra. } Declarat, quare dixit, dijs fretus, quia Marius conſilio humano contra tantas difficultates prouidere nō potuiſſet, ſed ſperans auxilium diuinum ſibi non defuturum, aggreſſus eſt facere id, quod fecit. Tenebatur }.i. premebatur. Quia Numidæ.} Dicit cauſam inopiæ frumenti, quia ipſi Numidæ non tā ſeminandis aruis ſtudent, quàm pabulo pecoris colligendo, magis occupantur ad pabula colligenda pro uno pecore, quàm ad arua ſeminanda. Tamen pro rei copia }.i. ſecundum facultatem, quā habebat. Pecus oē, } quod ſuperioribus diebus prædæ fuerat equitibus auxiliarijs agendum diſtribuit. Oportebat ſecum ducere prædam omnem, quàm cœperāt ſuperioribus diebus. Et ideo equitibus auxiliarijs hanc prouinciam, & hoc negotium dedit, ut pecus captum agerent. Aulum Manlium. } Aulum legatum ſecum non duxit Marius, ſed eum reliquit ad cuſtodiam ſtipendij, & commeatuum. Cum cohortibus expeditis, } ut ſupra diximus. Cohortes expeditæ dicuntur, quæ grauibus armis non ſunt impeditæ, uidelicet quæ galeā, aut clypeū, aut ocreas non gerunt, ſed tela tantummodo gerunt, ſicuti erāt milites, qui ſcribebātur ex quarta claſſe, qui haſtam, & uerutū tantummodo gerebant. Dicitq; Marius conſilium ſuum etiam legato uolbat eſſe occultum,

Eodem }. i. ad eundem locum, ſcilicet ad oppidum Laris. Pecus }.ſ. agendum, Marius laborem æqualē omnibus eſſe uolebat. Et

uenundati;prǣda militibus diuiſa. Id facinus contra ius belli non a uaritia neque ſcelere conſulis admiſſum: ſed quia locus Iugurthǣ opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominum mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu coercitum.

bat. Et ideo uoluit, ut non ſolū equites auxiliarij pecus pellerent: ſed nūc laborem inter oēs æqualiter diſtribuit, ut & pedites, & equites pecus agerent inter eundum. Per cēturias. } Centuriæ ſunt peditum, Turmæ uero equitum. Vtres. uti fierent curabat, } ad portandam ſcilicet aquam per loca deſerta. Parare. } pro parabat. Vſui forent. } uidelicet, ut irent Capſam. Maxima uis. } ideo maxima multitudo, maximus numerus. Caſtris leui munimento poſitis. } Leuiter caſtra muniuit, quia ſequēti nocte diſceſſurus erat. Aqua modo. } id eſt tantummodo, quia Marius nolebat, ut milites ſecum aliquid ferrent, niſi arma neceſſaria, & aquam, ut per loca deſerta ire poſſent, & non conficerētur ſiti. Onerare } ſ. iubet. Opperitur }. i. expectat. Sequi }. i. ſequebatur. Sinere. } pro ſinebat. Marius nolebat, ut milites intenti eſſent ad capiendam urbem, non ad prædandum. Quæ poſtquam, } Ordo eſt. Res trepidæ, metus ingens, malum improuiſum, ad hoc. i. præterea pars ciuium extra mœnia in poteſtate hoſtium, hæc. ſ. omnia cogere, uti oppidani facerent deditionem, poſtquam oppidani cognouere, quæ. i. illa. Senſus patet.

Pars ciuium extra mœnia. } illi qui erant intra urbem, & habebant ſuos extra mœnia captos à Romanis, ſuadebant deditionem, ut ipſi ſuos incolumes reciperent. Cæterum oppidum incenſum. } ſcilicet eſt à Mario. Sed quæret aliquis, quomodo Marius hanc urbem tam magnam, tāq; potentem contra fidem incendit. Nā ſi ſe dediderant, certe in conditionibus obtinuerant, ut ſeruarentur incolumes, quarum ergo, & urbem incēdit, & ciues occidit, Salluſt. dicit, Marium hoc feciſſe non propter auaritiam, aut propter crudelitatem, ſed propter neceſſitatem belli, quia ciuitas illa nimis, et ſibi incommoda, & hoſtibus commoda erat ad bellum gerendū, & quia Numidæ mobiles à natura ſunt, & infidi non ſeruantes id quod promittunt. Puberes. } Puber dicitur, qui iam gignere poteſt, is incipit eſſe ab annis quatuordecim, fœmina uiripotens ad duodecimū.

Alij omnes. } qui erant infra eam ætatē. Id facinus admiſſum. } ſcilicet eſt. i. commiſſum, perpetratum. Contra ius belli. } ius belli eſt, ut, qui ſe dedunt ſeruentur incolumes, ſecundum fidem datam. Nemo enim ſe dederet, niſi ſalus, & incolumitas promitteretur ei. Non auaritia. } quia cuperet præda ſe & exercitum locupletare, non fecit propter hoc. Neque ſcelere }. ſ. crudelitate propter puberes omnes interfectos. Locus }. ſ. Capſa. Aditu difficilis. } quia Romani difficile ad eum locum ibant. Coercitū. } refrenatū.

MARLia. Vis. } atrocitas. Pernicioſa. } infeſta mortalibus. Munitum. } circūuallatum locis aſperis. Fuerāt prædæ. } deprædati fuerant. Prædabundum } tanquam qui prædaturus eſſet.

Maxima uis multitudo utriū. Effecta. } confecta. Proxima } ſecūda nocte facit, id eſt, ducit exercitum. Tumuloſum } cliuoſum.

RIVIVS. Muniti aduerſum hoſtes. } Manuſcriptum, aduorſum hoſtes. Id antiquario conuenire magis uidetur. Mox, Nam præter oppida propinqua, alia omnia uaſta, inculta, egentia aquæ, infeſta ſerpentibus. } Legendum, præter oppido propinqua. uti ex manuſcriptis duo habent. ut de locis loquatur oppido uicinis, uel quæ circa oppidum ſint. quomodo Tacitus dixit, Per urbem & urbi uicina conquiſiti. Sic ſenſus expoſcit. quamuis Fabricianum, præter oppidum propinqua. Quæ procul à mari incultius agebat. } In Veneto ac plerisq; alijs non eſt additum, à. Cicero ferè in ſimilibus præpoſitionem addit, uelut, Inſula Delos tam procul à nobis. Idem, procul à terra abripi. &, non procul à ſuis finibus. Niſi ubi poetice loquatur, ut in Arato, Et procul Arcturo. Item in epiſtolis è poeta quopiam, patria procul. Plinius tamen 5. capite nono ubi Nilum ait originem habere in monte inferioris Mauritaniæ, Non procul Oceano, inquit. & Curtius 4. procul hoſtium cōſpectu. Paulo poſt, haud procul Carthaginis muris locauerant caſtra. & Haud procul munimentis urbis emerſit. & poſtea, Iāq; haud procul Memphi erat. Idē 5. Haud procul mœnibus fluxerat. et 9. haud procul amne per quem erat nauigaturus. Idem tamen præpoſitionem interim addit. uelut. 5. Qui haud procul ab urbe tendebat, & 9. haud procul à Perſide aberant. Sed & 10. Eſſe haud procul à continenti inſulam palmis frequentibus conſitam. Niſi quis mendum forte ſubeſſe putet. Mox, Quia Numidæ plerunque lacte & ferina ueſcebantur. } Manuſcripta, ferina carne. Sed mihi prior lectio magis arriddet. ut ſubaudias ſubſt antiuū. quomodo Virgilius 1. Aeneidos, Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ. Ita ferè dicimus, ſuilla, bubula, caprina. ut ſubaudiatur caro. Linacer tamē cum manuſcripto facit, ut et ex impreſſis quædā. Sed & ſupra Salluſtius, Quis cibus erat caro ferina, inquit, de Getulis loquens. Cibus illis aduerſus famem atque ſitim, non libidini neque luxuriæ erat. } Codex Fabricianus, aduerſum famem & ſitim quomodo & ille Pariſiis à Badio impreſſus. Vtrunque apud Ciceronem atq; alios primæ notæ ſcriptores reperitur, aduerſus & aduerſum. At in exēplari Veneto, Argentoratenſi, alijs plerisq;, eſt additum quiddam, quod in ſuperioribus, ſi minus neceſſarium eſt, abeſt. ſi opus eſt, deeſt. Cibus potusq; illis aduerſus famem atq; ſitim, uidelicet ut cibus ad famē, ad ſitim potus referatur. Mihi utra lectio uerior, hauddum ſatis liquet. Niſi ſi quis ideo probandam eſſe ducat lectionem uulgatam, quod & cibi pariter & potus uicem præbeat lac, quo illi ferè ueſcebantur. Qua de cauſa ijdem & γαλακτοφάγοι dicebantur, quaſi dicas, lacte ueſcentes. atque item γαλακτοπόται ſicuti libro 7. teſtatur Columella, quo loco nationibus quibuſdam frumenti expertibus uictum commodare lac docet. Paulo poſt, Nam contra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat. } Volumen Fabricianū, omiſſa illa particula Contra, nam difficultates tantas &c. haud ſcio an perperā. Niſi quis Prouidere, pro eo quod eſt, præcauere tantas difficultates, poſitum uelit. quomodo Terent. in Andria, Quæ ſi non aſtu prouidentur. pro cauentur, uitantur. ut adnotauit ibidem interpres. Mihi uulgata lectio bene habere uidetur, ac poteſt incuria librarij τὸ Contra omiſſum eſſe. Nam in alijs manuſcriptis eſt. Ad oppidum Laris, ubi ſtipendium & cōmeatum locauerat, ire iubet, } Sic & manuſcripta. In quibuſdam eſt, ad oppidum Larim, ſed perperam. Pecus exercitui per centurias, item per turmas æqualiter diſtribuerat. } Manuſcripta, per centurias, item turmas, omiſſa repetitione præpoſitionis Per. quomodo & ex impreſſis habet codex Badianus, atque alij quidam.

Omnibus ſarcinis abiectis, aqua modo ſeq; & iumenta onerare. } Eſt in nonnullis, omnibus abiectis ſarcinis. quæ collocatio uerborum melior.

GLAREA. Oppidum magnum atque ualens, nomine Capſa. } Ptolemæus Capſæ meminit ad occaſum Tritonidis paludis. Strabo libro ultimo ait, Iugurthæ theſauros fuiſſe in eo oppido. Cum hic noſter author in oppido Suthul eos fuiſſe ſupra dixerit. Fieri autem

potuit, ut in diuerſis locis, firmis ac munitis theſauros ſuos habuerit Iugurtha, ut de Thala quoque ſupra dicit, pleroſque eius theſauros ibidem fuiſſe. Sed mirum eſt Commentatores noſtros, ne unius quidem loci meminiſſe quem explicarẽt, unde lux authori maior accederet. Sat eſt ſi dicam, fuiſſe ciuitatem Numidiæ. Mox. Nam præter oppido loca propinqua: } temere hæc in Aldino codice mutata ſunt, nempe in hãc lectionem: Nam præter oppida propinqua. Neque enim ueriſimile eſt oppida illi oppido propinqua fuiſſe, ſed loca quædam, ut uillas, lucos, &c. Ad oppidum Laris. } Lares Cirtheſiorum oppidum ponit Ptolemæus aliquanto magis ad meridiem quàm Vaccam (ipſe Vagam appellat) ac Iuliam Cirtham. Cæterum cum paulo ante retulerit author, Marij cũ duobus regibus pugnam ante Cirtham, interea uero aliquot oppida caſtellaq; capta, denique ueniſſe in mentem ei, ut Capſam tentaret, quæ ſatis longe à Cirtha abeſt, atque à Laribus Commentatoribus uenia dari poteſt, etiamſi ea ne uerbo quidem attingunt, cũ author ipſe tã negligens in re ſeria fuerit, ipſe, inquam, Africæ prouinciæ Prætor, quam non abſq; nominis ſui infamia ſpoliaſſe fertur. Vbi enim Tanam flumẽ, quod hic ſubiungit, fuiſſe exiſtimemus? itinere à Cirtha Capſam, flumina duo ſunt à Ptolemæo deſcripta, Rubricatus, et Bagrada, præterea palu-ũ Siſaræ & Hipponitidos flumen. Fieri tamen poteſt & plura alia interfuiſſe, ſed dubitet Lector mecum. Nam ut Antea conqueſtus ſum, ex Africæ topographia non temere apud hunc authorem et Liuium te explices. Cõtinuo poſt. Cæterum in itinere pecus exercitui per cẽturias. Præpoſito Per, ante Centurias omitti non debet. Illud autem quod ſtatim deinde ſequitur, Sitim & inopiam frumenti leuire. Quomodo leuierit, non ſatis clarum.

POſtq̃ tantã rẽ peregit Marius, ſine ullo ſuorũ incõmodo, magnus, & clarus antea, maior atque clarior haberi cœpit: oĩa non bene conſulta in uirtutem trahebantur. Milites modeſto imperio habiti, ſimul & locupletes, ad cœlũ ferre, Numidæ magis q̃ vllũ mortalẽ timere. Poſtremo omnes ſocij, atque hoſtes credere, illi aut mentem diuinam eſſe, aut Deorũ nutu cuncta portẽdi. Sed cõſul, ubi ea res bene euenit, ad alia oppida pergit, pauca repugnantibus Numidis capit: plura deſerta propter Capſenſiũ miſerias igni corrupit, luctu atq; cæde omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac pleriſq; exercitu incruẽto, aliam rem aggreditur, non eadem aſperitate, qua Capſenſium, cæterum haud ſecus difficilem. Nãq; haud lõge à flumine Mulucha, quod Iugurthæ, Bocchiq; regnũ diuidebat, erat inter cæteram planitiẽ mons ſaxeus, mediocri caſtello, ſatis patẽs, in immenſum editus, uno perangusto aditu relicto. Nam omnis natura, uelut opere atq; conſulto præceps: quem locum Marius, quòd ibi regis theſauri erãt, ſummo ui capẽtẽdit: ſed ea res forte, q̃ cõſilio melius geſta. Nã caſtello uirorũ, atq; armorũ ſatis magna uis erat et frumẽti, & fons aggeribus, turribuſq;, & alijs machinationibus locus importunus, iter caſtellanorum anguſtum admodum, utrinq; præciſum, uineæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur. Nam cum hæ paulo proceſſerant, igni aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neq; inter uineas ſine periculo adminiſtrare: optimus quiſque cadere, aut ſauciari, cæteris metus augeri.

SOLDVS. OMnia non bene conſulta in uirtute trahebantur. } Vide quantam authoritatem Marius apud omnes habebat. Si hoſtes non bene conſulebant, et non bene ꝓuidebat, atq; ob eã cauſam uincerẽtur à Mario, oẽs dicebãt hoc eueniſſe ꝑ uirtutẽ Marij, nõ q̃ hoſtes male ꝓuidiſſent. Et ita, cũ hoſtes uincerẽtur ꝑ ſua mala cõſilia, dicebantur eſſe uicti ꝑ uirtutem Marij. Milites. } Dicit Marium omnibus gratũ fuiſſe. Modeſto imperio habiti } quia Marius erga milites humanus erat, non inſolens aut crudelis. Habiti. } recti. Ad cœlum ferre } .i. ad cœlum Marium laudibus extollebant. Numidæ. } ac ſi diceret. Romani Marium imperatorẽ ſuũ amabãt, hoſtes aũt eũ pluſq̃ hoĩem timebant, ac ſi diceret, hoſtes Mariũ tãq̃ deũ timebãt. Portẽdi } .i. denũciari, monſtrari, credebant, inquit, Marium, aut eſſe deum, aut ipſum regi & gubernari conſilio diuino, ut quicqd faceret, dijs authoribus faceret. Pauca repugnantibus Numidis capit. } et pauca oppida capit, in qbus ipſi Numidæ repugnarent, & reſiſterent. Et. } uide quid dicat. Marius, extincta prorſus, & deleta Capſa, pergit ad oppugnandas, & capiendas alias urbes, in quibus paucæ urbes fuerunt, quæ Mario repugnare, & reſiſtere auderent, ſed plures urbes dediderunt ſe Mario repugnare non audentes, ne paterẽtur miſerias, quas Capſenſes perpeſſi fuerãt: quas urbes tamen Marius igni corrũpebat. Plura. } propter Capſenſium miſeriam igni corrumpit. Ac ſi diceret, Marius plures ciuitates capit, & eas incendit, propter hanc opportunitatem, quia oppidani non audebant repugnare ſed tradebant ſe Mario, timentes ne ſi repugnarent, paterentur miſerias, quas Capſenſes ꝑpeſſi fuerant. Multis locis potitus } .i. cũ multa loca cepiſſet. Ac pleriſq; } .ſ. locis potitus. Exercitu incruento. } ex multis urbibus, quas cœpit, maiorem partem earum cepit ſine detrimento, et ſine cruore exercitus ſui, q̃a urbes ſine mora, & ſine oppugnatione tradebãt ſe Mario et nõ pauci de exercitu Marij occiſi ſunt. Qua Capſenſium } .ſ. rem aggreſſus fuerat. Mons ſaxeus mediocri caſtello ſatis patens } .i. latus, & latitudo montis erat ſatis magna ſed altitudo erat immẽſa. Editus } .i. altus. Vno } .i. ſolo. Nam ipſe dicit, qua de cauſa ꝑ unam uiam tantummodo iri poterat ad caſtellum, quia naturaliter mons ab omni parte erat præceps, quaſi de induſtria opere humano eſſet exciſus, ut ſcandi nõ poſſet. Locus dicitur præceps, quem quis ſcandere nõ poteſt, q̃n præcipitetur, ſicuti turris. Ergo præceps dicitur homo, qui ruit cadens, et præceps dicitur locus, de quo ruitur. ſicuti & lubricus dicitur homo, qui labitur, & lubricus dicitur locus, de quo quis labitur, ut glacies. Veluti opere. } id eſt tanquam opere humano. Atque conſulto } .i. de induſtria. Præceps } .ſ. erat mons ille. Sed ea res forte, quam conſilio melius geſta. } quia hunc locũ Marius cepit non induſtria ſua, ſed caſu &

ſu & fortuito, ſicuti infra declaratur. Forte }.i.caſu, & eſt caſus ablatiui. Nam uirorum } Dicit, quare caſtellum conſilio capi non poterat uiribus, quia & natura loci & opere, & uiris, & armis, & commeatu munitiſſimum erat. Iter caſtellanorum. } id eſt uia, qua homines, qui habitabant in caſtello ibāt in ipſum caſtellum. Vineæ. utrinque præciſæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur } uia adeo erat anguſta, ut uineas nō caperet, itaque neceſſe erat, ut uineæ ab utraque parte præciderentur, ut ad caſtellū agi, & appelli poſſent. Nam cum una tantummodo uia eſſet, & ea admodum anguſta & periculoſa, neceſſe erat, ut & milites ante ſe uineas agerent, & ſub ipſis tecti ſuccederēt caſtellum. Diximus ſupra uineam eſſe machinam bellicam, ſub qua milites tecti pugnāt.

Agebantur. } pellebantur ante. Milites neque pro opere conſiſtere } .i.milites, neque ante opus.i.ante uineas conſiſtebant, neq; pro opere.i.ante opus, ante machinam, uidelicet ante uineas. Opus apud hiſtoricos ſignificat & munitionem, & machinam bellicam.

Propter iniquitatem loci. } quia una tantum uia erat, & ea admodum anguſta, & ideo ſi milites ante uineas ſtetiſſent, omnes interfecti fuiſſent. Neq; inter uineas ſine periculo } quia uineæ igni, aut lapidibus corrūpebantur. Adminiſtrare. } ꝑ adminiſtrabāt.i. pugnabāt. Cadere. aut ſauciari, } aut occidebat, aut uulnerabatur.

MARLIA. INcommodo. } ſine iactura militum. Haberi. } diuulgari. Incruento. } non ſauciato. Saxeus. } totus ex ſaxo conſtans. In immenſum. } in amplam planitiem. Editus. } altus quaſi in lucem datus. Per omnia. } per oēs partes. Præceps. } erectus in præcipitium. Intendit. } conatur. Ea res. } expugnatio huius caſtelli. Machinationibus. } propugnaculis bellicis. Importunus. } ad accedendum difficilis. Proceſſerant applicuerāt ad arcem. Adminiſtrare. } ſcilicet opus bellicum.

RIVIVS. OMnia non bene conſulta, in uirtutem trahebantur. } Sic & Aldinum pariter ac manuſcriptum. In Veneto autem, cuius aliquoties memini, atque item alijs quibuſdam, addita nonnulla ſunt, nimirum hæc, uerum etiam caſu data. Ego quamuis priorem lectionem, probo, tamen quid hic ſuſpicere, paucis dicam. Fortaſſe legendum, Omnia non bene conſulta modo, uerum etiam caſu data, in uirtutem trahebantur. ut ſit ſenſus, Non ſolum quæ erant ſapienter prouiſa, ſed & ea quæ caſu aliquo ac felicitate quadā acciderāt, uirtutis eſſet exiſtimabantur. hoc eſt, non temere neque caſu facta, aut forte fortuna, ſed uirtute cōſilioq; potius geſta eſſe credebātur quæcunq; bene euenerant. Sic & Q. Curtius de Alexandro lib.3. Iam primum, inquit, nihil niſi diuina ope aggredi uidebatur, nam cum eſſet præſto ubique fortuna, temeritas in gloriam ceſſerat.

Nāque haud longe à flumine Mulucha. Manuſcriptum, Muluchæ, rectène an ſecus, haud dum equidem ſcio. Niſi ſi quis putet ſic dictum, ut Virgilius urbem Patavi dixit Aeneidos primo. & fontem Timaui, ibidem. & 7. ni fallor, flumen Hymellæ, aut Cicero, in oppido Antiochiæ. ſi modo ſic idem ſcriptum reliquit. Mox,

Quod Iugurthæ Bocchiq; regnum diuidebat. } Manuſcripta & alia pleraq;, disiungebat. pro, regni fines diſcernerbat, diſterminabat. Nam hic amnis ingētium olim regnorum terminus Bocchi Iugurthæq; fuit, uti Pomponius inquit. Nā omnis natura, uelut opera atque conſulto præceps. } In manuſcriptis eſt, opere. ſed eodem ſenſu. In quibuſdam ſed impreſſis, præceps erat. quod non ſanè diſplicet. Illud non probo quod in antiquioribus eſt, Nā per omnia natura, & cæ. Id ex gloſſa addita irrepſiſſe in contextum uidetur. Codex Badianus ad hunc modum, Nam omnia natura uelut opera atque conſulto præceps habebat. Mihi legendum uidetur Omnis, ita uti ferè in recentioribus eſt. Hoc autem dicit Salluſtius, totum montem fuiſſe natura præcipitem, ac ſi humana induſtria ſic, & opere manuq; factus eſſet. Forſan aliquis illud Omnis explicare uolens, in ſpatio quod rurſus dirimit ſupra ſcripſerat, per omnia. cum intelligi uellet, ex omni parte ut Cæſar loquitur. Id poſtea in contextum irrepſit. Iulius Frontinus 3 Strategematum, totum hunc locum, ſed alijs interdum uerbis repetit. Nam cū hæ paulo proceſſerant. } In nonnullis eſt, paululum. quomodo Cicero, aliquantulum procedere dixit. Sed prior lectio eſt in manuſcripto quoque. Mox.

Milites neque inter uineas ſine periculo adminiſtrare &c. } Manuſcripta conſentientibus alijs, Milites neque pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neque inter uineas ſine periculo adminiſtrare, Optimus quiſq; aut cadere aut ſauciari. Sic ferè & Venetum exemplar. Itaque uides quàm multa deſint in recentioribus.

OMnia non bene conſulta in uirtutē trahebantur. } His uerbis quidā codices hæc addunt uerba: Verumetiam caſu data in uirtutē trahebātur, Sed ſiue ea legamus, ſiue omittamus, intelligenda uidetur coniunctio Etiam, ut ſit ſenſus: Omnia etiam non bene conſulta. Soldus ad hoſtes retulit. Si hoſtes, inquit, non bene conſulebant, & Marius ita uinceret, laudabatur à pleriſq;. Badius addit Solum: Omnia non ſolum bene conſulta, uerumetiā caſu data, in uirtutem trahebantur. Ita copioſa eſt ignorantia noſtra, quoties hæremus, quemadmodum non ita multo poſt quod ſequitur, aut Deorum nutu cuncta portēdi: ubi Badius exponit Significari & addici, ſcilicet, illi. Soldus, Dijs authoribus fieri: quod magis placet. GLAREA. Nāque haud longe à flumine Mulucha. } Vide ut ſaltum facit author, à Capſa ad Muluchain, quæ tam longe diſtant inuicem loca, niſi excuſemus, quod ait: Multis locis potitus. Neque inter uineas ſine periculo adminiſtrare. } Etiam atq; etiam conſiderādum, num Intra uineas, legendum potius, quāquam ego nihil aſſeuero. Item non ita longe poſt, ubi de Ligure: Haud procul, inquit, ab latere caſtelli, quod aduerſum prælantibus erat. Ego, reclamantibus omnibus exemplaribus, legendum puto, Auerſum, non, Aduerſum. Aduerſa enim pars anterior erat, ubi prælium fiebat. Auerſa autem poſterior, ubi ſolitudo ac ſecuritas. Lector ipſe huius totius loci uerba ſequentia ſecum perpendat, & uidebit nos non temere id aſſeruiſſe.

SOLDVS. TRahere cum animo ſuo } .i.cogitabat, an relinqueret oppugnationem inceptam huius caſtelli. Quoniā fruſtra erat. } ſcilicet illud inceptum, uidelicet ipſum caſtellum capere poſſe. An fortunam operiretur } .i.expectaret. Quæ cum multos dies. } Ordo eſt. Forte quidam Ligur miles gregarius ex cohortibus auxiliarijs, egreſſus caſtris aquatū, animaduertit cochleas repentes inter ſaxa, haud procul à latere caſtelli, quod erat aduerſum præliātibus, cum pro quā do, Marius æſtuans agitare, quæ. i. illa multos dies et noctes. Marius cum deſperare cœpiſſet poſſe capere caſtellum hoc conſilio, ecce fortuna ei uictoriam obtulit, quā nō ſperabat. Nā cum quidā miles gregarius de Liguria prouincia eſſet egreſſus ex caſtris ad aquam hauriendam, forte uidit cochleas repētes inter ſaxa montis. Ac primo unam, deinde

AT Marius multis diebus, & laboribus cōſumptis, anxius trahere cum animo ſuo, omitteret'ne inceptum, quoniam fruſtra erat, an fortunam opperiretur,

qua ſæpe proſpere uſus erat. Quæ cum multos dies nocteſq; æſtuans agitaret, forte quidam Ligus *ex cohortibus auxiliarijs, miles gregarius, caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli, q̄d aduerſum præliantibus erat, animaduertit inter ſaxa repentes cochleas. quarum cum unam, atq; alteram deinde plures peteret ſtudio legendi, paulatim propè ad ſummū montis egreſſus eſt: ubi poſtquam ſolitudinem intellexit, more ingenij humani cupidus difficilia faciēdi, animaduertit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter ſaxa paululum modo prona, deinde inflexa, atq; aucta in altitudinem, quò cuncta gignentium natura fert: cuius ramis modo, modo eminentibus ſaxis nixus* Ligus*, caſtelli planitiem perſcribit, quòd cuncti* Numidæ *intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus, quę mox uſui fore ducebat, eodem regreditur, non temere, uti aſcenderat, ſed tentans omnia, & circumſpiciens. Itaq;* Marium *propere adijt; acta edocet; hortatur ab ea parte, qua ipſe aſcenderat, caſtellum tentet; pollicetur ſeſe ducem itineris; periculiq; nihil eſſe docet.* Marius *cū* Ligure *promiſſa eius cognitum ex præſentibus miſit: quorum alij uti cuiuſq; ingenium erat, ita rem difficilē aut facilem renunciauere. Conſulis tamen animus paululum arrectus. Itaque ex copia tubicinum, & cornicinum, numero quinq;, quàm uelociſſimos delegit, & cū his, præſidio qui forent, quatuor centuriones: omneſq;* Liguri *parere iubet, & ei negotio proximum diem conſtituit. Sed ubi ex præcepto tempus uiſum; paratis, & compoſitis omnibus, ad locum pergit. Cęterum illi, qui centurijs pręerant, prędocti ab duce, arma, ornatumq; mutauerāt; capite, atq; pedibus nudis, uti proſpectus, uiſuſq; per ſaxa facilius foret. Super terga gladij, & ſcuta, uerum ea* Numidica *ex corijs, ponderis gratia ſimul & offenſa, quo leuius ſtreperent. Igitur prægrediens* Ligus *ſaxa, & ſi quę uetuſtate radices eminebant, laqueis uinciebat, quibus alleuati milites facilius aſcenderent: interdum timidos inſolentia itineris leuare manu, ubi paulo aſperior aſcenſus erat, ſingulos prę ſe inermes mittere. Deinde ipſe cum illorū armis ſeq: q̄ dubia uiſui uidebantur, potiſſimū tentare, ac ſæpius eadē aſcendens, deſcendēſq; deinde ſtatim digrediens, cæteris audaciam addere. Igitur diu, multumq; fatigati, tandem in caſtellum perueniunt, deſertum, ab ea parte: quòd omnes ſicuti alijs diebus aduerſum hoſtes aderant.* Marius *ubi ex nuncijs cognouit, quæ* Ligus *egerat, quanquam toto die intentos prælio* Numidas *habuerat, tum uero cohortatus milites, & ipſe extra ui-*

alteram poſt multas colligere cœpit, atque ita colligendo peruenit ad ſummitatem montis uſque ad muros caſtelli non ab ea parte, ubi pugnabatur, ſed à cōtraria parte caſtelli, ubi ſolitudo hominum erat. Nam omnes caſtellani occupati erant in pugna ab altera pte caſtelli, in eo loco arbor ilex erat altiſſima, ſuper quā Ligur miles aſcendēs in ſummitatem murorum euaſit totamque planitiem caſtelli cōſiderauit. Reuerſus ad Marium narrat quid fecerit, docet caſtellum ab ea parte capi poſſe, Marius delectos milites, et cum his quatuor Centuriones Ligurem ſequi, & ei parere iubet. Sequenti die dum caſtellani omnes prælio intēti, et occupati ſunt à frōte contra Romanos. Ligur cū militibus, & centurionibus ſibi datis in caſtellum à tergo peruenit. Atque ita caſtellum capitur. Quæ cum agitaret}.i. cū Marius cogitaret, an deſereret oppugnationem, an non. Aeſtuans.} id eſt anxius, ſolicitus.

Quidam Ligur}.i. quidam de prouincia Liguriæ. Liguria eſt prouincia, in qua ſunt Mediolanenſes, Vercellenſes, Alexandrini, & tractus illius oræ citra montes. Ex cohortibus auxiliarijs.} Hic oſtēditur, quæ ſint cohortes auxiliariæ. Nam cum hic eſſet non Romanus, ſed Ligur erat inter cohortes non legionarias, ſed auxiliarias, cohortes enim auxiliariæ sūt, quæ ab ſocijs populi Romani mittuntur in auxilium. Repentes.} non incedentes, ſed repentes. Repere proprie eſt animalium, quæ per terram toto corpore trahuntur. Cochleas} i. conculas. Vbi }Ordo eſt. Cupido faciundi difficilia uertit animum more ingenij humani, poſtquam intellexit ſolitudinem, ubi.i. in eo loco, poſtquam Ligur in eo loco ſolitudinem hominum eſſe uidit, mutauit animum ſuū, ut qui cochleas colligere inceperat, tētaret, ſi forte caſtellum capere poſſet. Vbi poſtquā ſolitudinē intellexit }.i. poſtquam uidit in eo loco nullos hoīes eſſe, poſtq̄ uidit caſtellum ab ea parte hominibus deſtitutum. More ingenij humani }.i. ſicuti ſolet facere ingenium humanum. Solent enim homines naturaliter ſemper difficiliora tentare. Cupido difficilia faciundi animū uertit }.i. cupiditas faciēdi rem difficilem mutauit animum eius. Ligur primo rem facilem faciebat, quia cochleas colligebat, ſed cupido faciendi difficilia mutauit animum eius, quia poſtea cœpit cogitare, quomodo caſtellum caperet. Vertit }.i. mutauit. Virg. primo æneid. Quæ te genitor ſententia uertit. Paululum modo prona.} id eſt tantummodo paululū pendens, ilex ex monte naſcens paululum pendebat, deinde reflexa tollebatur in altum uſque ad ſummitatē murorum caſtelli. Quò }.i. in quam altitudinem. Quò cuncta gignentiū natura fert.} Nā omnia quæ naſcuntur ex terra, in altitudinem creſcunt, ſiue arbores, ſiue herbæ ſint, ſiue quid aliud. Ordo eſt. Quo natura gignentium fert cuncta, natura, quæ gignit, omnia fert in altum.

Cuius ramis.} Ordo ē. Ligur nixus ramis cuius.i. illius arboris, modo.i. aliquando nixus eminentibus ſaxis, perſcribit planitiem caſtelli. Ligur innitens aliquando ramis arboris, aliquando innitens ſaxis eminentibus aſcendit in ſummitatem murorū atque ita totam planitiē caſtelli oculis perluſtrans notauit. Perſcribit }.i. intento animo, ac ſenſibus notat. Exploratis oībus.} cum Ligur omnia diligenter conſideraſſet, reuerſus eſt p eundem locum, per quem aſcenderat. Marium adijt }.i. acceſſit ad Marium. Acta docet.} exponit quid fecerit. Marius cum Ligure.} Marius cum audiſſet id, quod Ligur dicebat, cum eo quoſdam miſit, qui uiderent nūquid fieri poſſet id, quod Ligur promittebat, qui cū iuiſſent, & reuerſi eſſent, nunciauerunt di-

neas egreſſus, teſtudine acta ſuccedere, & ſimul hoſtem tormẽtis, ſagitarijsq́;, & funditoribus eminus terrere.

runt diuerſa. Nam alij dicebant eſſe rem facilem, ut ab ea parte caſtellũ caperetur, alij dicebant rem eſſe difficilem, prout ingenium cuiuſque erat. Eius promiſſa cognitum } i. ad cognoſcendum, nunquid fieri poſſet id, quod promittebat. Miſit }. ſ. quoſdã. Quorum } Ordo eſt. Illi nunciant pronunciabant illam rem difficilem, aut facilem, uti, pro ſicut erat ingenium cuiusque. Quorum }. i. illorum. Conſulis animus. } Marius inquit paululum ſperare cœpit. Itaque ex copia tubicinum, & cornicinũ. } In diuiſione claſsium, & centuriarum ſupradiximus accenſos, tubicines, & cornicines, in quinta claſſe, in tres centurias fuiſſe diſtributos, tubicines, qui tuba, cornicines, qui cornu canunt. Tubicines igitur & cornicines, qua ex claſsibus ſcribebantur cum honore in ordines redigebantur, igitur ex his Marius 5. uelociſsimos delegit, & cũ his quatuor centuriones, & hos omnes Ligurem ſequi, & ei parere iuſſit. Quatuor Centuriones. } Centurio dicebatur, qui præerat uni centuriæ. Centuria centum homines continebat. Et ei negotio proximum diem conſtituit. } Marius decreuit, ut ſequenti die Ligur centurionibus, & alijs quinque militibus tentatum pergat, ſi poſſent cape caſtellum. Ex præcepto. } ſecundum præceptum Marij. Cæterum. } Dicit Ligurem ducem itineris monuiſſe centuriones, ut arma mutarent, & caput ac pedes nudarent, ut et melius uiderent, detecto capite, & facilius niterentur per ſaxa aſcẽdentes pedibus nudis. Ab duce }. i. à Ligure duce itineris. Armi. } ornatũque mutauerant. Nam ſcuta Numidica ex corijs facta acceperant, ut cum leuioribus armis leuius aſcenderent, & leuius ſtreperent. Vti proſpectus }. i uiſus, quantum ad caput nudum. Nixus } i. aſcenſus, quantum ad pedes. Super terga gladij & ſcuta }. ſ. erant, ne aſcenſum impedirent. Ea }. ſ ſcuta. Numidica }. ſ. erant. Gratia ponderis } Nam ſcuta Romana ex ferro grauiora ſunt. Quo } i. ut. Igitur prægrediens Ligur. Dicit, quomodo Romani aſcenderint ad caſtellum duce Ligure. Ligur anteibat, & laqueos, ac funes, aut ſaxis, aut radicibus arborum alligabat, quibus ſuſpenſi, & alleuati milites facilius aſcendebant, ipſe Ligur timidiores milites manu alleuabat. Igitur. } Ordo eſt. Igitur Ligur prægrediens } uinciebat laqueis ſaxa et radices, ſi quæ hoc eſt aliquæ radices eminebant. Vetuſtate }. i. pp uetuſtatem. Inſolentia }. i. deſuetudine. Inſolentia etiam itineris timidos leuare manu }. Ligur manu ſua leuabat alios milites timidos ꝑpter deſuetudinẽ itineris. Mittere præ ſe, } ante ſe milites inermes mittebat, & ipſe poſtea ſequebatur cum armis eorum. Quæ dubia nixu uidebantur potiſsimum tentare. Si aliquo loco aſcenſus periculoſus eſſe uidebatur, ipſe Ligur præibat, aſcendebatque & deſcẽdebat, & ita alijs audaciam præbebat. Nixu } i. aſcenſu. Eadem. } per eandem uiam. Marius ubi ex nuncijs. } Poſtquam Marius cognouit ex nuncijs, quemadmodum Ligur cum cæteris in caſtellum aſcendiſſe, ut caſtellanos prælio magis occupatos teneret milites cohortatus pugnam magis accendit, & ipſe extra uineas egreſſus, acta teſtudine mœnibus ſuccedebat pugnando, contra caſtellani extra muros egreſsi, pro ſalute acriter dimicabant. Dum ita à frõte à Romanis, & ab his, qui caſtellũ tutabãtur, pugnatur, repẽte à tergo ſigna canere cœperũt. Atq; ita à frõte, et à tergo turbatis hoſtibus caſtellum capitur. Ordo eſt. Vero, pro ſed, tum Marius cohortatus milites, & ipſe egreſſus extra uineas ſuccedere, pro ſuccedebat, acta teſtudine, et ſimul terrere pro terrebat eminus hoſtẽ tormentis, & ſagittarijs, & funditoribus, ubi pro poſtq̃

cognouit ex nuncijs ea, quæ Ligur egerat, quãquam habuerat Numidas intentos prælio toto die. Extra uineas egreſſus } ut alios magis ad pugnam accenderet, extra uineas egreſſus eſt, ut omnes æquato periculo non ſub uineis tecti, ſed facta teſtudine mœnibus pugnando ſuccederent. Teſtudine acta }. i. facta teſtudine. Teſtudo eſt ſcutorum connexio curuata in teſtudinis modum. Nam milites ſcutati, ita ſe inuicem connectunt atque condenſant, ut nemo per eos irrumpere poſsit. Ita autem ſe ſcutati connectunt, ut curuaturam quandam faciant in modum teſtudinis. Et hoc eſt genus pugnæ acerrimum, Virg. in nono. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. Succedere. } pro ſuccedebat. ſ. mœnibus. Tormentis. } quicquid machina innixum mittitur tormentum dicitur. Eminus } de longe, quia cominus gladijs pugnare non poterant, funditores, & ſagittarios teſtudo tegebat, & ita eminus pugnabant.

Væ. } ſcilicet omnia. Aeſtuans. } feruore quodam animi conſiderans. Repentes. } ſerpentes. Peteret. } colligeret prope quaſi. Aucta. } erecta. Eminentibus ſaxis. } protenſis crepidinibus. Perſcribit } i. oculis pernotat. Vſui. } Vtilitati. Non temere. } inconſiderate. Erectus. } Excitatus. Per ſaxum. } per crepidines. Et ſcuta }. ſ. obiecta erant, Virg. Tercentum ſcutati equites. ſuper quod carmen Seruius ait, ſcuta ſunt equitum hic uero contra. Offenſa } colliſa in ſaxis. Tandem. } Poſt multos labores. Tormentis. } Bellicis inſtrumentis. MARLIA.

AN fortunam opperiretur, qua ſæpe proſpere uſus erat. } τὸ Erat, non eſt in uetuſtis omnibus, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. In manuſcriptis fuerat legitur. Animaduertit inter ſaxa, } Codex Fabricianus, animum aduertit. ut ſint duæ dictiones, non una compoſita. Mox, Studio legendi, } Idem, legũdi. Paulo poſt, More ingenij humani cupido difficilia faciendi, animaduertit. } Manuſcripta cuncta, animum uertit. quo modo exẽplar quoq; Beroaldinum. Nonius Marcellus quo loco Ignarum eſſe dicit & qui neſciat, & cui quid ſit incognitum, ita hunc locũ citat, more humanæ cupidinis ignara uiſundi. pro, ignota explorãdi & inſpiciundi. Nam cupidinis, pro cupiditatis dixit. ut aliàs ſæpe. Hanc lectionem magis ad ſenſum Salluſtij quadrare ſuſpicor. Nam habet eodem modo Gellius quoq; libro 9. cap. 12. quo loco & ipſe docet, Ignarum utrouerſum dici, non ſolũ qui ignoret, ſed et qui ignoretur. Id uero ſic habere, hoc ipſo authore, ut cum ait, Præter nomen cætera ignarus Po. Ro. tum ex alijs etiam liquet. Tacitus, Per occulta & uigilibus ignara. Idem, Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinamẽta & aſtus oppugnationũ. Contra, gnarũ pro cognito apud eundem. Idq́; nulli magis gnarum, inquit, quàm Neroni. &, Campos madentes & ipſis gnaros. pro, cognitos. Caſtelli planitiem præſcribit. } Manuſcripta duo, perſcribit, quomodo & ſenſus poſtulat. Error ex affinitate uocum ortus. Paulo poſt, Eodem regreditur. } Fabricianum, eadem. nempe qua prius egreſſus ad ſummum prope montis erat. Mox, Non temere uti aſcenderat. } Manuſcriptum Fabricij qua aſcenderat. Verum prior lectio mihi magis arridet, & eandem ſenſus expoſcit. nõ ut temere aſcenderat, ſic etiam temere deſcendit, ſed, uti mox ſequitur, tentans omnia ac circumſpiciens. Mox, Itaque Marium propere adijt. } Manuſcripta rectius adit. tempore præſenti. quomodo & ex impreſsis quædam. Sed & ea uerba quæ ſtatim ſequuntur, eiuſdem temporis ſunt, ut edocet, hortatur. Ab ea parte qua ipſe aſcenderat. } In manuſcriptis eſt, deſcenderat. id ſi quid ego iudico magis ad ſententiam RIVIVS.

facit. Habent eodem modo ex impreſſis quædam. Mox, Pollicetur ſeſe ducem itineris, periculiq; nihil eſſe docet.} In manuſcriptis τὸ Docet non eſt. ac maiore cum gratia abeſſe citra detrimentum ſenſus poterit. In iiſdem tamen, Pollicetur ſeſe itineris periculiq; ducem. Quorum alij, uti cuiuſq; ingenium erat.} τὸ Alij, non eſt in ullo manuſcripto. nec in impreſſis uetuſtioribus È gloſſa nimirum irrepſit. Capite atq; pedibus nudis, uti proſpectus niſuſq; per ſaxa facilius foret.} Sic in cunctis exemplaribus & antiquis & recentioribus. ut facilius aduerbium ſit. Cæterum in Iulio Frontino 3. Strategematum, ubi totidem ipſe uerbis locum hunc reperit, facilior foret legitur. ſed eodem ſenſu Nec aliter uolumen Florẽtinum. Marius ubi ex nuncijs cognouit, quæ Ligus egerat.} Quãto re

ctius ac

ctius ac modulatius in manuſcriptis, Marius ubi ex nuncijs, quæ Ligus egerat, cognouit. Mox, Quanquã toto die intentos prælio Numidas habuerat.) In pleriſq; eſt, ſuos habuerat. ſed prior lectio bene habet. Nam & ante Salluſtius intentos præliantibus fuiſſe Numidas dixit.

GLAREANVS.

MOre ingenij humani cupido diff. facinus animum uertit.} Aldinus codex breui accentu mediã de Cupido notauerat, perinde atque adiectiuum eſſet, nam ſubſtantiuum mediam producit. Quod nulli Commentatorum uiſum eſt, neque mihi uerum uidetur. Vetuſtus item codex habebat, Animum accendit. alij, Animũ uertit. Aldinus, Animaduertit. quod ultimum mihi diſplicet.

SOLDVS. SEd pro muro }.i. ante murum, uidelicet extra murum. Iugurthæ ſeruitiũ}.i. ſeruitutem. Romani profecto aliquando ſerui eritis Iugurthæ. Secundis rebus }.i. proſperis, quia ſæpe ſubuerterant uineas Romanorum, nec eos muris appropinquare permiſerant. Interim.} Ordo eſt. Interim repente ſigna canere pro canebant, à tergo omnibus. ſ. Romanis & hoſtibus intentis prælio, et certantibus utrinq; magna ui, his. ſ. Romanis certantibus pro gloria, atq; imperio, illis. ſ hoſtibus acriter certantibus pro ſalute. Senſus patet. Pro gloria, atque imperio.) Ille pro gloria, & imperio pugnat, qui pugnat, ut alios uincat, et eos ſubijciat imperio. Ille uero propria ſalute pugnat, qui pugnat. ut ſe defendat, ne alterius ſubijciatur imperio. Signa }.i. tubæ. Viſum.} ad uidendum. Neque quẽquam omnium præda morari, pro morabatur, præda nullum Romanorum morata eſt, quia unusquiſque intentus erat ad pugnam, donec caſtellum captũ eſt. Sic forte correcta Marij temeritas, gloriam ex culpa inuenit.} Temeritas Marij fuit, quia auſus eſt oppugnare hoc caſtellũ inexpugnabile. Sed hãc temeritatẽ Marij fortuna correxit, quia fortuna, ſiue caſus uictoriam obtulit, quam Marius conſilio, & induſtria parare non poterat. Atque ita temeritas Marij à fortuna correcta, inuenit gloriam ex culpa. quia licet temeritas culpa fuerit aggredi oppugnationem huius caſtelli, tamen ex hac culpa gloriam inuenit, quia caſtellum cepit, adiuuante fortuna. Foret.} id eſt à fortuna & caſu. Caſus enim fuit, quòd Ligur dum cochleas legit

conſilium

conſilium inuenit capiendi caſtelli. Cæterum.} Dicit quomodo eo tempore, quo ipſum caſtellum oppugnabatur L. Sylla quæſtor cum magno equitatu uenit in caſtra. Atque ita capta opportunitate mores, ac uitam Syllæ breuiter deſcribit. Nam Sylla inter cæteros Romanos uir ingentis gloriæ, ac nominis fuit, & uirtute, & uitijs pariter excellens. Dum ea res agitur.} uidelicet dum caſtellũ oppugnatur. et capitur. Cogeret.} cõgregaret, Relictus.} ſcilicet à Mario.

AT Numidæ ſæpe antea uineis Romanorum ſubuerſis, item incenſis, non caſtelli mœnibus ſeſe tutabantur, ſed pro muro dies noctesq; agitare, maledicere Romanis, ac Mario uecordiam obiectare, Militibus noſtris Iugurthæ ſeruitium minari, ſecũdis rebus feroces eſſe. Interim omnibus Romanis, hoſtibusq; prælio intentis, magna ui utrinque, pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus, repente à tergo ſigna canere. Ac primo mulieres & pueri, qui uiſum proceſſerant, fugere: deinde uti quiſq; muro proximus erat: poſtremo cũcti armati, inermésque. Quod ubi accidit; eo acrius Romani inſtare, fundere, ac pleroſq; tantummodo ſauciare. Deinde ſuper occiſorum uadere corpora, auidi glorię, certãtes murũ aſcẽdere, neq; quenq̃ oĩum p̃da morari. Sic forte correcta Marij temeritas, gloriã ex culpa ĩuenit. Cęterũ dũ ea res agitur, L. Sylla q̃ſtor, cũ magno eq̃tatu ĩ caſtra uenit, q̃ uti ex Latio & ſocijs cogeret exercitũ, Romę relictus erat.

MARLIA. SVbuerſis.} deturbatis. Item.} pariter. Pro muro:} ante murum. Maledicere.} conuiciari. Rebus ſecundis.} Proſpera fortuna. Fundere.} uertebãt in fugam. Certantes.} certatim conantes.

RIVIVS. DEinde ſuper occiſorum &c.} Manuſcripta ferè Dein. Certantes murũ aſcẽdere.} codices in membrana deſcripti, quos ego uiderim oẽs ad unum habent, murum petere. non quod in impreſſis ferè eſt, aſcendere. Iudicet lector, Paulo poſt. Cæterum dum ea res agitur.} Manuſcriptum, geritur.

GLAREA. MAgna ui utrinque.} Poſt hæc uerba diſtinguendũ, ac deinde inferendum, Pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus. Codex uetuſtus, inuerſo paululum ordine legit, Magna utrinque ui, quod placet. Quidam omiſerunt Vi, & Magna ad Gloria retulerunt. At hi authoris ſenſum non perceperũt. Poſtea de Sylla: ut illi quamplurimi deberent. Illi pro ipſi capitur, ſibi noluit dicere, ne in debitores reciprocaret. Eſt autem notandũ hoc locutionis genus.

SOLDVS. SEd quoniam }res propoſita. Tanti uiri.} Nemo enim poſt Cæſarem atque Põpeium Sylla maior Romæ fuit, quippe poſt uictoriã ciuilis belli dictator perpetuus creatus eſt, qua

eſt, qua

eſt, qua poteſtate re magis q̃ noĩe tyrannus erat. Tanti uiri res admonuit.} Dicimus, admoneo te huius rei. Cultuque eius.} id eſt de uita & moribus eius. Paucis }. ſ. uerbis. Et

L. Siſenna

SEd quoniam nos tanti uiri res admonuit, idoneum uiſum eſt, de natura cultuq; eius paucis dicere. Neq; enim alio loco de Syllæ rebus dicturi ſumus: et L. Siſenna optime & diligentiſſime omnium, qui eas dixere, perſecutus hiſtoriam, parum mihi libero orę lo

cutus uidetur. Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit, familia propè iam extincta maiorum ignauia; literis Græcis iuxta, ac Latinis doctiſſime eruditus animo ingenti, cupidus uoluptatum, ſed gloriæ cupidior, otio luxurioſo eſſe, tamen ab negotijs nunquam eum uoluptas remorata, niſi quòd de uxore potuit honeſtius conſuli; facundus, callidus, & amicitia facilis; ad ſimulanda negotia altitudo ingenij incredibilis; multarum rerum, ac maxime pecuniæ largitor: atq; illi feliciſſimo omnium ante ciuilem uictoriam, nunquam ſuper induſtriã fortũa fuit; multiq; dubitauere fortior, an felicior eſſet. Nam poſtea quæ fecerit, incertum habeo pudeat magis, an pigeat diſſerere. Igitur Sylla, ut ſupra dictũ eſt, poſtquam in Africam, atq; in caſtra Marij cũ equitatu uenit, rudis antea, & ignarus belli, ſolertiſſimus omnium paucis tẽpeſtatibus factus eſt. Ad hoc milites benigne appellare; multis rogantibus, alijs per ſe ipſe beneficia dare; inuitus accipere, ſed ea properantius, quàm æs mutuum reddere. ipſe ab nullo repetere, magis id laborare uti illi quamplurimi deberent; ioca, atq; ſeria cum humilimis agere; in operibus, in agmine, atq; ad uigilias multus eſſe; neque interim, quod praua ambitio ſolet, conſulis, aut cuiuſquam boni famam lædere; tantummodo neq; conſilio, neque manu alium priorem pati, pleroſq; anteuenire. Quibus rebus, & artibus breui Mario, militibusq; chariſſimus factus eſt.

L. Siſenna } hiſtoricus fuit inſignis duabus de cauſis ſcribunus de moribus Syllæ, uidelicet, & quia alio loco non ſum dicturus de rebus Syllæ, & quia nullus alius de eo ſatis diligẽter et ſincere ſcripſit, nam Siſenna licet de Sylla ſcripſerit melius & diligentius quàm cæteri ſcriptores, tamen ipſe quoque non ſatis libere & ſincere perſcripſit. Eas res. } uidelicet, qui ſcripſerunt de rebus & moribus Syllæ. Parum libero ore locutus uidetur, quia non eſt auſus uitia Syllæ deſcribere. Iuxta. } ideo ſimiliter. Otio luxurioſo eſſe } pro erat. Ecce quomodo Salluſt. libere non ſolum uirtutes, ſed etiam uitia deſcribit, quod non fecit Siſenna. Tamen à negotijs }. i. à quibus gerendis. Remorata }. ſ. eſt uoluptas nunquam. L. Syllam impediuit à rebus gerendis, niſi quod uxorem honeſtiorẽ ducere potuit. Nam in hac parte uoluptas eum impediuit, ne pro dignitate ſua uxorẽ duceret qualem oportebat. Conſuli. } prouideri. Facundus }. i. eloquens, Callidus }. i. aſtutus. Et amicitia facili }. ſ. amicos facile ſibi conciliabat, uel in amicitiã eius facile quis intrabat. Atque illi feliciſſimo omnium ante ciuilem uictoriam nũquam ſuper induſtriã fortuna fuit. } ante ciuilem uictoriam Sylla omnium fortunatiſſimus fuit, quia fortuna ei in omnibus propitia erat, ſed tamen non minus uirtute & induſtria quàm fortuna ualebat, ſed poſt ciuilem uictoriam infortunatus quidem fuit, quia dominatum aliquandiu tenuit, ſed priſtinam uirtutem amiſit, & eam in impietatem crudelitatemq; conuertit. Nam parta uictoria totam urbem ciuili ſanguine repleuit Sylla, Caium Marium urbe pepulit. Deinde Cinnam quinquies conſulem, qui contracto exercitu Caio Mario fauebat, uictum occidit. Item. C. Carbonem & Marium iuniorem crudeliter necauit. Poſtremo parta ex omnibus uictoria crudeliſſimus omnium totam urbem ciuili ſanguine repleuit. Nunquã ſuper induſtriam fortuna fuit. } id eſt nunquam fortuna uicit induſtriam.

Multique dubitauere fortior an felicior eſſet. } Declarat id quod dixit quòd nunquam fortuna induſtriam ſuperauit. Fortior. } ad induſtriam refertur. Felicior. } ad fortunam. Nam poſtea. } uidelicet poſt ciuilem uictoriam. Neſcio, inquit, utrum me magis pudeat an pigeat dicere id quod fecit Sylla poſt quam adeptus eſt uictoriam. Pudet, uerecundiæ eſt. Piget laboris. Igitur poſtquam mores L. Syllæ deſcripſit, reuertitur ad propoſitum, ut oſtendat quid fecerit, poſtquam in caſtra Caij Marij cum equitatu uenit.

Rudis }. i. imperitus. Ignarus belli }. i. inſcius. Solertiſſimus. } id eſt ſagaciſſimus. Ad hoc }. i. præterea. Multis rogãtibus. } Et ſponte et rogatus beneficia præſtabat, inuitus autem accipiebat. Et ſi aliquã beneficia accipiebat, cito ea reddebat, Sed pecuniam mutuo acceptam tardius reddebat. Sed ea }. ſ. beneficia accepta. Properantius } id eſt citius. Quã æs mutuũ } id eſt q̃ pecuniam mutuo acceptam. Ipſe à nullo repere } p rapiebat, rogatus aliquãdo beneficia accipiebat, ſed ſponte à nullo beneficia recipiebat. Vide ergo quomodo ſe gerebat L. Sylla in dandis accipiendisque beneficijs: in dandis beneficijs, et ſponte, & rogatus beneficia libentiſſime præſtabat, ĩ accipiẽdis uero nunquam ſponte beneficia accipiebat, quia nunquã petebat. Oblata uero beneficia rogatus accipiebat, ſed inuitus hoc faciebat, & ea beneficia q̃ ſubito reddebat. Ipſe à nullo repete. } hoc eſt per ſe & ſponte ſua à nullo accipiebat beneficia. Magis id laborare. uel illi quamplurimi deberent }. i. dabat operam ut multos ſibi beneficijs obligaret. Vt illi }. ſ. Syllæ, quamplurimi deberẽt. i. obligati eſſent. Loca atque ſeria cũ humilimis agere. Ecce quot modis animos militum ſibi cõciliabat cũ ipſe ſummus & patriciæ gentis uir eſſet & queſtor, tamen non aſpernabatur humiles, hoc eſt humili genere natos, ſed cum omnibus iocabatur, & ſerio loquebatur. Ioca & ſeria contraria ſunt. Seria dicuntur uera & nõ iocoſa, quaſi ſine riſu. In operibus, } in agmine, atque ad uigilias multum adeſſe, } p aderat. hæc omnia boni & ſtrenui militis officia ſunt uerſari multum in agmine in operibus, & ad uigilias. In operibus dixi opus ſignificare, uel machinam bellicam, uel munitiones caſtrorum. In agmine } agmen exercitus incedens uocatur, ut ſæpe dictum eſt. Non minor autem uirtus eſt in agmine q̃ in acie uerſari. Plerunque enim accidit, ut hoſtes ex inſidijs atque ex improuiſo agmen inuadant. Quod praua ambitio ſolet. } ſcilicet facere. Nã ambitioſi & laudis cupidi putãt ſeipſos laudare, ſi alios uituperent & alijs detrahant. Et hoc Sylla non faciebat. Pleroſque anteuenire. } id eſt multos ſuperabat.

PErſecutus }. ſ. Syllæ mores. Patriciæ gentis. } nã ex maioribus ſuis fuit Rufinus qui conſularem geſſit dignitatem, quãuis inde poſteriores humiles diutius in fortuna permanſerint. unde ait Salluſt. Familia ppe }. i. quaſi extincta. Conſuli }. ſ. illi. Callidus. } uerſutus. Super induſtriã. } quia conſilijs ſuperabat fortunã. MARLia.

Fortior an felicior. } Vnde Plutar. Cunctis unum coactis in locum in media concione rerum à ſe geſtarum rationẽ reddidit. Nec minore ſtudio fortunatos euentus q̃ fortia facta denumerauit, et in peroratione felicem in his animũ appellari iuſſit. Aes mutuũ. }

quaſi obæratis ære alieno. Magis id. } in hac re. Seria. } gratia. Agere. } dicebat. Multus } diligens. & aſsiduus. Manu } fortitudine.

RIVIVS.

SEd quoniam nos tanti uiri res admonuit. } Legendum, admonuit. Sed hoc operarum incuria eſt commiſſum. Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit. } Manuſcripta, ſicut impreſſa ferè, gentis patriciæ. ut adiectiuum ſequatur. Otio luxurioſo eſſe. tamen ab negotijs nunquam eum uoluptas remorata. } Etenim, non habent exemplaria in pergamenis deſcripta, neq; cæteri codices uetuſtiores. & rectius ſubauditur, quàm exprimitur. Paulo poſt, Vt ſupra dictū eſt. } Codex Fabricianus, uti. quomodo & alias ferè. In operibus, in acie, atq; ad uigilias multus eſſe. } Manuſcripta, adeſſe. nam libenter geminabant præpoſitionem antiqui, cuius alicubi meminit Priſcianus. Sic Tacitus 13. in agmine, in laboribus frequēs adeſſe, inquit. Mario militibusq; chariſsimus factus eſt. } rò eſt, neq; in manuſcripto quodam, neque in impreſsis pleriſq; eſt. Sed nec Beroaldinum exemplar habet.

AT Iugurtha poſtquam oppidum Capſam, alioſq; locos munitos, & ſibi utiles, ſimul & magnam pecuniam amiſerat, ad Bocchum nuncios mittit, q̄ primū in Numidiā copias adduceret, p̄lij faciundi tp̄s adeſſe. Quē ubi cūctari accepit, dubiūq; belli atq; pacis rōnes trahere rurſus uti antea; p̄ximus eius donis corrūpit: ipſiq; Boccho pollicetur Numidiæ tertiā partē, ſi aut Romani Africa expulſi, aut integris ſuis finibus bellū cōpoſitū foret. Eo p̄mio illectus Bocchus cū magna multitudine Iugurtham accedit. ita amborum exercitu coniūcto, Marium iam in hyberna proficiſcentem, uix decima parte diei reliqua inuadunt: rati noctem, quæ iam aderat, & uictis ſibi munimēto fore, & ſi uiciſſent, nullo impedimento, quod locorum ſcientes erant: contra, Romanis utrūq; caſum in tenebris difficilem fore. Igitur ſimul conſul ex multis de hoſtium aduentu cognouit, & ipſi hoſtes aderant, & priuſquam exercitus, aut inſtrui, aut ſarcinas colligere: deniq; antequam ſignum aut imperium ullū accipere quiuit, equites Mauri, atq; Getuli, non acie, neq; ullo more p̄lij, ſed cateruatim, uti quoſq; fors conglobauerat, in noſtros concurrūt. Qui omnes trepidi improuiſo metu, attamen uirtutis memores, aut arma capiebant, aut capientes alios ab hoſtibus defenſabant. Pars equos aſcendere, ire obuiā hoſtibus, pugna, latrocinio magis, q̄ p̄lio ſimilis fieri: ſine ſignis, ſine ordinibus equites, pediteſq; permiſti, cædere alios, alios obtruncare, multos, contra aduerſos acerrime pugnanteis à tergo circumuenire: neq; uirtus, neq; arma ſatis tegere, quòd hoſtes numero plures, & undiq; circunfuſi erant. Denique Romani ueteres, nouiq; & ob ea ſcientes belli, ſi quos locus, aut, caſus coniunxerat orbes facere, atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti, & inſtructi, hoſtium uim ſu-

SOLDVS. TEmpus adeſſe }. ſ. dicebat. Cunctari } .i. tardare. Dubium belli atque pacis rationes trahere, } quia ipſe Bocchus neſciebat quid faceret, an bellum ſuſciperet contra Romanos, an pacem cum ipſis faceret. Rationes trahere belli atque pacis } .i. cogitare de bello atque pace. Vt in antea. } nam ſupra dixit Iugurtham donis corrupiſſe amicos regis, ut ipſum regem ad belli ſocietatem impellerent. Integris ſuis finibus. } uidelicet, ſi nihil de regno ſuo amiſiſſet in cōditionibus pacis. Bellum compoſitum } .i. in concordia pacis redactum. Illectus } .i. tractus. Vix decima parte relicta. } quia de toto integro die uix decima pars ſuſceperat. Munimēto. } adiumēto. Vtrūq; ca. } uidelicet ſiue Romani uiciſſent, ſiue uicti eſſent. Difficilē fo. } q̄a Romani ignari locorum erant, & p̄pterea ſi uiciſſent non auſi eſſent proſequi hoſtes uictos, nocturnas inſidias timentes. Igitur ſimul } .i. eodem tempore. Eodem tempore, ſcilicet inquit, & conſul de hoſtium aduentu cognouit, & ipſi hoſtes aderant. Quiuit } .i. potuit. Sed cateruatim }. i. ſine ordine ſimul. Cōglobauerat } .i. coaceruauerat, coniunxerat. Sine ſignis. } Dicit utrinq; ſine ordine ullo pugnatum. Nam & hoſtes ſine ordine Romanos inuaſerunt & Romani tempus non habuerunt, ut acies ad pugnam inſtruerent, ſed uti quiſque poterat arma capiebat & pugnabat. Cædere }. i. feriebant. Scientes belli } .i. periti belli. Ob ea. } uidelicet, quia ipſi ueteres erant, & noui ueteres coaluerant, & breui tempore uirtus omnium æqualis facta ut ſupra dixit. Orbes facere } ſecundum diſciplinam militarem in gyrum colligebantur, ut ab omni parte tecti eſſent. Nihil remittere } .i. nihil ceſſabant.

Tum

Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit } .i. conſilium capit ex facultate & opportunitate, quam habebat. Vt locus ſuis receptui eſſet } .i. ut locus eſſet ſuis, quo ſe recuperent, & reducerent. Caſtris parum amplo, } quia is collis non erat tantæ capacitatis, ut caſtra Romana capere poſſet, & continere. Alter uſui opportunus } .i. ad uſum. Vbi commode habitari poſſet: & tute, quia hic collis à natura munitus erat. Nā altus erat, & præceps, nec ualde opus erat eum munire. Iuxta aquam. } uidelicet in colle, ubi erat fons aquæ. Neque minus hoſtibus conturbatis. } Nam licet Romani diſperſi, & turbati eſſent, tamen etiam hoſtes non minus turbati erant. Contrahit. } colligit. Pleno gradu } .i. pleno paſſu, hoc eſt celeriter. Prælio deterrētur. } id eſt à prælio remouentur, & à prælio abſtinent, quia non audebant pugnare contra eos, qui locum ſuperiorem occupauerant. Effuſi } .i. ſparſi. Et ipſi duces feroces } .ſ. erāt .i. indomiti duces feroces erant quia non fugiebant, ſed tanquā uictores ſe gerebant obſeſſis collibus, in quibus erant Romani. Aut pro uictoribus agere pro agebant } .i. gerebant ſe p̄ uictoribus, quia tanquam uictores Romanos obſeſſos in collibus tenebant. Ne ſigna quidem. } uti per uigilias ſolebant canere pro canebant, noluit ut tubæ canerent ea nocte, ſicut fieri ſolet, quando cuſtodes exercitus dāt ſigna. Deinde ubi } ordo eſt. Deinde Marius iubet de improuiſo uectigales tubicines, item tubicines cohortium, et turmarum, & legionum ſimul oēs canere tuba, et iubet milites tollere clamorem, aut erumpere. Portis } .ſ. caſtrorum, hoſtibus iam defeſſis, ac paulo ante captis ſomno. Vbi. } pro poſtquam

quam lux aduentabat.} uide q́d fecerit Marius, hoſtes in caſtris maiorem partem noctis egerãt in lætitia exultantes & uociſerantes tanquam uictores. Deinde cum primo ſomno oppreſſi eſſent, iam appropinquante die Marius omnes tubicines ſimul tuba canere iuſſit, et milites cũ clamore ex portis caſtrorum erumpere, atq; ita hoſtes inuadere primo ſomno captos, quo facto ſtatim hoſtes fuſi fugatique ſunt. Lux aduentabat }.i. dies appropinquabat. Defeſſis iam hoſtibus.} Nam maiorem partẽ noctis exultauerant, ſed tandem feſſi dormire inceperãt. Vectigales.} Vectigal proprie dicitur tributum, quod pro uectura penditur. unde populi uectigales dicebantur qui populo Romano annuatim tributa ſoluebant. Vnde hoc loco fortaſſe tubicines uectigales dicit, qui miſſi erant ab alienigenis populis, uidelicet ab his, qui populo Romano uectigalia pẽdebant, ſed hanc expoſitionem infirmam relinquo, non enim ſatis placet.

ſtentabant. Neque in eo tam aſpero negotio Marius territus, aut magis quàm antea demiſſo animo fuit; ſed cum turma ſua quam ex fortiſſimis magis, quàm ex familiariſſimis parauerat, uagari paſſim ac modo laborantibus ſuis ſuccurrere, modo hoſtes, ubi conſertiſſimi obſtiterant, inuadere manu, conſulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat. Iamq; dies conſumptus erat, cum tamen Barbari nihil remittere, atque uti Reges præceperant, noctem pro ſe rati acrius inſtare. Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit, atq; uti ſuis receptui locus eſſet, colles duos inter ſe propinquos occupat. Quorũ in uno, caſtris parum amplo, fons aquæ magnus erat, alter uſui opportunus, quia magna parte edita, & præcipiti pauca munimenta quærebat. Cæterum apud aquã Syllã cũ equitibus noctẽ agitare iubet. Ipſe paulatim diſperſos milites, neq; minus hoſtibus cõturbatis in unũ cõtrahit. Dein cũctos pleno gradu in collem ſubducit. Ita reges loci difficultate coacti p̃lio deterrentur: neq; tñ ſuos lõgius abire ſinũt, ſed utroq; colle multitudine circũdato effuſi cõſedere deinde crebris ignibus factis, plerũq; noctis Barbari more ſuo lætari, exultare, ſtrepere pedibus, uocibus, & ipſi duces feroces, q̃d non fugere, ac pro uictoribus ſeſe agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris, & editioribus locis facilia uiſu, magnoq; hortamento erant. Plurimum uero Marius hoſtium imperitia confirmatus, quàm maximum ſilentium haberi iubet, ne ſigna quidem uti per uigilias ſolebant, canere: deinde ubi lux aduentabat, defeſſis iam hoſtibus, ac paulo ante ſomno captis, de improuiſo uectigales, itẽ cohortium, turmarum, legionũ tubicines ſimul omnes tuba canere, milites clamorem tollere, atque portis erũpere iubet.

MARLIA. VTiles.} opportunos. Rati.} qui cogitauerat. Signum.} Teſſeram. In acie.} ſcilicet iſtructa. Improuiſo metu.} ob ſubitam hoſtium incurſionẽ. Circumfuſi.} quia cateruatim uenerant, orbem facere, ſcilicet uertentes terga alter alteri. Manu.} fortitudine, & militum multitudine. Ex copia rerum.} ex multis negotijs occurrentibus. Colles } montes moliter aſcendentes. Caſtris.} parũ capaci ad caſtra. Apud aquã.} iuxta fontem alterius collis. Conſedere.} Caſtramentati ſunt.

Vectigales.} non qui uectigalia ſoluebant Romanis ſed qui immunes erant, & propterea hi populi, qui uectigalia non ſoluebant, milites ad Romanorum auxilium ſua impenſa conductis mittebant, ideo uectigales quia pro uectigalibus militiam agebant.

RIVIVS. IPſiq; Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partem} Manuſcripta, Ipſiq; Mauro. ſed eſt idem utrobiq; ſenſus. Prius illud ex gloſſa irrepſit. Nã & ſæpe aliàs Maurum, ipſum Bocchum uocat, per antonomaſiã. quomodo Pœnum Liuius Annibalem. Vix decima parte diei relicta.} Hunc locum Gellius ita legit, Vix decima parte die reliqua, id quod ſupra quoq; oſtendimus. Contra, Romanis utrunq; caſum in tenebris difficilem fore.} Manuſcripta, difficiliorem fore. id, quod & ſententia magis exigere uidetur. Nec Beroaldinũ ſecus. Equites, peditesq; permiſti.} Exemplar Fabriciarum, equites pedites ut ſit aſyndeton. Paulo poſt. Si quos locus aut caſus coniunxerat, orbes facere.} Sic & manuſcripta. Cæterum in pleriſq; eſt, orbem facere. numero ſingulari. pro, in unum conglobari. uel, orbem colligere. quomodo Liuius loquitur. et Cæſar, Cum illi orbe facto ſeſe defenderent. inquit. Mox. Atq; ita ab oĩbus partibus ſimul & tecti & inſtructi hoſtium uim ſuſtentabant.} Sic in quibuſdam. In manuſcriptis deeſt alterum Et, q́d ut nihil ſtud, ad elegantiam interim facit. Nihil tamen immuto. Quam ex fortiſſimis magis, quàm ex familiariſſimis parauerat.} Manuſcripta, q̃ familiariſſimis. omiſſa repetitione præpoſitionis Ex. Id Salluſtianum magis eſt. Nec Beroaldinum ſecus, Quorum in uno caſtris parũ amplo, fons aquæ magnus erat. alter uſui opportunus, quia magna parte edita et præcipiti, pauca munimẽta quærebat.} Legẽdum ex impreſſis uetuſtioribus, Alter uſui opportunior. quia Magna parte editus & præceps, pauca munimẽta quærebat. In manuſcriptis et alijs quibuſdã, gerebat legitur. ubi Gymnicus, quærebat. Sed ut dicẽt alij. Deinde crebris ignibus factis.} Manuſcripta, dein. Strepere pedibus, uocibus.} τὸ Pedibus, nõ ẽ in ullo manuſcripto neq; in Beroaldino. Sed addendum ſit, nec ne, aliorum eſto iudiciũ. Ac pro uictoribus ſeſe agere.} τὸ Seſe nõ habẽt codices in pergamenis deſcripti, nec eſt impreſſis quibuſdam uetuſtioribus.

GLAREA. EQuites peditesq; permixti. Equites peditesq;, de Numidis tantum intelligi, ſed uerbum Alios, de Romanis, declarant uerba quæ paulo poſt ſequuntur: quòd hoſtes, inquit, numero plures. Igitur cũ iudicio locus legendus eſt. Mox: Denique Romani ueteres noniq;, & ob ea ſcientes belli, &c. Illud Ob ea, uel ueteres refert, remotius adiectiuũ: uel exponẽdũ cum Badio, Ob ea, id eſt, ob eas res, quòd ueterani quoque adeſſent. Inuadere manu, conſulere militibus. Incerta diſtinctio. Quidam poſt manu, diſtinguunt, ut ſit ſenſus, Inuadebat Manu, ideſt turma ſua, quam ex fortiſſimis habebat. Ita codex Aldinus. Alij, ut Badius, ante manu, quaſi diceret, Manu indicium dabat militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat, ut ait author. Idq; intelligendum, donec dies erat. Nam mox ſequitur: Iamq; dies conſumptus erat. quæ eſt hephthemimeres heroica, et ſyllaba longa.

hoc eſt, Carminis heroici quatuor primi pedes. Carminis heroici quatuor primi pedes, Caſune an ſtudio ab authore factum, incertũ. Liuius tamen ita orſus eſt hiſtoriam Romanã. ſi Quintiliano authori in primis graui, quicquam credimus, Sed & ſeſquiheroicum carmen apud authorem Liuium libro ſecundo decados tertiæ, oſtẽdimus in annotationibus in eundem editis. Quia magna parte editus, & praeceps pauca mu. gerebat. } Magna parte edita & præcipite, legit Aldinus codex. Item pro Gerebat, Quærebat, pro deſiderabat: poſterius non diſplicet, prius non probo. Paulo poſt, Vtroque colle, legendũ, non Colli, quod Aldus habet. Rurſus ſtatim poſt. Quod non fugere: ubi non fugere, pro non fugerẽt aut non fugiſſent, poſitum uidetur. Badius tamen ſugere præteriti perfectiltemporis exiſtimat. De improuiſo uectigales. } Soldus Vectigales exponit. i. à uectigalibus miſſos, hoc eſt, à Tributarijs. Badius Vectigales Tubicines exponit, qui præcinere ſolent uectigalibus, id eſt, Tributarijs, aut qui ipſi uectigales erant. Ego cum Soldo hæreo. Nam neque illi ſua ſatis facit expoſitio, & neque id uerbi ita poſitum alibi me legere memini.

MAuri atque Getuli, ignoto & horribili ſonitu repente exciti, neq; fugere, neq; arma capere, neq; omnino facere, aut prouidere quicquam poterant: ita cunctos ſtrepitu, clamore nullo ſubueniente, noſtris inſtãtibus tumultu, terrore, formidine, q̃ſi uecordia ceperat. Deniq; oẽs fuſi fugatiq;, arma & ſigna militaria pleraq; capta: pluresq; eo prælio, quàm omnibus ſuperioribus interempti; nam ſomno & metu inſolito impedita fuga. Dein Marius, uti cœperat, in hyberna proficiſcitur, propter cõmeatum in oppidis maritimis agere decreuerat: neque tamen uictoria ſocors, aut inſolẽs factus, ſed pariter ac in conſpectu hoſtium quadrato agmine incedere. Sylla cũ equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius cum funditoribus & ſagittarijs, præterea cohortes Ligurum curabat, et primos & extremos cum expeditis manipulis locauerat Tribunos. Perfugæ minime chari, & regionum ſcientiſſimi hoſtium iter explorabant. Simul conſul quaſi nullo impoſito omnia prouidere: apud omnes adeſſe, laudare, increpare merentes. Ipſe armatus intentusq; item milites cogebat, neque ſecus atque iter facere; caſtra munire; excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere: præterea alios ſuper uallum in munimentis locare, uigilias ipſe circuire: nõ tam diffidentia, futura quæ imperauiſſet, quàm uti militibus exæquatus cũ Imperatore labor uolentibus eſſet. Et ſanè Marius, illoq; alijsq; oĩbus tpibus Iugurthini belli pudore magis quàm malo exercitum coercebat, qđ multi per ambitionẽ fieri aiebant: alij, quòd à pueritia conſuetam duritiam, & alia quæ cæteri miſerias uocant, uoluptati habuiſſet: & tamen Reſp. pariter ac ſæuiſſimo imperio, bene ac decore geſta eſt. igitur quarto denique die haud longe ab oppido Cirtha,

SOLDVS. MAuri. } quibus præerat Bocchus. Getuli. } quibus præerat Iugurtha. Quaſi uecordia acceperat }. i. quaſi amẽtia & inſania cunctos occupauerat. Nam neſciebant quid facerẽt.

Deinde marius, uti cœperat in hyberna it. } Marius poſtquã hoſtes fudit, atque fugauit in hyberna profectus eſt cum exercitu, ſicuti inceperat: nam ſupra dixit hoſtes aggreſſos fuiſſe Marium in hyberna proficiſcẽtem. Propter cõmeatum in oppidis maritimis agere decreuerat. } Marius decreuit habitare & hyemare in ciuitatibus, quæ erant mari uicinæ, ut cõmeatum abũde habere poſſet. Nam urbes, ad quas naues ire poſſunt ſemper abundant commeatibus.

Agere } i. eſſe. Virg. in 4. æn. Getulis agerẽ ſi ſyrtibus exul.

Neq; tamen uictoria ſecors, aut inſolens factus. } ſcilicet eſt ferè ita euenire ſolet, ut uictores ſuperbi & negligentes reddãtur, quia amplius nõ timent, ſed Marius propter uictoriam, neque negligens, neq; ſuperbus factus eſt, ſed caute cũ ipſo exercitu incedebat, non aliter q̃ ſi hoſtes adeſſent. Secors }. i. negligens. Inſolens }. i. ſuperbus, ut contẽnet hoſtes. Ac. } pro quàm. Quadrato agmine }. i. exercitu quadripartito. Et ſtatim declarat, quòmodo erat agmẽ. Nam diſpoſuerat Marius, qui à dextra & ſiniſtra parte, à fronte, & à tergo curarent. Apud dextimos }. i. apud eos erant in dextera parte. Expeditis manipulis. } nam expediti manipuli dicuntur, ſicuti expeditæ cohortes. Sũt enim milites leuis armaturæ nõ grauibus armis impediti, ut clypeo, galea, lorica, ſed expediti leues aduerſum tela miſſilia gerẽtes.

Minime chari.) non chari, quia ſemper proditores, & perfugæ ſuſpecti ſunt. Simul cõſul.) quaſi nullo impoſito omnia prouidere. Marius tanta diligentia & cura utebatur, ut omnia ita prouideret tanq̃ ſi nullũ alium impoſuiſſet, cum tamen & Syllam quæſtorem & Aulum legatum & tribunos locaſſet, qui totum exercitum curarent. Adeſſe. } pro aderat. Laudare }. ſ. bonos. Increpare }. ſ. ignaros & uerentes, & ad laudem & uituperationem pertinet. Ipſe }. ſ. Marius. Intentus }. i. paratus. Item ſimiliter intentus animo. Armatus corpore, cum Marius imperator armatus & paratus eſſet, cogebat milites, ut ſimiliter ipſi quoque armati & parati eſſent.

Neque ſecus. } atque iter faceret caſtra munire. Ex his uerbis uidetur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuiſſe, ſed iam conſediſſet, & caſtra poſuiſſe, cum tamen ſupra dixerit illum in hyberna proficiſcentem, quadrato agmine inceſſiſſe. Et ſine dubio hoc tempore in hyberna proficiſcebatur, atque in itinere erat. Sed uide quid dicat, Marius quanta prouidentia & diligentia utebatur, ut cum exercitus incederet, & iter faceret, tãta diligentia utebatur cum caſtra locabat. Nã ſicuti caute incedebat quadrato agmine, & quæſtore, ac legato, nec non tribunis diſpoſitis, qui uniuerſo exercitui præeſſent, ſic cum caſtra locabat, ea ipſa caſtra foſſa, ac uallo muniebat. Eqtes ante caſtra diſponebat, q ad cuſtodiã exercitus excubarẽt. Vigilias fieri, & uallũ cuſtodiri iubebat. Caſtra munire }. ſ. uallo et foſſa. Cum exercitus conſidet, caſtra ſubito uallo, & foſſa muniuntur. Excubitum in porta. } Ordo eſt Marius mittere promittebat cohortes ex legionibus excubitum in porta, & mittebat equites auxiliarios pro caſtris. Caſtra ꝓpriè dicitur locus, ubi exercitus ſtat. In

undique ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt. Quare hoſtis adeſſe intelligitur. Sed quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte, atque omnes idem ſignificabant; conſul incertus quonã modo aciem inſtrueret, nullo ordine commutato, aduerſum omnia paratus ibidem opperitur. Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata, qui copias in quatuor partes diſtribuerat, ratus ex oĩbus ęque aliquos ab tergo hoſtibus uenturos. Interim Sylla, quem primum hoſtes attigerant, cohortatus ſuos, turmatim, & q̃ maxime cõfertis equis, ipſe, aliiq́; Mauros inuadunt. Cæteri in loco manẽtes, ab iaculis eminus emiſſis, corpora tegere, & ſi qui in manus uenerãt, obtruncare.

ſtat. In legione decem cohortes ſunt. } Ergo ex legionibus cohortes eximebat, quæ in porta caſtrorum excubarent, & uigilarent ad cuſtodiã exercitus. Sed extra caſtra equites locabat, q præſidio eſſent, ne caſtra inuaderentur ab hoſtibus. Ex cubitum } .i. ad excubandum et uigilandũ. In porta } .ſ. caſtrorum. Pro caſtris } .i. ante caſtra. In munimentis } .i. in munitiõibus. Vigilias ipſe circuire, non tam diffidentia futuri } quæ imperauiſſet, quàm uti militibus exæquatus, cũ imperator labor uolẽtibus eſſet, Marius, inquit, uigilias caſtrorum circuibat, non quia dubitaret milites nõ eſſe facturos id quod imperabat, ſed ut milites uolentes non coacti labores ſubirent, cum ipſum imperatorem uiderent laboribus & periculis ſe exponentem. Non tam diffidẽtia futuri. quod imperauiſſet. Si legitur quod impetrauiſſet, clarus eſt ſenſus. Dicit enim Marius circuibat uigilias nõ tam quia diffideret id futurum quod imperaſſet, quàm uti labor exequatus militibus cum imperato e eſſet uolentibus. Sed ſi legitur, quæ imperauiſſet, durior eſt expoſitio, ſed tamen idem eſt ſenſus. Sic enim intelligendum eſt, non tam diffidentia futuri. ſ. eorum quæ imperauiſſet. Et ſanè Marius, illoq́; .ſ. tempore. Laudat Marium, dicens illum pudore magis quam pœna exercitum gubernaſſe, cum exemplo ſui ipſius militibus oſtenderet, quid eos facere uellet. Nam milites putabat non facere id quod imperator ipſe faciebat. Pudore magis quàm malo } .i. quàm pœna, quia Marius exemplo magis quàm uerbo docebat milites quid facerent. Et ita bene agendo potius quàm ſeuere imperando refrenabat exercitum, ne licentius & ſolutius uiuerent, ſed laboribus & uigiliis corpus ad patientiam indurarent. Per ambitionem. } per appetitum & cupiditatem, honoris & laudis. Nam ſine dubio magnam laudem meretur imperator, qui ſe laboribus & periculis exponendo exercitum magis exẽplo docet quàm uerbo. Aiebant } .i. dicebant. Duritiam } .i. laboris patientiam. Et alia. } quæ cæteri miſerias uocant, ſicuti pati famem, inopiam, frigus, & calorem. Voluptati } .i. ad uoluptatẽ, Marius pro uoluptate habebat. ſ. pati labores, famem, inopiam, frigus, & calorem, quæ alii putant eſſe miſerias. Niſi tantum Reipublicæ. } pariter ac ſæuiſſimo imperio bene atque decore geſta ſunt. Ordo & ſenſus pendet à ſuperiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores ſubire, et duriſſima ſuſtinere propter ambitionẽ, ſed ego neſcio utrum hoc fecerit propter ambitionem, niſi quod hoc ſolum ſcio, illum ita utilem fuiſſe Romanæ reipublicæ mitem, ſcilicet, & manſuetum, ſed laboris patientiſſimum ſe præbendo, q̃ ſi crudelem & ſæuiſſimum ſe præbuiſſet in imperio. Locus iſte uidetur obſcurus, niſi diligenter ſenſus conſideretur. Vult oſtendere Marium in imperio mitem fuiſſe, & laboris patientiſſimum. Et tñ reipublicæ profuiſſe, dum mitis eſt, & patiens laborum, quàm ſi ſæuiſſimus & crudeliſſimus fuiſſet, & imperioſus. ſicuti ſolent eſſe duces, nam duces ſolent ipſi delicate & molliter uiuere, & imperioſe cogere milites ad labores et pericula. Sed ipſe Marius aliter faciebat. Nam Marius ſemper primus erat, qui labores & pericula ſubibat, atq; ita faciendo, nõ quidem ſuperbe & crudeliter imperando, milites pudore cogebat: ut facerẽt qđ ipſe faciebat. Et dum hoc faciet ita rempublicam utiliter adminiſtrat quàm ſi ſæuiſſimus in imperio fuiſſet. Sed forte diceret aliquis, an fortaſſe qui crudeles & ſæuiſſimi ſunt in imperio, utiles ſunt reipublicæ? Salluſtius hoc ideo dicit, quia fermè hoc euenire ſolet, ut duces niſi ſeueri ſint & imperioſi, contemnantur à militibus. Quãdo autem dux contẽnitur, res benigne geri nõ poteſt. Sed hoc euenit in ducibus, qui ſine opere nihil ualent. Nam dux, qui neque imperio, neque opere aliquid ualet uere contemnitur. Sed Marius, quãuis mitis imperio eſſet, tamẽ nõ contẽnebatur, quia opere multum ualebat, & omnes ad æmulationem exemplo prouocabat, ut tantum reipublicæ prodeſſet bene agendo, quàm ſeuere & duriter imperando. Niſi tantum } .i. niſi ſolum, ac ſi diceret. Neſcio utrum Marius illud fecerit per ambitionem, niſi quòd hoc ſolum ſcio, uidelicet geſta ſunt. ſ. ea quæ geſſit Marius. Bene & decore } i. utiliter, & decenter reipub. Pariter ac ſæuiſſimo imperio } .i. tantum utiliter, quàm ſi ſeuiſſimo imperio Marius ea geſſiſſet. Igitur quarto denique. } Salluſtius paulumper digreſſus erat a propoſito, dum diligentiam Marii & mores eius deſcribit, quibus utebatur in bello. Nunc redit ad propoſitum. Nam dicere inceperat, quomodo Marius uictis hoſtibus in hyberna proficiſcebatur. Tendebat autem ad urbem Cirtham. Igitur cum non longe ab urbe Cirtha Marius abeſſet, ſpeculatores hoſtium cito ſe oſtendunt. Ex qua re Marius intellexit hoſtes adeſſe. Nam ſpeculatores ſemper ante exercitum mittuntur ad explorandam regionem & inſidias. Speculatores } .ſ. hoſtium. Quare quia ſpeculatores, miſſi erant, ex hoc cognitum eſt hoſtes adeſſe, quia ſemper ſpeculatores præcedunt exercitum. Sed quia diuerſi redeuntes. } Marius ipſe quoque præmiſerat ſpeculatores, qui regionem explorarent, Qui cum ex diuerſis partibus redirent, tamen omnes rem eandem nunciabãt, uidelicet hoſtes adeſſe. Ex quo Marius dubius & incertus, quomodo inſtrueret aciem, nullum ordinem commutauit, ſed exercitum quadripartitum reliquit, & ita hoſtes expectauit. Diuerſi } declarat quomodo diuerſi redibant, uidelicet, alius ab alia parte. Redeuntes. } qui miſſi fuerãt ad ſpeculandum. Atque omnes idem ſignificabant, } ſcilicet hoſtes adeſſe. ſed forte mirum uidetur, quomodo ex diuerſis partibus redeuntes omnes idem nunciabant: hoc ideo eueniebat quia Iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat, ut à quatuor partibus Romanos inuaderet, quod etiam fecit, ſed ab omni parte Marius prouidet. Opperitur } .i. expectat. Ita Iugurthæ ſpes fruſtrata } .i. eluſa & decepta, quia non potuit aſſequi id quod ſperabat. Nam Iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat, ſperans aliquos inuaſuros eſſe Romanos à tergo, ſed Iugurtha, deceptus eſt in ſua ſpe, quia Marius exercitum quadratum & quadripartitum habebat, atque prouiderat ab omni parte, ne hoſtes inuadere poſſent.

Ita. } uidelicet, quia Marius non mutauit ordinem, ſed quadratũ dimiſit exercitum, ne ab ulla parte impetus fieri poſſet. Aliquos à tergo hoſtibus uenturos } .i. aliquos à tergo inuaſuros eſſe Ro

manos. Interim Sylla.} incipit pugnare Sylla cum eqtatu dexteram partem curabat. Turmatim.} i per turmas. Conſertis.} denſis. Emiſſis.} ſcilicet ab hoſtibus.

MARLIA. ACceperat.} inuaſerat. Fuſi.} Interfecti. ut fuſiq; bimēbres, In hyberna in regiões maritimas ubi hyemare decreuerat. Agere.} cōtinere ſe. Perfugæ.} ſcilicet Iugurthini, alij habent, perfugæ minime chari etrei, &c. Verentes.} formidoloſos. Neque ſecus atque.} id eſt quàm faciebat iter ſed dum itinere morabatur, aut comedendi gratia, aut alio negotio, ita ipſos muniebat ac ſi iter faceret. In portis.} quæ quinque erant ut ait Blondius. In munimentis.} in propugnaculis. Militibus uolentibus.} ſcilicet pugnare. Quàm malo.} Supplicio. Duritiam.} patientiam laboris. Tamen.} quāuis Marius coerceret milites pudore. Significabant.} indicabant. Ratus æque.} id eſt pariter ſicuti Marius. Cæteri.} ſcilicet Syllani.

RIVIVS. SVlla cum equitatu apud dextimos,} Fabricianum, apud extremos. Sed uulgata lectio uerior, pro, in dextra parte, Nam ſequentia palam oſtendunt, ſic legendum eſſe. Ea ſunt, In ſiniſtra parte A. Manlius, cum funditoribus & ſagittarijs &c. Mox, Primos & extremos cum expeditis manipulis tribunos locauerat. Vides'ne, ut hic extremorū meminerit, & ut dextimos oppoſuerit ſiniſtræ parti? Sed quid multis? Legit eodem modo Priſcianus libro 2. de ſuperlatiuo agens. Excipiuntur, inquit, dextimus & ſiniſtimus Deinſubdit hoc è Salluſtio exēplum, aliaq; præterea ex Varrone Cælioq;, quæ nos breuitatis cauſa omittimus. Docet & Sex. Pompeius, dextimum & ſiniſtimum antiquos dixiſſe. Omnia prouidere, apud omnes adeſſe, laudare, increpare mœrentes.} Manuſcripta ſine diphthongo, merentes, pro qui aut laudari aut increpari mererentur. Facit cum his Beroaldinum. Quanquam, ne quid diſſimulē, Venetum, Argentoratenſe, alia pleraque, laudare forteis, & increpare uerenteis. perperam uidelicet. τὸ Forteis ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Huic aliquis Verenteis opponi putauit. hoc eſt, timidos & ignauos. Ita ſciolorum audacia ē hic locus deprauatus, qui nō intellexerint, quid ſibi uellet, Merentes. cū Salluſtius innuat, pro merito quenq; eſſe aut laudatum aut increpitum. Excubitum in portis} Manuſcripta omnia, in porta, numero ſingulari, quomodo Beroaldinum quoq;. Niſi tamen reſp. pariter ac ſæuiſſimo imperio, bene atq; decore geſta omnia.} Omnia, codices in pergamenis deſcripti non habent, & ſenſus ipſe reſpuit atq; repudiat. Nam illud Geſta, ad id quod paulo ante præcedit, nempe Reſp. ſpectat. ubi perperam tamen exemplar Venetum, Baſilienſe, alia pleraq;, Reip. quæ res credo anſam errori præbuit. quaſi omnia à Mario bene atq; decore ad utilitatem Reip. geſta. Igitur quarto demq; die omnia haud longe.} τὸ Omnia, cū ſenſus ipſe aſpernatur, tum codices uetuſti nō habent. Qui copias in 4. partes diſtribuerat.} Legendum, in quatuor parteis. Paulo poſt, Ipſe aliiq; Mauros inuadunt.} In quibuſdam ſed impreſſis τὸ Que geminatum eſt.

GLAREA. DEin Marius, uti cœperat, in hyberna proficiſcitur propter commeatum.} Hic locus in plerisq; exemplaribus corrupte legitur. Vetuſtus ille codex, de quo nūc toties dixi, ita hēt: Deinde Marius, uti cœperat, in hyberna it, quæ pp cōmeatū in oppidis ma

ritimus

ritimis agere decreuerat. Siue igitur it, ſiue Proficiſcitur legatur, certe, quæ, relatiuū omitti non debet. Nam ſine eo ſenſus nō pcedit: quod non animaduertiſſe commentatores admodum miror. Sylla cum equitatu apud dextimos.} Poſt Dextimos, diſtinguendum, ut Syllam cum equitatu in dextra parte, A. uero Manlium cum funditoribus, & ſagittarijs, præterea, cohorte Ligurū in ſiniſtra fuiſſe īntelligamus. Paulo poſt: Perfugæ minime chari. Duo uerba, Minime chari, nō ſunt in omnibus codicibus, nec Badius legit. At uetuſtus ille codex habebat, præterea Aldinus. Soldus retulit Charū, ad animum: Quia, inquit, Proditores & perfugæ ſemper ſuſpecti ſunt. Mihi uero uidetur dicere uelle, Minime chari, id eſt, minime ī magno numero. Mox: Laudare fortes, & increpare mœrētes. Quidam ſuſtulerunt Porteis & Merentes abſque diphthongo legunt, quod tametſi intelligatur, prior tamē lectio, quæ ſingulis uerbis ſingulos dat caſus, planior eſt. Aldinus codex & Forteis ſuſtulit & Mœrentes cū diphthōgo legit: qđ diſplicet. Item qđ cōtinuo ſequitur, Ipſe armatus intentusq; itē milites cogebat. Badius diſtinguit ante uerbum Item, quod per conſimiliter exponit. Quæ uero ſequuntur, duplicem habent lectionem. Alij enim Facere legunt, ut Aldinus codex. Alij Faceret, ut Badius et uetuſtus ille codex. Prior lectio hunc habet ſenſum: Nō ſecus Marius cogebat milites caſtra munire atque iter facere. Atque pro Quàm, uidelicet ut ſenſus à uerbo Cogebat pendeat. Atqui tum uerbum Item, puto exponendum pro eodem modo, ut totius periodi ſit hic ſenſus, Ipſe Marius armatus intentusq; eodem modo & milites cogebat eſſe armatos intentosq;, nec minus muniebat caſtra, atque iter faciebat, cohortes ex legionibus in porta, equites auxiliares pro caſtris excubitum mittebat, &c. Altera lectiōe quid ſenſus colligatur, haud equidem ſcio. Quod multi per ambitionem fieri aiebant, quòd à pueritia.} Hic locus egregie corruptus eſt. Commentatores uerum ſenſum magis ſomniarunt, q̃ explicuerunt. Badius tamen propius uero eſt. Sed notandum, Salluſtium duas opiniones de Mario iudicantium adferre, alteram æmulorū, qui id ambitionis gratia à Mario factum interpretabantur, alterā amicorū, qui laudi dabant hoc in Mario, optimæq; educationi adſcribebāt. Cæterū author ſuum iudicium non interponit. Hoc tamen dicere uidetur, utcunque interpretemur: Certe hoc Marij pudore quo de retulit, reſpub. non minus q̃ ſæuiſſimo aliorum imperio, bene atque decore geſta eſt. Aldinus codex bis habet Omnia. uetuſtus, ne ſemel quidem, alter codex ſemel habebat. at non eſt eo uerbo hic opus. Et reſpub. legendum in nominandi, non in gignendi aut dandi caſu. Item illud Niſi, quod quidam habent codices, tollendum eſt, ut totus locus ita legatur: Et ſanè Marius, illoq; alijsq; omnibus temporibus, Iugurthini belli pudore magis q̃ malo exercitum coercebat, quod multi per ambitionem fieri aiebant. Alij, quòd à pueritia conſuetam duritiā, & alia quæ cæteri miſerias uocant, uoluptati habuiſſet, & tamen reſpub. pariter ac ſæuiſſimo imperio, bene ac decore geſta eſt.

Ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hoſtibus uenturos.} Vide ut acceperit uerbum Aeque. Badius exponit Aeque, id eſt, pariformiter. Ego exponerem, Aeque uenturos, id eſt, æquali fortitudine reſtituros, ſed iudicet Lector.

SOLDVS. IN priore pugna.} quam paulo ante deſcripſit. Poſtremam Romanorum aciem inuadunt.} Ecce quomodo ex diuerſis partibus hoſtes inuadūt

Roma-

DVm eo modo equites præliantur; Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerāt, poſtremā Romanorum aciem inuadit. Tum Marius apud pri-

Romanos, primam & ultimam aciem Romanorum tribuni curabant. Agebat.} id eſt erat. Ibi latine, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat,

noſtros

mos agebat, quòd ibi Iugurtha cũ plurimis erat. Dein Numida cognito Bocchi aduentu, clàm cum paucis ad pedites conuertit. Ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, noſtros fruſtra pugnare, paulo ante Marium ſua manu interfectum, ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere, quem in pugna ſatis impigre occiſo pedite noſtro cruentauerat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei, quàm fide nuncij terrentur, ſimulq; Barbari animos tollere, & in perculſos Romanos acrius incedere. Iamq; paulum à fuga aberant, cum Sylla, profligatis ijs, quos aduerſum ierat, rediẽs, ab latere Mauris incurrit. Bocchus ſtatim auertitur. At Iugurtha dum ſuſtentare ſuos, & prope iam adeptam uictoriam retinere cupit, circumuentus ab equitibus dextra & ſiniſtra omnibus occiſis, ſolus inter tela hoſtium uitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio ſuis, quos pelli iam acceperat. Denique hoſtes iam undiq; fuſi. Tum ſpectaculũ horribile in campis patentibus ſequi, fugere, occidi, capi: equi, atq; uiri afflicti: ac multi, uulneribus acceptis, neq; fugere poſſe, neque quietem pati; niti modo, ac ſtatim concidere: poſtremo omnia, quà uiſus erat, conſtrata telis, armis, cadaueribus; & inter ea humus infecta ſanguine. Poſtea loci, conſul haud dubie iam uictor, peruenit in oppidum Cirtham, quò initio profectus intenderat. Eò poſt diem quintum, quàm iterum Barbari male pugnauerãt, legati à Boccho ueniunt, qui regis uerbis ab Mario petiuere, duos quàm fidiſſimos ad eum mitteret; uelle de ſuo & de Popu. Romani commodo, cum his diſſerere. Ille ſtatim L. Syllam, & A. Manlium ire iubet. Qui quanquam acciti ibant, tñ placuit uerba apud Regem facere; ingenium aut aduerſum uti flecterent, aut cupidũ pacis uehemẽtius accẽderent. Itaq; Sylla, cuius facundiæ, nõ ætati à Manlio cõceſſum eſt, pauca uerba huiuſcemodi locutus.

noſtros fruſtra pugnare. Quidam Numida, ut Romanis terrorem aderet, & ſuis audaciam præberet, conuerſus ad pedites exclamauit, Romanos fruſtra pugnare, quia ducem amiſiſſent quem ipſe manu ſua interfecerat. Et hæc dicens gladium ſanguine manantem oſtẽdit. Ordo eſt. Numida. } ibi p tũc exclamat Latine noſtros pugnare fruſtra, nã pro quia didicerat loqui. ſ. latine apud Numantiã, & per parentheſim hæc dicta ſunt, quia potuiſſet aliquis dicere, ſi erat Numida, quomodo latine loquebatur. Dicit illum didiciſſe loqui latine apud Numãtiam in exercitu Romano, quãdo Micipſa rex Numidiæ auxilia peditum et equitum miſit ad bellum Numantinum, quibus Iugurtham præfecit. Apud Numantiam ciuitatem Hiſpaniæ, quam Scipio Aemilianus deleuit. Sanguine oblitum }. i. ſœdatum. Quàm fide nuncij. } quia non ſatis credebant Numidæ, & licet non ſatis crederent, tamen propter atrocitatem rei à pugna terrebantur.

Perculſos. } territos. Iam paululum à fuga aberant. } ita territi erant Romani, ut fermè fugerent, niſi Sylla ſuperueniẽs cũ equitibus Mauros inuaſiſſet, et eos in fugã uertiſſet. Iam paululum aberant }. i. non procul erant à fuga, quia fermè in eo erant, ut fugerent. Bocchus. } qui præerat Marius erat.

Auertitur }. i. in fugam uertitur. Tum ſpectaculum. } Atrocitatẽ pugnæ deſcribit. Sequi. } hoc ſpectaculum uiſum eſt, uidelicet Romanos ſequi. i. inſequi.

Hoſtes. } fugientes. Fugere }. ſ. barbaros uictos. Equi uiri afflicti }. ſ ſunt. Niti modo }. i. tantummodo conabantur. ſ fugere, ſed ſtatim cadebant, quia uulnerati erant. Poſtremo omnia } quà uiſus erat, conſtrata telis }. i. omnia loca, quæ uideri poterant, telis cooperta erant, & cadaueribus & armis. Poſtea loci. } poſtquã pugnam deſcripſit, in qua uicti ſunt barbari, dicit Marium Cyrthã perueniſſe, quo intenderat. Poſtea loci }. i. poſtea. Nam loci ſyllabica adiectio eſt ſicuti minime gentium. Initio profectus intenderat }. i. ad quam urbem à principio diſcedens ire diſpoſuerat.

Eodem poſt quantum diem } quam iterum barbari male pugnauerãt legati à Boccho uenerũt. Quo iterũ barbari male pugnauerãt. i. die quo poſtquã barbari ſecũdo male pugnauerãt. Nã hæc fuit ſecũda pugna, in qua Bocchus cũ Iugurtha ſecũdo uictus eſt à Romanis. Iterum }. i. ſecundo Bocchus bis uictus decreuit facere pacem cum Romanis, & ob eã rem, poſt ſecundam pugnam, in qua uictus fuerat, legatos ad Marium miſit, qui ab eo peterent, ut duos ad ſe fidiſſimos remitteret, Marius Syllam quæſtorem, & Aulum legatum ſtatim ad regem miſit. Velle. } ſcilicet dicebat. Diſſerere. } loqui, tractare. Acciti. } uocati à rege. Quanquam acciti ibant, tamen placuit ante regẽ uerba facere, } hoc iõ dicit, quia magis conuenire uidebatur, ut regem audirent, quàm apud regem loquerentur, qui eos acciuerat. Itaque Sylla. } dicit Syllam coram rege locutum, quia eloquentia præſtabat, licet Mãlius ætate ſuperior eſſet.

MARLIA. AGebat. } bellum exercebat. Oblitum. } cruentatum. Impigre. } animoſe. Accepere. } audiuere, accipe nunc danaum inſidias. Auertitur. } retrahit pedem. Vitabũdus. } re uera uitans. Interea. } dum iſti cederentur humus & cæ.

Poſtea loci. } poſtmodum. Quo, } ad quod oppidũ. Profectus. } qui uolebat proficiſci.

Aduerſum. } oppoſitũ Roma.

RIVIVS. IAmq; paulo à fuga aberant. } Manuſcripta, iamq; paulum &c. In alijs, paululum. Cum manuſcriptis facit Badianum. Paulo poſt. Dextra & ſiniſtra omnibus occiſis. } Manuſcripta, omiſſa illa copula Et, dextra, ſiniſtra. quod ut opinor Salluſtianum magis eſt. Tali aſyndeto Liuius quoque, Terra mari trepidatur. inquit. Sic in Catil. Salluſtius, Rapi uirgines, pueros. Ibidem, cædem, incendia fieri. In Iugurtha, ipſe acer, belliſoſus. Rurſus, urbes, agros uaſtare. &, Vt omnes labores, pericula conſueta habeam. Ingenium aut aduerſum uti flecterent, aut cupidum pacis uehementius accenderent. } Manuſcripta, aut auerſum uti flecterent. pro, à Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum, Qui auerſiſſimo à me animo Patris fuit. pro, maxime alieno. Mox, Cuius facundiæ non ætati conceſſum eſt. } τὸ Eſt, non reperitur ĩ manuſcriptis. Sic paulo poſt, uiſum. ubi hodie ferè, uiſum ẽ.

GLAREA. DEinde Numida cognito Bocchi aduẽtu. } Hic locus duas hẽt difficultates, alterã, Iugurtháne locutus hic ſit, an alius quiſpiam Numida. Alteram, apud quoſnam locutus ſit. Soldus alium

quemplam, non Iugurtham locutum cenſet. Badius hæret. Ego Iugurtham locutum exiſtimo. Nam de eo etiam ſupra dixerat, ſub Scipione Aemiliano apud Numantiam militaſſe, ubi latine loqui didicerat. Et ẽ ſanè hoc unũ ex ſtrategematis illius. Porro & ad Romanos locutum contendo, quod & Badius exiſtimauit. Nam quid attinebat Numidis latine loqui? Verum hoc addendum oportuit, quo in latere hoc factum, cum Iugurthæ oppoſitus eſſet Marius, ut paulo antè dixit author, ut hercle non poſſet regis ſtrategema de occiſo Mario eo latere obſcurũ eſſe. Verũ quia author, Clam, adiecit, uerisſimile uidetur clamantem Iugurtham non ad primos conſtitiſſe, ſed conceſsiſſe ad latus ſiniſtrum Romanorum, ubi A. Manlius erat. Porro in dextro latere Sylla erat cum equitatu, apud primos Marius, poſtremam aciem inuaſerat Bocchus. Ergo à ſiniſtro latere Iugurtha inuaſit Romanos, ubi & hoc ſtrategema, quando aliquantulum aberat Marius locum habet. Circumuentus ab equitibus dextra ſiniſtraq; omnibus occiſis. } Si de equitibus Romanis loquitur, diſtinguẽdum poſt uerbum Equitibus. Sin de Iugurthæ loquitur equitibus, pro ab præpoſitione legendum, &: quod miror in Aldino codice neglectum. Quò initio profectus intenderat. } Soldus putauit Profectus participium eſſe, ut ſit ſenſus, quo profectus initio intẽderat. Badius putat eſſe uerbale nomen, & Initio profectus dictum, pro initio profectionis.

SYLLAE ORATIO AD BOCCHVM.

REx Bocche magna nobis eſt lætitia, cum te talem uirum Dy monuere, uti aliquãdo pacem quàm bellum malles: neu te optimum cum peſsimo omnium Iugurtha miſcendo commaculares; ſimul nobis demeres acerbam neceſsitudinem pariter & te errãtem, & illum ſceleratiſsimum perſequi. Ad hoc populo Romano iam à principio inopi, melius uiſum ẽ, amicos, quàm ſeruos quærere: tutiusq; rati uolentibus, quàm coactis imperitare. Tibi uero nulla opportunior amicitia noſtra: primum quòd procul abſumus; in quo offenſæ minimũ eſt, gratia par, ac ſi propè adeſſemus: dein, quòd parẽteis abũde habemus: Amicorũ neq; nobis neq; cuiquam hominum ſatis fuit. Atq; hoc utinam à principio tibi placuiſſet: profectò ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepiſſes, quàm mala perpeſſus es. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraq; regit, cui ſcilicet complacuit, uim & gratiam noſtram te experiri: nunc quoniam per illam licet, feſtina, atq; uti cœpiſti, perge. Multa opportuna habes, quo facilius errata officijs ſuperes. Poſtremo hoc in pectus tuũ dimitte, nũquam populum Rom. beneficijs uictum eſſe. Nam bello quid ualeat, tute ſcis.

SOLDVS. COmmaculares } .i. ſcelere inquinares. Neceſsitudinem } .i. neceſsitatem. Nam ſi te coniungis cum Iugurtha, nobis neceſſe eſt, ut & te & ipſum Iugurtham perſequamur. Si pacem feceris. } tu nobis tollas hanc neceſsitatem. Ad hoc } .i. præterea. Ac ſi diceret. Tu quidem o rex rectè facis, qui amicitiã populi Romani quæris. Sed & populus Ro. uſque à principio, quando erat pauper, ſemper melius eſſe putauit acquirere amicos, quam ſeruos. Amici ſunt, qui ſpõte ſe cum populo Roma. coniungunt, et eius ſocietatem habere conantur, ſerui ſunt, qui reſiſtentes bello ſubiguntur, & ſubacti obediunt imperio po. Roma. Tibi uero. } Suadet aliquid eſſe faciundum, aut ab honeſto, aut ab utili, argumẽtatus eſt ab honeſto. Nũc arguit ab utili. Dicit enim. Nihil utilius Boccho contingere poſſe amicitia popu. Roma. Primum, quòd procul abſumus. In quo offenſæ eſt minimum } .i. minima offenſa inter te, et Ro. popu. interceſsit, o Bocche amicitia populi Romani nihil tibi poteſt nocere, quia procul abſumus. Ac ſi } .i. ſicuti ſi propè adeſſemus. Deinde quòd parẽtes abunde habemus. } rectè facis, o Bocche, quia amicitiã popu. Roma. quæris, Melius eſt enim acquirere amicos quàm ſeruos ſicuti etiam ſemper popu. Ro. fecit, quia multos ſeruos & imperio noſtro obedientes, ac ſubditos habemus, ſed amicorũ neque nobis, neque cuique unquàm ſatis fuit. Et ideo melius eſt acquirere amicos, quorum inopiam patimur, quàm ſeruos, quorum abundantiam habemus. Parentes } .i. obedientes, & ſubditos, ſicuti ſunt qui bello ſubiugantur, parent enim imperio uictoris & ſubigentis eos. Sed quoniam. } O Bocche feſtina, & ſicuti cœpiſti quærere amicitiam noſtram, quandoquidem fortuna, quæ ex magna parte res humanas regit, uoluit, ut tu experireris nos & hoſtes & amicos. ordo eſt. O Bocche nunc feſtina atque perge uti cœpiſti, quoniam licet per illam, quoniã fortuna regit pleraque rerum humanarum: cui i. complacuit te experiri uim & gratiam noſtrã. Pleraque rerum humanarum } .i. magnam partem rerum humanarũ fortuna regit. Vim. } quia tu es expertus bello, quãtum poſsit populus Romanus. Et gratiam } .i. amicitiam fortuna uoluit, ut tu experireris Romanos & hoſtes et amicos. Antehac tu es expertus Romanos hoſtes, nunc experire Romanos amicos, & quia ita fortuna uult, tu perſeuera, ſicuti cœpiſti, ut Romanos amicos habeas. Multa opportuna habeas. } quo facilius errata officijs ſuperes, magnam opportunitatem habes, per quam delictum tuum officijs uincas. Nã deliquiſti et erraſti in hoc, quia contra populũ Romanum bellum ſimul cum Iugurtha ſuſcepiſti. Sed hoc peccatum uincere potes, beneficio, uidelicet, ſi te coniunxeris cum populo Roma. & cum eo ſocietatẽ, & amicitiam inieris. Officijs } .i. beneficijs. Nunquã populum Roma. beneficijs uictum, } quia ſemper plus reddit quàm accepit. Nam quòd bello ualeat tute ſcis. Dixi quòd populus Romanus nunquam uictus eſt beneficijs, quia non eſt neceſſe, ut dicam, quòd econtrario iniurijs etiam uinci non poteſt. Nam tu hoc ſcis, nã tu es expertus, quòd iniurias bello ulciſcitur. Et ideo non eſt neceſſe, ut dicam, quia tu ſcis, & expertus es, quantum bello ualeat ad iniurias uindicandas, uelis ergo potius experiri, ut amicus gratiam populi Romani quam ut hoſtis uim eius. Tute. } id eſt ipſe.

MARLIA. REx Bocche } oratio Syllæ in del. eſt genere. Beneuolẽtiã captat à perſona auditoris, dicendo. Talem. } id eſt tam optimum uirum deos admonuiſſe. A perſona aduerſarij cum dicat Iugurtham noſtrum peſsimum. A perſona populi Romani dicẽdo eũ quærere amicos potius quàm ſeruos. Et à rebus ipſis cum demonſtret ex amicitia popu. Roma. futuram ſibi magnam utilitatem. Arg. ſumitur à tuto, cum demonſtret illum auxilio popu. Romani

fore

fore tutum. Et à facili, ut multa habes opportuna. habet tamē hic oratio aliquas demonſtratiui partes, cum demonſtret pop. Roma. nunquam beneficijs uictum fuiſſe. Peſſimo.} omnium bipedum nequiſſimo. Commaculares.} pollueres. Coactis } .ſ. ui, quia Ro. ab illis odiū trahūt. Regit,} ut ſatis agnitur credite ſatis. Vi.} fortitudinem. Per illam } ſ. gratiam errata errores præteritos.

RIVIVS. MAgna nobis lætitia eſt.} Hæc ſeries uerborum eſt in manu ſcriptis, & impreſſis uetuſtioribus. Simul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, pariter & te errātem, & illum ſceleratiſſimum perſequi.} In recentioribus eſt alterum Et omiſſum, contra & ueterum codicum fidem, & orationis elegantiam. Porro neceſſitudinem Salluſtius, ut ante ipſum alij quoq;, pro neceſſitate poſuit. Hoc enim dicit, ne Romanis neceſſitatem imponeres utrunq; perſequendi. ſeu, ne inuitos cogeres Romanos perſequi & te & Iugurtham. Nam infinitiuus ille Perſequi. pro gerundio ponitur, græco more. Sic & Teren. in Hecyra, tempus concedere. & Cæſar, conſilium ex urbe pfugere dixit. p concedendi & profugiendi. Sed & Cicero ſæpe eſt hoc ἑλληνισμῷ uſus. In quo offenſæ minimum, gratia par, ac ſi prope adeſſemus.} Perperā codices recentiores, offenſæ minimum eſt. nam hoc uerbū rectius hic ſubauditur, quàm exprimitur. Neq; enim eſt in manuſcriptis. Amicorum nobis neq; cuiquam hominum ſatis fuit.} Legendum, neq; nobis neq; cuiquā hominum; geminata uidelicet illa particula Neque, ita uti aſſolet. Sic autem codices habent in pergamenis deſcripti, ne quis coniecturam me ſequi meam putet. In iiſdem Omnium legitur, nō hominum. Paulo poſt, Cui ſcilicet complacuit, uim & gratiam noſtram te experiri.} Fabricianum, Venetum, alia pleraque, cui ſcilicet placuit. Quanquam autem apud Terentium legatur, Complacita eſt tamē haud ſcio, an Complacuit apud illos primæ notæ ſcriptores inuenias. Nam bello quid ualeat, tute ſcis.} In pleriſq; ſed impreſſis, quàm ualeat. pro quantum ualeat et poſſit. Sed lectio prior mihi non ſanè minus ꝙ poſterior arridet, aut etiam multo magis, ut uerum dicam. Ita Cicero, Ignari quid uirtus ualeret. Idē, Hoc uerbum quid ualeat, non uident. Sed nec ſecus manuſcripta.

GLAREA. AMicorum neq; nobis, neq; cuiquam hominū ſatis fuit.} Illud prius, neq;, ſuſtulit Aldinus codex, non recte meo quidem iudicio. Cæterum quomō Sylla Boccho uere dicere poterat, Atq; hoc utinam à principio tibi placuiſſet! Cum ſuperius author ita ſcribat: Bocchus initio huiuſce belli legatos Romam miſerat, fœdus & amicitiam petitum: quam rem opportuniſſimam incepto bello pauci impediuerant, cæci auaritia, queis omnia honeſta atq; inhoneſta uendere mos erat.

SOLDVS. AD ea Bocchus, } dicit quid reſponderit Bocchus. Pro delicto ſuo. } excuſando delictum ſuum. Arma cepiſſe }. i. bellum contra populum Romanū ſuſcepiſſe. Suſcepi bellum contra populum Romanum non ut ei iniuriam inferrem ſed ut regnum meum defenderem. Nam pati non potui Marium uaſtare eam partem Numidiæ, quæ iure belli mea erat, iure belli factam ſuam, Supra dixit Iugurtham tertiam partē regni Numidiæ Boccho pmiſiſſe, ſi una ſecum bellum ſuſciperet contra Romanos. Et ideo dicit partem Numidiæ iure belli factam ſuā.

Præterea }. ſ. dicebat, ſe eſſe repulſum ab amicitia miſſis antea Romam legatis, Ego ante a miſi Ro. legatos qui peterent amicitiam populi Romani, ſed ab amicitia repulſus ſum. Sed omitto uetera. Nunc rurſus legatos Romam mittam, ſi Marius uult. Cæterum } .ſ. dicebat ſe omittere uetera.

Actum, ſi per Marium liceret. } id eſt ſi Marius uellet.

Deinde copia facta }. ſ. à Mario, Marius permiſit, ut Bocchus legatos Ro. mitteret, ſed Bocchus mutauit ſententiam perſuaſus ab amicis, quos Iugurtha donis corruperat poſtquam intellexit Syllam & Manlium legatos eſſe miſſos ad Boc. ut eū alienarent à Iugurtha & pop. Roma. conciliarent. Animus barbari }. i. animus Bocchi mutatus eſt. Metuens id quod parabatur. } uidelicet metuens, ne Bocchus diſiungeretur à ſe, & coniungeretur Romanis. Marius interea. } dicit quid fecerit ipſe Marius, poſtquam exercitum in hybernis collocauit, non quieuit. Sed acceptis expeditis cohortibus ex parte equitatus in ſolitudinem quandam profectus eſt ad obſidendum quandam turrim regiam, in qua Iugurtha perfugas homines impoſuerat, qui eam cuſtodirent. Sed Marius hāc turrim capere non potuit. Compoſito }. i. collocato. In ſola loca }. i. in loca deſerta. Perfugas hoīes præſidiū impoſuerat. Dixi ſæpe quid ſit præſidium. Eſt enim multitudo militum ad cuſtodiam alicuius loci poſita. Tum rurſus. } dicit Bocchum rurſus decreuiſſe mittere legatos ad Marium, deinde Romam, qui de pace tractarent. Sine decore } .i. ſine ornatu. Quem conſul. } Marius, cum proficiſceretur ad obſidendam turrim, Syllam pro prætore reliquerat, cui plena poteſtas erat ſuper exercitum, & ſuper totam prouinciam.

Eos ille. } dicit Syllam legatos Bocchi liberaliter tractauiſſe. Habuit. } id eſt tractauit.

Quare barbari. } fama erat uulgata, ꝙ Romani erant auari. Sed legati barbari tam liberaliter à Sylla tractati, crediderunt falſam eē famam, quæ de Romanis erat, uidelicet ꝙ eēnt

AD EA Bocchus placide & benigne ſimul pauca pro delicto ſuo uerba facit: ſe non hoſtili animo, ſed ob regnum tutandum arma cepiſſe; nam Numidiæ partem, unde Iugurthā expulerit, iure belli ſuam factam: eam uaſtari à Mario pati nequiuiſſe: præterea miſſis antea Romam legatis, repulſum ab amicitia. Cæterum uetera omittere; ac tum, ſi per Marium liceret, Legatos ad Senatum miſſurum. Dein copia facta mittēdi, animus Barbari ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatiōe Syllæ & Manlij, metuens id quod parabatur, donis corruperat. Marius interea exercitu in hybernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus, et parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiam: quò Iugurtha perfugas omnes præſidium impoſuerat. Tum rurſus Bocchus ſcilicet, ſeu reputando quæ ſibi duobus prœlijs euenerāt, ſeu monitus ab alijs amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia neceſſariorum quinq; delegit, quorum & fides cognita, & ingenia ualidiſſima erāt. Eos ad Marium, ac deinde, ſi placeat, Romam Legatos ire iubet, agendarum rerum, & quocunq; modo belli componendi licentiam ipſis permittit. Illi mature ad hyberna Roma-

norũ proficiſcuntur. Deinde à Getulis latronibus in itinere circũuenti, ſpoliatiq́;, pauidi, ſine decore ad Syllam profugiunt: quem conſul in expeditionem proficiſcens, pro prætore reliquerat. Eos ille non pro uanis hoſtibus, ut meriti erant, ſed acccurate & liberaliter habuit. Qua re Barbari et famam Romanorum auaritiæ falſam, & Syllam ob munificentiam in ſe amicũ rati ſunt: nam etiam tum largitio multis ignota erat; nemo munificus putabatur, niſi pariter uolens; dona omnia in benignitate habebantur. Igitur quæſtori mandata Bocchi pateſaciunt: ſimul ab eo petunt, uti fautor, conſultorq́; ſibi adſit: copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quæ aut utilia, aut beneuolentiæ eſſe credebant, oratione extollũt. Deinde Sylla omnia pollicito; docti quomodo apud Marium, item apud Senatum uerba facerent, circiter dies XL. ibidem operiuntur. Marius ubi confecto negotio, quò intenderat, Cirtham rediyt; de aduentu legatorum certior factus, illos et Syllam ad ſe Vticam uenire iubet: itemq; L. Belligerum prætorem ab Vtica: præterea omneis undiq; ſenatorij ordinis, quibus cum mandata Bocchi cognoſcit: legatis poteſtas eũdi Romam fit ab conſule. interea induciæ poſtulabantur. Ea Syllæ, & pleriſq; placuere. pauci uero ferocius decernunt, ſcilicet ignari rerum humanarum, quæ fluxæ, & mobiles ſæpius in aduerſa mutantur.

auari. Dona oĩa ĩ benignitate hẽbãtur. Si qs donũ alicui faciebat, nõ putabatur facere hoc p largitionẽ uidelicet, ut illũ corrũperet, ſed p liberalitatẽ, uidelicet, qa putaret illũ dignũ eſſe eo munere. Mandata ea, quæ ſibi Bocchus mãdauerat, uulgo nũc dĩr cõmiſsiones. Sylla oĩa pollicitus, } cum Sylla omnia ea eſſet pollicitus. Ibi }. ſ. apud Syllã: erat autem uice Syllæ Marius. ordo eſt. Marius iubet. & illos, & Syllam uenire ab Vtica, poſtquam uenit Cyrtham infecto negotio, quò intenderat, & poſtquam eſt factus certior de aduentu legatorum. ſenſus patet. Infecto negotio. } quia turrim regiam capere non potuit.

Item L. Belligerum prætorem. } omnes ſenatorij ordinis. ſ. uenire iubet ad ſe Cyrtham. Dixit antea, q. conſuetudo fuit, ut conſul cõuocaret principes exercitus, & uiros ordinis ſenatorij, cum aliquid graue atque arduum deliberandum erat, ueluti ſi deditio ſuſcipienda eſſet, uel pax cum hoſte facienda, uel tale aliquid. Quibus cum }. i. cũ quibus Marius uocatis ad ſe Sylla quæſtore, & L. Belligero prætore, & omnibus uiris ordinis ſenatorij, qui erant in exercitu cũ his ſimul legatos Bocchi audiuit, & cognouit ea, quæ petebat Bocchus, & de conſilio eorũ pmiſit, atq; conceſsit, ut legati Romam ad ſenatum proficiſcerentur. Ex quinque legatis tres Romam profecti ſunt, duo ad Bocchum redierunt. Mandata Bocchi. } id eſt petitionem Bocchi.

MARLia. PRo delicto. } pro remouendo crimine. Loca ſola. } deſerta. Quo. } in qua turri. Agendarum. } tractandarum rerum. Mature. } celeriter. Itinere circũuenti, } quibus inſidiæ paratæ erant. Accurate. } laute. Famam. } Infamiam. Falſam. } falſo damnari Romanos ob auaritiam. Volens. } ex uoluntate. In benignitate. } quia non erant ſuſpecta. Adſit. } fautor ſit. Cognoſcit } audit. Inducit. } pax ſeqſtra, ut cõfirmarẽtur à legatis.

RIVIVS. MArius interea exercitu in hybernaculis compoſito. } Sic & codex in membrana deſcriptus, et exemplar Beroaldinum. Verum eſt in alijs, hybernis. quanquam eodem ſenſu: Eos ad Marium, ac deinde ſi placeat Romam } Legendum, dein. Paulo inferius, Vt meriti erãt. } Legendũ, uti. quomodo & alias ferè. Nam illa mox ibidem, operarum incuria commiſſa ſunt, famam Romanorum auaritiæ falſam. pro falſam. ita namq; in uetuſtis eſt. Et, nã etiam non largitio multis ignota erat. pro etiã tum. ut antiqui codices habent. Ibidem, In ſeſe amicum rati ſunt. } Sunt, non eſt in omnibus manuſcriptis, nec in codice Beroaldino. Paulo inferius, Deinde Sylla omnia pollicito. } Manuſcriptum quidem Fabricij nihil hic habet. nam plurima deſunt. ſed in alijs eſt, Dein Sulla &c. Nec procul inde, Illos & Syllam uenire iubet. } Legendum è uetuſtioribus, illoſq; & Sullam. quomodo ferè hiſtorici.

GLAReA. ANimus barbari ab amicis flexus. } Quomodo Flexus, & ad quem Flexus, non narratur. Credo paraſceuem eſſe ad ſequentem, quæ ad finem huius hiſtoriæ eſt, Bocchi uacillationem. Deinde non ita multo poſt: Belli componendi licentiam ipſis permittit. Vide ut acceperit uocem Licentiam. Badius pro libera authoritate exponit, quæ etiam licentia dici aliquo pacto potuit. Eos ille non pro uanis hoſtibus uti meriti erant. } Quid uero meruere Legati à rege miſsi, apud quẽ ipſe Sylla paulo ante locutus, placidum ab eo reſponſum acceperit? Continuo poſt: Qua re, ſeparatis dictionibus, non una legendum. Rurſus paulo poſt: Nam etiam tum largitio multis ignota erat. Aldinus codex pro Tũ habet Non, quod ego haud intelligo, nec alij codices habent. Cæterum Syllam Quæſtorem ſemper uocat, ẽt ſi paulo ante pro Prætore à Mario relictus dicatur. Dein Sylla omnia pollicitus. } Pollicitus in Pollicito mutauit codex Aldinus, quod placet. Mox: Marius ubi confecto negotio, alij Infecto legunt, quæ contrarietas ex hoc authore ſolui non poteſt. Atqui aliud hic Lectorem merito moratur, ubinam Sylla fuerit, quando Bocchi regis Legati à Numidis circumuenti, ſpoliatiq; ad eum uenerunt, Vticæ'ne an Cirthæ? Mihi quidem uidetur Cirthæ fuiſſe, quippe Marius eum illic pro prætore reliquerat. Verum quo pacto Marius ſic Syllam ad ſe Vticam uocet? Quapropter malim κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligere: Syllam interea, dum Marius profectus eſt obſeſſum regiam turrim, à Cirtha Vticam conceſsiſſe, Marium autem Cirtham rediſſe, ac omneis quibuſcum concilium habere conſtituerit, Cirtham ad ſe uocaſſe. Itaq; & Salluſtij locum ita legendum: Marius ubi cõfecto negotio, quò intenderat, Cirtham rediyt: de aduentu legatorum certior factus, illos & Syllam ad ſe uenire iubet, itẽq; L. Belligerum Prætorem ab Vtica. Nam ita alter uetuſtus codex habebat. Rurſus, ſequentia ita legenda cenſeo: Præterea omnes undiq; Senatorij ordinis, quibuſcum mandata Bocchi cognoſcit: Legatis poteſtas eundi Romam fit ab COS. Interea induciæ poſtulabantur. Ita habent codices, quanquam non omnes omnia, ſed ſinguli tamen aliquid ad plenam lectionem eruendam profuerunt. Duo itaq; regis erant poſtulata, alterum de legatis mittendis Romam, alterum de inducijs interea dandis, de quibus nunc conſultatur. Siue igitur Ea, ſiue Eæ le-

gas, nihil refert. Ea enim referet poſtulata: Eæ, induciæ. Nam legatis poteſtas eundi Romam iam facta erat.

SOLDVS ROmæq;.} Dicit quid fecerint legati Bocchi poſtquam Romam uenerunt, confeſſi ſunt regem erraſſe ſcelere Iugurthæ inductũ. Et ita culpam delicti a Rege remouentes, in Iugurtham transferebant. Deprecati ſunt }.i. confeſſi ſunt, noua ſignificatio notanda eſt. Alibi deprecari eſt amoliri, depellere, ꝓpulſare, unde hoc loco dicit deprecati, q̃a licet delictũ confiterentur, tamen culpã delicti depellebant à rege, & eam in Iugurtham transferebant. Cæterum Boccho facit gratiam }.i. ignoſcit. Is miſſus }.ſ. eſt. Peditũ funditorum.} funditores qui funda pugnant. Baliſtariorum.} Baliſtæ ſunt ſaxa maiora & grauiora. Vnde Baliſtarij dicti ſũt. Cohors peligna. }peligni populi ſunt Latini. Lucullus Volſcorum rex, nepotes habuit Pacinum, à quo Pacinates, & Peliculum, à quo Peligni. ſinguli populi Latinorum auxilia mittebant ad bella, quæ popu. Roma. gerebat. Peligni ergo cohortẽ unam miſerant. Cum uelitaribus armis }.i. cum armis leuioribus, quibus Velites utuntur. Nam uelites dicuntur milites leuis armaturæ, qui grauibus armis impediti non ſunt, ſed expediti leuibus armis utuntur, & dicuntur Velites quaſi uolitãtes. Ergo cohors Peligna, ut expeditior eſſet ad iter properandũ uelitaribus armis nunc uſa eſt. Neque his ſecus. } atque alijs armis aduerſum tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt muniti erant, his inquit armis uelitaribus ita muniti erant ſicuti alijs armis aduerſus tela hoſtium, quia leuia ſunt arma uelitaria, idonea ſunt contra tela Maurorũ, quia tela leuia ſunt. Neque ſecus. } id eſt non aliter. Atque. } pro q̃. Effuſe. } ſparſim, ſine ordine. Syllæ alijſq; omnibus. } Sylla et omnes alij exiſtimabãt illos mille equites eẽ multo plures, et putabant eſſe hoſtes. Sed Volux miſſus erat à patre Boccho obuiam Syllæ, & etiam ut præſidio eius tutior eſſet Sylla. Igitur.} quia putabant eos, eſſe hoſtes. Spes amplior.} amplior .ſ. quia erat maior ſpes q̃ metus. Quippe uicto.} ſcilicet erat, nam Romani uictores ſæpe fuerant, & ſæpe uicerant Iugurtham, & Bocchum. Primum & proxi. di.} id eſt primum & ſecũdum diem. Locata }.ſ. ſunt. Veſper diei.} id eſt ultima pars diei. Maurus. } ſcilicet Volux. Incerto }.i. mobili, & inſtabili uultu, quia in uultu colorem mutabat.

CÆterum Mauri impetratis omnibus, tres Romã ꝓfecti ſunt cum Cn. Octauio Rufone, qui quæſtor ſtipendium in Africam portauerat: duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cętera, tum maxime benignitatem et ſtudiũ Syllæ lubẽs accepit. Romæ quoq; legatis eius, poſtquam erraſſe regem, & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt, amicitiã & fœdus petentibus hoc modo reſpondetur. Senatus & populus Romanus beneficij & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæterum Boccho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit: fœdus & amicitia dabuntur cum promeruerit. Quibus rebus cognitis, Bocchus per literas à Mario petiuit ut Syllã ad ſe mitteret: cuius arbitratu de communibus negotijs conſuleretur. Is miſſus cum præſidio equitum, atque peditum, funditorum, Baleariorum: ꝑterea iere ſagittarij, & cohors Peligna cũ uelitaribus armis, itineris properandi cauſa: neq; his ſecus, atq; alijs, armis aduerſus tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt, muniti erant. Sed in itinere quinto deniq; die Volux filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus ſeſe oſtendit: qui temere, & effuſe euntes, Syllæ, alijſq; omnibus & numerum ampliorem uero, & hoſtilem metum efficiebant. Igitur ſe quiſq; expedire, arma atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, ſed ſpes amplior: quippe uictoribus & aduerſum eos, quos ſæpe uicerant. Interim equites exploratum præmiſſi, rem, uti erat, quietam nunciant. Volux aduenẽs quæſtorẽ appellat: dicitq; ſe à patre Boccho obuiam illi ſimul, & præſidio miſſum. Deinde per eum, & proximum diem ſine metu coniuncti eunt. Poſt ubi caſtra locata, & diei ueſper erat, repẽte Maurus incerto uultu pauens, ad Syllam accurrit: dicitq; ſibi à ſpeculatoribus cognitum, Iugurtham haud procul abeſſe: ſimul uti noctu clàm ſecum profugeret, rogat, atq; hortatur. Ille animo feroci negat ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere, uirtuti ſuorum ſatis credere, etiam ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potius, q̃ꝫ perditis quos ducebat, turpi fuga, incertæ, ac forſitan poſt paulo interituræ morbo uitæ parceret. Cæterum ab eodem monitus, uti noctu proficiſceretur, conſiliũ adprobat: ac ſtatim milites cœnatos eſſe in caſtris, igneſq; creberrimos

Præ timore pauens }.i. timẽs, & ſtatim cauſam timoris ſubiũgit. Animo feroci }.i. impauido, audaci, forti. Fuſum. } id eſt fractum, fugatum, & pulſum. Numidã }.ſ. Iugurtham. Satis credere dicebat .i. ſatis confidere. Nã credere ſignificat cõfidere. Virg. in Buco. O formoſe puer nimium ne crede colori. Et ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potius quàm perditis, quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forſitan paulopoſt morbo interituræ uitæ parceret }Sylla dicebat. Nõ timeo Iugurtham totiens uictum, & ſatis confido uirtuti meorum militum, ſed ſi etiã certus eſſem me cum meis in pugna interficiendum eſſe fugere nõ uolo, ſed uolo manere potius & mori q̃ turpiter fugere & uitam ſeruare, quæ uita forſitan paulopoſt morbo interibit. Si certa peſtis }.i. certa mors. Ordo eſt, et dicebat ſe potius manſurum ſi certa peſtis adeſſet, q̃ ut parceret uitæ incertæ, ac forſitan paulopoſt interituræ morbo, dico parceret. Turpi fuga }.i. per turpem fugã, proditis quos ducebat. Ac ſi diceret, melius eſt, & uolo potius manere, & glorioſe mori, quàm turpiter fugere & uitam ſeruare. Proditis.} quos ducebat. Si Sylla fugiſſe prodidiſſet eos, quos ſecũ ducebat, quia oſtenderat eis futurum Bocchum. Quã incertæ uitæ parceret.} id eſt uitam incertam ſeruare, uita autem incerta eſt, quia nemo ſecurus eſt de uita ſua. Cæterum ab eodem monitus. Sylla parere noluit Volucri ſuadenti, ut fugeret, quia turpe erat fugeret, ſed paruit ei ſuadenti. ut noctu proficiſceretur, quia hoc conſilium utile erat. Prima uigilia }.i. prima hora noctis. Iſque non

fieri. Deinde prima uigilia ſilentio egredi iubet. Iamq́; nocturno itinere ſeſſis omnibus, Sylla pariter cum ortu ſolis caſtrametabatur, cum equites Mauri nunciant Iugurtham circiter duum milium interuallo ante eos conſediſſe. Quod poſtq̃ auditum eſt, tum uero ingens metus noſtros inuadit, credere ſe proditos à Voluce, et inſidijs circumuentos. Ac fuere qui dicerent manu uindicandum, neq; apud illum tantum ſcelus inultum relinquendum. At Sylla quanq̃ eadem exiſtimabat, tamen ab iniuria Marium prohibet: ſuos hortatur, uti fortem animum gererent: ſæpe antea paucis ſtrenuis aduerſus multitudinem bene pugnatum: quanto ſibi in prælia minus peperciſſent, tanto tutiores fore: nec decere quem manus armauerit, ab inermibus pedibus auxiliũ petere: et in maximo metu nudũ, & cæcum corpus ad hoſtes uertere. Deinde Volucem, quoniã hoſtilia faceret, Iouem maximum obteſtatus, ut ſceleris, atque perfidiæ Bocchi teſtis adeſſet, caſtris abire iubet. Ille lacrymãs orare, ne ea crederet, nihil dolo factũ, ac magis calliditate Iugurthæ, cui uidelicet ſpeculanti iter ſuum cognitum eſſet. Cæterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, & ſpes, opeſq́; eius omnes ex patre ſuo penderent, crederet illum nihil auſurũ palàm, cum ipſe filius teſtis adeſſet. Quare optimum factu uideri ſibi, per media eius caſtra palam tranſire ſeſe præmiſſis uel ibidem relictis Mauris, cum Sylla ſolum iturũ. Ea res uti in tali negotio probata, ac ſtatim profecti: quia de improuiſo acceſſerant, dubio atque heſitante Iugurtha, incolumes tranſeunt. Deinde paucis diebus quò ire intenderant, peruentum eſt.

cturno itinere. Sylla cum Voluce ſimul tota nocte iter fecit. Et in ortu ſolis caſtra locauit. Tũ equites Volucis, qui præibant, nunciant Iugurtham ante eum caſtra poſuiſſe circiter duorum milium interuallo, hoc audito Romani crediderũt ſe proditos eſſe à Voluce. Et fuerunt qui dicerent Volucem tanquam proditorem interficiendum eſſe. Sed Sylla prohibuit hoc fieri. Credere.} pro credebant: Quãquã exiſtimabant idem. Nam etiam Sylla credebat ſe à Voluce proditum eſſe. Quanto ſibi in prælio minus peperciſſent, tanto tutiores fore, o milites quanto uobis minus in prælio parcetis. i. quanto magis pugnabitis, tanto tutiores eritis, parcere ſibi in prælio, eſt pugnare nolle. Neq; quẽquam decere, quẽ manus armauerit, ab inermibus pedibus auxilium petere}. i. non decebat uirum armatum fugere. Nam petere auxilium à pedibus, nihil aliud eſt, niſi fugere. In maximo metu nudum, & cæcũ corpus ad hoſtes uertere.} & dicebat decere in maximo metu uertere nudum & cæcũ corpus ad ho. id eſt contra hoſtes. O milites, non decet uirum armatum fugere, ſed in maximo metu decet non ſolum armatum, ſed ẽt corpus inerme in hoſtem uertere. Nudũ corpus.} id eſt inerme, & ita intendit argumentũ, in maximo metu decet corpus inerme contra hoſtes uertere, quanto magis uos armatos decet ire cõtra hoſtem & non fugere. Tota enim intẽtio Syllæ eſt hortari milites, & perſuadere eis, ut non fugiant, ſed forti animo ſint. Cæcum }. i. præceps ad pugnam, ut de fuga non cogitet. Deinde Volucem.} Ordo eſt, deinde Sylla obteſtatus Iouem maximum, ut adeſſet, teſtis ſceleris & perfidiæ Bocchi, iubet Volucem abire ex caſtris, quoniam fecerat hoſtilia. Sylla credidit ſe eſſe proditũ à Voluce. Boccho patre eius ita uolente. Et ideo cum animos militum oratione firmaſſet, ſtatim iuſſit, ut Volux abiret ex caſtris. Sed reuera Volux innocens erat. Quoniam hoſtilia fecerat }. i. quoniã proditor fuerat, ſicut ipſe credebat. Nam reuera non fuerat proditor. Sceleris atque perfidiæ Bocchi teſtis adeſſet.} quia credebat Bocchum miſiſſe Volucem filium, qui Syllam traderet in manus Iugurthæ. Ille }. ſ. Volux. Orare } pro orabat. Nihil dolo factum }. ſ. dicebat, at magis calliditate Iugurthæ. ſ. factum eſſe dicebat. ſ. ut Iugurtha iter obſideret. Nam hac de cauſa Sylla ſe à Voluce proditum eſſe credidit, quia Iugurtha copijs ſuis iter obſederat, qua tranſiturus erat. Sed hoc dolo Volucis factum non erat,

ſed potius aſtutia Iugurthæ, qui per ſpeculatores iter Volucis explorauerat. Cæterum quoniam. } Volux dicebat ad Syllam, ô Sylla Iugurtha magnã multitudinem non habet, & totam ſpem ſuam habet in patre meo. Igitur me præſente, nihil palam facere audebit. Bonũ igitur eſt, ut per media caſtra eius tranſeamus. Sylla Volucis cõſilium probauit, & ita ꝑ media caſtra Iugurthæ incolumes tranſierunt. Ex quo cognitum eſt in Voluce dolum non fuiſſe. Illum.} ſcilicet Iugurtham.

Cum ipſius filius }. ſ. Volux filius Bocchi. Teſtis adeſſet }. i. pñs eſſet. Nam qua fronte Iugurtha Syllam inuaderet pñte Voluce filio Bocchi, ĩ quo Boccho Iugurtha ſpem ſuam totã habebat. Nihil palam auſurum }. ſ. dicebat. Quare }. ſ. dicebat. Seſe. } uel præmiſſis, ego uel ante miſsã equites meos uel etiam hic relinquam, & tecum, ô Sylla ſolus tranſibo. ut intelligas in me dolum non eſſe.

Ea res probata }. ſ. eſt a Sylla. Vti in tali negotio }. i. tanquam in tali re, quæ de improuiſo ſuſcipiebatur. Quia de improuiſo acciderat dubio, atque heſitante Iugurtha. Iugurtha dubitauit cum uidit Syllam & Volucem cũ ſuis copijs per media caſtra ſua tranſeuntes, & quia hoc de improuiſo acciderat, Iugurtha non inuaſit eos, quia de improuiſo acciderat. ſ. ut Romani cum Voluce per media caſtra Iugurthæ tranſirent, neque enim Iugurtha hoc nunquam putaſſet.

Heſitante }. i. dubitante. Quò ire intenderant. } ſcilicet ad locũ ubi erat Bocchus Rex.

INtendere }. ſ. ad negotium. Quietem. } non ſubeſſe dolum. Ignes creberrimos fieri. } non ut lumen militibus proficiſcentibus præberet, ut quidam inſulſe, alioquin uir ſatis eruditus, exiſtimabat, ſed ut hoſtes crederent integrum ibi exercitum eſſe, quod ſtratagema ſeruauit Nero Qui ſecundo punico bello, uaſtãti Annibali Italiã oppoſitus erat. Et cũ intercepiſſet literas quas Heſdrubal ad fratrem miſerat, eius conſilium cognouit. ſ. uelle ſe coniungere cum fratre ut maiori impetu Italiam uaſtaret. itaq; cõſilium cepit, ſe Liuio Saluatori collegæ qui Haſdrubali oppoſitus erat, coniungere uelle. Neque tamen diſceſſum ſuum ab Annibale intelligi uolebat. Quare præcepit legatis quos relinquebat ut eadem ſtationes uigiliæq; agerentur, totidem ignes arderent eadem facies caſtrorum ſeruaretur. Inultum. } ſine punitione. Probibet Maurum. } hypallage. i. prohibet iniuriã à Mauro uel

MARLi.

Prohibet. } defendit. Corpus mundum et cecũ } .i. dare terga. Crederet ea } .i. hoſtilia facere. Solũ } ſine ſui exercitus parte.

RIVIVS.

POſtquam erraſſe regem, & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt. } In Veneto, Beroaldino, cæteriſq; uetuſtioribus, deplorati ſunt. pro eo quod eſt, conqueſti ſunt. ut ſit antiquo more dictum, quomodo & aliàs Salluſtius cõperior, pro comperio dixit. punior Cicero, pro punio. Cuiuſmodi apud eundem aſſentire et aſſentiri, reuertere & reuerti, impertire & impertiri, remunerare & remunerari, elucubrare & elucubrari. Et quæ Fabius obſeruauit, luxurior luxurio, fluctuor fluctuo, quæ utroque modo efferri teſtatur lib. ix. capite de figuris uerborum. Liuius x. Dec. iiij. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt inquit. Cicero ferè altero utitur. Quin et communicor Liuius pro communico dixit 4. ab V. C. Nec aduerſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. pro, non communicauerint. Sed & Gellius fœneror & fœnero, pigneror & pignero dici eodem ſignificatu annotauit. Quemadmodum Priſcianus, populo populor, bello bellor, mereo mereor, atq; hoc genus alia. Suetonius quoque in Auguſto mulctatus, eſt, pro mulctauit dixit. Impertiri Terentius, pro impertire. Talia ſexcenta ferè ab antiquis Grãmaticis recenſentur. Mihi quidem certe ſenſus ipſe repudiare uulgatam lectionem uidetur. Neque quiſquam unquam ſic eſt, quod ſciam, locutus, deprecari aliquem erraſſe, & alterius ſcelere lapſum. ſed deplorare potius & conqueri. Niſi quis forte uiolentam aliquam cõminiſci & afferre interpretationem uelit. ut, poſtquam regis errorem excuſarunt, & culpam omnem in Iugurthæ ſcelus auerterunt, uel, poſtquam hac uſi deprecatione ſunt, ut & errorem faterentur atque agnoſcerent regis, & culpam in Iugurtham conferrent. Nam ſic ferè deprecamur. errauit, lapſus eſt, temere fecit, pœnitet. Hæc atque talia perfacile quis comminiſci poſſet. Expendat qui uolet hunc locum diligenter, & ſi cuius modo in literis iudicij eſt, uériſimilem eſſe coniecturam noſtram fatebitur. Quin & in manuſcripto quodam eſt in ſpatio quod uerſus dirimit ſupra ſcriptum, uel deplorati ſunt, unde propemodum colligo, locum eſſe deprauatum. Præterea iere ſagittarij, & cohors Peligna. } τὸ Iere. perperam eſt in Gymnico omiſſum, cum ſit in manuſcriptis, atque impreſſis uetuſtioribus. Neq; his ſecus atque alijs armis aduerſus tela hoſtium, quòd ea leuia ſint, muniti erant. } τὸ Erant non eſt in ullo manuſcripto, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. Ne Beroaldinum quidem habet. } Timor aliquantus, ſed ſpes amplior. quippe uictoribus aduerſum eos quos ſæpe uicerant pugnaturis. } In Veneto cæteriſq; uetuſtioribus eſt, quippe uictoribus & aduerſum eos, quos ſæpe uicerant. Addita uidelicet illa Et copula, omiſſoq; participio pugnaturis. id quod perperam eſt in recentioribus additum. cum non ſit in manuſcriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breuiloquentiæ Salluſtianæ, deeſſe aliquid ſuſpicaretur. Is de ſuo forſan participium addidit, ad ſenſum abſoluendum quem imperfectum eſſe putaret. Id aliàs quoque factum, nõ raro eſt à nobis animaduerſum, & interdum annotatum. Manſurũ potius, quàm perditis quos ducebat, turpi fuga &c } In uetuſtioribus eſt, proditis pro deſertis. Ita & ſententia poſtulat. Nã Maurus Syllam uti clàm ſecum noctu profugeret hortabatur. id Sulla facturum negat, quòd turpe ſibi duceret, potius ac deſertis iis quos ducebat, fuga ſalutẽ petere. in hoc ſignificatu Cicero: Quem ego ſum ſecutus, inquit, in me deſeruit ac prodidit. & Cæſar, Deſerite inquit milites ſi uultis aquilam, atque hoſtibus prodite. Idem 2. de bello ciuili, Deſertos enim ſe ac proditos à nobis dicunt. Cæterũ, quoniam ingentem multitudinem non haberet, & ſpes opeſq; eius omnes ex patre ſuo penderent. } In manuſcriptis eſt, quoniam neq; ingentem multitudinem haberet. & quæ ſequuntur. Sicq; rectius legitur, ut ego ſentio.

GLAREA. *C. Octauio Rufone. } Cn. hĩt ueteres codices. Paulo poſt: Studiũ Syllæ libẽs accepit. Mirũ q̃re Libẽs, omiſſum ĩ Aldino codice. Mox: Cæterũ Boccho, quoniã pœnitet, delicti gratiã facit: incerta diſtictio ẽ in Delicti, ad utrũq; .n. referri poteſt, Pœnitet delicti, & gratiam delicti facit: pluſculum gratiæ habet ad ſequens relatum ni iudicio fallar. Is miſſus cum præſidio equitum atq; peditum. } Mirum hic Syllam cum præſidio mitti, qui antea cum A. Manlio apud eundem regem fuerat, nulla præſidij facta mentione. An quia tũ recens facta ſtrages Iugurthã cohibebat, quæ nũc non cohibet? Sed & illud Funditorũ Balearorum, κατ᾽ ἐπεξήγησιν dictum eſt. Continuo poſt: Præterea iere Sagittarij. Aldinus codex omiſit Iere uerbum, temere meo quidem iudicio. Manſurum potius quàm perditis. } Proditis, ueteres habent codices, & magis quadrat. Paulo poſt uero cum ait Iugurtham ante eos conſediſſe, Ante loci eſt, non temporis: & ſignificat, ita ante eos conſediſſe, qui eos præuenerit in itinere, quaſi iter ad regem Bocchum impediturus. Illud uero mirum, quàm ſcire cupiam, quomodo Lectori perſuadere uelit author, ut credat Syllam cum ſuis tam facile Iugurthæ caſtra penetraſſe, Iugurthamq; dubium haſitaſſe, nec auſum quicquã aduerſum eos, qui nihil non audebat, mihi uix fit uériſimile. Rurſus: Ea res uti in tali negotio probata. Alij legũt, Ea res, uti in tali negotio ſolet, probata eſt. Mirum uero & illud, authorem ne uno quidem uerbo meminiſſe loci uel ſuperius, uel hoc ĩ loco, ubi Bocchus ac Sylla conuenerint.*

SOLDVS. *IBi cum Boccho, quidam Numida Aſpar nomine multum & familiariter agebat. Præmiſſus ab Iugurtha. Poſtquam Syllam accitum audierat orator. } Iugurtha cum intellexiſſet Syllam accitum & uocatum à Boccho, præmiſit Aſparem quendam nomine legatum ad Bocchum, ut conſilia eius callide perciperet, hic Aſpar cum Boccho ualde familiariter uiuebat. Agebat } .i. erat & habitabat. Præmiſſus orator } .i. legatus. Subdole ſpeculatum Bocchi conſilia iterat. } ierat ad percipiendũ aſtute & callide conſilia Bocchi, timebat enim Iugurtha id q̃d euenit, uidelicet, timebat ne Bocchus ſe cum Romanis coniungeret, ipſo Iugurtha deſerto. Præterea Dabar Maſſagradæ filius ex gente Maſiniſſæ, cæterum materno genere impar. Nam mater eius ex concubina nata erat, ob ĩgenia Mauro charus acceptusq; } . Erat inquit cũ Boccho Dabar, ex gente Maſiniſſæ charus, & acceptus ipſi Boccho, hũc Dabarem Bocchus miſit ad Syllam, qui ei nunciaret ſeſe paratum eſſe facere quicquid populus Romanus uellet. Præterea Dabar } .ſ. erat. Cæterum materno genere impar. } quãuis eſſet ex gẽte Maſiniſſæ, tamen propter genus maternum non erat par cæteris, qui erant ex gẽte Ma-*

IBi cum Boccho Numida quidã nomine Aſpar multũ & familiariter agebat, q̃ præmiſſus ab Iugurtha, poſtquam Syllam accitum audierat, orator & ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia ierat. Præterea Dabar Maſſagradæ filius ex gente Maſiniſſæ, cæterum ma-

terno genere impar, nam mater eius ex concubina orta erat: ob ingenij multa bona Mauro charus, acceptusq́; quem Bocchus fidum Romanis multis antea tempeſtatibus expertus, illico ad Syllam nũciatum mittit, paratum ſeſe facere quę uellet: colloquio diem, locum, tempus ipſe deligeret: conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere: neu Iugurthæ legatum pertimeſceret: accitum eſſe, quo res cõis licẽtius gereretur; nam ab inſidijs eius aliter caueri nequiuiſſe. Sed ego comperio, Bocchum magis Punica fide quàm ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe: multumq́; cum animo ſuo uoluere ſolitum, Iugurtham Romanis, an illi Syllã traderet: libidinem aduerſum nos, metum pro nobis ſuaſiſſe. Igitur Syllam pauca ſe coram Aſpare locuturũ: cætera occulte, aut nullo, aut quàm pauciſſimis pręſentibus. ſimul edocet, quæ ſibi reſponderentur. Poſtq̃, ſicuti uoluerant, congreſſi; dicit ſe miſſum à conſule, ueniſſe quæſitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tunc Rex, uti pręceptum fuerat, poſt diẽ decimum redire iubet: ac nihil etiam nunc decreuiſſe, ſed illo reſponſurum die. Deinde ambo in ſua caſtra digreſſi. Sed ubi, plerunq; noctis proceſſi, Sylla à Boccho occulte accerſitur, ab utroq; tantummodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Dabar internuncius, ſanctus uir iurat ex ſententia amborum. Ac ſtatim ſic Rex incipit.

finiſſe, nam mater Dabaris ex concubina nata erat. Ob ingenia.} quia ingeniũ Dabaris placebat. Boccho.} Mauro ſcilicet Boccho. Quem Bocchus fidum eſſe Romanis.} Bocchus poſtquam intellexit Syllam aduenisse, miſit Dabarem ad eum, quia cognouerat eum eſſe fidũ Romanis. Seſe.} omnia cum illo integra habere, hoc ideo dicitur, ut oſtendat ſe nihil egiſſe, ſeu tractaſſe cum Aſpare legato Iugurthæ, ſed omnia integra in aduentu Syllæ reſeruaſſe. Integrum dicitur, de quo nihil factum diminutum. Dicit ergo ſe nihil, quod ad pacem aut ad bellum pertineret, tractaſſe cum legato Iugurthæ, ſed omnia Syllæ integra reſeruaſſe. Neu.} i. et ne. Neu Iugurthæ legatum pertimeſceret.} quo res cõmunis licentius gereretur. Iugurtha callidiſſimus fuit. Nã poſtq̃ intellexit Syllam à Boccho accitum fuiſſe, prior miſit Aſparem legatum ad Bocchum, atq; hoc fecit, ne Bocchus & Sylla aliquid contra ſe tractarent, atque eo miſit legatum ſuum, qui ſemp colloquijs Bocchi & Syllæ intereſſet, ne aliquid contra ſe tractarent. quòd ſi Bocchus legatum Iugurthæ à colloquijs, in quibus de rebus communibus agebatur, aperte prohibere uoluiſſet illico Iugurtha ſe à Boccho proditum eſſe intellexiſſet. Iuſtũ enim erat, ut legatus Iugurthæ colloquijs Bocchi & Syllæ intereſſet, in quibus de rebus agebatur, quæ communes erant Boccho cum Iugurtha. Nam Bocchus & Iugurtha ſocij fuerant in bello. Res communis.} uidelicet ad ſe & ad Romanos pertinens. Gereretur.} tractaretur. Nam ab inſidijs eius aliter cauere nequiſſet.} inſidias Iugurthæ aliter euitare non potuiſſet. inſidias Iugurthæ appellat, quia miſerat legatum, qui omnia conſilia Bocchi perciperet, & colloquijs Bocchi et Syllæ intereſſet. Sed ego comperio} i. manifeſtum & certum habeo. Bocchus oſtendebat & prædicabat ſe pacis concordiam quærere inter Romanos & Iugurtham, atque ideo Syllam acciuiſſe, ut de pace cum ipſo tractaret. Sed reuera inquit Salluſt. Ego comperio Bocchum Romanos & Iugurtham in ſpe pacis tenuiſſe, non quia reuera pacem quæreret inter ipſos, ſed ut alterutros proderet, atque ita imperium ſuum augeret ſicuti fecit. Nam tandem Iugurtham prodidit Romanis. Punica fide } i. ob punicam fidem, uidelicet, ut proderet, uel Iugurtham Romanis, uel Syllam Iugurthæ. Nam fides punica eſt aliud promittere, & aliud præſtare. Nam Punici. i. Afri ingenio mobiles ſunt & infidi, raro uel nunquam promiſſa ſeruantes. Punica fide } i. mobili & ficta fide qualis eſt fides Afrorum. Quàm ob ea quæ prædicabat.} quia uerbis uidebat ſe quærere pacem inter Romanos & Iugurtham. Libidinẽ aduerſum nos,} metum ſuaſiſſe pro nobis ſubaudi comperio. Comperio illum uoluiſſe tradere Syllam Iugurthæ, ſed metuiſſe. Libido ergo contra Romanos ſuadebat, quia Bocchus cupiebat tradere Syllam Iugurthæ: Metus pro Romanis ſuaſit, quia dum Bocchus Romanos metuit non Syllam Iugurthæ, ſed Iugurtham Syllæ tradidit. Igitur pauca Sylla reſpõdit.} Ordo eſt. Igitur Sylla reſpondit ſe locuturum pauca coram Aſpare, et locuturum eſſe cætera occulte, aut nullo exiſtente, aut q̃ pauciſſimis præſentibus. Sylla Boccho per Dabarẽ qui admiſſus fuerat reſpondit, ſe nolle præſente legato Iugurthæ aliquid tractare cum Boccho. Et ideo ſe pauca locuturum dicit.

Illo præſente,} cætera autem occulte, uel nullo, uel pauciſſimis præſentibus. Deinde docet, quomodo Bocchus reſpondeat ſibi legato Iugurthæ præſente. Docuit autem ut Bocchus ſibi quærenti pacem an bellum uellet reſponderet ſic, uidelicet, ut ipſe Sylla rediret poſt decem dies. Et tunc ſe reſponſum et cẽ daturũ, nondum enim decreuiſſe aliquid. Quæ ſibi rñderentur } i. à Boccho præſente Aſpare legato Iugurthæ. Sicut uoluerat.} ſcilicet Sylla, nam Sylla locum & diem conſtituerat, quo in colloquium uenirent. Congreſſi.} ſcilicet ſunt. i. cõuenerunt. Vti præceptum fuerat }. ſ. à Sylla, quia ut dixi Sylla docuit et præmonuit, ut Bocchus ita ſibi reſponderet. in hoc autem colloquio intelligimus Aſparem fuiſſe præſentem. Ambo.} ſcilicet Bocchus & Sylla. Sed ubi.} hic incipiunt tractari conſilia proditionis. Ab utroque tantummodo, quia nemo intererat præter ipſum Bocchum & Syllam. Fidi, interpretes adhibentur.} quia nec Bocchus linguam Romanam, nec Sylla linguam Maurorum nouerat. Et ideo opus erat interprete. Adhibentur.} aſſumuntur, apponuntur.

Dabar internuncius.} id eſt interpres. ſanctus iurat ex ſententia } ambobus iurat ſe fideliter interpretaturum. Ac ſtatim rex, ſic incipit.} ſcilicet loqui.

MARLI. Nam pater.} alij habent nam mater eius. Deligeret.} conſtitueret. Iurat.} ſcilicet interpretaturum.

RIVIVS. Mauro ob ĩgenij multa bona charus acceptusq;.} In Veneto atq; alijs, ob ĩgẽtia facta. Sed utrũ rectius nos in medio relinquemus. Vulgata lectio magis probãda uidetur. Paratum ſeſe facere quæ uellet.} Manuſcripta, quæ populus Ro. uellet. quomodo & uetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. Paulo poſt, Sed ego comperior Bocchum magis punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numida, ſpe pacis detinuiſſe.} Quamuis in

Veneto & alijs plęriſq; Comperio reperitur, tamen legendũ, haud dubie Comperior, ex Priſciano lib. 8. capite de generibus uerborũ. Cor. Tacitus 4. Huc ego Lepidum temporibus illis grauem & ſapientẽ uirũ fuiſſe cõperior. Gellius Salluſtij æmulus, hoc eſt, et ipſe uſurpator ueterũ uocabulorũ. Verũ eſſe cõperior, inqt, qđ quoſdã bene literatos hoĩes dicere audiui. Diomedes libro 1. cõperior et cõperio, differre ait. nã cõperior, inquit, eſt mea opiõe collige. Cõperio ab alio cognoſco. Cæterum pronomen Ea, omittendum cenſeo, legendũq; Quãm ob quæ prædicabat. quo Plautus in Perſa, Oĩs res relictas habeo, pręa qđ tu uelis. hoc ẽ, præ eo qđ tu uelis. Sallu. in ora. L. Philippi in ſenatu, Quæ ille aduerſum diuina & humana oĩa cepit, nõ pro ſua, aut quorũ ſimulat iniuria, ſed legũ ac libertatis ſubuertendæ. i. non pro eorum iniuria, quorum pro iniuria ſimulet. Nec diſſimile admodum eſt illud Ciceronis. Vt huius rei cauſa, dedita opera, mittat aliquem Balbus, ad quos iubebitur. pro, ad eos quos uolet. Idem, Recipe te ad nos, ad quo tempus confirmaſti. Igitur Syllam pauca ſe &c. } In alijs, ut & manuſcripto quodam, eſt Igitur Sylla reſpondit pauca ſe coram Aſpare locuturum cætera occulte aut nullo aut quàm paucisſimis præſentibus. ſimul edocet quæ reſponderentur. In alio manuſcripto non reperi neque rò Se, neque Occulte. Atq; haud ſcio, an ex gloſſa utrunque irrepſerit in contextum. In eodem non eſt Reſpondit. neq; Sylla caſu nominatiuo, ſed accuſatiuo Syllam.

manus, ac fidum regi. Badius etiam omiſit. Paulò poſt: Quo res communis licentius gereretur. Licentius, Badius exponit Audentius, & cum permisſione maiore. Soldus ut notum tranſiliit. Ego ſane quid ſibi uelit, nõ clare admodum intelligo. Nec illud planum eſt cum Bocchus potentior eſſet Iugurtha, quomodo, niſi per Aſparis legati præſentiam ab eius inſidijs cauere potuerit. Mox Comperior & Comperio habent codices. Vetuſtius eſt Comperio. Rurſus: Multumq; cum animo ſuo uoluere ſolitum. Quidam codices, Multa. pro Multum. Alius itẽ codicum habebat Eum. pro Cum. Deniq; quidam non addunt, Suo. Igitur Sylla reſponſe pauc. cor. Aſp. } Hic locus corrupte in pleriſq; exemplaribus legitur, atq; adeo in Ald. Cæterum author hic aperit, quid Sylla reſponderit, Bocchi legatis, & ut eoſdem docuerit, quo pacto Iugurthæ Legato illudant quid in eius præſentia ad Syllæ petitiones ab rege reſpondeatur. Hunc ſenſum Badius egregie explicuit, nec tacuit Soldus, & ſequẽtia omnia hæc confirmant. Mox: Quæ ſibi reſponderentur, Sibi omittit codex Aldinus. At alij habent. & placet. Proximo item uerſu, diſtinguendum poſt, à Conſule, ac deinde inferendum, ueniſſe quæſitum. Id admonemus, quòd in pleriſq; codicibus neglectum uidebamus, præſertim in Aldino codice, quem cæteruatim deinceps librarij temere ſunt imitati. Deinde ambo in ſua caſtra dig. } Si Sylla ad amicum uenit, ad quid indigebat caſtris? Si ad inimicum, ut quem dubiæ fidei cenſebat, quid iuuiſſent tantula caſtra in tanto regno? Sed magis miror quid Bocchus caſtris i ſuo regno indiguerit. Hoc eſt æquare Thucydiden. Mox: Plerũq; noctis proceſſit. Hæc uerba in Parentheſin ſatis inepte poſuit Ald. codex.

GLAREA. QVem Bocchus fidum Romanis. } Illud Romanis, non habent omnes codices: nec ad regis commodum quicquam attinebat eum Romanis fidum eſſe, ſed potius gratum Romanis

SOLDVS. NVnquam ego. } In hac oratione Bocchus duo facit. Nam primo oſtendit animum ſuum erga Syllam. Dicit enim ſe multum Syllæ debere, nihilq; ſibi charius eſſe amicitia Syllæ. Deinde dicit ſe bellum ſuſcepiſſe non contra Romanos, ſed ut regem ſuum tueretur. Nunquam. } nunquid, inquit, putaui fore, uti rex tam magnus quamus ego ſum hoĩ priuato tantũ dẽre, q̃ ũ tibi debeo o Sylla. Rex } . ſ. ego. Priuato homini } . ſ. tibi o Sylla. Gratiam deberet } . i. obligatus eſſet. Ille gratiam debet, qui ob beneficium acceptum alicui obligatus eſt. Hercle } . i. p Herculem. Hercle Sylla } O sylla, antequam te cognoſcerẽ, certe ego & ſponte, & rogatus multis hominibus opem tuli, & nunquam ab aliquo opem petij, quia non egui. Egomet ultro } . i. ſponte, quia nemo rogabat me. Nullius indigui. } ſcilicet hominis uel rei. Et ex hoc potentiam ſuam oſtendit, quia ipſe multis petentibus auxilium & opem tulit, multis etiã non petentibus ſponte beneficit. Et ipſe nũquam alicuius auxilio ĩdiguit, nec ab aliquo opẽ petijt antequã cognoſceret syllam, ſed poſtquam cognouit syllam,

lam, dicit ſe amicitiæ eius eguiſſe. Ante te cognitũ } . i. antequã te cognoſcerem. Id imminutum mihi, quod cæteri dolere ſolent, ego lętor. } Antequam te cognoſcerem, nullius rei indigui, ſed poſtquam te cognoui, indigui amicitiæ tuæ, ſed ego lętor hac re quàm cæteri ſolent dolere. Nam quis eſt qui non doleat, ſi indigere incipiat, qui antea nunquam indiguit, ordo eſt. Ego lętor id eſſe imminutum mihi, quod. i. propter quod cęteri ſolent dolere. Id imminutum mihi, quia indigere cœpi poſtquam te cognoui, qui antea nunquam indigueram. Fuit mihi pretiũ aliquãdo eguiſſe amicitiæ tuæ, hoc eſt in lucrum, non in dãnum reputetur me ita indiguiſſe quemadmodum indigui poſtquam te cognoui, quia lucrum mihi eſt nõ damnũ, neque diſpendium amicitia tua, qua ego indigui. nihil enim ẽ mihi charius tua amicitia, ſed adeo experiri licet, o sylla tu potes experiri ſi uis, an charã habeam amicitiam tuã. Et ita rex liberaliſſime quicquid habet offert syllæ, ut accipiat & utatur quantũ & quouſque uelit. Sume accipe. } & quoad uiues nunquam tibi redditam gratiam putaueris, ſemper apud me integra erit, hoc ẽ don

ORATIO BOCCHI.

NVnq̃ ego ratus ſum fore, uti rex maximus ĩ hac terra, & omniũ, quos noui opulẽtisſimus, priuato homini gratiam deberem. & mehercule Sylla añ te cognitum multis orantibus alijs ultro egomet opem tuli, nullius indigus. id eẽ ĩminutũ mihi, quod cęteri dolere ſolent, ego lætor. Fuerit mihi pretium aliqñ eguiſſe tuæ amicitię, qua apud animum meum nihil charius habeo. Id adeo experiri licet, arma, uiros, pecuniã: poſtremo quicquid animo libet, ſume, utere: & quoad uiues, nunquam tibi redditam gratiam putaueris; ſemper apud me integra erit. Denique nihil fruſtra uoles, me ſciẽte. Nam, ut ego exiſtimo, Regem armis, q̃ munificentia uinci, minus flagitioſum. Cæterum de Republica ueſtra; cuius huc curator miſſus es, paucis accipe. Bellum populo Romano nunquam paraui, neque factum uolui. Fines meos aduerſum armatos armis tutatus ſum. Id omitto, quando uobis ita placet. Gerite uti uultis cum Iugurtha bellum. Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fluit, non egré

diar; neque intrare Iugurtham ſinam. Preterea ſi quid me uobisq; dignum petieris, haud repulſus abibis.

nec iaues nūquam exiſtimes me tibi gratiā retuliſſe pro tuis erga me beneficijs, ſed me tibi debere, ita ac ſi nunquam tibi aliquam gratiam retuliſſem. Et propterea rebus meis ſemper utitur quia ſemper exiſtimabo merita tibi debere ac ſi nunquam tibi gratiam retuliſſem pro tuis in me beneficijs. Nam gratia tua apud me ſemper integra erit. Nihil uoles fruſtra, quia quicquid uoles habebis à me. Nam ut ego exiſtimo.} puto, inquit, eſſe minus turpe ſi rex uincatur armis quàm ſi uincatur liberalitate. Et propterea non patiar uinci liberalitate & munificentia. Dixit ſupra syllam liberaliſſimum fuiſſe in legatos Bocchi, quod fecit legatis, Boccho fecit. Cæterum.} nunc tranſit aliam partem, ut oſtēdat quare bellum ſuſcepit, & factum ſuum excuſat paucis uerbis. Accipe.} audi. Fines meos.} Mulucha flumen diuidebat regnum Bocchi à regno Numidiæ, ſed Bocchus reuera fines ſuos egrediēs geſſerat bellum contra Romanos in Numidia. Quomodo ergo dicit fines ſuos tutos eſſe, cum non fines ſuos Numidiam defendere uoluerit. Hoc ideo dicit, quia ſicuti etiam ſupra dixit partem Numidiæ iure belli factam eſſe putabat, ſed Romani hoc ferre nolebant, uidelicet ut Bocchus partem Numidiæ ſibi uendicaret, & eam tanquam ſuam bello defenderet. Vnde nunc Bocchus dicit id omitto, quoniā uobis ita placet, ac ſi diceret, nolo amplius putare fines meos eſſe in Numidia, neq; de Numidia ulterius uolo eſſe ſolicitus: fines regni mei Mulucham flumē eſſe putabo, & hos fines non egrediar, neque ſinam intrare Iugurtham hoſtem ueſtrum. Et in hoc ſumma totius rei erat, uidelicet, ut Bocchus abſtineret à Numidia & Iugurtham regem Numidiæ non iuuaret, quem uſque nunc iuuerat ſub ſpecie & ſub colore defendendi regni ſui, quia partem Numidiæ ſuam eſſe dicebat. Sed nunc Bocchus cedit, & ſe impoſterum à Numidia prorſus abſtinere uelle dicit. Haud repulſus abibis.} non abibis repulſus, quia præſtabo libenter quodcunque petieris.

Sciente.} dummodo ſciam. Flagitioſum.} turpe.

MARLIA,

RIVIVS.

ET me hercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus alijs ultro egomet opem tuli, nullius indigui.} Perperam eſt in recētioribus, ante cognitum omiſſo pronomine, Te. Sed & Priſcianus 18. nobiſcum facit, qui ante te cognitum, pro eo poſitum teſtatur, quod eſt, antequam te cognoſcerem. Error inde irrepſit, quòd bis poneretur Te, ita alterum eſt incuria quadam omiſſum. Quæ res & alibi ſæpe locum errori fecit. Id quod in caſtigationibus noſtris in Cicer. oſtendimus prolixius. Mox. Fuerit mihi pretium eguiſſe aliquando tuæ amicitiæ, qua apud animum meum nihil cha-

rius

rius habeo) Pro fuerit tanti, ſiue operæpretiū fuerit, eguiſſe amicitiæ tuæ. Sic Cor. Taci. 2. Res eo anno prolatas haud referrē, ni pretium foret. Et 1. Germanico pretium fuit conuertere agmen. In uetuſtioribus non eſt, pretium, rectène an ſecus, aliorum eſto iudicium. Denique nihil fruſtra uoles, me ſciente.} Manuſcripta nec non ex impreſſis uetuſtioribus quædam, Denique nihil me ſciente fruſtra uoles. quæ uerborum collocatio melior. Bellum populo Romano nunquam paraui, neque factum uolui.} In manuſcriptis eſt, Bellum ergo populo Romano neque feci, neque factum unquā uolui. Perperam eſt in recentioribus omiſſum pronomē Ego. Perperam uero, nunquam paraui, pro, neque feci. Facit nobiſcum exemplar Badianum. Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fuit, non egrediar.} Hic Iacobus quiſpiam Bonomenſis Muluchalegendum contendit, non Mulucham. ſed cunctis refragātibus, quotquot ipſe uiderim, exemplaribus. Tametſi, ne quid diſſimulem, è uetuſtis quidam grāmaticis neutrum eſſe hoc nomen uolunt. Nam Phocas, Barbara, inquit, neutri generis duo lecta ſunt apud Salluſtiū nomina fluminum, hoc Mulucha, hoc Turia. Quod ad poſterius attinet, facit cum eo Probus. Diſſentit ab utroque Priſcianus 5. Quòd autem Turia inquit, & ſimilia fluminum nomina maſculina ſint, oſtendit etiam Salluſtius, in am terminans eius accuſatiuum in 2. hiſtoriarum. Inter læua mœnium & dextrum flumen Turiam. Nam ſi eſſet neutrū, ſimilis eſſet accuſatiuus nominatiuo, Idem 6. Quòd autem non ſint neutra, inquit, Turia, & Mulucha, & ſimilia, oſtendit etiam natura ipſius ſermonis Punici, in quo oīa nomina uel maſculina ſunt, uel fœminina. Hæc Priſcianus, cuius ē opinio uerior. Sed et Pomponius eodem genere utitur, quo eſt Salluſtius uſus, Mulucha ille, inquit, quem diximus. Præterea ſi quid me uobisq; dignum petieris, haud repulſus abibis.} In manuſcriptis atque alijs uetuſtioribus eſt. ſi quid meq; uobisq; dignum petieris. geminata coniunctione. Nonc autē dixit, haud repulſus abibis, pro, impetratum à me auferes. uel, non feres repulſam.

FVerit mihi pretium aliquando eguiſſe tuæ amicitiæ.} Quæſo bone Lector, quid ſententiæ aut omnino ſenſus ex his uerbis elici queat? At ita habet codex Aldinus, quem ferè indocti ac mali iudicij homines ſequuntur. Badius propius uero expoſuit, ſed tamen perperam in genitiuo legit, Tuæ amicitiæ. Cum locus ita ſit legendus. Fuerit mihi eguiſſe aliquādo pretium tua amicitia. Vt tua amicitia in nominandi caſu intelligatur hoc ſenſu: Aliquando eguiſſe fuerit mihi pretium amicitia tua, quaſi diceret, pro damno quòd eguerim, amicitia tua eſt mihi pretium, quod adulandi gratia dixiſſe uidetur. GLAREA.

SOLDVS. PRo ſe breuiter & modice.} ſcilicet diſſeruit, Sylla reſpondet Boccho ut opportebat, ut et de ſeipſo diceret et de republica, quia Bocchus in oratiōe ſua has duas partes tetigerat. Igitur Sylla de ſeipſo pauca dixit, uidelicet extenuans merita ſua, quæ Bocchus oratione ſua amplificauerat. Modice}. i. moderate. De pace & de omnibus.} ſcilicet quæ ad rēpublicam pertinebant. Denique regi patefecit, quòd polliceatur ſenatum et populum Romanum, qui armis amplius ualuiſſent non ingratos abituros, ſi faciundum aliquid quod illorum magis, quàm ſua retuliſſe.

uideretur

uideretur. O Bocche, ego polliceor tibi, q. ſenatus populusq; Romanus non erunt ingrati, ſi tu eis aliquod beneficium præſtiteris quod magis ad illos pertinet quàm ad me. Nam qui armis tecum certauerunt, & uicerunt, officio non uicentur. Hoc autē beneficium maximum eis præſtare potes, ſi Iugurthā uidelicet eis tradideris, hoc beneficium tibi plurimum debebunt, & non erunt ingrati. Nam et amicitiam & fœdus & partem Numidiæ ſortieris. Denique Sylla patefecit regi, quòd ipſe Sylla polliceatur, ſenatum populumq; Romanum, qui ualuiſſet amplius armis non

ADea Sylla p ſe breuiter, & modice: et de pace, cō munibus rebus multis diſſeruit. Denique regi patefecit, quod polliceatur, ſenatum et populum Roma. quoniam amplius armis ualuiſſent, non in gratia habitu-

roſ: faciendum aliquid, quod illorum magis, quàm ſua retuliſſe uideretur: id adeo in promptu eſſe, quoniam Iugurthæ copiam haberet, quem, ſi Romanis tradidiſſet, fore, ut illi plurimũ deberetur, amicitiam, fœdus: Numidię partẽ, quam nunc peteret, tunc ultro aduenturam. Rex primum negare, affinitatem, cognationem, præterea fœdus interueniſſe, ad hoc metuere, ne fluxa fide uſus, populariũ aĩos auerteret, queis & Iugurtha charus, & Romani inuiſi erant. Demq; ſępius fatigatus, leniter ex uoluntate Syllę omnia ſe facturũ promittit. Cęterum ad ſimulandam pacem, cuius Numida defeſſus bello auidiſſimus erat, q̃ utilia uiſa, conſtituunt. Ita compoſito dolo digrediuntur. At rex poſtero die Aſparem Iugurthę legatum appellat, dicitq; ſibi per Dabarem ex Sylla cognitum, poſſe conditionibus bellum componi. Quamobrem regis ſui ſententiã exqreret. Ille lætus in caſtra Iugurthæ uenit. Deinde, ab illo cuncta edoctus, properato itinere, poſt diem octauum redit ad Bocchum, & ei nunciat Iugurtham cupere omnia, quę imperarentur, facere, ſed Mario parum confidere. Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra fuiſſe. Cæterũ Bocchus, ſi ambobus conſultum, & ratam pacẽ uellet, daret operam, ut unà ab omnibus, quaſi de pace in colloquium ueniretur: ibiq; ſibi Syllam traderet: cum talem uirum in poteſtatem habuiſſet, tum fore, uti iuſſu Senatus, aut populi Rom. fœdus fieret: neq; hominem nobilem non ſua ignauia, ſed ob Remp. in hoſtium poteſtate relictũ iri. Hæc Maurus ſecum ipſe diu uoluẽs, tandem promiſit. Cæterum dolo, an uero cunctatus, parum cõperimus. Sed plerunq; regiæ uoluntates, ut uehementes, ſic mobiles, ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ. Poſtea tempore, & loco conſtituto in colloquium uti de pace ueniretur: Bocchus Syllam mõ, mõ Iugurthę legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceri: illi læti pariter, ac bonæ ſpei eſſe pleni. Sed nocte ea, quæ proxima fuit, ante diem colloquio decretũ, Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata uoluntate, remotis cæteris, dicitur ſecum ipſe mula agitauiſſe: uultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo uarius, quæ ſcilicet tacente ipſo, occulta oris immutatione patefeciſſe. tamen poſtremo Syllam accerſiri iubet, & ex eius ſententia Numidę inſidias tendit. Deinde ubi dies aduenit, & ei nunciatum eſt Iugurtham haud procul abeſſe, cum paucis amicis, & quæſtore noſtro, quaſi obuius, honoris cauſa procedit in tumulum facilimum uiſu inſidiantibus. Eodem Numida cum pleriſq; neceſſarijs ſuis iner-

mis non habituros .i. non futuros ingratos, ſi uideretur eſſe faciundum aliquid, quod retuliſſet magis illorum quam ſua.

Qui armis amplius ualuiſſent.} hoc ideo dicit, ut oſtẽdat Romanos futuros eſſe gratos, ſi aliquod beneficiũ acceperint à Boccho, et ita ſuperaturos eſſe Bocchum officio, quemadmodum ſuperauerunt armis & bello, ut plus reddant quàm acceperint. Quod illorum magis q̃ ſua retuliſſet }.i. quod magis ptineat ad illos quàm ad ipſum Syllã. Sua} ablatiuĩ caſus ẽ. quia refert ſemper cum genitiuo conſtruitur, niſi ĩ quinq; pronominibus, in quibus loco genitiui ponitur ablatiuus, ſcilicet mea, tua, ſua, noſtra, et ueſtra.

Rex primum negare. } pro negabat. Rex primo reſpondit ſe nolle tradere Iugurtham Romanis, quia affinitatem & fœdus cum ipſo hẽbat. Affinitatẽ } qa ſicut ſupra dixit, filia Iugurthæ Boccho nupſerat. Interueniſſe }. ſ. dicebat. Ad hoc metuere }. ſ. dicebat. Bocchus ita reſpondit. O Sylla, multæ cauſæ ſunt, quæ me deterrent, & dehortantur, ne Iugurtham Romanis tradam. Primũ quia affinitatem habeo cum Iugurtha, deinde fœdus & ſocietas ẽ mihi cum ipſo. poſtremo timeo, ne ſi Romanis tradidero Iugurtham, auertam et alienem à me animos populorum. qui & Iugurtham diligũt, & Romanos odio habent. Fluxa fide uſus.} .i. mobili & inſtabili fide uſus. ſ. tradendo Iugurtham, cum quo fœdus & ſocietatem habebat.

Popularium animos auert.} .i. animos populorum à ſe alienauerit. Digrediuntur. } in diuerſa loca diſcedunt. ſ. Bocchus & Sylla. Per Dabarem. } interpretem. Bellum componi. } id eſt deponi. Quamobrem. } o Aſpar, ego intelligo à Dabare placere Syllæ, ut bellum componatur, & pax fiat, uade ad Iugurtham regem tuum, & uide quid ei placeat, deinde huc redeas. Cuncta edoctus }. ſ. Iugurtha. Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra fuiſſe, ſicuti pax facta cum Calphurnio Beſtia conſule, & cum Aulo fratre Albino cõſule, nam Senatus utrãque pacem improbauit & rejecit, ſicuti uiſum eſt ſupra.

Pacem conuentam } .i. pacem compoſitam. Cæterum }. ſ. dicebat Aſpar legatus Iugurthæ ut Bocchus daret operã, ut ueniretur ab omnibus unà in colloquium quaſi de pace, atq; ibi traderet Syllã, ſi uellet eſſe conſultum ambobus, & pacem eſſe ratam. Iugurtha per Aſparẽ legatum ſuum cũ Boccho tractabat, ut ſibi traderet Syllam & econtra Sylla cum Boccho tractabat, ut ſibi traderet Iugurtham, Bocchus idẽ utriq; promiſit, nam & Syllæ promiſit ſe Iugurtham traditurum eſſe ei: & Iugurthæ, uel legato eius promiſit ſe Syllam ei traditurũ eſſe, & ut uſq; ad ultimam noctẽ quæ diẽ præcedebat colloquij, Bocchus dubius ſtetit, utrum faceret. Sed tandem Iugurtham Romanis tradidit. Ambobus) uidelicet Boccho & ipſi Iugurthæ. Conſultum. } prouiſum.

Cum talem uirum } O Bocche ſi mihi Syllam tradideris, tũ S.P.Q.R. fœdus nobiſcũ faciet, non enim relinquet in poteſtate hoſtium uirum tam nobilem captum, nõ propter ignauiam ſuam, ſed propter Rempublicam. Tunc fore }. ſ. dicebat.

Neque relictum iri in poteſtate hoſtium } .i. non eſſe relicturum. Diu uoluens }. i. cogitãs.

Cæterum dolo an uero cunctatus parum cõperimus. } Bocchus antequam promitteret ſe traditurum eſſe Syllam Iugurthæ, diu ſecum cogitauit. Nunc Salluſt. dicit. Non ſatis certum habeo, Bocchus doloſene & ficte an in ueritate diu ſecum cogitauerit quid faceret, fortaſſe enim fingebat ſe cogitare quid faceret, cum tamen iam delibe raſſet, forte etiã in ueritate co

mis, uti dictũ erat, accedit. Ac ſtatim ſigno dato, undiq; ſimul ex inſidijs inuaditur. Cęteri obtrũcati: Iugurtha Syllę uinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus eſt. Per idem tempus aduerſum Gallos ab ducibus noſtris Q. Cepione, & Marco Manlio male pugnatum. Quo metu Italia omnis cõtremuerat: illiq; & inde uſq; ad noſtram memoriam Romani ſic habuere, alia omnia uirtuti ſuę prona eſſe, cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. Sed poſtq̃ bellum in Numidia confectum, & Iugurtham Romam uinctum adduci nunciatum eſt, Marius conſul abſens factus eſt, & ei decreta prouincia Gallia. Iſq; calendis Ianuarijs magna gloria conſul triumphauit, ea tempeſtate ſpes, atque opes ciuitatis in illo ſitę.

gitabat et nõ fingebat. Sed uolũtates regũ ualde mobiles ſunt, facile enim mutantur, & non nunq̃ ipſæ ſibi contrariæ ſunt. An uero } .i. in ueritate. Cũctatus } ſ. fuerit .i. moratus in cogitatione deliberationis, quia dixit diu uoluens, tandem promiſit. Poſtea tempore. } Ecce Bocchus apud ſe & Syllam & legatum Iugurthæ habet, utrique idem promiſit, syllæ promiſit, ſe traditurum ei Iugurtham, legato Iugurthæ promiſit, ſe syllam Iugurthæ traditurum, in hac promiſſione & sylla et legatus Iugurthæ gaudẽt et exultant: Bocchus ſeparatim aliquãdo syllam, aliquando legatum Iugurthæ appellat, eos benigne tractat, diem & locum conſtituit, in quo ipſe Bocchus & sylla & Iugurtha ſimul conueniant, & de pace colloquantur & tractent.

Bocchus syllam modo, modo legatũ Iugurthæ appellare } .i. Bocchus aliquando syllam, aliquando Iugurthæ legatum appellabat. Benigne habere } .i. liberaliter tractabat. Pieni eſſe. } pro erãt .ſ. sylla & legatus Iugurthæ. Sed nocte ea. } ordo eſt. Sed ea nocte proxima, quæ fuit ante diem decretum colloquio, Bocchus dicitur ipſe ſecum agitauiſſe multum, adhibitis amicis, ac ſtatim remotis, mutata uoluntate, & ille uarius uultu, colore, motu corporis, pariter atque animo, dicitur patefeciſſe occulta mutatione corporis & oris, ipſo ita tacente. Vide quid fecit Bocchus ea nocte, quæ præcedebat diem in quo colloquium futurum erat, Bocchus incertus & dubius quid faceret, uocauit ad ſe amicos ſuos, ut ſuum conſilium cum eis communicaret. deinde ſtatim, mutata uoluntate, eos abire iuſſit, atque ita ſolus diu ſecum cogitauit, rem uaris mẽte pertractans, atque ipſam animi uarietatem uario colore uultus, ac uario motu corporis oſtendens, ut ipſo tacente, cordis eius arcana, corporis, & oris mutatione panderentur, tãdem uocato ad ſe sylla pro uolũtate eius inſidias Iugurthæ tetendit. Numidæ. } id eſt Iugurthæ. Dies aduenit, } in quo colloquium erat decretũ.

Quæſtore noſtro } .ſ. sylla. In tumulum uiſu facilimum inſidiãtibus } qui in inſidijs erant, facile hũc tumulũ uidere poterant. Eodem in hunc tumulum Iugurtha cum paucis ſuis amicis uenit inermis, quia ſic erat cõſtitutum, ut omnes ſine armis in colloquium uenirent. Cæteris obtruncatis } .i. omnes, qui erant cum Iugurtha interfecti ſunt, præter Iugurtham, nam ipſe uinctus syllæ traditus eſt, & ab eo ad Marium deductus. Atque ita finis bello Iugurthino impoſitus eſt. Vinctus.) ligatus. Per idem tempus. } hoc ad bellum Iugurthinum non pertinet, ſed cauſam oſtendit, quare ſecundo Marius conſul factus eſt. Male pugnatum. } hoc enim dicit, quia Q. Seruilius Cepio conſul, & M. Manlius proconſul à Gallis Cimbris uicti, prælio caſtriſq; ſpbnis exuti ſunt, militum milia octingenta occiſa, calonum & lixarum quadraginta milia, bona Q. Cepionis, cuius temeritate clades accepta eſt, publicata ſunt, imperium ei abrogatum eſt. Illique. } & uſque demum ad noſtrã memoriam Romani ſic habuere. Alia omnia uirtuti ſuæ prona eſſe } cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. Galli ſemper belliçoſiſſimi fuerunt, & ſepe Romanos bello ſuperarunt, denique

aliquando urbem ipſam Romã ceperunt, præter Capitoliũ, unde nunc Salluſtius dicit, Et illi Romani, qui eo tempore fuerunt, quo uicti ſunt duces noſtri à Gallis, & etiã qui ſecuti ſunt uſque ad tempora noſtra hanc opinionẽ habuerunt, Romanos cæteras gentes bello ſuperare, & ſubigere poſſe, præter ipſos Gallos, nam cum ipſis Gallis Romanos certare, p ſalute magis, quàm pro gloria i. certare cum Gallis, non ut eos ſubigãt, ſed ne ab ipſis ſubigantur. Ille pro ſalute pugnat, qui pugnat, ut ſe defendat, ne alterius imperio ſubijciatur, ille uero pro mũdi gloria pugnat, qui pugnat, ut alium ſuo ſubijciat imperio, ergo pugnare pro ſalute, eſt pugnare ex neceſſitate pro libertate ſua, ne alterius ditioni et imperio ſubijciatur. Pugnare pro gloria, eſt pugnare non pro neceſſitate, ſed ut alios ſuo imperio ſubijciat, & ita gloriam ſuam augeat. Illique } .i. Romani, qui illo tempore fuerunt, quo uicti ſunt. P. Scipio & Manlius duces noſtri à Gallis. Et uſque ad noſtram memoriam } .i. Romani, qui poſtea ſecuti ſunt uſque ad tempora noſtra. Sic habuere }. i. ſic exiſtimauere, ſic putauerũt. Alia omnia uirtuti ſuæ prona eſſe. i. alia omnia uirtute ſua uinci poſſe: nam illud dicitur pronum uirtuti meæ, quod uirtute mea domatur & uincitur. Alia omnia uirtuti ſuæ prona. } id eſt facilia & procliuia uirtuti Romanæ, ac ſi diceret, Romani exiſtimauerunt hoc, uidelicet alias omnes gẽtes, præter Gallos, uirtute ſua uinci & domari poſſe, ſed Gallos gentem eſſe, cum qua dimicandum ſit, non ut eam ſubigant, ſed ne ab ipſa ſubigãtur.

Ea tempeſtate. } ex eo tempore omnis ſpes, & opes ciuitatis in Mario poſitæ ſunt. Lector memento ſcriptum eſſe in Iugurthino, Deinde poſtero die per Saritiam legem, ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur. Vbi mẽdacium tollendum eſt, & legendum. per satyram legem, non per Saritiam. nã lex satyra eſt, authore Diomede grammatico, quæ uno rogatu multa ſcilicet & uaria cõprehendit, ut uultis, iubetisne, ut cum Iugurtha bellum componatur. elephantos tradat omnes transfugas reddat uniuerſos.

Vàm retuliſſe ſua. } quàm in re ſua eſſet. In promptu. } in manibus. Copiam. } facultatẽ habendi. Digrediuntur. } ſcilicet ad caſtra ſua. Tamen. } quãuis tam diu cogitaſſet. Inſidiantibus } ſ. syllam. Male. } infeliciter. Marius.) hoc uidetur factum contra Romanorum legem, ut Marius abſens fieret conſul, quod non aſſecutus eſt Cæſar. Qui } deuictis Gallis triũphum cupiebat & tunc forte comitiorũ dies erat, ergo uolebat ut abſens conſul fieret, ut etiam triumphare poſſet quòd poſtquam utrunq; aſſequi non potuit, ſpreto triumpho conſulatum, et decretum eſt, ſed ſuperius uiſum eſt Marium conſulem, & forte fuit confirmatus ut in ſequenti anno conſulare imperium haberet, & ita triũphauit quia non eſt ingreſſus Ro. ad conſulatũ petendũ. MARL.

Vis & Iugurtha charus, & Romani inuiſi erant, } Manuſcriptum, inuiſi eſſent. id quod ſententia quoq; ita poſtulat. Niſi quis ἐπίρρημα eſſe modi uelit. In caſtra Iugurthæ uenit. } Manuſcripta, proficiſcitur. quomodo & ex impreſſis quædam. RIVIVS

Et ei

Et ei nunciat, Iugurtham cupere omnia,} Manuſcripta denunciat. haud ſcio an perperam. Cum talē uirum in poteſtatem habuiſſet.} Manuſcripta cuncta, quæ ipſe uiderim, & uetuſtiſſimum quodq; ex impreſſis, in poteſtate habuiſſet. Atque id rectius eſſe arbitror. niſi quis τῷ ἀρχαϊσμῷ dictum putet. quomodo Cicero Eſſe in poteſtatem alicubi dixit. Mox, Tum fore, uti iuſſu ſenatus aut populi Romani fœdus fieret.} In uetuſtis, uti iuſſu S.P.Q.R. fœdus fieret. Mox, Neq; hominem nobilem non ſua ignauia, ſed ob remp. in hoſtium poteſtate relictum iri.} In alijs, non ſua ignauia captum, ſed ob rem populi Ro. Quanquam, ne quid diſſimulem Captum non habēt codices in pergamenis deſcripti. Exemplar Baſilienſe, non ſua ignauia, ſed ob rēp. captum. Nos integrum lectori iudicium relinquimus. Paulo poſt, Illi læti pariter, ac bonæ ſpei eſſe pleni.} Manuſcriptum, ac ſpei bonæ. ut adiectiuum ſequatur.

Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata uoluntate, remotis cæteris, dicitur ſecum ipſe multa agitauiſſe.} In uetuſtioribus eſt, remotis à ſe cæteris. Quid ſi legas, remotis arbitris? pro, nemine præſente, ſolus ipſe exiſtens. Nihil tamē immuto. Quæ ſcilicet ipſo tacente, occulta oris immutatiōe patefeciſſe.} In nōnullis eſt, occulta pectoris oris mutatione patefeciſſe. Quia pectoris in Oris deſinit, & mox Oris ſequitur: inde anſa errori data eſt. Mox. Tamē poſtremo Syllam accerſiri iubet,} Quanquam in Fabriciano ſit, acerſi. quomodo et ſuperius, ubi hodie fere, Ex hybernis accerſiri iubet. tamen priorem lectionem relinquendam eſſe duco, quæ in cæteris manuſcriptis eſt. Nam, ut Ciceronem omittam, Cor. Nepos in uita Attici, Agrippam, inquit, generum ad ſe accerſiri iuſſit. & Liuius 3 ab V.C. Placere itaq; patrem accerſiri. Tacitus quoq;, Piſonem Licinianum accerſiri iubet. 17. Cæteri obtruncati, Iugurtha Syllæ uinctus traditur.} Venetum illud à Pincio excuſum, necnon alia pleraq;, cæteris obtruncatis. ut ſint duo ablatiui abſolute poſiti. Sed eſt idem utrobique ſenſus. Quomodo in Fabriciano fuerit, haud ſcio. nam finis deeſt. In duobus manuſcriptis eſt uulgata lectiō. Isq; Calendis. Ianuarijs magna gloria triumphauit.} Manuſcripta KL. Ianuarij. quomodo & ex impreſſis quædā. Tametſi quod ad ſenſum ipſum attinet, utrumuis probe quadrat.

GLAREA. NOn in gratia habituros.} Codex uetuſtus habet, In gratiam: quod quia uetuſtum eſt, & hic author, antiquitatis imitator, talia quæpiam affectaſſe uideri poterit, non eſt omnino reijciendū. Habituros, autem puto à ſciolis introductum, pro Habiturum. Soldus inepte legit, Ingratos abituros, adeo decipit non attentum aſſi rationis omiſſio. Amicitiam, fœdus, Numid. partem, &c.} Fortaſſis Aduentura, plurali numero, genere neutro legendum, habet enim hoc peculiare hic author, ut in Catilina: Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata fuere ſed iudicet Lector. Paulo poſt, Leniter, & ex uoluntate Syllæ, legit uetuſtus codex. Aldinus coniunctionem Et ſuſtulit. Alius autem codex habebat: Leniter, & ex uoluntate Syllæ omnia ſe facturū promittit. atq; ita legit Badius. Ego nihil definio. Neque hominem nob. non ſua ign. cap.} Extremum uerbum neq; uetuſtus, neq; Aldinus codices habent: ſed ſiue ponatur, ſiue omittatur, certe Captum, uel quid ſimile deſideratur ad plenum ſenſum. Ac ſtatim immutata uoluntate, &c.} Hoc, Immutata uoluntate, referendum eſt ad illud ſuperius dictum: Hæc Maurus ſecum ipſe diu uoluens tandem promiſit. Nam habebat tunc in animo, ut Syllam Iugurthæ traderet. Hic contra in animo habet Iugurtham tradere Syllæ. Ideoq; adhibitis amicis, non hercle quibuslibet, ſed quibus fidebat, ac remotis cæteris, quibus non fidebat. haud ſcio intellexerit'ne quiſquam Commentatorum hunc locum. Paulo poſt: Patefecit, quidam habent codices, ubi alij Patefeciſſe legunt, repetito à ſuperioribus uerbo, dicitur. Per idem tempus aduer. Gall. &c.} L. Florus Liuij racemator, li.b.67. ex eodem ait, bello aduerſus Cimbros male ab his ducibus pugnatum eſſe, non autem aduerſus Gallos, ut hic Salluſtius perhibet. Sanè Cimbri Germani ſunt, quorum Cherſoneſus eſt in extremo Germaniæ angulo Septentrionem uerſus, ut præter alios authores etiam Ptolemæus meminit. Videtur itaq; Salluſtius Liuio contrarius in hiſtoria. Sed id ſciendum, Liuium per totam Romanam hiſtoriam iniquum Gallis fuiſſe, haud ſcio qua de cauſa, cum eſſet homo ipſe in Gallia natus. Sed hercle ad Antenorem maluit referre Patauinorū originem, quàm ad egregiam omni hominum memoria Galliæ gentem, Venetos non ex Armoricis illis ciuitatibus, ſed ex Paphlagonibus Henetis, ſi Dijs placet, ſumpſiſſe exordium. Verum pro Salluſtio eſt author Græcus Strabo, in hiſtoriæ ueritate, atq; adeo in rerum omnium deſcriptione eminentiſſimus, qui unus externorum authorum res atq; loca Alpinarum gentium & ueriſſime & diligentiſſime deſcripſit. Nam quid ego Plinium ac Cornelium Tacitum commemorem, noſtrarum regionum oculatos teſtes, ut ipſi iactanticuli in rerum Germanicarum deſcriptione Rheni maximum illum Brigantinum lacum uel ignorarunt, uel negligenter omiſerunt, ut nihil dicam de tot Heluetiorum lacubus & Rheni Cataractis. Strabo autem Græcus ſcriptor, etſi Cataractarum non meminit, lacum tn̄ illum ita depinxit, ut etiam populorum circa habitantium certiſſimam fecerit nomenclaturam. Verū de his aliàs. De hoc bello, cuius hic meminit author, ſciat Lector Liuium ideo ſcripſiſſe, Cimbrorum bellum fuiſſe, quòd Cimbri eius concitatores fuerant. At bellatorum multitudo & principes eius expeditionis, non Cimbri tantum, ſed maiori ex parte Galli fuere, & ex Gallis potiſſimum Heluetij, eorumq; complices. Deniq; ex Heluetijs maxime Tigurini atque Tugini. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt idem Strabo lib. 7. Porro locus apud Strabonem cum in Latinis, tum in Græcis exemplaribus corrupte legitur. Interpres malo exemplari deceptus, Luetios pro Heluetios traduxit quaſi aliam quandam ab Heluetijs gentem. cum de eiſdem Heluetijs loquatur Strabo. Verba ipſius ex Poſidonio, quia Salluſtij dictum aduerſus Liuium plurimum adiuuant, atque adeo ipſam ueritatem, adponere placuit, ut ſimul ab errore hic locus emaculetur. Ea ita habent. φησὶ δὲ καὶ, βοΐους τὸν ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον. τοὺς δὲ κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν βοΐων ἐπὶ τὸν ἴστρον καὶ, τοὺς σκορδίσκους γαλάτας καταβῆναι. εἶτ' ἐπὶ τευριστὰς καὶ ταυρίσκους καὶ τούτους γαλάτας, εἶτ' ἐφ' ἑλουντίους πολυχρύσους μὲν ἄνδρας εἰρηναίους δέ. ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον, ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ' ἑαυτοῖς, τοὺς ἑλουντίους ἐπαρθῆναι, μάλιστα δ' αὐτῶν τιγυρηνούς τε, καὶ τωυγενοὺς, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι. πάντες μέντοι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν ῥωμαίων. Quæ Interpres ita uertit. Boios uero prius Hercyniā habitaſſe ſyluā aſſerit. Et Cimbros agmine facto, hūc inuaſiſſe locū, à Boijsq; eiectos. Iſtrū & Scordiſcos gentē Gallicā petētes deſcendiſſe. Mox Teuriſtas & Tauriſcos, & hos natiōis Gallicæ, Luetios adijſſe, uiros quidem plurimo locupletes auro, cæterum in pace uitam agentes. Cumq; conflatas latrocinijs opes longe ſuis ampliores eſſe uiderent, in Heluetios ſeſe contuliſſe, & ex eis præcipue Tigyrenos & Toygenos, eosq; ſecum ſolicitaſſe, uniuerſos uero deleuere Romani. Hæc ille. Atqui ex his uerbis nullus ſam

ſus colligetur. Quare ab hoc loco, Mox Teuriſtas, &c. ea uero ita uertenda erant, Dein in Teuriſtas & Tauriſcos, & hos Gallicæ gentis; mox in Heluetios, auro quidem abundanteis uiros, cæterum in pace degentes. Porro cum Heluetij illorum nempe Cimbrorum, ex latrocinijs conflatas opes ſuis longe ampliores uidiſſent, ipſos commotos, maxime uero ex eis Tigurinos ac Tugenos ſimul cum illis, ſcilicet, Cimbris, in expeditionem aduerſus Romanos, excitos eſſe. Vniuerſi uero deleti ſunt à Romanis, &c. Interpretē decepit, ut dixi, exēplar, quod pro ἑλουητίους habuit λουητίους, quos duos populos eſſe credidit. Praeterea illud ὁρῶντας idem exiſtimauit referre Cimbros, cum referat Heluetios. Quod luculenter ex libro eiuſdem Strabonis quarto patet, φασὶ δὲ, inquit, πολυχρύσους τοὺς ἑλουητίους εἶναι. μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τρέπεσθαι, τὰς τῶν κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας. Quæ uerba interpres ita uertit, Heluetios magnam auri uim poſſidere traditur, qui cum Cimbrorum opes cernant, nihilominus ad latrocinandum ſtudia conuerterunt. Hic ἀόριστον ἰδόντας, ut antea ὁρῶντας, nõ rectè uertit. Sed eũ ita interpretari oportuit hæc uerba, Fama ē auro locupletes Heluetios eſſe, nihilominus tamen ad latrocinia uerſos, poſteaquã Cimbrorum opes uidiſſent. Hæc contra, atq; noſtra fert conſuetudo, diffuſius tractauimus, partim ut Lectori oſtenderetur, quàm in correctus hic optimus author in manibus hominum uerſetur. Partim, ut notius fieret, quàm non omnia oraculi uice ſint, quæ apud Liuiũ deſcripta leguntur. Pluris facio Strabonis Salluſtijq;, quàm Liuij in ueritate hiſtoriæ authoritatem. Nam qualis qualis alioqui fuerit Salluſtius, certe in rerum geſtarum narratione ueritatem uerius eſt, quod in hoſte Cicerone ſatis aperte oſtendit. Liuius odium in Gallos per totam hiſtoriam nuſquam non prodit, nuſquã non identidem eis uitia odioſiſſime obiectat. Cum nulla alia gens Romanis terribilior fuerit, quorum aduentum non bellum, ſed tumultum uocabant. Contra quem, quicquid Romæ arma ferre poterat, concitebatur. Vt ſi fortuna pro Gallis ita ſtetiſſet, atque pro Romanis, facile Galli Romanos domuiſſent. Nec ratione caruit, quòd C. Cæſar ærarium effregerit, execratione liberatam urbem aſſerens, quòd ipſe Celtas uiciſſet, ut eſt apud Appianum. Veteris Galliæ ueram imaginem habent hodie Heluetij libertate & populari dominio, præterea linguam ueterem Gallicam & mores. Deinde Sequani. Rhenani, & ferme Rhenus, niſi quòd aliquot ex Germanis populi litoribus utraq; ex pte Rheni occupatis, linguã ſuã cũ noſtra Celtica miſcuere, quæ Germanorũ lingua in thematis à Celtica nõ admodũ diſtat; pnũciatiõe uero et diphthõgis multũ. Verũ q de his copioſius ſcitu digniſſima legere uolet, uideat uolumen D. Aegidij Tſchudi Claronẽſis. V. C. apd' Helueticos, qd de antiqua te Rhætia inſcripſit, ubi Plinij, aliorũq; authorũ loca d gẽtibus Alpinis & uere, et eleganter, ut nemo hac ætate melius, explicauit.

IN C. CRISPI SALLVSTII

Orationem in M. Tullium Ciceronem Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

Orationis huius, et eius quæ huic Cicero reſpondet, Argumentum.

ILLVD uſu uenire ſolet, ut inimicitiæ grauiores ſīt inter eos, qui amici aliquando fuerunt. Quales fuerunt inter Syllã & Marium, inter P. Sulpitiũ & Q. Pompeium, inter Ciceronem et Clodium, inter eundem Ciceronem & M. Antonium. C. Salluſtium Ciceronis amicum fuiſſe, ſatis cõſtat ex hiſtoria belli Catilinæ, in qua Ciceronem Salluſtius commendat. Salluſtium familiarem ſuum Q. Cicero in libro de Diuinatione primo appellat. Inter eos ortæ ſunt inimicitiæ, quæ T. Annius Milo Salluſtium in ſerui habitu in adulterio uxoris ſuæ, filiæ Syllæ, deprehenſum loris cecidit, & cũ dediſſet pecuniam, dimiſit, ut eſt apud A. Gellium cap. 18. libri 17. & Seruium lib. Commentariorum in Aeneida Vergilij 7.

Eam

Eam ob rem Milo factus eſt Salluſtio inimicus, multaſq; Salluſt. Trib. pleb. occiſo P. Clodio in Milonem habuit conciones. ut eſt apud Aſconium Pædianum. Cum Salluſtio Milonis cauſa Cicero inimicitias ſuſcepit. Is enim in oratione pro Milone, inimicitias potentum pro eo Milone ſe appetiuiſſe, eiuſq; inimicorum armis corpus ac uitam obtuliſſe dicit. Cum igitur Cicero et Salluſtius inimici eſſent, inter eos in Senatu diſſenſio etiam cõtumelioſa fuit. Quocirca Salluſtius ex tempore hanc orationem in Ciceronē habuit, cui Cicero itidem ex tēpore reſpondet. Orationes ſunt demonſtratiuæ. Acerbam enim uituperationē utraque continet. Ciceronē Salluſtius uituperat à uitijs pueritiæ & adoleſcentiæ, à uitijs domeſticis, à domo in qua habitat, à Conſulatu perniciosè geſto, a cõiuratione Catilinæ, à quæſtione de coniuratis facta, à iactatione, à leuitate. Vti proœmio uſus nõ eſt, ita nec cõcluſione utitur, quãuis inchoandæ orationis ratio quædam fuerit, nullus tamen fuit definendi modus. Eſt tamen quod coniectem Salluſtium plura nõ dixiſſe, quòd ad ea ſolum quæ in oratione extant, Cicero reſpondeat. Ita autem reſpondet Cicero, ut alia refutet, alia aut ſimilia in inimicum retorqueat, eiuſq;

nonis

C. CRISPI SALLVSTII.

IN M. TVLLIVM CICERONEM ORATIO.

GRAVITER & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli; ſi te ſcirem iudicio magis, quàm morbo animi iſta tua petulantia uti: ſed cum in te neque modum neq; modeſtiam ullam animaduerto, reſpondebo tibi: ut ſi quam male dicendo uoluptatem cepiſti, eam male audiẽdo amittas. Vbi querar? quos implorē, P. C. diripi Rempub. atque audaciſſimo cuique eſſe perfidiæ locum? an apud populum Rom. qui ita corruptus eſt largitionibus, ut ſeſe, ac fortunas ſuas uenales habeat; an apud uos P. C. quorum authoritas turpiſſimo cuique & ſceleratiſſimo, ludibrio eſt? vbi M. Tullius leges, iudicia populi Roma. defendit, atq; in ordi-

nouis quibuſdã infamet. Quãuis Cicero orationes ſcribere ſolitus ſit, poſtquã eas habuerat, hanc tamen à Cicerone ſcriptam non arbitror, ſed à notarijs quibuſdã, cum diceretur, exceptam, quòd tam abſoluta non ſit, quàm aliæ, quas ipſe edidit. Hæ orationes multis in locis mendoſe erant, ſed nos adiuti uetuſto quodam è diui Victoris bibliotheca exemplo, alioq; annis abhinc quadraginta Venetijs impreſſo, et Laurentij Vallæ elegãtijs, multa reſtituimus. Hæc autem inter Salluſtium et Ciceronem contentio fuit poſt necem C. Cæſaris.

ne ita moderat, quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis Africani, ac non reptitius, aſcitus, ac pauloante inſitus huic urbi ciuis. An uero M. Tulli facta ac dicta tua obſcura ſunt? an non ita à pueritia uixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? an ſcilicet iſtam immoderatã eloquentiam apud M. Piſonem nõ pudicitiæ iactura perdidici ſti? Itaque minime mirandum eſt, ſi eam flagitioſe uenditas, quam turpiſſime paraſti. Verum, ut opinor, ſplẽdor domeſticus tibi animos attollit, uxor ſacrilega ac periurijs delibuta; filia matris pellex, tibi iucũdior atq; obſequentior, quàm parenti par eſt. domum ipſam tuã ui & rapinis funeſtam, tibi ac tuis comparaſti; uidelicet ut nos commonefacias, quàm conuerſa Reſpub. ſit, cum in ea domo habites homo flagitioſiſſime, quæ P. Craſſi uiri conſularis fuit.

GRauiter & inique aio. } Quæ in nos ab inimicis ꝑ contumeliam dicuntur, ſi nos contemnere ſignificemus, inimicos afficiunt grauius. Iudicio }. i. conſilio et ſana mente. Morbo animi }. i. temere & quadam inſania. Petulantia. } Petulantia, ut ait Sex. Pompeius, à petendo dicta eſt. M. Tullius de Repub. lib. 4. Itaque à petendo petulantia, à procando i. poſcendo procacitas nominata eſt. Eſt autem petulantia, ut ait Non. Marcellus, improbitas. Cicero de Oratore lib. 2 Illud aſſequor, ut ſi quis mihi forte maledicat, petulans aut ſanè inſanus eſſe uideatur. Hoc in loco petulantia pro ea improbitate, & ut ita dicã, maledicentia dici uidetur. Lau. Valla lib. 4. proteruiam eſſe dicit contumeliam leuiorem procacitatem maiorem, petulantiam maximam, id ut probet, hunc Salluſtij locum, multosq; ex proxima Ciceronis oratione locos citat. Apud quem hunc locum ita lego: Si te ſcirem iudicio animi magis quàm morbo petulantia iſta uti. Sed cum in te neque modũ. } id eſt, maledicendi finem & menſuram, Neq; modeſtiam ullam animaduerto }. i. temperantiam. Male dicendo. } Duas eſſe uoces Valla lib. 3. ſignificat, ueluti cum dicimus, male opto, male precor. Idem ſcribit, male audire eſſe infamari crimina ſua audientem, cuius contrarium eſt male dicere. citatq; hunc Salluſtij locum. Voluptatem cepiſti. } ut Cicero lib. epiſtolarum familiarum tertio. Hoc uelim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam uoluptatem eſſe capturum. Capere lætitiam, detrimentum, & dolorem dici alio loco ꝓbauimus. Amittere uoluptatem dici ex hoc loco eſt attendendum.

Vbi querar? quos implorem? } Addubitatio eſt, qua in augenda re uti ſolemus. Largitionibus. } Largitionem ferè in mala re Cicero quoque uſurpare ſolet, ut ſit aut prodigalitas, aut id quod datur hominibus in corruptelam, ut teſtibus, ut iudicibus. Se ipſe ac fortunas ſuas uenales habeat. } Huic diſſimile non eſt illud Iugurthæ dictum, qui cum Roma cederet, quò euocatus fuerat. O urbẽ inquit, uenalem, & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. author eſt T. Liuius lib. lxiiij. Leges iudicia pop. Ro. } In alio codice ſcriptum eſt, Leges iudiciaq;: in alio, Leges iudicia, rempublicam. In hoc ordine. } Senatorio. Repetitius. } Magis placet ut reptitius legatur, quàm ut in alijs codicibus, repertitius. Cicero enim in uilla quadam prope Arpinum ſe natum dicit, in libro de Legibus ſecundo. Quia tamen erat ex municipio, ciuis Romanus erat. Omnibus enim municipibus duæ erãt patriæ, una naturæ. i. loci, ĩ quo quis natus eſſet, altera ciuitatis, ut Cato cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt. Reptitium dicit, quod tanquam ſerpens humiliter in Roma. ciuitatem irrepſerit. L. Torquatus in P. Syllæ accuſatione Numam primum, Tarquinium ſecundum, & Ciceronem tertium peregrinum eſſe regem dixit. Cicero in Syllæ defenſione, ut regem, ita peregrinum ſe non eſſe oſtendit. Negat cuiquã ex municipijs id eẽ obiectum, cum Coruncanus, Curius, Cato, Marius ex municipijs fuerint, cũq; hi duo proximi multos habuerint inimicos. Romulum Arpinatem poſtea Ciceronem Salluſtius appellat. Accitus }. i. euocatus, nõ natus. Inſitus. } Trãſlatio ab arboribus eſt, quæ ex ſolo, ĩ quo natæ & nutritæ ſint, in aliud ſolum trãſferuntur, & ut ita dicã tranſplantantur. A pueritia uixiſti. } Hæc ſcelera quæ Tullio Salluſtius obijcit, arbitror eſſe ex uituperandi cõſuetudine, magis quàm ex certo animi iudicio. Vt Cicero dicit, L. Cornelio Balbo obiectam eſſe ab accuſatoribus luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi maledicto notabatur. Quis enim hæc in Cicerone credat, quæ in alijs reprehendere ſolet? Quod alteri. } In codice ſancti Victoris melius eſt, Quod alicui. Immoderatam eloquentiam. } Aduerſarij eloquentiam Cicero commendat, quo nom ne eam auditoribus faciat ſuſpitioſam. ut pro P. Quintio nõnihil ſe dicit commoueri, ne ſe Q. Hortenſij eloquentia in dicendo impediat. Ne igitur Ciceronis reſponſioni credatur, inſinuat. Apud M. Piſonem. } Cicero in libro de Claris oratoribus, declamitantem ſe quotidie cum M. Piſone & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo commentatum eſſe dicit. Hunc Piſonem Cicero pro Cn. Plancio nobiliſſimum hominẽ, innocentiſſimum, & eloquentiſſimum appellat. Hunc in libro de Finibus quarto familiarem ſuum appellat. & libro quinto facit eũ diſputantem de ſecta Peripateticorum. Flagitioſe uenditas. } cum ob patrocinia grandem pecuniam accipis, Mercenarium patronũ hunc poſtea appellat. Splendor domeſticus }. i. infamia domus tuæ. Ironia eſt. Tibi animos tollit }. i. te ſuperbum facit, ut in me ſis tantum petulans. Vxor ſacrilega. } Terentia Ciceronis uxor non inertis ingenij, audax & ambitioſa fuit, ut in Ciceronis uita Plutarchus ſcripſit. Cicero libro epiſtolarum ad Atticum 11. ſcripſit ex Philotimo auditum eſſe, Terentiam ſcelerate quedam facere. Ea autem uixit annos 117. ut ait Pli. lib. 7. Periurijs delibuta. } Melius in alijs codicibus eſt, nobilitata. Nobilitatum enim & in malam partem dicitur, ut in libro de officijs ſecundo: Teſtis eſt Phalaris, cuius præter cæteros nobilitata crudelitas eſt. Filia matris pellex }. i. Tullia filia tua, cum qua tu concubuiſti. Vi & rapinis }. i. pecunia flagitioſe comparata. Nam paulo poſt dicet, ſanguine & miſerijs ciuium Ciceronem emiſſe domum. Quàm conuerſa ſit reſpub. } In codice alio ſcriptum eſt, Quàm conuerſa

res ſit. Cum in ea domo habitares,&c.} Odioſum enim eſt,cũ à prætereuntibus dicitur,O domus antiqua,quàm diſpari domino dominaris.Ciceronis domus in Palatio fuit:eam P. Craſſi antea fuiſſe,hic Salluſtius dicit.Poſt Ciceronem fuit Cẽſorini,ut ait Velleius Paterculus P. Craſſus uir ampliſſimus Scæuolæ frater fuit, ut ait Cicero in libro de Oratore primo. Haud ſcio an L. Craſſi ſcribendum eſſet. L. enim Craſſus orator magnificam domum in Palatio habuit,quæ ei hæreditate obuenit,ut ait Pli.lib.17.Hunc Budæus libro de Aſſe tertio,ſexagies ſeſtertium.i. centum & quinquaginta millibus aureorum noſtrorum habitaſſe dicit. Vt Ciceroni Salluſtius obijcit, quòd in domo P.Craſſi habitet,ita L. Cornelio Balbo ab accuſatore obiectum Cicero dicit, quòd Tuſculanum poſſideret,quod Q.Metelli,et L.Craſſi fuerat. Illud, inquit Cicero, neſciebat accuſator,prædiorum nullam eſſe gẽtem, eaq; emptionibus ſæpe ad alienos homines,ſæpe ad infimos, non legibus tanquam tutelas peruenire.

In orationẽ Salluſtij in Ciceronem Glareani annotationes.

NIhil dicturus erã in haſce non tã amaras,quã uix quicquã amarius fingi poſſit,quã pudẽdas orationes,niſi Quintil.in primis grauis author eas citaſſet,nominatim lib.4.Inſtitutionum Orat.Capite de exordio.De quibus hoc unũ non ſatis mirari poſſum, fuerit ne Senatui illi,qui tum orbis imperium habuit, tantum otij, ut uel uoluerit,uel, potuerit tam friuolas audire accuſationes. Cum noſtra ætate apud nos,Barbaros illorum opinione,nullus adeo humilis ſit uiculus,qui meretriculas duas ita cõcertãtes audire dignaretur,tantũ abeſt,ut ad cuius dignitatis uiros,omnes crucem ac ignẽ clamarent. Multos ſæpe audiui,qui putarent ab eis ſcriptas quidẽ, ſed non pronunciatas coram Senatu,quod equidem neſcio.Sed audiamus priorem Salluſtium. Vbi M.Tulli leges, iud.populi R.} Populo Ro.in dandi caſu habet codex Aldinus.ſed uetuſtus in gignẽdi,quod malim.Illud autem, In ordine,quod proxime ſequitur, quid ſibi uelit,apud me non admodum planum eſt.

In oratio-

SYLVI. In concilio deorum immortalium fuiſſe. } Vbi id dicat Cicero, legere non memini, nec puto eſſe in libris ijs, qui extent. Abſque carnificis nomine } i.ſine ulla crudelitate, ſi emendata lectio eſt. Ciuitatis incommodum } .i.Catilinæ coniurationem, ob quam ciues alij in carcere iugulati ſunt,alij in prælio necati, alij exilio ſe multauerunt. In gloriam ſuam ponit.} Sæpe enim gloriatur Cicero,quòd hanc coniurationem Conſul oppreſſerit. In gloriam ſuam ponit. } Hoc dixit,quemadmodum in gratiam ponere dixit libro Epiſtolarum familiarium 9. Si quid qđ opus fuerit,Appio facies, ponito me in gratiam.Idem tamen dicit pro A.Cluentio, ponere in culpa: Omnes qui Oppianicum condẽnarunt,in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. Fuerit conſulatus tuus.} Videtur ſignificare Salluſtius Catilinam ad coniurationem impulſum fuiſſe,quòd uideret in conſulatus adeptione ſibi patritio Ciceronem hominẽ nouum præpoſitum fuiſſe. Sed certe ante conſulatũ Ciceroni mãdatum,Catilinæ Coniuratio cœpit:ut idem Salluſtius ſcribit in bello Catilinario. Te magis extollunt.}ut mihi male dicas. Cum Terentia uxore de republica.} Terentia curarum reip. à Cicerone facta eſt parti.ipſãs magis quàm ipſe ab ea domeſticæ,ut ex Ciceronis ſententia Plutarchus ſcribit.Hanc à Cicerone poſtquam ab exilio rediſſet repudiatam,idem ſcribit, quòd moleſta nimis & turbulenta eſſet.quam poſtea Salluſtius, & poſtremo Meſſala Coruinus

uxorem

uxorem duxerint. Cum legis Planciæ iudicia domi faciebatis, &c.} Plautiæ,non Planciæ legi debet:ut Salluſtius dicit. Catilinã lege Plautia interrogatum à L.Paulo.Vt autem cautem & cotẽ, plauſtrum & ploſtrum dicimus, ita legem Plautiam,& Plotiam dici inuenias.Eſt autem lex Plotia,quã M.Plotius Syllanus Trib.pleb.tulit de ui,quæ eſt in eos qui rempublicam oppugnent,de qua fuſius ſcripſimus in Milonianam.Ciceroni poſtquã abijt Conſulatu,à Senatu mandatum eſt, ut qui in coniuratione fuiſſent,inquireret.Eos igitur lege Plotia Cicero interrogabat. Cum tibi alius Tuſculanam, alius Pompeianam uillam ædificabat.} Tuſculana uilla dicta eſt,quòd in agro Tuſculano ædificata ſit:ut Pompeiana, quod in agro Pompeiano. Villam Tuſculanam Lucius Sylla ante Ciceronem poſſedit,ut ait Plinius ca 6.lib.xxij. Nihil poterat} .i.pauper erat. Calũniæ proximus }.i.crimini, aut calũniæ tuæ.i.malitioſæ & mendaci infamationi. Fortaſſe coniurationi,nõ calumniæ ſcribendum ſit. Quantum patrimonij acceperis.} Significat Salluſtius, Ciceronem paruum patrimoniũ accepiſſe,et paruum ex accuſationibus & defenſionibus quæſtũ feciſſe, comparatione pecuniæ eius,qua domum emerit, Tuſculanum & Pompeianum ædificauerit. Vnde colligit,ex ſanguine & miſerijs ciuium tantã pecuniam comparatam eſſe. Domum parauerit } .i. emeris Ciceronem nõ minoris quàm quinquaginta millibus aureorum coronatorum

Atq; hæc cum ita ſint,tamen Cicero ſe dicit in concilio deorũ immortalium fuiſſe, inde miſſum huic urbi ciuibuſq; cuſtodem abſq; carnificis nomine,qui ciuitatis incommoda in gloriam ſuam ponit,quaſi uero nõ illius coniurationis cauſa fuerit conſulatus tuus, & iccirco Reſpub.diſiecta eo tempore,quo te cuſtodem habebat. Sed,ut opinor,illa te magis extollũt,quã poſt cõſulatum cũ Terẽtia uxore de rep.cõſuluiſti; cũ legis Plautiæ iudicia domi faciebatis, ex cõiuratis alios morte, alios pecunia cõdẽnabas;cũ tibi alius Tuſculanã,alius Põpeianã uillã ędificabat,alius domũ emebat:qui uero nihil poterat;is erat calũniæ proximus;is aut domũ tuã oppugnatũ uenerat,aut inſidias ſenatui fecerat;deniq; de eo tibi cõpertum erat.Quæ ſi tibi falſa obijcio;redde rationem,quantum patrimonij acceperis,quid tibi litibus accreuerit,qua ex pecunia domũ paraueris, Tuſculanum & Pompeianum infinito ſumptu ædificaueris. aut ſi retices; cui dubium poteſt eſſe, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & uiſceribus ciuium paraueris?Verum,ut opinor,homo nouus Arpinas,ex C.Marij familia,eius uirtutem imitatur;contemnit ſimultatem hominum nobilium;Rẽp.charã habet;neq; terrore, neq; gratia commouetur.hoc uirtutis eſt animi, illud uero amicitiæ tãtum.imo uero homo leuiſſimus; ſupplex inimicis,amicis contumelioſus;modo harum, modo illarũ partiũ;fidus nemini;leuiſſimus Senator; mercenarius patronus;cuius nulla pars corporis à turpitudine ua-

cat;lingua uana;manus rapaciſſimæ,gula ĩmẽſa;pedes fugaces;q̃ honeſte noĩari non poſſunt, inhoneſtiſſima.

roratorum habitaſſe, Budæus in libro de Aſſe tertio collegit. Ea,ut arbitror,domus eſt, quã ut emeret Cicero à Pub. Sylla, qui tum reus erat,uicies ſeſtertiũ. i. quinquaginta millia aureorũ mutuo accepit,ut eſt apud A.Gelliũ c.p.xij.lib.xij. Infinito ſum ptu.} Ciceronis Tuſculanum æſtimatum fuiſſe duodecim millibus & quingentis aureis,Budæus ſcribit de Aſſe lib.iij. Infinitó }.i. maximo.Vt in oratione Ciceronis pro M Cælio: Nunquam Cælius tam amens fuiſſet,ut ſi ſe iſte infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret. Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam,&c.} Argumentum ex remotione eſt,ad hũc modum: Pecuniam habuiſti infinitam:igitur,aut ex patrimonio, aut ex litibus,aut ex ſanguine & miſerijs ciuium.ſed non ex patrimonio,neque ex litibus tantam habere potuiſti:relinquitur, ex ſanguine & ex miſerijs ciuium,eorum quos lege Plotia interrogaſti. Ex M. Craſſi familia.} Ironia eſt. Eius uirtutem imitatur.} Craſſus.n. ex paterna hæreditate tantum trecenta talenta accepit, prius tamen quàm aduerſus Parthos exercitum duceret, ſeptem millia & centum talenta coegit,quamuis Herculi facultatum ſuarum partẽ decimam conſecraſſet,pop.Roma.epulum publicum dediſſet,& minas ternas in ſingula ciuium capita contuliſſet.author eſt Plutarchus in eius uita,ubi ſcribit qua ratione tam cito diues factus ſit.

Rempublicam charam habet.} In codicibus alijs melius ſcriptũ eſt,Populi Romani curam habet. Amicitiæ tantum ac uirtutis eſt.} Melius lego in codicibus alijs,Amicitia tantum ac uirtus eſt. Perſeuerat autem in Ironia. Supplex inimicis,amicis contumelio ſus.} Cicero uocatus in iudicium à Clodio Tribuno plebis,quòd cõtra ſas ac maiorum leges de coniuratis cauſa indicta ſupplicium ſumpſiſſet, adeo fracto animo atq; demiſſo fuit,ut profluẽte coma p uicos & angiportus amicos iuxta & inimicos ſupplex orauerit,ut ſibi adeſſent. Mercenarius patronus.} qđ mercedis cauſa reos defendat. Quod idem Hortẽſio Cicero obijcit de ſphinge Verris. Id autem turpe erat. Itaque Cicero ne in ta'iem incidat ſuſpicionem,in Procemijs defenſionum cauſam honeſtam ſolet dicere, cur ad defendendum reum acceſſerit. A' turpitudine uacat, &c.} Vacat turpitudine,& uacat à turpitudine, in eadem re dici alio loco docuimus. Pedes fugaces.} Hoc dicit propter Ciceronis exilium.

Cum legis Plãciæ.} Plãciæ cũ n,nõ cũ diphthongo au habebat codex Aldinus hoc ĩ loco. At in Catilina cum diphthongo,ut alij libri.Plautiæ legebat. Diximus autem in Catilina de hac lege nobis nihil certi conſtare. Homo nouus Arpinâs ex M.Craſ.familia.} Ita ferè habent codices.at ego non dubito ita à Salluſtio ſcriptum:Homo nouus Arpinas ex C.Marij familia : non ex,M. Craſſi Fuerat enim & Marius Arpinâs,& hõ nouus.Ergo ſubiungit εἰρωνικῶς,eius uirtutẽ imitatur:cũ ille ſummus bellator,Cicero ſummus orator;ille manu,hic lingua promptus. Illud uero amicitia tã.ac uirt.eſt an.} Aldinus codex nominatiuos in genitiuos mutauit. Vetuſtus codex ſic habebat: Aliud uero amicitiæ tantum ac uirtus eſt animi Sed ex neutro ſenſus clarus eſt, nec ego clare expedio. Non eſt mihi dubium,cum Confutationis huius duæ ſint partes,prior per quæſtionem,altera per inficiationem: prioris eſſe hanc particulam,ut altera pars incipiat ibi. Imo uero homo leuiſſimus. Lectori hæc innuo duntaxat,ut occaſionem dem altius cogitandi,ac exemplaria diligentius inſpiciendi. GLARea.

Atq; is cum eiuſmodi ſit, tamen audet dicere, O fortunatam natã me conſule Romã. te conſule fortunatam Cicero? imo uero infelicem & miſeram:quæ crudeliſſimã pſcriptionẽ ciuiũ ppeſſa eſt;cũ tu perturbata Rep.metu pculſos oẽs bonos parere crudelitati tuæ cogebas;cũ oĩa iudicia,oẽs leges in tua libidine erant; cũ tu ſublata lege Porcia,erepta libertate oĩum nr̃m,uitæ necisq; ptãtẽ ad te unum reuocaueras. Atq; parũ eſt, quod ĩpune feciſti:uerũetiã cõmemorãdo exprobras: neq; licet obliuiſci ſeruitutis ſuæ. Egeris oro te Cicero, pfeceris qdlibet;ſatis eſt perpeſſos eſſe.ẽt ne aures noſtras odio tuo onerabis? etiã'ne moleſtiſſimis uerbis inſectabere;Cedant arma togæ,concedat laurea linguæ?quaſi uero togatus & non armatus, ea quæ gloriaris confeceris,atq; inter te Syllamq; dictatorẽ præter nomen imperij quicquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem; quem Minerua

SYLVI. Audet dicere, O fortunatam natam me conſule Romam.} Quintilianus in libro .11. ſcribens de iactatione oratori fugienda, M.inquit,Tullius ſæpe dicit de oppreſſa coniuratione Catilinæ:ſed modo id uirtuti Senatus,modo prouidentiæ deorũ immortalium aſſignat,plerunq; contra inimicos atq; obtrectatores plus uendicat ſibi.erat enim tuenda,cum obijcerentur. In carminibus utinam pepercifſet,quæ non deſierunt carpere maligni,cedãt arma togæ, concedat laurea linguæ, &c. O fortunatam natã me conſule Romam. Et Iouem illum,à quo in cõcilium deorum aduocatur:& Mineruam, quæ eum artes edocuit.quæ ſibi ille, ſecutus quedam Græcorũ exẽpla,pmiſerat. Hoc in libris ſuorum temporum Ciceronem dixiſſe, Valla adnotauit. Cicero autem libro Epiſtolarum familiarũ primo,P.Lẽtulo ſcripſiſſe ſe dicit uerſibus libros tres de ſuis temporibus. Natã me conſule Romam.}.Cicero in Inuectiua tertia in Catilinam, oſtendit diem eum quo deprehẽſi & cõfeſſi cõiurati ſunt,uelut diem urbis natalem celebrandũ eſſe.

In tua libidine erant }.i.in tua uoluntate & poteſtate. Nam ut ait Salluſtius in bello Catilinario,cum eſſet coniuratio uulgi rumoribus exagitata, de eaq; ad Senatum relatum eſſet,decreuit Senatus,ut conſules darent operam,ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Ea poteſtas per Senatum more Rom. magiſtratui maxima pmittitur,exercitũ parare,bellũ gerere,coercere oĩbus modis ſocios atque ciues,domi militiæq; imperium atque iudiciũ ſummum habere. aliter ſine populi iuſſu,nulli earum rerum cõſuli ius erat. Sublata lege Porcia.} Romani ueteres morem Græciæ imitati,uerberibus animaduertebant in ciues de cõdemnatis ſummũ ſupplicium ſumebant,ut eſt apud Salluſt. in oratione C.Cæſaris de pœna cõiuratorum. Poſtea lata lex Porcia ẽ,quæ graui pœna ſanxit, ſi quis uerberaſſet necaſſet'ue ciuem Romanũ,ut ait T. Liuius lib.x. Lex Porcia libertatem ciuiũ lictori eripuit, uirgas enim ab omnium ciuium Romanorũ corpore amouit,ut ait Cic.pro C.Rabirio perduellionis reo.

Noſtrorum oĩum.} Omnium

omnes artes edocuit; Iupiter optimus maximus in conſilium deorum admiſit; Italia exulem humeris ſuis reportauit? Oro te Romule Arpinās, qui egregia tua uirtute omnes Paulos, Fabios, Scipiones ſuperaſti; quē tandem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes Reip. placent? quem amicum, quē inimicum habes? cui in ciuitate feciſti īſidias, ancillaris. quo iure cum de exilio tuo Dyrrachio rediiſti, eum ſequeris? quos tyrānos appellabas, eorum nunc potentiæ faues. qui tibi ante optimates uidebātur, eoſdem nunc demētes ac furioſos uocas. Vatinij cauſſam agis; de Sextio male exiſtimas. Bibulū petulantisſimis uerbis lędis. Laudas Cæſarē: quem maxime odiſti, ei maxime obſequeris. aliud ſtans, aliud ſedens de Repub. ſentis. his maledicis, illos odiſti leuisſime transfuga; neq; in hac, neq; in illa parte fidem habens.

noſtrum à Cicerone dici ſolitū, alibi admonuimus. Noſtram omnium, ex grammaticorum præceptione dicendum eſſet.

Neque licet obliuiſci } .i. non licet popu. Roma. obliuiſci ſeruitutis eius, quam te Cōſule ſeruiuit. In codice antiquo ſcriptū eſt Seueritatis tuæ, non ſeruitutis ſuæ. Egeris oro te. } Conceſsio eſt. Oro te } .i. quæſo. Etiam ne aures noſtras, &c. } id eſt. etiam ne inuitis nobis, quæ odioſa ſunt, et quæ nos audire nolumus, iactabis. Onerabis odio dixit, uti Cicero lib. Epiſtolarum familiarium 3. onerare mēdacijs: Te autē quibus mēdacijs homines leuisſimi onerarunt! Cedant arma togæ.) Quia pacis & otij inſigne toga eſt, arma autem tumultus et belli, Cicero more poetarum locutus hoc intelligi uoluit, bellum ac tumultum paci atque otio conceſſurum, ut ipſe explicat in oratione in L. Piſonem, cum Piſo hunc uerſum reprehendiſſet. In lib. quoque de Officijs 1. in hoc uerſu inuadi ſe ab inuidis & improbis dicit. Et non armatus. } C. Antonius Ciceronis conſulis collega, per M. Petreium legatum armis Catilinam ſuperauit. Sed quæ Cicero fecit, ea togatus fecit. Præter nomē imperij. } Tu enim conſul, Sylla uero dictator erat. Quē Mineruа, &c. } ut de ſe iactāter Cicero dixit. Italia exulem ſuis humeris. } Hoc quoq; à Cicerone dictum arbitror in libris de temporibus ſuis. Ciceroni decimo exilij ſui menſe tanta ſingulorum lætitia, tanto ciuium ſtudio obuiam itum eſt, ut, quod ab ipſo memoratur, ſe Romam Italiæ humeris reportatum res ipſa ſuperauerit: ut in eius uita Plutarchus ſcripſit. Glorianti Ciceroni humeris ſe Reipub. de exilio reportatum, Vatinius dixit, Vnde ergo tibi uarices? ut ait Macrobius libro Saturnalium ſecundo. Romule Arpinâs } Romulus fuit Romæ conditor: alterum ſe conditorem Cicero dixiſſe uidetur, cū dixit Romam ſe conſule natā. ideo Romulum Arpinatē appellat. Egregia tua uirtute. } Ironia ē. Obtines. } id eſt, conſtanter tenes. Cui inſidias feciſti in ciuitate ancillares, } Ancillares hoc in loco ſuperuacanea uox eſſe uidetur, nec eam uocem inuenio in codice eo, quem annis abhinc quadraginta Venetijs Philippus Pincius impreſſit. Ea autē ſententia eſt: Cn. Pompeio feciſti inſidias, cum poſtquam ab exilio rediſti, coluiſti & ſecutus es. A nonnullis perſuaſus Pompeius eſt, ſibi Ciceronem facere domi inſidias. Cicero in oratione pro Domo ſua: Deſināt, inquit, homines iiſdem machinis ſperare, me reſtitutū labefactari poſſe, quibus antea ſtantem perculerunt. Quod enim par amicitiæ fuit unq̄ in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cneus Pompeius? Quis apud populum Romanum de illius dignitate induſtrius, quis Senatus ſæpius dixit? Quis tātus fuit labor? quæ ſimultas? quæ contentio? quam ego non pro illius dignitate ſuſceperim? Quis ab illo in me honos? quæ prædicatio de mea laude? quæ remuneratio beneuolentiæ prætermiſſa eſt? Hanc noſtrā coniunctionem, hanc conſpirationem in republica bene gerenda, hanc iucundisſimam uitæ atque officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt, cum iidem illum, ut me metueret, me caueret, monerēt, iidem apud me mihi eſſe uni inimicisſimum dicerent. Idem in oratione pro P. Seſtio de eodem Pōpeio: Quē uirum ſtudioſum mei, cupidisſimum reipub. ſeruādæ, domi meæ certi homines compoſiti monuerunt, ut eſſet cautior, eiusq; uitæ a me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt. atque hāc ei ſuſpicionem alij literis mittēdis, alij nuncijs, alij coram ipſi excitauerunt. Dyrrachio rediſti. } Dyrrachium fuit urbs & portus in Epiro, quo in Græciā appellebant, qui Brunduſio ſoluebāt. de hac urbe alio loco plura ſcripſimus. Cicero pro Cn. Planco ſuam profectionem deſcribens, Dyrrhachium ſe dicitueniſſe, inde in Macedoniam perrexiſſe. Cum igitur rediit Cicero, Dyrrhachio rediit. Quos tyrannos appellabas. } ut C. Cæſarem, M. Craſ. Cn. Pomp. Vatinij cauſam agis. } P. Vatiniū Ciceronis inimicū fuiſſe, cōſtat ex oratione Ciceronis in eū, et ex lib. Macrobij Saturna. ij. Eundē Cicero poſtea defendit et laudauit, ut ſcribit ad P. Lentulum lib. Epiſt. famil. 1. In lib. earundē epiſtolarum 5. ē epiſtola Vatinij ad Ciceronē, qua ſe abſolutum fatetur. Authore Val. Maxi. lib. 4. De iis qui ex inimicis amici facti ſunt, Cicero P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum duobus publicis iudicijs tutatus eſt, ut ſine ullo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude. De Seſtio male exiſtimas. } P. Seſtius Ciceronis ſtudioſus admodum fuit. Is in templum Caſtoris armatos homines deduxit, quo liberius de Ciceronis reditu ageretur. A Clodianis exceptus, plus uiginti uulneribus conciſus, mortuus creditus eſt. Poſtea à quodam M. Tullio de ui accuſatus. Eum Cicero defendit. De eo quod male exiſtimet Cicero, alibi legere non memini. Bibulum petulātisſimis uerbis lędis. } M. Bibulum Cicero laudat in oratione in Vatinium teſtem. Bibulo collega Caius Cæſar conſul abrogauit imperium, ut eſt apud Suetonium in uita Cæſaris. Is domi cum ſe continuiſſet, eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis uictorijsq́ue Cicero ante tulit: dixitq́ue eosdem eſſe qui Bibulum exire domo prohibuiſſent, & qui ſe coegiſſent. ut ſcribit ad Publium Lentulum libro Epiſtolarum familiarium primo. Laudas Cæſarem, quem maxime odiſti. } Caium Cæſarem Ciceroni iratum eſſe, homines ignari ueritatis putabant, eiusq; ſaluti inimicisſimum eſſe Publius Clodius dicebat, ut eſt in oratione pro Publio Seſtio. Rediſſe ſe in gratiam cū Cæſare, Cicero dicit in oratione de Prouincijs Conſularibus, negatq; ulli de Republica bene merenti ſe amicum eſſe non poſſe. Vbi Cæſarē laudat, ſupplicationem quindecim dierum, ſtipendium, & legatos decem ad eum in Galliam mitti debere decernit. Leuisſime trāsfuga. } A re militari facta translatio eſt. Transfuga enim eſt qui liber aut ſeruus, aut hoſtis uoluntate ſua ad hoſtes tranſierit, ut ait Sextus Pompeius.

Neque in hac, neque in illa parte fidem habens. } id eſt, neque hæc neque illa pars tibi confidit. Hanc Ciceronis leuitatem exprobauit

D. Laberius

D. Laberius, cum dixit eum geminis ſellis ſedere ſolitum: ut eſt apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo.

GLAREANVS.

Neque licet obliuiſci pijs ſeruitutis ſuæ. } Codex uetuſtus habebat His pro Pijs. Aldinus utrunque omiſit. At ego alterum uel quid ſimile adeſſe debere puto Paulo poſt. *Iupiter Opt. Max. in concilium Deorum adhibuit.* } In accuſandi caſu Concilium, non Cõcilio, præter Aldinum codicem, omnes alioq; legũt. *Quem amicum quem ini. in hac ciuit. obt.* } Ingenue fateor, me hæc uerba, ut in Aldino ſunt codice, atq; adeo etiam in uetuſto, ac cunctis alijs, quos mihi uidere contigit, non intelligere. Ideo q; muto, admonito tamẽ Lectore, ut mecum ipſe dubitet, aut felicius, ſi queat, eruat. Tranſilire, ut notum, facile erat, ſi quoſdam imitari uelim, quos pudet fateri ſe non omnia uel ſcire, uel intelligere.

IN M. TVLLII CICERONIS

orationem, qua C. Criſpo Salluſtio reſpondet,

Franciſci Sylij Ambiani Commentarius.

EA DEMVM *magna uoluptas eſt.* } Cicero reſpondet maledictis ijs quæ obiecit Salluſt. aliaq; maledicta in Salluſtium reijcit.

Ea demum } .i. ea ſolum, uel ea omnino. hunc enim locũ Valla lib. 4. ita exponit. *Illoto.* } id eſt, impuro. *Quò me uertam.* } Addubitatio eſt. *Atque actibus.* } Lau. Valla lib. 4. inter geſta & acta quid differat ſcribens, Actis, non actibus hoc in loco ſcribẽdum putat. Quòd ſi ſcribi poſſit actibus, ut apud Lucanum, Licet ingentes abruperit actus, minus mirari ſe dicit, cur Actus apoſtolorum magis quàm acta dicamus. Idem tamẽ ut dicit, actus ſunt & actiones. Actiones pro actis poſtea Cicero uſurpat: Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Quòd autem geſta dixit Valla putauerit, apud ſcriptores uix inuenias. Hi enim res geſtas, non geſta dicere ſolent. *Inuidia gloriã conſequatur* } Meas enim res geſtas prædicem neceſſe fuerit. id ſine aliorum inuidia facere non licebit. *Procacitatis* } .i. maledicẽtiæ. *Id.* } id eſt, propter id. *Aures calent.* } Salluſtij crimina tam ſæpe auditis, ut ſæpe audiendo aures ueſtræ quaſi caleant. ut cum Virg. lib. Aeneid. 4. diligẽtem formicarum in aceruo farris cumulando laborem deſcribere uoluit, illud dixit: Opere omnis ſemita feruet. *Qui ne incipiẽs quidem peccare, &c.* } Sententia eſt, Cum cœpit Salluſtius peccare, nõ fuit principio, ut uulgo dicunt, addiſcens, ſed illico peritus in peccando magiſter. Qua ratione ſummam eius improbitatem demonſtrat. Nemo enim, ut ait Quintilianus, repente fit malus. Hic autem repente tam improbus factus eſt, ut omnes uicerit improbitate ſua nec poſtea in uita reliqua ipſe fuerit improbior, quàm fuit principio. *Ponere rudim.* ẽ.ñ eſt, facere initium qđ rude ſit, non politum, nec abſolutum. *Ingreſſus eſt* } .i. cœpit. Ingredi pro incipere, Quintilia. q̃ Cicero uſurpat ſæpius. Aggredi Ciceroni magis familiare eſt. *Præterire* } .i. uincere. *Nihil aliud ſtudet.* } Vt Titinnius i Pſaltria authore Priſciano lib. 7. Ferentinatis populus res Græcas ſtudet. *Vt lutulentus ſus cũ quouis uolutari uult,* ut luti ſordes eluat, } ita Salluſt. improbitate tanquam ſepe etus, eam in alios euomit, ut ea excuſſa ſe eluat. *Calumnia* } .i. malitioſa et mẽdax infamatio. *Fert* } id eſt, habet & iudicat. *Nemo ciuis* } .i. nullus ciuis, ut nemo poeta, nemo orator, nemo Senator, aliaq; generis eiuſdem multa dici ſolent. *Poteſt latere.* } Eius enim uitia inimicus diligenter inquirit. Itaque ſtudet, ut ſit & habeatur bonus ciuis.

M. TVLLII CICERONIS

Ad Criſpum Salluſtium Reſponſio.

EA DEMVM *magna uoluptas eſt Criſpe Salluſti, æqualem ac parem uerbis uitam agere, neq; quicquam tã obſcœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat; ut omnis oratio moribus conſonet: neq; enim qui ita uiuit ut tu, aliter ac tu loqui poteſt; neq; qui tam illoto ſermone utitur, uita honeſtior eſt. Quò me uertam P.C. unde initium ſumã? maius enim nihil mihi dicendi munus imponitur, quo notior eſt uterq; noſtrum. Quòd ſi aut de mea uita, atq; actibus noſtris huic conuitiatori reſpõdero; inuidia gloriam conſequetur: aut ſi huius facta, mores, omnem ætatem nudauero; in idem uitium incidã procacitatis, quod huic obijcio. Id uos, ſi forte offendimini; iuſtius huic, quàm mihi ſuccenſere debetis, qui initiũ introduxit: ego dabo operam, ut & pro me minimo cũ faſtidio reſpondeam, & in hunc minime mentitus eſſe uidear. Scio me P.C. in reſpondendo non habere magnam expectationẽ, quòd, nullum uos ſciatis nouum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia uetera recogniturosſ: queis & meæ & ueſtræ iam, & ipſius aures calent. Verum eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quid peccare, minimis rebus poſuit rudimẽtũ; ſed ita ĩgreſſus eſt, ut neq; ab alio uinci poſſit, neque ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus, cum quouis uolutari. Longe uero fallitur opinione: non enim procacitate linguæ, uitæ ſordes eluũtur; ſed eſt q̃dã calũnia, quã unuſquiſq; noſtrum teſtãte animo ſuo fert, de eo qui fal-*

IN ORATIONEM

Ciceronis in Salluſtiũ, Glareani annotationes.

VEl in hac oratione uidere licet, quantum differat Cicero à Salluſtio: quanta breuitas in hoc, quanta in Cicerone copia. Sed fruſtra hæc apud doctos, qui melius hæc norunt. apud indoctos prorſus operam perdiderimus, ſi hæc indicare uelimus. Ideoq; ad rem ſtatim.

Quòd ſi aut de mea uita, atque actibus noſtris. } Ita habẽt omnes codices, quos ego uidi. Quod ſi recte legitur, nõ omnino poeticum id fuerit, Actus ꝑ Geſtis ponere, ut Lucanus: Licet ingentes abruperit actus. Nã Cicero, quos hic Actus uo-

ſum crimen bonis obiectat. Quòd ſi uita iſtius memoriam uicerit; illam P.C. non ex oratione, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis. iam dabo operam quammaxime potero, ut breue id faciam. Neque noſtra uobis hæc inutilis altercatio erit P.C. plerũq; enim Reſp. priuatis creſcit inimicitijs; ubi nemo ciuis, qualis ſit uir, poteſt latere.

cat, poſtea Geſta acres geſtas nominat, imo poſtremum Actiones. Et ipſe D. Eraſmus πράξεις τῶν ἀποστόλων, Apoſtolorum geſta maluit dicere, quàm uel actus, quod uulgaris interpres uel Acta, quod D. Cyprianus uerterat. De eo quòd falſum crimen bonis obiectat.}

Pro Quòd, uetuſtus codex habet Qui, atque ita legendum puto. Continuo poſt. Quòd ſi uita iſtius memoriam uicerit, aliam, P.C. nõ ex oratione, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis.} Badius, Vita, putauit auferendi caſus, at ita uerbum Iſtius, omittit. Ego uero puto, Vita in nominandi caſu poſitum, ac Alium, maſculino genere, non, Aliam fœminino legendum, atque ita reciprocatio in Suis, locum quoque habebit. Et Alium, in uniuerſum dictum ẽ, quaſi diceret, unumquẽque aliũ. Nec ſic Salluſtius excluſus eſt.

Continuo poſt rurſus uetuſti codicis lectio ſecus, quàm uel Aldinus, uel alij habent codices ita legit. Iam dabo operam quammaxime potero, breue ut faciam: neque hæc altercatio noſtra uobis inutilis erit, P.C.} Quàquã ſimplicius eſt, quod habet codex Aldinus, ut breue id faciam. Sed illud, Neq;, nõ eſt ponendum poſt hæc uerba, Altercatio hæc, ut idẽ codex male, meo quidẽ iudicio hẽt. Cæterũ q. Cic. Scipiones ac Metellos introducit, cũ Sallu. Paulos, Fabios, ac itẽ Scipiones noĩaſſet; puto factũ pp C. Mariũ, et hiſtoriã iugurthinã: niſi quis p Metellos; aut Fabios, aut Paulos reponendum exiſtimet.

Primum igitur, quoniam omniũ maiores Criſpus Salluſtius ad unum exemplum & regulam quærit; uelim mihi reſpondeat, nunquid ij quos protulit, Scipiones & Paulos, ante fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quàm eos res geſtæ ſuæ, & uita innocentiſſime acta cõmendauit. Quòd ſi hoc fuit illis initium nominis & dignitatis: cur nõ æque đ nobis exiſtimetur; cuius & res geſtę illuſtres ſunt, et uita integerrime acta: quaſi uero tu ſis ab illis uiris Salluſti ortus: quòd ſi eſſes, nõnullos iã tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus uirtute mea p̃luxi; ut, ſi prius noti non fuerint, à me accipiãt initium memorię ſuę: tu tuis uita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras; ut etiam ſi fuerint egregij ciues, certe uenerint in obliuioucm. Quare noli mihi antiquos uiros obiectare: ſatius ẽ enim me meis rebus geſtis florere, q̃ maiorum opinione niti; & ita uiuere, ut ego ſim poſteris meis nobilitatis initiũ, & uirtutis exẽplum. Neq; me cum ijs conferri decet P.C. qui iam deceſſerunt, omniq; odio carent et inuidia; ſed cum ijs, qui mecum unà in Repub. uerſati ſunt. Sed ſi fuerim aut in honoribus petẽdis nimis ambitioſus (nõ hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor; ſed illam pernicioſam contra leges, cuius primos ordines Salluſtius duxit) aut ĩ gerẽdis magiſtratibus; aut in iudicandis maleficijs tam ſeuerus; aut in tuenda rep. tã uigilans, quam tu proſcriptionem uocas: credo quòd nõ omnes tui ſimiles incolumes in hac urbe uixiſſent. At

SILVI. Primum igitur.} Abſoluto prooemio accedit Cicero ut maledictis reſpondeat. Ad unum exemplum & regulam.} Vt omnium maiores ſint ciues Romani & uiri conſulares. Ad id reſpondet, quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi, &c. Itemq; ad id, O ro te Romule Arpinâs, &c. Aut opinionis aut gloriæ.} Autore Valla libro 3. illud dicitur, magna authoritate eſt uir, uel magnæ authoritatis. ſed raro ſine adiectiuo, duntaxat in genitiuo. Nã in ablatiuo nunquam. ut Cicero in Salluſtium: Nunquid quos p̃tulit Scipiones & Metellos, ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ. Eſt illa igitur ſententia: Nunquid Scipiones & Metelli famam & gloriam apte conſecuti ſunt, quàm eos ſuæ res geſtæ, & uita innocentiſſime acta cõmendauit? Nunquid quos protulit.} Idem Valla eodẽ lib. ſcripſit hunc locum ab alijs legi, Nunquid eos quos protulit, etc. ab alijs, Nunquid ij quos protulit. ab alijs, Nũquid quos p̃tulit.

Hoc}. i. res geſtæ, & uita ĩnocẽtiſſime acta. De nobis. etc.} Nobis ẽ pluralis p ſingulari. iõ eo relatiuũ. cuius numeri ſingularis ad rẽ ſignificatam, non ad dictionem refertur. Meis maiorib.} id eſt, patri, auo, abauo, alijsq; authore, Valla lib. 6. oẽs qui ante nos fuerũt, qui liberos in noſtra ciuitate reliquerunt, maiores dicũtur, qui uero poſt nos, poſteriores aut poſteri. His exẽplis utitur, ut id doceat, refutetq; Pauli iuriſconſulti ſententiam, qui maiores eſſe dixit, qui fuiſſent ante patres, auos, proauos, abauos, tritauos, ut poſteros poſteriores, qui poſt trinepotes futuri eſſent. Præluxi.} Prælucere proprie dicitur ſeruus, qui ardentem tædam præfert. Suetonius in uita Auguſti: Per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; prælucentem exanimaſſet. Per translationem ſuis ſe maioribus Cicero dicit præluxiſſe. Quemadmodum enim qui tædam præfert, prælucet ijs qui alioqui in tenebris eſſent: ita Cicero maiores ſuos qui tanquam in tenebris erant, uirtute ſua illuſtrauit. Quam turpiter egiſti.} Salluſti uita quàm turpis, quàm libidinoſa fuerit, legere licet apud Crinitũ in eiuſdem uita. Antiquos uiros.} Apud Vallam melius ſcriptum eſt. Antiquos meos. Antiquos autem appellat, maiores. Opinione.} ideſt dignitate & gloria. Cum ijs.} maioribus meis. Sed ſi fuerim.} In codicibus alijs ſcriptum eſt, Sed ſi fuiſſem. Reſpondet ad ea, quæ de cõſulatu ſibi obiecit Salluſtius.

Popularem ambitionẽ.} Ambitionis duo genera ſignificat. unum, cũ quis gerens magiſtratum, operam dat, ut quod utile & gratum populo ſit, efficiat. alterum, cum quis petens magiſtratum, largitione populũ corrumpit. contra quam latæ ſunt leges de ambitu, quales fuerunt Calphurnia & Tullia. Primos ordines ducit}. i. princeps eſt. In iudicandis maleficijs.} id eſt puniendis coniuratis. Maleficia dicit, pro ijs qui uulgo malefactores dicũtur. Quam tu proſcriptionem uocas.} Nã dixit Salluſtius: Quæ crudeliſſimam proſcriptionẽ ciuiũ ppeſſa eſt.

quãto meliore loco Reſp. ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium una cum illis adnumeratus eſſes? an ego tunc falſo ſcripſi, Cedant arma togæ; qui togatus armatos, & pace bellũ oppreſſi? an illud mẽtitus ſum, Fortunatam natam me conſule Romam; qui tantum inteſtinum bellum & domeſticum urbis incendium extinxi? Neque te tui piget homo leuiſſime; cũ ea culpas, quę in hiſtoriis mihi glorię ducis. An turpius eſt P.C. ſcribentem mentiri, quàm illud palàm hoc ordine dicentem. Nam quòd meam ætatem increpuiſti; tantum me abeſſe puto ab impudicitia, quantum tu à pudicitia.

ſa eſt. Credo quod non oẽs.} De iis enim ſumptũ fuiſſet ſupplicium. Sceleſtorum ciuium} .i. coniuratorum. Neq; te tui piget.} In codice alio ſcriptum eſt. Nũquid te tui piget. Quæ in hiſtoriis.} de bello Catilinæ. Ciceronis enim uigilantiam, diligentiam, uirtutem in emendanda, & opprimenda coniuratione, Salluſtius commendauit.

Scribẽtem mentiri.} Prima hiſtoriæ lex eſt, ut ait Cicero lib. de Oratore 2. ne quid falſi dicere audeat, deinde ne q̃d ueri tacere audeat, ne qua ſuſpitio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Eodẽ quoq; eodem in libro authore, hiſtoria teſtis ẽ temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis. Scribentem.} id eſt hiſtoricum.

Quàm illum.} in codice antiquo eſt, quàm illud. Eſt autem ſententia. Tu de me mentitus es aut in hiſtoriis, aut in oratione, quam in me modo in Senatu habuiſti. nam pugnantia dixiſti. In ſcribenda hiſtoria mentiri turpe eſt, mentiri præſente Senatu minus turpe non eſt. Nam quòd ætatem.} Nam inceptiua particula eſt. Nam q., accipi pro eo quod eſt, quòd autem, aut quòd uero, ſcripſit Valla lib. 2. citatq; locum cum qui paulo poſt ſequitur: Nã quòd iſta inuſitata rabie, &c. Nam quòd, ſignificat quod uulgo dicunt, quãtum ad id. Aetatem increpuiſti} .i. adoleſcentiã uehementer reprehendiſti & uituperaſti, ut in oratione in Vatinium teſtem: Eius uiri diſceſſum increpas, quem uides omnium ciuium deſiderio, ipſius denique Reipublicæ luctu eſſe reuocatum.

GLAREANVS.

Sed ſi fuerim, aut in honoribus petendis nimis ambitioſus.} Poſt Ambitioſus diſtinguendum, imo omnia uerba uſq; ad alteram coniunctionẽ aut, in Parentheſi concluderẽ, oppido elegantẽ cõparationem duarũ ambitionum continentia. Quatuor autem enumerat falſo obiecta: quæ ſi uera, inquit, erunt, tui ſimiles plurimi corruiſſent. Hic locus in Aldino codice peſſime diſtinctus eſt, & partim corruptus. Nam pro, In hac urbe uixiſſent, repoſuit, In urbem ueniſſent. Et nota dicendi, genus per relatiuum ad poſteriora genere conformatum, Quam tu proſcriptionem uocas. Item illud, Credo quòd nõ omnes tui ſimiles uixiſſent. Continuo poſt, idem codex legit: At q̃to meliore loco reſp. tuẽda ſtaret. Sed nemo habet illud Tuenda. Nec ego q̃d ad ſenſum faciat intelligo. Itẽ, Fortunatã natã.} illud Natã, nõ oẽs hñt codices, Badius ẽt demẽdum putat. Paulo poſt: Quid.n. mẽtiri turpe duces.} Idẽ Aldi. codex falſo, Dicis, repoſuit.

Sed quid ego de te plura loquar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi auſus ſis eloquentiam ut uitium obiicere; cuius ſemper nocẽs eguiſti patrocinio? an ullũ exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? an ulla alia putas eſſe rudimẽta & incunabula uirtutis, quibus animi ad glorię cupiditatem aluntur? Sed minime mirum eſt P.C. ſi homo, qui deſidiæ ac luxuriæ plenus ſit, hæc, ut noua, atque inuſitata miratur. Nã quòd iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam inuaſiſti; quæ facilius mulieres ſe à uiris abſtinuerunt, quàm tu uir à uiris: ſatis docte ac perite feciſti: nõ enim me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuas cõpellarem. unus enim ſatis es materiæ habens: neq; quicquam turpius eſt domi tuæ q̃ tu. Multum te uero opinio fallit, qui mihi putaſti parare ĩuidiam ex mea re familiari, quę multo mihi mĩor eſt, q̃ habere dignus ſum. atque utinam ne tanta quidem eſſet, quãta eſt, ut potius

SYLVI. Sed q̃d ego de te plura querar.} In codicibus aliis melius ſcriptum eſt Loquar, quàm querar. Cuius ſemper nocẽs.} Bis enim ad iudicis ſubſellia Salluſtius attractus eſt. Mutuam tibi gratiã relaturum.} Referre gratiam, quia in bonam partem ferè dicimus in malam hoc in loco dici attendendum eſt. Tuos.} uxorem & liberos. Ex mea re familiari}. i. ex mea opulentia. Vt potius amici mei uiuerent, quàm ego teſtamentis, &c.} Vt in ſecũda Philip. Hæreditates mihi negaſti uenire. utinam hoc unum uerum crimen eſſet, plures amici mei & neceſſarii uiuerent. Sed qui iſtuc tibi uenit in mentem? Ego enim amplius ſeſtertûm ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Quanquam in hoc genere fateor feliciorem eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit hæredem, ut cum illo commodo, ſi quod erat, animi quidam dolor iũgeretur: Te is quẽ nũquam uidiſti, L. Rubrius Caſſinâs fecit hæredem, &c. Ducẽties ſeſtertiûm ualet quingenta millia aureorum, ut collegit Budæus de aſſe. Furori Tribuni plebis ceſſi.} P. Clodius Tribunus plebis, ut inimicum ſuum Ciceronem ulciſceretur, eum uocauit in iudicium, quod de ciuibus Romanis indicta cauſa ſupplicium ultimum ſumpſiſſet. Res eò redacta eſt, ut Ciceroni fuerit uel cum Clodio armis decertandum, uel ex urbe diſcedendum. Vt armis decertaret amici hortabantur, atque auxilium pollicebantur. Sed uidebat Cicero decertari nõ poſſe ſine magno Reipublicæ incommodo, itaque maluit ex urbe diſcedere, ut fuſius dicit in oratione pro P. Seſtio. Quamuis.} id eſt quamcunque. Suum annum.} quo erat Tribun. pleb. Tribunatus enim annuus erat. Pace et otio reſederunt.} poſtquã abiit Tribunatu. Animo quidem meo.} id eſt mea uoluntate, meo iudicio. Superet.} reliquam uitam meam. Populuſq; Romanus frequens.} Cicero menſe decimo poſtquam diſceſſerat reuocatus, maxima celebritate exceptus eſt. Dum enim redeuntem eum complecterentur, eiuſq; aduentui gratularentur, diem ferme totum eſſe conſumptum, ut Demoſthenĩ Athenas reuertenti cõtigit, author eſt Appianus libro ſecundo. Neque hercule mirum eſt.} Ciceronis leuitatẽ in amicitiis Salluſtius reprehẽderat. Ad id Cicero reſpondet. Ancillatus ſum.} id eſt, ſeruiũ

ui. Vt à ſeruo ſeruire, ita ab ancilla ancillari deducitur. Titinius apud Non. Marcellum, Dotibus deliniti ultro etiã uxoribus ancillantur. Hæc autem uox rara eſt. Me addixi.} id eſt, in temporariam ſeruitutem dedi, quod faciunt qui obærati ſunt. Inter ſeruum & addictum quæ ſit differentia, Quintilianus libro ſeptimo de definitione præcipiens, explicat. Ex addictis hic trãslatio ſumitur. Audacias.} Rarum ẽ, ut audacias in numero plurali dicamus. ut Actione in Verrem quinta: Vultis iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare? Et pro P. Sylla: Quantas audacias, quàm incredibiles furores, quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum, quantos aceruos facinorum reperietis?

Audacias timuerunt.} Melius timuerunt, quàm metuerunt, ut in codicibus alijs ſcriptum eſt.

Quicquam poſſe, niſi pro uobis.} id eſt, ullam poteſtatem habere. Ex uobis potentia freti.} id eſt, ex ueſtro ordine Senatorio. quales fuerunt P. Clodius, A. Gabinius, L. Piſo, C. Cæſar. Virtutibus.} id eſt, fortitudini & ſtrenuitati. Temeritas tua reprehendetur, &c.} Qui amicos etiam minime ſtudioſos reipub. retineas, nec in amicitiam

amici mei uiuerent, ꝗ̃ ego teſtamentis eorũ locupletior eſſem. Ego fugax Criſpe Salluſti? furori tribuni plebis ceſſi: utilius duxi quàmuis fortunam unus experiri, ꝗ̃ uniuerſo populo Rom. ciuilis eſſe diſſenſionis cauſa: qui poſteaꝗ̃ ille ſuum annũ in Rep. perbacchatus eſt, omniaq́; quæ commouerat, pace et otio reſederunt: hoc ordine reuocante atq; ipſa Rep. manu retrahente me, reuerti. qui mihi dies ſi cum omni reliqua uita confera tur, animo quidem meo ſuperet; cum uniuerſi uos, populusq́; Ro. frequẽs aduentu meo gratulatus eſt? tanti me fugacem, mercenarium patronum hi æſtimauerunt. Neque hercle mirum eſt, ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias æſtimaui: non enim uni priuatim ancillatus ſum, neq; me addixi; ſed quãtũ quiſque Reip. ſtuduit, tãtum mihi fuit aut amicus, aut inimicus. ego nihil plus uolui ualere ꝗ̃ pacem; multi priuatorum audacias nutrierunt: ego nihil timui, niſi leges; multi arma ſua timere uoluerunt: ego nũquam uolui quicquam poſſe niſi pro uobis; multi ex uobis potentia freti, in uos ſuis uiribus abuſi ſunt. itaque non eſt mirũ, ſi nullius amicitia uſus ſum, qui non perpetuo Reip. amicus fuit. neque me pœnitet, ſi aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sextij inſolentiam repreſſi, aut Bibuli patientiam culpaui, aut uirtutibus Cæſaris faui: hæ laudes enim egregij ciuis & unicæ ſunt. Quæ ſi tu mihi ut uitia obijcis; temeritas tua reprehendetur, non mea uitia culpabuntur.

aſciſcas eos qui reipublicæ ſtudioſi ſunt.

GLAREANVS.

In uxorem et in filiã meam inuaſiſti.} Quidam codices nõ habent Meam. Sed nota illud dicendi genus, In filiam inuaſiſti.

Item paulo poſt, Mutuã gratiam relaturum, in malam partem. Ego fugax Criſpe Salluſti?} Hæc hactenus uerba interrogatiue legenda, ſequentia non item. Quod utrinq; codex Aldinus neglexit. Item Vnus experiri, habent uetuſti cod. melius quàm Vnius, quod Aldinus. Mox Qui, poſtquam ille ſuum animum, &c. Longum hyperbaton uſque ad Reuerti, Qui reuerti, poſtquam ille ſuũ annum perbacchatus eſt. De P. Clodio loquitur. De die autem reditus ſui ab exilio, ipſe Cicero copioſe diſſerit lib. 4. ad Atticum epiſtola prima. Aduentu, item, meo, uel intelligitur In, ait Badius, uel ablatiuus ꝓ datiuo eſt poſitus. Multi arma ſua timeri uoluerunt.} Aldinus codex Timere legit, ſed non recte, ut puto. Videntur autem uel ex hoc loco hæ orationes habitæ poſt C. Cæſaris cædem. Nam haud ſcio, uiuente illo auſus'ne fuiſſet ita libere loqui Cicero.

aſciſcas

Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet dicẽdum P. C. nõ apud uos, quos habui omnium actionum mearum monitores. Sed ubi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt uerbis? Nunc ad te ut reuertar Salluſti, patremq́; tuum præteream; qui ſi nũquam in uita ſua peccauit, tamen maiorem iniuriam Reip. facere non potuit, ꝗ̃ quòd te talem filium genuit: neq;, tu ſi qua in pueritia peccaſti, exequar; ne parentem tuum uidear accuſare qui eo tempore ſummam tui poteſtatem habuit; ſed qualem adoleſcentiam egeris. hac enim demonſtrata, facile intellegitur, ꝗ̃ petulanti pueritia, tam impudicus &

SYLVI. Actionum.} id eſt, actorum. Maiorem iniuriam, &c.} Magna eſt Salluſtiorum patris & filij uituperatio. Neque tu ſi quæ in pueritia peccaſti.} Legi etiam poteſt, neque quæ in pueritia peccaſti. Eadem utrobique ſententia eſt. Sed qualem adoleſcentiam egeris.} exequar. Poſteaquam immenſæ gulæ.} Salluſtius in gratiam Cæſaris Cn. Pompeium ſcriptis ſuis uituperauit, eumq́; ore improbo atque animo inuerecundo eſſe ſcripſit. Quocirca Lenæus Pompeij libertus Salluſtiũ acerbiſſima ſatyra lacerauit, nebulonem, lurconem, popinonẽ, laſtaurum, quaſi meretriculam & ſcortum, & uita ſcriptisq́; monſtroſum appellans, ut ait Suetonius libro de Illuſtribus grammaticis. Exoleuerat }.i. præterierat, & creſcendi finem fecerat. Vnde exoleti dicuntur, authore Sex. Pompeio. qui creſcere deſierũt. Cupiditatibus.} id eſt, libidinibus. Turpiſſime uenalem habuit.} id factum creditum eſt, ut iudices corrumperet, apud quos de adulterio cauſam dicturus eſſet. Neque pudet, &c.} Illud ſæpe facit Cicero, ut idem crimen aut ſimile in aduerſarium retorqueat, quod aduerſarius obiecerat. Tyrocinio.} id eſt, inſcitia & ignorantia. Abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani.} Hoc ſacrilegium Nigidianum, cuius cõſcius fuit Salluſtius, quod fuerit, legere non memini. Nec de Publio Nigidio Figulo, ut homine doctiſſimo, ita uiro probatiſſimo, credendum eſt. Ad iudicis ſubſellia.} Authore Aſconio Pædiano in Diuinationem Ciceronis, ſubſellia ſunt Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum & huiuſmodi minora iudicia exercẽtium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebãt. Bis ad iudicis ſubſellia attractus }.i.

bis in

*procax adoleueris: poſteaquam immenſę gulæ, impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit, & ętas tua iam ad ea patiēda quę alteri facere collibuiſſet, exoleuerat; cupiditatibus infinitis efferebaris: ut quæ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in alijs experireris. Ita nō eſt facile reputare P.C. utrum inhoneſtioribus corporis partibus rem quęſierit, an amiſerit. domum paternam uiuo patre turpiſſime uenalem habuit; uendidit: & cui dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia: neque pudet à me eum quęrere, quis in P. Craſſi domo habitet; cū ipſe reſpōdere non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. at hercule lapſus ętatis tyrocinio, poſtea ſe correxit non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani: bis iudicis ad ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit; ut nō hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. Primum honorem in quæſtura adeptus, ſecutus eſt hunc locum, & hunc ordinē deſpectū; cuius aditus ſibi * quoque ſordidiſſimo homini patuiſſet. Itaque timens ne facinora eius clam uos eſſent, cum omnibus matrumfamiliarum uiris opprobrio eſſet, confeſſus eſt uobis audientibus adulterium: neque erubuit ora ueſtra. uixeris ut libet Salluſti; egeris, quę uolueris; ſatis ſit unum te tuorum ſcelerum eſſe conſcium. Noli nobis languorem & ſoporem nimium exprobrare: ſumus diligētes in tuenda pudicitia uxorum noſtrarum; ſed ita experrecti non ſumus, ut à te cauere poſſimus: audacia tua uincit ſtudia noſtra. Ecquod hunc mouere poſſit P.C. factum ac dictum turpe, quem non puduit palam uobis audiētibus adulterium confiteri? quòd ſi nihil pro me tibi reſpondere noluiſſem; ſed illud cēſoriū eloquium Appij Claudij & L. Piſonis integerrimorum uirorū, quo uſus eſt quiſq; eorum, pro lege palam uniuerſis recitarē; nō'ne tibi uiderer æternas inurere maculas, quas reliqua uita tua eluere non poſſit? neq; poſt illum delectum Senatus, te unquam uidimus: niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quò omnis ſentina Reip. confluxerat. At idem Salluſtius, qui in pace ne Senator quidē manſerat; poſtea quàm Reſp. armis oppreſſa eſt, & idem uictor, qui exules reduxit, in Senatum poſt quæſturam reductus eſt: quem honorem ita geſſit, ut nihil uenalem non in eo habuerit cuius aliquis emptor fuerit. Itaq; egit, ut nihil nō ęquū ac uerum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet: neque aliter uexauit, ac debuit, ſi quis prædæ loco accepiſſet magiſtratum.*

bis in iudicium de adulterio uocatus. **Extrema fortuna ſtetit.** } id eſt, fuit in periculo maximo, ut condemnaretur, ut extrema fortuna ſit ablatiui caſus.

Iudices peieraſſe } id eſt, iudices corruptos eſſe. iudices enim in leges iurabant, ut obſtricti religione iudicarent, ut ait Aſconius Pædianus. **Primum honorem** } i. primum magiſtratum.

Hunc locum & ordinem. } In codice ſancti Victoris ſcriptum eſt. hunc locum ſecutus eſt & ordinē deſpectus. i. abiectus homo Senator factus eſt. **Sibi quoque.** } Ipſi melius quàm ſibi ſcribendum uidere tur. Id referri uidetur ad Senatum, contra fas à Cæſare auctum, ut eſt apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo. **Cum omnibus matribusfamiliarum opprobrio eſſet.** } In codicibus alijs ſcriptum eſt, cum omnibus matrum familiarum uiris. Valla autem libro ſexto ſcribens opprobrium aliquando in facto eſſe, ſed ſæpius in uerbo, idq; eſſe quaſi exprobrationem atque conuiciū, hunc locum ita legit: itaque timēs ne facinora eius clam uobis eſſent, cum omnibus matribusfamilias ueſtris opprobrio eſſet, confeſſus eſt uobis audientibus adulterium. Nā Salluſtius, inquit Valla, uel ex eo quòd fœminis quibuscum ſe uſum habuiſſe notum erat, uel quod ipſe illis uulgo impudicitiā obijciebat, opprobrio erat. Eſt autem materfamilias, quæ in manū uiri per coemptionem conuenit, ut eſt apud Boetium lib. Cōmēta in Topi. Cice. 2. **Cōfeſſus ē adulterium.** } Vt paulo poſt. Quē non puduit palā nobis audiētibus adulteriū cōfiteri. Sæpius ante, à Latinis dici d̄ adulterio cōfiteri alio loco ſcripſimus. **Ora ueſtra** } i. ueſtrā, ut uulgo dicūt, præſentiā.

Erubuit ora ueſtra. } Genus hoc dicendi adnotandū eſt, quia uſitatum non eſt. **Experrecti.** } Hoc ad ſoporem refertur. **Vt à te cauere.** } Caueo te, & caueo à te, dicimus. Prius uſitatius eſt de eo alio loco plura ſcripſimus. **Studia** } i. diligentiam noſtram & uigilantiam.

Per me }. i. meis uerbis, mea oratione. **Cenſorum elogiū.** } id eſt cenſorum teſtificationem, in tabulas Cenſorias relatam. De elogio ſcripſimus in Catonem maiorem Ciceronis. Significat autem, Appium Claudium & L. Piſonem Cenſores eieciſſe Salluſtium ſenatu, propter cōfeſſa adulteria, aliasq; libidines.

Integerrimorum uirorum. } Haud ſcio an ſit L. Piſo, quem tam grauiter multis in locis Cicero inſectatus eſt. Id ſi ita eſt, reconciliata inter eos gratia credenda eſt: ut fuit inter eundē Ciceronem & A. Gabiniū, quē repetundarum reum Cicero defendit, ut ait Val. Maximus lib. quarto, de ijs q ex inimicis amici facti ſunt. **Poſt illū delectū Senatus.** } factum cenſoribus, qui te notauerunt. **In ea te caſtra.** } id eſt, in caſtra Cæſaris contra Pompeium. **Quò oīs ſentina Reip.** } Tranſlatio eſt, qua Cicero fœditatem hominū ſignificat, ut ait Quintil. libro octauo, ut inuectiua in Catilinam prima: Sin tu, quod te iamdudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitū magna & perniccioſa ſentina Reipublicæ. Et inuectiua ſecunda: O fortunatam Rempub. ſiquidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit. Salluſtius in Catilina: Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxime præſtabant, item alij qui per dedecora patrimonia amiſerant, poſtremo omnes quos flagitiū aut facinus domo expulerat. hi Romam ſicut in ſentinam confluxerant. In ciuili bello Cæſaris & Pompeij omnes boni ciues Pompeium, improbi Cæſarem ſecuti ſunt. **In pace.** } ante bellum ciuile. **Et idem uictor, qui exules.** } Ita in codicibus propè omnibus ſcriptum inuenio. Quia tamen ſententia mihi ſatis libera uiſa non eſt, arbitror legendum, à uicto-

re eo qui exules reduxit,ut ea ſententia ſit: Salluſtium primum in Quæſturam,deinde in Senatum,à Cæſare uictore reductum. Cæſar enim,authore Suetonio,Prætorum,Aedilium,Quæſtorum,minorum etiam magiſtratuum numerum ampliauit, nudatos opere cenſorio,aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos reſtituit.

Quem honorem }.i.Quæſturam. Ac uerum dixeris }.i.iuſtū. Verum pro iuſto,& iuſtum pro uero dici,probat Budæus in adnotationibus in Pandectas. Neque aliter uexauit ac debuit, ſiquis prædæ.&c.}Sententia eſt:Salluſtius non aliter uexauit, quam debuit is qui magiſtratum loco prædæ accepiſſet, ſi quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet,ut accepit Salluſtius.

GLAREa. Sed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. } Ex hiſce uerbis certe nullus elicitur ſenſus. In alio codice legebatur: Sed abijt in ſodalitium ſacrilegi Nigidiani. Accuſat igitur Salluſtium Cicero ſacrilegij,quippe qui cum ſacrilegis ſodalitium habuerit. De Nigidiano autem quis fuerit, adhuc cogito. Secutus hunc locum & hunc ordinem deſpectum. } Vetuſtus codex nō habuit. Secutus eſt. Sed abſque eo non eſt ulius ſenſus,niſi aliud quippiam adponatur. Illud Deſpectum,ambigue dictum. Continuo poſt: Itaque timens, ne facinora eius clara nobis eſſent. Aldinus codex, Clam uos habet,ut accuſatiuum caſum habeat præpoſitio,quæ alioqui ablatiuum poſcit,ut Vir.in Poſt fecit: En unquam patrios longo poſt tempore fines. Vetuſtus tamen codex habet: Itaque timens ne facinora eius clam uobis eſſent. Quæ lectio placet. Paulo poſt minre,Experrecti poſitū pro uigilantes. Sed ita experrecti nō ſumus, ut à te cauere poſsimus. Quo uſus eſt quiſque eorum, pro lege.} Illud Eorum,qua ratione dictum ſit, haud equidem intelligo, etiamſi ad cenſores quidam referunt. Lectori iudicandum relinquo, num locus bene habeat. Et idem uictor,qui exules reduxit. Puto eum de C.Cæſare loqui iam cæſo,qui rempub. oppreſſit: cuius partibus adhæſit Salluſtius Nam de C.Sulpitio apud Florum lib. 77. qui infeliciter id tentauerat,intelligere uelle, plane ineptum ē. Verum quos exules reduxerit Cæſar,niſi quòd omnes eius partibus adhærentes,hoſtes à Senatu iudicati erant, mihi non liquet. Ego locum corruptum puto, & aliquot deſiderari uerba. Quod cur toties lectorem admoneam, ratio à nobis ſæpius nunc dicta ē.

Nec aliter uexauit ac debuit.} Non puto facile quenquam hunc locum intelligere,uexantur homines, non magiſtratus ipſe prædæ loco acceptus. Paulo poſt: Quòd tantum in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum exceſſerat. Pro Quòd,alibi eſt Quò,et exceſſerant,uerbum pluratiuo numero. Vnde ego ſuſpicor pro, quòd tantum,legendum,quò tanquam. & optime procedet ſenſus ad ſequentia uerba. De numero,quando cœtus utriuſque eſſe poteſt, nō magni refert: ego tamen & pluraliter legerem, & conceſſerant; non exceſſerant. Cinædum autem pro Cylonum legendum eſt. Non enim Feſti Pomp. expoſitio hic locum habet. Præterea Debitorum magis, quàm deditorum, & Notatiſsimi plus, quàm notiſsimi placet.

Peracta quæſtura,poſteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus ſimilitudine uitæ ſe coniunxerat, unus,iam ex illo grege uidebatur. Eius enim partis exēplar erat Salluſtius; quò tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum exceſſerat: quicquid impudicorum cylonum,parricidarum, ſacrilegorum,debitorum fuit; in urbe,municipijs,colonijs,Italia tota ſicut in fretis,ſubſederant; nominis perditi,ac notisſimi; nulla in parte caſtris apti,niſi licentia uitiorum, & cupiditate rerum nouarum. At poſteaquam prætor factus eſt,modeſte ſe geſſit & abſtinenter. nónne ita prouinciam uaſtauit; ut nihil neque paſſi ſint, neq; expectarint grauius ſocij nrī ī bello,quám experti ſunt ī pace,hoc Africam interiorem obtinente? Vnde tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum trayci, aut in naues contrudi? tantùm inquam P.C.exhauſit, quantum uoluit; ne cauſam diceret,ſeſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur. Quòd ſi quippiam eorum falſum eſt, hic palam refelle. unde tu qui modo ne paternam quidem domum relinire potueris; repente tanquam ſomnio bea-

SYLVI. Magna pignora eis dederat. }id eſt,magna dona, quæ amoris monimenta forent. Erat exemplar. } quod tanquam imitandū ſibi ille hominum grex proponeret. Quò }id eſt,in quem gregē, uel in quem Salluſtium. In unā uoraginem }.i.in abyſſum. Cylonum }.i.cinædorum. Hūc enim locum ita explicat Crinitus cap. 9 lib.7. ubi ex Sex.Pompeio docet,chilones appellari, qui ſint labris maioribus, & cilones ſine aſpiratione,& cum uno l, qui fronte prominentiore ſint.

Sicut in fretis ſubſederant. } ſi emendata lectio eſt,ſententia eſt,Omne hoc genus hominum in hoc grege ſicut in mari,quò omnis aqua profluit,ſubſederat.

Nulla in parte.} Melius ſcribatur,Nulla ex parte. Modeſte ſe gesſit.} Ironia eſt. Socij noſtri.} Afri. In bello }.i.ſi quod bellum gereretur. Fide nominum } .i. fide debitorum. Mutuam enim pecuniam nōnullis crediderat,quam trayciendā .i.tranſportandam Romam curarent. Ne cauſam diceret, } repetundarum. Seſtertiū duodecies }.i.triginta millibus aureorum. Modo}.i.ante quàm Prætor eſſes. Relinere potueris.} Redimere,non relinere, in codicibus alijs ſcriptum eſt.

Hortos pretioſisſimos. } Hi ſunt horti Salluſtiani, à ſcriptoribus Latinis multum celebrati. De his eſt apud Pomponium Lætum in libro de Romanorum antiquitatibus. Villam Tyburti. } Tyburtem enim,ut Tybur dicitur. Eſtq; oppidum ab urbe Roma diſtans millia ſex et decem. Hanc uillam C.Cæſaris antea fuiſſe ſignificat. Veteris uillæ. } Tyburtinæ. Non comeſo. } Authore Priſciano lib.x.à comedo comeſum & comeſtum inuenitur. Quibus rationibus }.i. quibus modis. Nihil ad omnium ſcelus. } In alijs codicibus melius ſcriptum eſt,Nihil ad tuum ſcelus.

Tantidem putas eſſe, &c. } Bis conſularem.itemq; bis triūphalem eſſe,maximum eſt. Bis autem ſenatorem & bis Quæſtorem fuiſſe, id parui ducendū eſt. Nihil eſt igitur,cur inſolentior fias Salluſtius, qui fiat bis ſenator & bis Quæſtor, cum bis conſularis & bis triumphalis non ſit. Omnium menſarū aſſecla. } Ab aſſequendo aſſecla dictus eſſe uidetur,ut menſarum aſſecla ſit is,qui alienas menſas ſequatur: Non.uero Marcellus aſſeclas dictos putat, q; adſint, & omnibus iusſis dominorum præſto ſint. Itaq; aſſeclæ ſerui ſunt,aut miniſtri, ut lib.de Diuinat.2. Is cum ei Troginorum Tetrarchiam eripuiſſet,& aſſeclæ ſuæ Pergameno neſcio cui dediſſet. Et Actione in Verr.

tus,hortos pretioſiſſimos, uillam in Tiburti C.Cæſaris,reliquas poſſeſſiones paraueris. Neque puduit quærere,cur ego P.Craſſi domũ emiſſem: cum tu ueteris uillæ dominus ſis,cuius paulo ante fuerat Cæſar; modo inquam patrimonio non comeſo, ſed deuorato: quibus rationibus repente factus es tam affluens, & tam beatus? Nam quis te faceret hæredem; quem ne amicũ quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit,niſi ſimilis,ac par tui? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum ſiue tu ſimilis es, ſiue illi tui;nihil ad omnium ſcelus, ac nequitiam addi poteſt. Verum, ut opinor,honores tui te faciunt inſolentem. Tu Criſpe Salluſti,tantidem putas eſſe bis ſenatorem & bis quæſtorem fieri; quanti bis conſularem, & bis triumphalem? Carere debet omni uitio,qui in alterum dicere paratus eſt.is demum maledicit, qui non poteſt uerum ab altero audire. Sed tu omnium menſarum aſſecla,omnium cubiculorum in ætate pellex,& idem poſtea adulter;omnis ordinis turpitudo es, & ciuilis belli memoria.quid enim grauius pati potuimus, quàm quòd te incolumem in hoc ordine uideamus? Deſine bonos petulantiſſima cõſectari lingua;deſine morbo procacitatis iſto uti;deſine unũquenq; moribus tuis æſtimare:his moribus amicum tibi facere nõ potes;uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi faciam P.C.ſæpe enim uidi grauius offendere animos auditorũ eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quàm eos qui commiſerunt. Mihi quidem oratio habenda eſt, nõ quid Salluſtius merito debeat audire; ſed ut ea dicam, ſi qua ego honeſte effari poſſum.

3. Se cum partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen Prætores & Coſſ. non legatorum aſſeclas recipere ſolere. In prima ætate.} id eſt, in pueritia & adoleſcentia. Poſtea.} id eſt, ætate maiore. Petulantiſſima conſectari lingua.} inſectari, non conſectari, apud Vallam libro quarto ſcriptum eſt. Moribus tuis.} id eſt, ſecundum mores tuos.

GLAREANVS.

Seſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur.} Et hic locus oſtendit poſt Cæſaris mortem has orationes habitas. Cæterum et ſeſtertio in auferendi caſu, & ſeſtertiũm in gignendi legitur. Idque licere multis elegantibus authorum exemplis oſtendit libro primo, de aſſe Budæus. Duodecies autem H-S faciunt triginta milia coronatorum. Mox: Vnde qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris. Vetus eſt lectio. Nec Quo legendum, nec Quidem omittendum, quod utrũque fecit Aldus eod. Porro Villam Tiburi legendũ potius quàm Tiburti, ut ego exiſtimo. Quod bis conſularem & bis triumphalem.} Vbi Cicero bis Coſ. fuerit, niſi uel alicui ſuffectus, uel Procos. factus bello in Syria geſto, ſcire non poſſum. Minus uero ubi bis triumphauerit, quem ne ſemel quidem triũphaſſe legi. Bello ciuili impeditus cum è Cilicia rediiſſet, ad Atticum longam ducit querelam. Ergo bis triumphalem ait, nõ autem triumphaſſe, quaſi diceret, qui triumphum merueram, ſi fortuna non inuidiſſet. Igitur non ab eo quod fuit,ſed ab eo quod eſſe, uel potuit uel iure debuit, ſeſe laudat. Vt uerum ſit, quod de eo dicit Seneca,Cicero ſe laudat. non abſq; cauſa, ſed abſque modo.

IN INVECTIVAM M. TVLLII Ciceronis Primam in L. Catilinam, ad Senatum.

Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

De Catilinæ coniuratione amplius dicere poſt Salluſtium, Plutarchum in uita Ciceronis, Appianum in libro.2. Bellorum ciuilium,mihi uidetur ſupernacaneum. Ideo quæ huic noſtræ rei propiora ſunt, ea ſolum attingam. L. igitur Catilinæ denunciatione,cum iam longius proceſſiſſet coniuratio, cõiurati in domum M. Leccæ VIII Id. Nouemb. nocte conſequente conuenerunt. Ea nocte dies Catilinæ exeundi,cæteris manendi conditio, cædis atque incendiorum per totam urbem deſcriptio conſtituta eſt. Iam ſe exiturum Catilina dixit,ſed paululum ſibi eſſe moræ,q. Cicero conſul uiueret. Tum C. Cornelius & L. Vargunteius Equites Romani polliciti ſunt ſe illa ipſa nocte paulo ante lucem uenturos,tanquam ſalutatum conſulem,& intromiſſos more conſulis & iure amicitiæ, in lecto eum interfecturos. Huius conſilij Cicero per Fuluiam factus certior,domum ſuam præſidijs ualidioribus firmat, duos Equites ad cædem, ut conſtitutum erat,uenientes, aditu prohibet. Eo ipſo die in templo Iouis Statoris ſenatum habet, ut ad eum referat de coniuratione, deq; reipub. periculo. In ſenatum Ca

M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM, Oratio prima.

QVOVSQVE tandem abutere Catilina patiẽtia noſtra? quãdiu nos etiã furor iſte tuus eludet? quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia? Nihil'ne te nocturnum præſidiũ Palatij,nihil urbis uigiliæ,ni

hil timor populi, nihil concurſus bonorũ omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horũ ora uultusq́; mouerunt? patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horum cõſcientia teneri coniurationem tuam non uides? Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, ubi fueris, quos conuocaueris, quid conſilij ceperis, quem noſtrum ignorare arbitraris? O tempora, ô mores. Senatus hoc ĩtelligit: cõſul uidet, hic tamen uiuit. viuit? imo uero etiam in ſenatum uenit, fit publici conſilij particeps, notat, & deſignat oculis ad cędem unumquenque noſtrum. Nos autem uiri fortes ſatisfacere Reip. uidemur, ſi iſtius furorem ac tela uitemus. Ad mortẽ te Catilina duci iuſſu cõſulis iampridem oportebat; in te conferri peſtem iſtam, quam tu in nos omnes iampridem machinaris. An uero uir amplisſimus P. Scipio Pontifex Maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum Reip. priuatus interfecit? Catilinam uero orbem terrarum cæde atque incendijs uaſtare cupientem, nos conſules perferemus?

tilina uenit, aut diſſimulãdi cauſa, aut ſui expurgandi, tanquam iniuria laceſſitus foret. Tum eũ nemo amicorum, nemo propinquorum ſalutauit. Ii, prope quos aſſedit, inal a ſubſellia ſeſe ſummouerunt. Cicero ſiue præſentiam eius timens, ſiue ira commotus, luculentam hãc, ut quod ait Salluſtius, atque utilem reip. habuit orationem, cuius hoc eſt Argumentum. Hortatur Cicero, impelliq́; Catilinam, ut cum ſocijs coniuratis ex urbe egrediatur in exilium, uel in caſtra Manlij, quòd conſilia eius de cæde conſulis, ſenatus, ciuiũ, urbisq́; incendio, et Italiæ uaſtatione, ſibi & ſenatui cognita ſint, quòd eius conatibus omnibus priuato conſilio obſtiterit. nihil in urbe eſſe quod eum delectare poſſit, quem omnes boni ciues metuunt & oderunt. Miſerum eum oſtendit, quòd cum ueniret eo ipſo die in ſenatum, nemo eum ſenator ſalutauerit, nemo ei aſſidere uoluerit. Vitandæ ſuſpicionis cauſa, ante Catilina ſe multis uiris clariſſimis in cuſtodiam dare uoluit: nullus eum aſſeruare uoluit. tanto metu omnium & odio flagrabat. Pollicitus eſt Catilina ſocijs, abire ad Manlium in caſtra: ab eo poſtulat Cicero, id ut faciat, quòd in caſtris Manlij eum improbis & ſui ſimilibus uerſari iucundum ei futurum ſit. Catilinam in Manlij caſtra proficiſci, quàm à ſe conſule interfici Cicero putat utilius. Nam primum ſi proficiſcatur, nemo de coniuratione dubitabit, deinde eum ſequentur omnes coniurati. Si in urbe necaretur, improbe factum putarent ij, qui de coniuratione dubitant, & coniuratorum grex totus in urbe remaneret. Quocirca hortatur eum cum coniuratis, ut exeat cum ſuo & ſuorum exitio, reiq́; publicæ ſalute.

QVouſque tandem.} Quamuis id fiat ſæpius, ut in orationis procemio ad auditores ſermo dirigatur: aliquando tamen ad aduerſarium directus acrior fit atque uehementior. Cicero pro Q. Ligario: Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum, &c. Salluſtius in Ciceronem: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinam: Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? author eſt Quintil. lib 4. Idem libro nono præcipiens, interrogatione acriorem & uehementiorem fieri probationem: Figuratum eſt, inquit, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi, ut pro Ligario: Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &: Quouſque tandẽ abutere Catilina patientia noſtra? &, Patêre tua conſilia non ſentis? Et totus denique hic locus, quãto, inquit, magis ardet, quàm ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Tandem.} Priſciano authore libro 15. hic repletiua coniunctio eſt. authore Seruio, cauſa ornatus ponitur. Vtriuſque ſententia Vallæ non probatur. Nam oratio interrogatiua plus habet uirium, quàm quæ figurata non eſt. Orationis interrogatiuæ uim particula tandem facit uehementiorem. Abutere patientia noſtra.} qui tandiu furores tuos æquo animo patiamur. Patiẽtia}. i. tolerantia. Quouſque tãdem abutere.} Nam furor fit læſa ſæpius patientia. Et ueterẽ patiendo iniuriam inuitas nouam, ut ait Publius Syrus.

Eludere, ut ait Donatus ĩ Eunuchum Terentij, enarrãs illud, Eludet ubi te uictum ſenſerit: proprie gladiatorum eſt, cum uicerint. citat hunc locum, additq́;: Eludere eſt, ludo finem imponere. Quem ad finem}. i. quouſque. i. quando audaciæ tuæ finẽ facies. Audacia ferè in mala re dicitur. Nihilne te nocturnũ} Quintil lib. nono, ab ijsdem uerbis plura acriter & inſtanter incipere docens, hoc Ciceronis exemplo rem probat, ubi nihil repetitur. Nihil urbis uigiliæ.} Vbi de coniuratione auditum certius eſt, decreuit ſenatus, uti Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hisq́; minores magiſtratus præeſſent, ut ait Salluſtius. Nihil timor.} Nam immutata urbis facies erat. Triſtitia inuaſit omnes, neque loco, neque cuiquam ſatis fidebant. Nihil cõcurſus bonorum.} Qui tum eſſe ſolet, cum ſeſtis reipub. opprimẽda eſt. Conſenſus, non concurſus legit Quintil. Nihil hic munitiſſimus.} ſenatus legimus, qui ſingulorum menſium Calendis & Idibus haberi ſolebat, in curia habebatur. Indictus autem, qui ſcilicet noua cauſa adueniente indicebatur, in loco augurato haberi ſolebat. Inde pro ſenatu ſæpe templum dicitur. Senatum autem in templo Iouis Statoris tum habuit Cicero, cum hanc in Catilinam orationem habuit. Id templum ad initium ſacræ uiæ, quæ ad Palatium ſpectat, ædificatum fuiſſe, Plutarchus in uita Ciceronis tradit. De hoc templo apud T. Liuium lib. 1. multa licet legere. Horum ſenatorum} Quos. ſ. uereri debueras. Conſc. teneri, & cæ.} id eſt, ab his omnibus ſenatoribus cognoſci. Conſtrictam rem conſcientia tenere, eſt rem ita certo ſcire, ut ea ex animo noſtro extorqueri non poſſit. Quid proxima nocte.} in domo M. Porcij Leccæ. A quo cõſilio, infra dicet. Quid ſuperiore nocte.} ideſt, proximam præcedente. Sua enim conſilia nocte cum coniuratis Catilina capiebat, quo illa nocturnis tenebris forent occultiora. Quid egerit.} Illud ex arte eſt, ut cum aduerſariorum nobis conſilium patefactum eſſe totum ſignificare uolumus, ex eo pauca dicamus. Tum enim reliqua nobis cognita ſuſpicabuntur. Quid conſilij ceperis.} id eſt, quid deliberaueris. O tempora, ô mores.} In magna rei quã tractat indignatione, Cicero id dicere ſolet. ut in actione in C. Verrem 6. & in oratione pro domo ſua ad Põtifices Priſcia. lib. 6. ſcribit hos loco O eſſe particulam indignandi. Quintil. lib. nono ſcribit, indignationis ſimulatione affectus auditorum moueri, ut O tẽpora, ô mores. Viuit, uiuit. Repetitio eſt, in qua prioris ſententiæ uerbũ ultimũ ac ſequentis primũ eſt idem. qua figura utuntur poetæ.

ſæpius

ſepius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in horas. Sed ne oratores quidem raro: Hic tñ uiuit, uiuit? immo etiam in ſenatum uenit. Publici conſilij. } quod ſenatus capit. Nos autem viri fortes. } ignauiam ſuam aliorūq; ciuium accuſat, qui ſibi reipublicæ ſatisfacere uidentur, ſi Catilinæ tela declinent, quem interficere debeant. Quamuis enim uiri fortis ſit, nonnunquam periculis ſe ſubtrahere, ſeq; reip. reſeruare, in hoc tamen Catilinæ furore non licebat. Vir ampliſſimus. } Argumentum à minore ad maius per comparationem. Vbi, ut ait Quintil. lib 8. non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus reipub. orbi terrarum, medio-

cris labefactatio cædi & incēdijs & uaſtationi, & priuatus conſulibus comparatur. P. Scipio Naſica. } De Tiberij Gracchi cæde cum alij multi, tum Plutarchus in uita Gracchorum ſcripſit. Vir ampliſſimus. } Hunc Scipionem T. Liuius lib 49. ait uirum optimum à ſenatu iudicatum eſſe. Priuatus }. i. nullum gerens magiſtratum, authore Cicerone lib. de Officijs primo, priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neque ſubmiſſum & abiectum, neque efferentem ſe nimis: tamen in republica ea uelle, quæ tranquilla & honeſta ſint. Hic tamen attende, priuatum dici eum qui ſit Pōtifex Maximus: ut T. Liuius libro uiceſimoprimo, C. Flaminium conſulem deſignatum appellat priuatum.

SYLVI. Nam illa nimis antiqua prætereo. } Id ſolet facere Cicero cum multa exempla citat, ut ante externa quàm domeſtica, ante antiqua quàm recentia memoret. hæc enim magis quàm illa mouent. Halæ exemplum, quod antiquius eſt, prætertire ſe dicit, alioqui ante Scipionem Hala citatus fuiſſet Hæc Sp. Melij cædes facta eſt circa annum ab urbe condita. 316. de qua T. Liuius multa in libro quarto. Q. Seruilius. } Hunc C. Seruilium Liuius appellat.

quo coniuratorum manus effugit Cicero, habita ſit hæc oratio. Vehemens } id eſt, urgens. Et graue }. i. ſeuerum & triſte. Non deeſt reip. conſilium. } quo conſilio hæc authoritas ſenatuſconſulti faciendi ſenatui permiſſa eſt. Nos nos Coſs. deſumus. } Priſci lib. 17. ſcribit, pronomen aliquando amplioris ſignificationis cauſa poni, ubi tantum ad alios omnes uidetur fieri diſcretio, ut Cice. in 1. lib. Inuectiuarū: Nos, nos, dico aperte, conſules deſumus. Intelligimus enim, quòd nemo alius niſi nos deſit. Vt L. Opimius Coſ. } Id apud Plutarchum in Gracchorum uita amplius ſcriptum eſt. Nox nulla interceſſit. } id eſt, eo ipſo die, quo id S. C. mandatum eſt, C. Gracchus interemptus fuit.

Nouis rebus ſtudentem } i. regnum affectantem. Fuit fuit. } Hæc geminatio amplificandi gratia fit ut, Occidi, occidi non Spurium Melium. Iſta quondam. } Quondam hic præteriti temporis eſſe, Priſc. lib. 15. docet, ut pro futuro Virg. dixit in Buc. Quondam tua dicere facta Tempus erit, & pro præſenti: idem in 2. Aenei. Quondā etiam uictis redit in præcordia uirtus. Habemus enim ſic } Enim hic eſt particula continuatiua, non cauſalis. In qua ſignificatione nonnunquam, ſed ſepius nam à Cicerone dicitur.

Senatuſconſultum in te. } In atroci negotio reip. ſenatus decernere ſolebat, ut uiderent conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet. Tum licebat cōſulibus exercitum parare, bellū gerere, ſocios ac ciues ad bellū cogere, domi militiæq; imperiū ſummum atque iudicium habebant. Aliter iniuſſu pop. Roma. harum rerum nulla conſuli poteſtas erat. Author eſt Salluſt. in bello Catilinario. Hoc ſenatuſconſultum. } Quando S. C. datum ſit, non conuenit. Dicit enim Salluſtius, id datum poſtq̃ C. Cornelius & L. Varguntelus Ciceronem Cos. opprimere domi conati ſunt. Antea factum Plutarchus in uita Ciceronis dicit. Quam ſententiam ſecutus mihi Cicero uidetur, quòd eo ipſo die

Nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Seruilius Hala, Sp. Meliū nouis rebus ſtudētē manu ſua occidit. Fuit, fuit iſta quōdā i hac Rep. uirtus, ut uiri fortes acrioribus ſupplicijs ciuem pernicioſum, quàm acerbiſſimum hoſtem coercerent. Habemus enim S. C. in te Catilina uehemens & graue: non deeſt Reip. cōſiliū, neq; authoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, cōſules deſumus. Decreuit quondam Senatus, ut L. Opimius Conſ. uideret, ne quid Reſp. detrimenti caperet: nox nulla interceſſit, mox interfectus eſt, propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus clariſſimo patre natus auis maioribus occiſus eſt cum liberis M. Fuluius conſularis. Simili Senatuſconſulto, C. Mario, & L. Valerio COSS. permiſſa eſt Reſp. Num unum diem poſtea L. Saturninum tribunum pl. & C. Seruiliū mors, ac Reipub. pœna remorata eſt? At nos uigeſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum authoritatis: habemus enim huiuſmodi ſenatuſcōſultū, ueruntamen incluſum in tabulis, tanquam in uagina reconditum: quo ex Senatuſconſulto cōfeſtim interfectū te eſſe Catilina conuenit. Viuis & uiuis non ad deponēdam, ſed ad confirmandam audaciam. Cupio. P. C. me eſſe clementem: cupio in tantis Reip. periculis me non diſſolutum uideri, ſed iam meipſum inertiæ nequitięq; condemno. Caſtra ſunt in Italia cōtra Remp. in Hetruriæ faucibus collocata. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus: eorum autem Imperatorem caſtrorū, ducēq; hoſtium, intra mœnia, atq; adeo in Senatu uidemus inteſtinam aliquam quotidie perniciem Reip. molientē.

Propter quaſdam. } Hoc dicit, ut C. Gracchi facinus, propter quod occiſus eſt, oſtendat leuius eſſe Catilinæ facinore.

Clariſſimo patre. } T. Sempronio Graccho, qui duobus cōſulatibus, duobus triumphis & cenſura ornatus fuit. Auis. } quorū auus maternus fuit Scipio Africanus maior. M. Fuluius Placcus. } C. Gracchi inferēdis legibus ſeditioſis ſocius, quia cum Graccho contra ſalutem reipub. fecerat, ſenatus ſententia interfectus eſt eodem die quo Gracchus, eius domus euerſa & publicata eſt. In qua porticum, poſt aliquanto Q. Catulus de manubijs Cimbricis fecit, ut ait Cicero in oratiōe ad pontifices de domo ſua. Cum liberis }. i. cum filio, cui facta optio eſt, ut genus mortis eligeret, ut ait Appianus in lib. 1. Liberos autem etiam pro unico filio dici, A. Gellius ſcribit. C. Mario & L. Valerio Placco Coſs. } De quo pluribus agit Cicero in oratione pro C. Rabirio perduellionis reo. C. Seruilium Glauciam, & L. ſaturninū ſeditio-

ſis legibus rempub. lacerantes, & comitia cædibus diſcutiētes, C. Marius ſextum Cos. in curia Hoſtilia morte multauit, ut Velleius lib. 2. author eſt. Num unum diem mors remorata eſt }. i. Nunquid interempti ſunt eo ipſo die quo factum eſt S.C. Re pub. pœna. } quia ſcilicet reſp. ſeditioſos ciues multare ſolet. Viceſimum iam diem. } Negligentiam ſuam uel nimiam patientiā arguit. Quo inquit, die hæc S.C. data ſunt, pernicioſi ciues interfecti ſunt. Viceſimus iam dies eſt, cum hoc S.C. habemus, nec dum eo in Catilinam uſi ſumus. Hebeſcere aciem. } Vnde ſit metaphora, ſatis patet, quia hoc S.C. datum ſit tanquam gladius, quo necetur Catilina. Quòd autem tam diu quieſcat, uelut rubigine acies eius hebeſcit & obtunditur. Ferrum enim, ut apud A. Gellium Cato ait, ſi non exerceas, rubigo inficit. Horum ſenatorum. } Communi accentu acuto in media, alioqui interfici dicendum eſſet. Viuis et uiuis. } Hāc uocis geminationem, ubi aliquid interponitur, uehementiorem eſſe Quintil. lib. nono præcepit. ut: Bona, miſerum me, conſumptis enim

lacrymis

lacrymis tamen infixus animo hæret dolor: bona, inquam Cn. Pōpeij acerbiſſime uoci ſubiecta præconis. Viuis & uiuis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. Non diſſolutum }. i. non inertem, non diffluētē, nō negligētē, tāq; reip. cura ſolutus ſim. Cicero Actione in Verrem 7. Intelligo maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quam in prætermittendo diſſolutum uideri. Inertiæ }. i. ſtultitiæ, quòd ſolertiam quæ inertiæ contraria ē, prudentiam Cicero appellet. Inertiæ igitur. i. ſtultitiæ. quòd clemēs & humanus eſſe uelim in eum, qui parricida patriæ eſſe cogitet, quæ mea quoque nequitia eſt. Caſtra ſunt. } Cneus Manlius, qui ſub L. Sylla ſtrenue militauerat, in Etruria Fæſulis cum alios multos, tum L. Syllæ ueteranos milites īperio Catilinæ habebat, qui princeps fuit belli faciendi. In Etruriæ faucibus }. i. Fæſulis, ꝓpe quas Florētia nō multo poſt deducta colonia ē. In Etruriæ faucibus } .i. in ingreſſu Etruriæ. In dies ſingulos dicit, cū indies obtineat dicēdi cōſuetudo. Imperatorem eorū }. i. Catilinam.

Si te iam Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero; credo erit uerendum mihi, ne hoc potius omnes boni ſerius à me, quàm quiſquam crudelius factum eſſe dicant. Verum ego hoc quod iam pridem factū eſſe oportuit, certa de cauſa nondum adducor ut faciam. Tunc denique interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id nō iure factum eſſe fateatur. Quandiu quiſquam erit, qui te defendere audeat: uiues, & uiues ita, ut nūc uiuis, multis meis & firmis præſidijs oppreſſus, ne commouere te cōtra Remp. poſſis. Multorum te etiam oculi, & aures, non ſentientem, ſicut adhuc fecerūt, ſpeculabuntur, atq; cuſtodiēt. Etenim quid eſt Catilina, quod iam amplius expectes: Si neque nox tenebris obſcurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere uocem coniurationis tuæ poteſt: ſi illuſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta iam iſtam mentem, mihi crede, obliuiſcere cædis, atq; incendiorum. Teneris undiq;: luce ſunt clariora nobis tua cōſilia omnia. Quæ ita mecum licet recognoſcas. Meminiſti'ne me ante diem xij. Cal. Nou. dicere in ſenatu certo die fore in armis, qui dies futurus eſſet ante diem VIII. Cal. Nouemb. C. Manlium audaciæ Satellitem, atque miniſtrum tuæ? Num me feſellit Catilina, quòd modo res tanta, tam atrox, tā incredibilis; uerum id, quod multo magis eſt admirandum, dies? dixi ego idem in ſenatu cædem te optimatum contuliſſe in ante diem V. Calend. Nouemb. Tum cum

SYLVI.

Ne hoc potius. } Apud Quintil. nono lego, Ne non potius. Vtimur, inquit, uulgo comparatiuis pro abſolutis, ut cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit, duo inter ſe comparatiua committimus. Si te Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit uerēdum mihi, ne non potius omnes boni ſerius à me quàm quisquam crudelius factum eſſe dicant? Hoc enim uerbum credo à Cicerone ſæpe dicitur in oratione interrogatiua, cum ironia, tanquam per parentheſin, ut in oratione contra Rullū in ſenatu: Vos hæc, niſi euertere remp. cuperetis, ac uobis nouam dominationem comparare, credo quàm ꝑnicioſa eſſent, non uideretis? Idem: Hoc motu atq; hac perturbatione animorum atque rerum, cum po. Ro. uox & authoritas cōſulis oſtēderit, ſummam tranquillitatem pacis & otij, uerendum, credo, nobis erit, ne ueſtra iſta præclara lex agraria magis popularis eſſe uideatur? Cum uero ſcelera conſiliorum ueſtrorum, fraudemq; legis & inſidias, quæ ipſi populo Romano à popularibus trib. plebis fiāt, oſtendēdo, pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat contra uos ī concione conſiſtere? Omnes boni. } ciues boni dicuntur, qui reip. ſtudioſi ſunt, etiam ſi improbi ſint homines. Nam bonus ciuis & bonus homo, eodē modo non dicuntur. Ariſtoteles libro Politic. 3. ubi docet boni ciuis et boni hoīs eādē uirtutē nō eſſe, boni ciuis uirtutem eſſe dicit, conſeruationem communis ſocietatis, ſocietatem uero eſſe rempublicam, quocirca ciuis

uis

uis boni uirtutem ad rēpublicā ſpectare. Sententia igitur eſt. Si te interfici iuſſero, nemo ex bonis ciuibus id à me factum crudelius dicet, ſed omnes potius dicent prius factum oportuiſſe. Iampridem factum eſſe oportuit. } id eſt, te Catilinam interfectum. Firmis præſidijs. } quæ ſcilicet in urbe collocaui, ut nocturnum præſidium palatij & uigilias. Oppreſſus. } id eſt, circundatus & circūuallatus, & circumcluſus. Cōmouere. } id eſt, mouere. ut paulo infra: Num inficiari potes, te illo ipſo die meis præſidijs, mea diligētia circūcluſum, cōmouere te contra rēpub. non potuiſſe? Non ſentientem. } id eſt, cum non animaduertes. Ad huc. } id eſt, hucusq;: quæ eius ꝓpria ſignificatio eſt, in qua Cicero uſurpare ſolet. Speculabuntur atq; cuſtodient. } id eſt, obſeruabunt. id eſt, attente uidebūt, & audient, quæ facies aut conſultabis. Illuſtrantur. } id eſt, declarantur & patefiunt. Teneris undiq;. } id eſt, arcana tua cōſilia, quæ noctem in priuatis parietibus cepiſti, tenemus & ſcimus: id eſt, ut uulgo dicunt, ſu da celaris. Mecum licet regnoſcas. } id eſt, ſi oblitus es, ea tibi in mētem reuocabo. Quo uerbo Cicero tum utitur, cum aduerſarij uitia ſibi cognita dicit. Ante diem V. Calend. Nouēb. } Hoc die Cicerone Cos. futura erant comitia conſularia. Sed pridie Cicero ad Senatum retulit, quoniam multa narrabantur quæ Catilina facturus erat, ut ꝑ eum fieret Cos. factum eſt S.C. referente Cicerone, ne eo die comitia haberentur. Quo die frequenti

quenti

multi principes ciuitatis Rom. non tam ſui conſeruandi, q̃ tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa profugerunt. Num inficiari potes te illo ipſo die meis præſidys, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Remp. non potuiſſe; cum tu diſceſſu cæterorum, noſtra tamen, qui remanſiſſemus, cæde contentum eſſe dicebas? Quid; cum te Præneſte Cal. ipſis Nouemb. occupaturum nocturno impetu eſſe confideres? Senſiſti'ne illam coloniam meo iuſſu, meis præſidys, cuſtodys, uigilysq; eſſe munitam? Nihil agis, nihil moliris nihil cogitas, quod ego non modo audiam, ſed etiam uideam, planeq; ſentiam. Recognoſce mecum tandem illam ſuperiorem noctem; iam intelliges multo me uigilare acrius ad ſalutẽ, q̃ te ad pniciẽ Reip. Dico te priore nocte ueniſſe īter Falcarios. Nõ agã obſcure, ĩ M. Leccę domũ cõueniſſe, eodẽ cõplures eiuſdẽ amentię ſceleriſq; ſocios. Num negare audes? Quid taces? cõuincã, ſi negas. Video enim eẽ hic in ſenatu quoſdã, q tecũ unà fuere. O Dy ĩmortales, ubi nã gentiũ ſumus? quã Rẽp. hẽmus? ĩ qua urbe uiuimus? Hic hic ſunt in nr̃o numero P. C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo, grauiſſimoq; conſilio, q de nr̃o, oĩumq; interitu, qui de huius urbis atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hoſce ego uideo conſul, & de Rep. ſententiam rogo; & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero.

quenti Senatu Catilinam Cicero excitauit, eũq; de his rebus iuſſit, ſi quid uellet, quæ ad ſe allatæ eſſent, dicere. Tum hæc Cicero Catilinæ prædixit. Ante diẽ xij. Cal. } Authore Priſ. lib. 18. dicimus tertiũ & tertio Cal. uel Non. uel Idus, uel Calendarum, Non. Iduum, pro in 3. die ante Calen. uel Non. uel Idus. Cicero in primo. Inuectiuarum: Meministi'ne me ante diem duodecimo Calen. Nouembrium. dicere in Senatu fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet ante diem yi. Calen. Nouẽb. Ante diẽ yi. calẽ. pro ante calẽ. dictum eſſe, idem Priſci. eodem lib. ſcribit. Adminiſtrum }. i. magnũ & præcipuum miniſtrum, qua uoce uſus ſæpe Cicero eſt. Ad enim habet uim intendendi, ut adamare, admirari, aduigilare.

Contuliſſe }. i. propoſuiſſe & deſtinaſſe. In ante diem }. ideſt in die qui eſſet ante diem. Tuorum conſiliorum reprimendorũ cauſa }. i. ne optimates, ut conſulueras, occideres. Illo ipſo die }. i. ante diem 5. calen. Nouẽb. Cum te Præneſte. } Hoc Præneſte & hæc Præneſtis, authore Seruio lib. Commenta. 7. dicitur. Superiorem noctem. } qua conueniſti

conueniſti in domum M. Porcij Leccæ ſenatoris cum coniuratis, quæ nox omnium temporũ cõiurationis accerrima fuit atque acerbiſſima, ut ait Cice. pro P. Sylla. Priori nocte }. i. ſuperiore. Inter falcarios. } Falcarij à falce dicti ſunt, qui falce metunt. Hos autem coniuratos appellat falcarios, propterea quòd ciuitatem omnem, adeoq; ipſa urbis ædificia tanquam falce metere, id eſt ferro igniq; omnia uaſtare, ut fœniſeca demetit omnia. ita hi nihil erãt relicturi. Inter falca. } ideſt cum falcarijs: uel ut exponit hunc locum Priſci. lib. 18. in eum locũ ubi erat falcarij. Hoc dicendi genere Cicero utitur etiam in oratione pro P. Sylla: Quid tandem, inquit, de illa nocte dicit, cum iter falcarios ad M. Leccam nocte ea quæ conſecuta eſt poſterum diem No. Nouemb. me Cos. Catilinæ denunciatione conuenit? Conſilio } id eſt, ſenatu. Video eſſe hic. } Salluſtius nominat XI. ſenatores, qui fuerunt ex coniuratione Lentulum, Antronium, Longinum, Cethegum, P. & Seruium Syllas, Varguntelum, Anniũ, Leccã, Beſtiã & Curiũ.

SYLVI. Diſtribuiſti partes Italię. } Nam Cn. Manlium Fæſulas, ſeptimum in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit, authore Salluſt. qui tamen ſcribit, has Italiæ partes ante diſtributas, quàm in domum Leccæ conuenerint. Cicero tamen pro P. Sylla, dicit ea nocte Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditionem, per urbem totam cædis atque incendiorum deſcriptionem conſtitutam eſſe.

Fuiſti igitur apud Leccam illa nocte Catilina: diſtribuiſti partes Italiæ: ſtatuiſti quò quenq; proficiſci placeret: delegiſti, quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres, deſcripſiſti urbis partes ad incendia, confirmaſti teipſum iam eſſe exiturum: dixiſti paululum tibi eſſe etiam nunc moræ, quòd ego uiuerem. Reperti ſunt duo equites Ro. qui te iſta cura liberarent, & ſeſe, illa ipſa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia uixdum iam cœtu ueſtro dimiſſo comperi, domum meam maioribus præſidys muniui, atq; firmaui: excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſeras: cũ illi ipſi ueniſſent, quo ego iam multis, ac ſummis uiris ad me uenturos id tem

Quos Romæ relinqueres. } Hac nocte conſtituit Catilina, ut cũ egrederetur ad exercitũ, Lẽtulus in urbe relinqueretur, Caſſius incẽdijs, Cethegus cædi præponeretur, ut ait Cicero pro P. Sylla. Deſcripſit urbis partes ad incendia. } Duodecim opportuna urbis loca ad incendia deſcripta eſſe, quibus Statilius et Gabinius præfecti eẽnt, Sallu. ſcribit. Confirmaſti. } id eſt, affirmaſti. Paululum tibi moræ }. i. nihil te remorari, niſi q uiuerem. Reperti ſunt duo equites Ro. } Hos Sallu. C. Cornelium & L. Vargũteium, Plutarchus et Appianus cum Cornelio M. Cethegum nominant. Dimiſſo. } id eſt, diſſoluto. ut dimitti ſenatum, dimitti exercitum, dimitti diſcipulos dicimus. Comperi per Fuluiam. } quæ omnia Ciceroni patefaciebat. Excluſi }. i. aditu prohibui. i. in domũ meam non recepi. Quos tu mane ad me. } Hi enim duo equites Rom. ceperant conſilium, ut prima luce Ciceronem. Cos. tanquam ſalutatum uenirent, ut intromiſſi Ciceronis more & iure amicitiæ, eum in lecto ſuo trucidarent, ut ait Cic. pro P. Sylla. Hi ianua prohiberi ſe ĩdigne ferẽtes, in ipſis foribus ita acclamauerũt, ut in apertã ſuſpicionem uenerint.

Id temporis. } Id temporis, & id ætatis, pro eo tempore & ea ætate ſæpe dicit Cice. libro Epiſto. ad Atticũ 13. Venit ad me, & quidem id temporis, ut retinẽdus eſſet. Idem de Finibus 5. Is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. Idẽ lib. Epiſto. familia. 6. Ita uiximus, & id ætatis iam ſumus, ut omnia

poris eſſe prędixeram. Quę cū ita ſint Catilina, perge, quò cœpiſti; egredere aliquando ex urbe, patent portę proficiſcere. Nimium diu te Imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderāt. Educ tecum omnes tuos: ſi minus, quamplurimos: purga urbem. Magno me metu liberabis, dūmodo inter me, atq; te murus interſit. Nobiſcū uerſari iā diutius nō potes: non ferā, nō patiar, nō ſinā. Magna Dijs īmortalibus habenda ē grā, atq; huic ipſi Ioui Statori antiqſſimo cuſtodi huius urbis, quòd hanc tam tetram, tam horribilem, tāq; infeſtam Reip. peſtem toties iam effugimus. Non eſt ſępius in uno homine ſalus ſumma periclitanda Reipub. Quandiu mihi conſuli deſignato Catilina inſidiatus es, nō publico me præſidio, ſed priuata diligentia defendi: cum proximis comitijs conſularibus me conſulem in campo, & competitores tuos īterficere uoluiſti; compreſſi tuos nefarios conatus amicorum pręſidio, & copijs, nullo tumultu publice concitato. Denique quotieſcunq; me petiſti, per me tibi obſtiti. quanquā uidebam perniciem meam cum magna calamitate Reipublicę eſſe coniunctam. Nunc iam aperte Remp. uniuerſam petis: templa Deorum immortalium, tecta urbis, uitā omnium ciuium, Italiā denique totam ad exitium, & uaſtitatem uocas. Quare, quoniam id, quod primum, atque huius imperij, diſciplinęq; maiorum proprium eſt, facere non audeo: faciā id quod eſt ad ſeueritatem lenius, ad communem ſalutem utilius. Nā ſi te interfici iuſſero, reſidebit in Rep. reliqua coniuratorum manus: ſin tu (quod te iam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina Reip.

quæ non noſtra culpa nobis acciderint, fortiter ferre debeamus. Perge quò cœpiſti.} Quintil. lib. nono ubi de dictionum repetitione præcipit: Congregantur, inquit, uerba idem ſignificantia. Quæ cum ita ſint, Catilina pge quò cœpiſti, egredere aliquando ex urbe, patent portæ, proficiſcere. Et in eodē, alio libro: Abijt, exceſſit, erupit, euaſit, nimium iamdiu. tulius Rufinianus Epitropem eſſe dicit, cum figurate concedimus, ut quod uelit quis faciat. Virg. I, ſequere Italiam uentis, pete regna per undas. Et Cicero: Proficiſcere, nimium iādiu te imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderant. Murus interſit.} Parietes priuati ſunt, muri uero et mœnia publica ſunt, ut ianua priuatorum ædificiorum eſt, porta publicorum, murus urbis. Huic ipſi Ioui Statori.} cuius in templo ſenatus hic habebatur. Antiquiſſimo cuſtodi huius urbis.} Cum Sabini cum Romulo bellum gerentes, Capitolium Tarpeiæ proditione occupaſſent, Romulus inclinata ſua acie, fuſaq; ad ueterē portā Palatij, ab Ioue precatus ē, ut fœdā ſuorū fugā ſiſteret: ibiq; Ioui Statori tēplū uouit, qđ monumētū eſſet poſteris, Iouis pñti ope urbē ſeruatā eē. ut ait T. Liuius lib, 1. Nec ob id credas primum Romæ hoc tēplum fuiſſe Iouis enim Feretrij ante hoc primum Romæ templum ſacratum fuiſſe, idem ſcribit. Stator Iuppiter à ſiſtendo dicitur, quod authore Gellio habet præteritum ſtiti, & habet ſupinum ſtatum. Inde ſtatus condictusq; cum hoſte dies, in lege tab. xij. & in primo. de Offi. dicitur. Tanquam infeſtam reip peſtem.} infeſtum, ut ait A. Gelius lib. 9. id dicitur, quod malum infert cuipiam. Cicero peſtem & perniciem appellare ſolet, id quod damnum afferat maximum. Periclitanda.} ideſt, in periculis uerſanda, & ad exitium petenda.

tenda. In uno homine} .i. in me Cicerone, cuius ſalus cum reip. ſalute cōiuncta eſt. Proximis comitijs.} quibus Cicerone conſule D. Syllanus & L. Murena Coſs. deſignati ſunt. Anno enim ſuperiore Catilina conſulatus repulſam paſſus, in hunc annum petiuit cōſulatum. Quo die haberentur comitia, Cicero q. homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina ſciret, deſcendit in cāpum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorum uirorum, & cū illa lata & inſigni lorica, ut idem ait in oratiōe pro L. Murena. In cāpo.} Martio. Nullo tumultu }. i. nullo bello, aut belli apparatu, aut nulla publica ciuiū pturbatione concitata.

Me petiſti.} Petere honorē, famā, fortunas alicuius, iugulum, caput, hoīem, Remp. ferè in re mala dicimus. Perniciē meā.} .i. meam perniciem redūdaturā in reip. calamitatem. Id quod primum }. i. præcipuum, ut uocem populum Roma. ad arma ex S. C. teq; interficiam. Diſciplīneq; maiorū. } Hæc enim authoritas S. C. in atrociore periculo reip. à maioribus inſtituta eſt. Ad ſeueritatem lenius. } id eſt, minus ſeuerum.

Sentina Reip. } Quēadmodū uſu uenire ſolet, ut qcqd humoris corrupti in corpore ſit, id totum ulcus ad ſe contrahat; quicquid aquæ in naui eſt, id ad ſentinam confluat: ita in ciuitate quotquot improbi ſunt, ad aliquem unum improbitate inſignem concurrunt. Id in hac Catilinæ coniuratione factum eſt. Nam ut ait Salluſtius, qui ubique probro atque petulantia maxime præſtabant, qui per dedecora patrimonium amiſerant, omnes denique quos flagitiū aut facinus domo expulerant, ij Romam ſicuti in ſentinam confluxerūt. Quinti. lib. 8. de Metaphora ſcribens, dicit Ciceronē recte ſentinam reip. dixiſſe, cum fœditatem hominum ſignificaret.

SYLVI. Non iubeo.} Nam id inuidioſum eſſet Romæ, & penè regium, ſi Coſ. iuberet ciuem in exilium ire. Extra iſtam coniurationem} .i. exceptis tuis coniuratis. Extra enim pro præter dicitur. Cic. libro Epiſto. familiarium. 8. ad Curionem: Derideri te putas. nunc demum intelligo te ſapere. Sed, me hercule, extra iocum, ualde mihi tuæ literæ facetæ elegātesq; uiſæ ſunt. Idem in oratione pro domo ſua: Ciuis eſt nemo in tanto populo extra cōtaminatam illam et cruentam P. Clodij manum,

num, qui rem ullam de bonis meis attigerit, qui te non metuat, ut parricidam patriæ, qui te non oderit ut improbum hominem et flagitioſum. Vel quia quem metuunt oderunt, quem quiſque odit periſſe expetit, ut ex aliquo poeta Cicero ait de offi lib. ſecundo. Domeſticæ turpitudinis.} Nam tu fratrem occidiſti, quem mortuum, ut uiuum à Sylla proſcribi impetraſti, ut legum pœnas euitares. Tu filium necaſti, ut Aureliam Oreſtillam uxorem haberes. Tu cum filia concubuiſti. Hæc ſunt

Quid eſt Catilina? num dubitas id me imperāte facere, quod iam tua ſponte faciebas? Exire ex urbe conſul hoſtem iubet. Interrogas me, num in exilium? Non

iubeo: ſed ſi me conſulis, ſuadeo. Quid enim Catilina eſt quod te iam in hac urbe delectare poſſit? in qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominũ qui te non metuat, nemo, qui te nõ oderit. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta uitę tuę eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hęret infamiæ? Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis unquam, quod flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarũ illecebris irretiſſes, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætuliſti? Quid uero nuper? cum morte ſuperioris uxoris nouis nuptijs domum uacuam feciſſes, non'ne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? quod ego prætermitto, & facile patior ſileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas, aut extitiſſe, aut non uindicata eſſe uideatur. prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus ſenties. Ad illa uenio, quę non ad priuatam ignominiam uitiorum tuorum non ad domeſticam tuam facultatem, ac turpitudinem, ſed ad ſummam Reip. atque ad omnium noſtrum uitam, ſalutemq́; pertinẽt. Poteſt'ne tibi huius uitę hęc lux Catilina, aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus? cum ſcias eſſe horum neminem, qui neſciat te pridie Calen. Ianua. Lepido & Tullio COSS. ſtetiſſe in comitio cum telo, manum conſulum, & principum ciuitatis interficiendorum cauſa parauiſſe? ſceleri ac furori tuo non aliquam mentem, aut timorem tuum, ſed fortunam populi Ro. obſtitiſſe?

Hæc ſunt partim apud Salluſtium, partim apud Plutarchũ in uita Ciceronis. Nota non inuſta.} Inurere notam, pro eo quod eſt ignominiam & dedecus afferre, ſæpe Latini ſcriptores dicunt. Cicero pro A. Cluẽtio: Qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciuis innocenti, is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur? Idẽ pro P. Sylla: Neque enim nunc ppulſandæ calamitatis ſuæ cauſa ſupplex ad uos iudices confugit, ſed ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Inurere maculã, odiũ, dolorem, uulnus, aliaq́; eiuſdem generis multa dicimus. Nõ hæret.} id eſt, inſidet & infixũ eſt, et manet. Cicero pro P. Sextio. Si iſti Cypriæ rogationi ſceleratiſſimæ non paruiſſet, hæreret illa nihilominus in rep. turpitudo. Idem pro M. Cælio: Quare iſta conditio iudices reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat: id eſt, Cælio infixum ſit & noceat. Terent. in Hecyra, Sola hic fuiſti, In te oĩs hæret culpa Soſtrata. Nõ ad audaciã ferrum.} Catilina authore Salluſtio, maxime iuuenũ uel adoleſcentium familiaritates appetebat, eorũ animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. nã ut cuiuſque ſtudiũ ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atque equos mercari, poſtremo neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq́; ſibi faceret. Ad audaciam ferrum }. i. arma, tela, ſicas. Ad libidinem facem }. i. ſcorta. Superioris uxoris }. i. prioris. Domum uacuam feciſſes }. i. filium ex ea ſuperiore uxore necaſſes. Catilina captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio uacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. author Salluſt. Alio incredibili ſcelere }. i coitu cum filia. Quam ex ſtupro filiam Catilina ſuſtulit, eam poſtea habuit uxorem, ut ait Aſconius Pædianus in Cõmen. in ora. Cice. in Catilinã & Antonium. Cumulaſti. } id eſt, præter hoc ſcelus grauius

grauius aliud commiſiſti. Sileri }. i. à me non dici. Proximis Idibus. } id eſt, Idibus Nouemb. Senatus enim legitimus ſingulorum menſium calen. & Idibus habebatur, ut iam diximus. Spiritus cœli }. i. ſpiratio aeris, id eſt hæc uita, quæ ſine ſpiritu eſſe non poteſt. Pridie calen. Ianuarij. } Mos fuit Romanorum, ut noui conſules in concione, quam primam haberent, popu. Ro. gratias agerent, quòd ſuffragio ipſius facti eſſent conſules, maiorumq́; laudes exponerent. ut ait Cice. in oratione contra legem agrariam Rulli, quam Calen. Ianu. habuiſſe ſe dicit in oratione in L. Piſonem. Pridie calẽ. Ian. } L. Torquatus & L. Cotta deſignati Coſ. actionem primam habituri erant L. Catilina, P. Antronius et Cn. Piſo circa nonas Decemb. communicauerũt conſilium, ut eos conſules interficerent. Ea re cognita, rurſus in Nonas Februa. conſilium cædis tranſtulerunt. Iam tum non conſulibus modo, ſed pleriſq́; ſenatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignũ ſocijs dare, ex eo die poſt cõditam urbem Romam peſſimũ facinus patratum foret, quia nondũ frequentes armati conuenerant. ea res conſilium diremit. author eſt Salluſt. Pridie calen. } Priſci. lib. 14. Pridie, inquit, more præpoſitiõis accuſatiuo adiungitur. Cicero in 1. Inuectiuarũ. Pridie cal. Ianuarias, Calendas tamen Ianuarias cædi conſulum deſtinatas fuiſſe, Salluſt. ſcribit. Lepido & Tullio Coſ. } de horum cõſulum nomine inter ſcriptores non conuenit. Aſconius Pædianus L. Volcatium & Tullium, Salluſtius L. Tul. & M. Lepidũ, Cicero pro Sylla Lepidũ & Volcatium. Idem hic Lepidum et Tullium appellat.
In comitio. } ubi habẽda cõcio erat. Cũ telo. } qđ neq; in comitiũ, neq; in forũ, neq; in curiã ferri licebat. Principũ }. i. ſenatorũ et ciuium primariorũ. Vt. n. dux belli eſt, ita princeps eſt ciuitatis.
Aliquã mẽtẽ. } Alij legũt, metũ aliquẽ. Fortunã reip. obſtitiſ. } Reip fortunæ id tribuit, q̃ Catilina ſignum dare maturauerit.

SYLVI.

Ac iam illa omitto, neq; enim ſunt aut obſcura, aut non multo poſt commiſſa. Quoties tu me deſignatum,

Ac iam illa }. ſ. quæ ſequuntur. Non multo poſt cõmiſſa. } id eſt, anno ſecundo. Nam Conſules Torquatum & Cottam Catilina necare conatus eſt. Poſt hos Conſules facti ſunt L. Cæſar & C. Figulus. His Coſ. Cicero & C. Antonius Coſ. deſignati sũt. Petitiões conijcere gladiatores dicuntur, cũ aduerſario uulnus ... infligere

infligere conantur. Ictum gladij iacere uulgo dicunt. Petere hominem quid ſit, ante diximus, unde petitio appellata eſt. Hæc igitur metaphora à gladiatoribus tota facta eſt. Gladiatorẽ poſtea Catilina appellat. Petitiões cõlectas aduerſarij qui ſunt rudi. id eſt, ſine armis & clypeis, aut parua declinatione euitant, aut

corpore effugiunt, Seruius enarrans illud Virg ex lib. Aenei. 9. At Niſus ruit in medios, ſoluſq; per omnes Volſcentem petit: Petit, inquit. i. appetit, Petitiones enim proprie dicimus, impetus gladiatorum. Vnde Cice. Quot ego tuas petitiones ita coniectas: declinationem intelligit, cum ad eludendum ictum aduerſarij corpus in hãc uel in illam partem inclinamus. Inde factum eſt, ut declinare pro eo quod eſt uitare dicamus. Cic. in 1. de Offic. Declinetq; ea quæ ei nocitura uideantur. Corpore effugere prouerbiali ſententia eſt, periculum iam imminens ac penè premens arte quadã declinare. Trãſlatũ à gladiatoribus, ictũ modico flexu corporis fallẽtibus. author eſt [redacted].

Mihi latere. } id eſt, mihi incognitum eſſe. Virg. tamen in lib. Aeneid. 1. dixit, Nec latuere doli fratrẽ Iunonis, et iræ. Quod uſitatius eſt, In tempore. } id eſt, opportune, quo ſcilicet tempore ſcire mihi utile ſit. Terentius in Hecyra: Opportune te mihi Phidippe, et in ipſo tempore oſtendis. Idem in Heautontimorumeno: in tempore ad eam ueni, quod uerũ omnium eſt primum. Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus. } id eſt, quoties tuis conatibus reſtiti. Et tanquã tua tibi è manibus extorta fuiſſet, ſica, nihil confeciſti. ut in 1. Offi. Cicero de oppreſſa coniuratione: Conſilio, inquit, diligentiaq; noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa ipſa arma ceciderũt. Caſu aliquo } eſt, quoties conatus tuus caſu aliquo & fortuna reipu. eluſus eſt, ut pridie Calẽ. Ianua. & No. Febru. Sica à ſecãdo quaſi ſeca genus erat gladij parui, ad cædem faciendã, quod facile occultari poſſet. Inde ſicarius, qui ſica hominem occidit. Sed p abuſionẽ authore Quintil. lib. x. ſicarios etiã omnes uocamus, qui cædem telo quo. ũq; commiſerint, homicidas dicunt.

Initiata ſacris } .i. ſacrata.

quoties me conſulẽ interficere uoluiſti? Quot ego tuas petitiões ita coniectas, ut uitari, poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore: neq; tamen conari, ac uelle, deſiſtis. Quoties iam, quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties uero excidit caſu aliquo & elapſa eſt? tamen ea carere diutius non potes. quæ quidem, quibus abs te initiata ſacris, ac deuota ſit, neſcio: quòd eam neceſſe putas conſulis in corpore defigere. Nunc uero quę tua eſt iſta uita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus eſſe uidear, quo debeo, ſed ut miſericordia, quę tibi nulla debetur. Veniſti paulo ante in Senatum: quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac neceſſarijs ſalutauit? Si hoc poſt omnium hominum memoriam contigit nemini, uocis expectas contumeliam, cum ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus? Quid, quòd ab aduentu tuo iſta ſubſellia uacua facta ſunt? quid, quòd omnes conſulares, qui tibi perſæpe ad cędem conſtituti fuerunt, ſimul atq; aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam, atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferẽdum putas? Serui me hercule mei, ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuũt omnes ciues tui; domum meam relinquendã putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et ſi me meis ciuibus iniuria ſuſpectum tam grauiter, atq; infenſum uiderem, carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis oĩum conſpici mallem. tu cũ conſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas, odium omnium iuſtum & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes ſenſuſq; uulneras, eorum aſpectum præſentiamq; uitare? Si te parentes timerent, atq; odiſſent tui, neq; eos ulla ratione placare poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quæ communis eſt omnium noſtrum parens, odit, ac metuit, et iamdiu de te nihil iudicat, niſi de paricidio ſuo cogitare: huius tu neq; authoritatẽ uerebere, neq; iudiciũ ſequere, neq; uim pertimeſces? Quę tecũ Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam tot annis facinus extitit, niſi per te nullũ flagitium ſine te; tibi uni multorum ciuium neces; tibi uexatio, direptioq; ſociorum impunita fuit, ac libera; tu non ſolum ad negligendas leges & quęſtiones, uerũetiam ad deuincendas, perfringendaſq; ualuiſti: ſuperiora illa, quanquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli; nunc uero me totum eſſe in metu propter te unũ, quicquid increpuerit, Catilinam timeri; nullũ uideri contra me conſilium iniri poſſe, quod à tuo ſcele

Cultris enim utebantur in mactandis uictimis, ut Aenea Hecatæ ſacrificante apud Virg. lib. Aenei 6 Supponunt alij cultros tepidúmque cruorem Suſcipiunt pateris. Authore Seruio in cõmen. in lib. Aenei. 2. frons uictimæ, & foci, & cultri, mola ſalſa aſpergebãtur. Huiuſmodi cultro uictimario ĩ profana re uti non licebat. Deuota }. i. addicta ſacris & deſtinata, ut in libro Aenei. 12. Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris Succedet fama, uiuuſq; per ora feretur. Cõſulis in corpore. } Eam enim primum uoluit defigere in corporibus Torquati & Cottæ Coſſ. poſtea ſæpe ĩ corpore Ciceronis Coſ. Paulo ante. } ſed hoc ipſo die. Neceſſarijs } .i. propinquis. Quis te ſalutauit? } In Senatum uenit Catilina, ut coniurationis ſuſpicione ſe purgaret, ſed adeo creuerat eius odium, ut id fruſtra tentaret, quippe cum prope eũ nemo ſenator aſſidere uoluerit ſed ab eo ſe quiſque auerteret lõgius, ut ante diximus. Si hoc contigit nemini. } Morem fuiſſe ſignificat, ut quòd in ſenatum intret, eum ſaltem amici et propinqui ſalutarent. Grauiſſimo iudicio taciturnitatis. } Quòd te amici & propinqui non ſalutauerunt, id eorum ſilentium, tacitum de te iudicium erat. Cõſtituti tibi. } id eſt, à te. Partem iſtam ſubſelliorum. } id eſt ne tibi aſſiderent ſurrexerunt, aliòque ſeſſum iuerunt.

Serui mehercule mei, } Authore Quintiliano libro octauo, amplificatio per comparationem, incrementum ex minoribus petit. Augẽdo enim quod infra eſt, ex quo ſumitur comparatio, neceſſe eſt extollat id quod ſupra poſitum eſt. Cicero in Catilinam, Serui me hercule mei &c. Vrbem non arbitraris? } relinquẽdam. Agnoſcas conſcientia ſcelerum tuorum. } id eſt, quod tu tibi ipſe conſcius ſis. Odium iuſtum. } ut opponat ei quod dixit, iniuria ſuſpectum.

re abhorreat, non eſt ferendum. Quamobrem diſcede, atq; hunc mihi timorem eripe: ſi uerus, ne opprimar; ſin autem falſus, ut tandē aliquando timere deſinam.

ctum. Omnium noſtrum parens.} pro eo quod eſt, noſtra omnium parens dicit, ut paulo ante: Ad omnium noſtrum uitā ſalutemq; pertinent. Item, Qui de meo noſtrumq; omnium interitu cogitent. Odit ac metuit.} Alium ante ſeruauit ordinem: Nemo qui te non metuat, nemo qui te non oderit. Si te parentes timerent atque odiſſent. Parricidio ſuo.} id eſt, interitu ſuo, quæ communis eſt omnium noſtrum parens. Sic agit} i. ſic loquitur. Tacita.} uſitatius, quàm tacens. ut paulo poſt: Quorum uoluntatem tacitorū perſpicis. Ad rei amplificationem proſopopœia i. perſonæ fictione nonnunquā utimur, cum ſ. abſenti, aut mortuo, aut mutæ rei, aut inanimæ ſermonem damus. In qua ſeruari decorum illud poeticum oportet, hoc eſt, ut ficta perſona dicat, quod ſi uiua adeſſet, diceret. Vtimur enim fictione perſonarum, ut ait Quintil lib. 11. & uelut alieno ore loquimur dandiq; ſunt ijs quibus uocem accommodamus ſui mores. de hac nō pauca

pauca idem cum alijs in locis, tum in lib. tertio ſcribit. Tot annos.} ut in primo, æneid. Vna cum gente tot annos Bella gero. Hoc tamen in loco Quintil. lib. nono legit aliquot annis. Nullum flagitium ſine te.} L. Syllā in crudeli proſcriptione ſecutus eſt. Prioris & poſterioris coniurationum author fuit. Tibi uni, &c.} id eſt, nemo ciuem Romanū præter te occidit, qui multos occidiſti. Direptio uexatioq;.} L. Catilina Prætor obtinuit Africam. inde cum rediſſet Cotta & Torquato Coſſ. à P. Clodio adoleſcente repetundarum accuſatus, abſolutus eſt, ut ait Aſconius Pædianus in commentarijs in orationem Ciceronis in L. Catilinam & C. Antonium competitores. Impunitam.} Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum primo, & in oratione in L. Piſonem, dicit Catilinam bis abſolutum fuiſſe. Quæſtiones.} id eſt, iudicia. de qua uoce in Ciceronis Milonianam ſcribimus. & Quintil. libro tertio.

SYLVI. Tuliſſes reſponſum} i. accepiſſes, ut ferre pūctum & ferre tribum. i. accipere tribus ſuffragia. Horatius: Oē tulit pūctum, qui miſcuit utile dulci. Cice. pro Cn. Plan.: Quòd queſtus es plures te teſtes habere de Voluſinia, quàm quot in ea tribu pūcta tuleris. Idē: Quācunque tribum inquam delegeris, quam tulerit Plancus, tu oſtendito ſi poteris uitium: ego qua ratione tulerit, docebo. Repulſam ferre idem dicit in lib. de Finibus bo. 5. Aniano populo repulſam fert. Morari.} non habitare, ſed moram trahere. Aequo animo}. i. pacato & quieto. Abire in aliquas terras.} id eſt, regiōes. T. Liuius lib 21. terras in hac ſignificatione dixit. Aut in alias terras transferendum bellum. Ereptam.} liberatam, ſubtractam. Fugæ ſolitudiniq; mandare.} Qui enī deliquerunt, ſtimulo conſcientiæ aut pœnæ metu exagitati profugiunt, latenteſq; ſolitudinem quærunt. Mandare ſe fugæ, eſt profugere, mandare ſe ſolitudini, eſt ſe occultare & ſolitudinē quærere. i. hominum aſpectum euitare. Refert, inquis, &c.} Cum habebatur Romæ ſenatus cōſulum alter ad ſenatum referebat id de quo faciendum ſenatuſconſultum erat. nec aliter ullum fieri S. C. licebat. Ideoq; Cicerone exulante, P. Clodius lege cauit, ne quis conſulum ad ſenatum referret de reuocando Cicerone. Referre ad ſenatum ē, ponere in deliberationem ſenatus, ut fiat ſenatuſconſultum, ut ferre ad populum, eſt ponere in deliberationem populi ut ferat ſuffragium.

ſuffragium. Hic ordo}. i. ſenatus. Sibi placere decreuerit}. i. ſenatuſconſultum fecerit. Abhorret à meis moribus.} Dicebat ante Cicero, cupere ſe clementem eſſe. & in tantis Reip. periculis nō diſſolutum uideri. Idem in oratione pro P. Sylla, ſe natura eſſe dicit lenem & miſericordē. Si igitur in ſenatum referret Cicero de Catilinæ exilio, ſeueritatē contra naturam ſuam aſſumere uideretur.

Hæc ſi tecum, ut dixi, patria loquatur, non'ne impetrare debeat, etiam ſi uim adhibere non poſſit? Quid, quòd tu te ipſe in cuſtodiam dediſti? Quid, quòd uitādæ ſuſpiciōis cauſa apud M. Lepidum te habitare uelle dixiſti? à quo nō receptus etiam ad me uenire auſus es, atque domi meę te aſſeruari rogaſti? cū à me quoq; id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe his parietibus tutum eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quòd iiſdē mœnibus contineremur: ad Q. Metellum prętorem ueniſti, à quo repudiatus ad ſodalem tuum uirum optimū M. Marcellum demigraſti, quē tu uidelicet et ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad ſupplicādū ſagaciſſimum, ad uindicandum fortiſſimum fore putaſti. Sed quàm longe uidetur à carcere, atq; à uinculis abeſſe debere, qui ſeipſum iam dignū cuſtodia iudicauerit? Quę cū ita ſint Catilina, dubitas, ſi hic morari æquo animo nō potes, abire in aliquas terras, et uitā iſtā multis ſupplicijs, iuſtis, debitiſq; ereptam, fugę ſolitudiniq; mandare? Refer, inquis, ad Senatū, id enim poſtulas: & ſi hic ordo ſibi placere decreuerit, te ire in exiliū, obtemperaturū te eſſe dicis. Nō referā id quod abhorret à meis moribus, ſed tamen faciā, ut intelligas quid hi de te ſentiāt. Egredere ex urbe Catilina: libera Remp. metu: in exiliū, ſi hāc uocē expectas, proficiſcere. Quid eſt Catilina? quid attendis? quid animaduertis horū ſilentium? patiuntur, tacent. Quid expectas authoritatem loquētium, quorū

Quid hi.} Senatores. Animaduertis horum ſilētium.} ſententia eſt: Cum dico tibi, egredere in exilium, ſenatores tacent, id ſi dicerē uiro bono, ut Sextio uel Marcello, in hoc loco ſenatus iure optimo mihi uim afferret. Tacito itaque iudicio ſenatus dignum te exilio putat, hoc ipſo in templo Iouis Statoris. Rem enim differendam ſenatus non putaret, nec loci ſanctitas tueri me poſſet. tanta eſſet dicti atrocitas. Paulo ante,} cū uenires in ſenatū. Quorū ego.} id eſt, quos uix iamdiu retineo, quin tibi uim et manus inferāt. Meditere} cogites. Tibi iſtā mentem.} ut in exilium fugere uelles. Mea uoce.} id eſt mea oratione. Animum induxeris ire.} Inducere animum, & inducere in animum cum infinitiuo, eſt putare, arbitrari, uelle, perſuaderi. Teren. in Andria: Per ego te deos oro, ut ne illis aīum inducas credere, quibus id maxime utile eſt. Idē in Eunucho: Qui huic aſſentari animum induxeris, ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. Idem in Hecyra: Leuia ſunt quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuū.

Idem in Andria poſuit cum gerūdio: Cum illa animum induxit tuum, hoc quod cuperes aliquo pacto efficiũdum tibi. In præſens tempus. } pro eo quod eſt in præſenti tẽpore. Nam ut ait Priſcianus lib. 18. Latini præpoſitionem In accuſatiuo ſæpe adiungunt loco ablatiui. Terentius in Eunu. In quem exempla fient, pro In quo. Idem in Adelphis, Vereor ĩ os te laudare amplius: pro in ore. Cicero Inuectiuarum primo: Si minus in præſens tempus, at in poſteritatem impẽdeat. Salluſt. in bello Catilinæ, hoc dicendi genere uſus eſt: Si cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat, nihilominus inſontes ſicuti ſontes circumuenire & iugulare. Recẽti memoria ſcelerum tuorum } id eſt cũ adhuc erit recens memoria ſcelerum tuorum. In poſteritatẽ } quod in poſterũ ſæpe dicit. Vulgare magis eſt in futurum, qua uoce Liuius raro utitur. Quã ta tẽpeſtas inuidiæ }. i. uis inuidiæ. Inuidia autẽ hic ea eſt, quæ mala gratia uulgo dicitur. Nõ eſt mihi tanti. } Ariſtote. libro Ethic. 3. dicit inuidiam uiro forti metuendam, quæ tamẽ Reip. cauſa ſuſcipitur metuenda non eſt. Iſta igitur inuidia mihi tãti nõ ẽ. i. eã tãti nõ facio. Sed tu ut uitijs, &c. } Sententia eſt, Nõ ẽ poſtulãdũ ut cõmoueare tuis uitijs: is enim non es, ut à turpitudine unquam te pudor reuocauerit. non eſt poſtulandũ, ut pœnas legum pertimeſcas: is enim non es, ut te à periculo metus reuocauerit, &c. ut etiam poſtremum poſtremo reſpõdeat. Vt temporibus Reip. concedas }. i. ut ad reipub. tempora te accõmodes, & cum te res ipſa publica timeat, diſceſſu ex urbe eã metu liberes. Vt te aut pudor unquam. } Quintil. lib. 9. de detractione præcipiens, et eius tertiam eſſe ſpeciem dicit, in qua unum ad uerbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut propoſi

uolũtatem tacitorum perſpicis: At ſi hoc idem huic adoleſcenti optimo P. Sextio, ſi fortiſſimo uiro M. Marcello dixiſſem, iam mihi cõſuli hoc ipſo in templo iure optimo Senatus uim & manus intuliſſet. De te autem Catilina cũ quieſcunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. neq; hi ſolum, quorum uel authoritas clara eſt, uidelicet uita utiliſſima, ſed etiam illi Equites Ro. honeſtiſſimi atq; optimi uiri, cæteriq; fortiſſimi ciues, qui circunſtant Senatum: quorum tu & frequentiam uidere, & ſtudia perſpicere, & uoces pauloante exaudire potuiſti: quorũ ego uix abs te iã diu manus, ac tela contineo. eoſdem facile adducam, ut te hæc quæ iampridem uaſtare ſtudes, relinquentem uſq; ad portas proſequantur. Quanquam, quid eſt quod loquar? te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ullum ut exilium cogites? Vtinam tibi iſtam mentem Dij immortales donarent: tametſi uideo, ſi mea uoce ire in exilium animũ induxeris, quãta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem pendeat. Sed non eſt mihi tanti, dũmodo iſta tua ſit priuata calamitas, & à Reip. periculis ſeiungatur. Sed tu, ut tuis commoueare, ut legum pœnas pertimeſcas, ut temporibus Reip. concedas, non eſt poſtulãdum. Neq; enim Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quãobrem, ut ſæpe iam dixi, proficiſcere. Ac ſi mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare uis inuidiam, recta uia perge in exilium, vix ferã ſermones hominũ, ſi id feceris, vix molem iſtius inuidiæ, ſi in exiliũ ieris iuſſu Conſulis, ſuſtinebo: ſin autem ſeruire meæ laudi, & gloriæ mauis, egredere cum importuna ſceleratorũ manu: cõfer te ad Manlium: concita perditos ciues: ſecerne te à bonis, infer patriæ bellum: exulta impio latrocinio, ut à me non eiectus ad alienos, ſed inuitatus ad tuos iſſe uidearis. Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam ſciam eſſe præmiſſos, qui te ad forum Aurelium præſtolarentur armati? cum ſciam pactam & cõſtitutam eſſe cum Manlio diem: à quo etiam Aquilam illam argenteã, quam tibi ac tuis omnibus pernicioſam eſſe confido, & funeſtam futuram, cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit, ſciam eſſe præmiſſam: Tu ut illa diutius carere poſſis, quam uenerari ad cædem proficiſcens ſolebas, à cuius altaribus ſæpe iſtam dextram impiam ad necem ciuium tranſtuliſti?

to uerbo, ad quod reliqua reſpiciant. ut pro A. Cluentio: Vicit pudorẽ libido, timorẽ audacia, rationẽ amentia. Aut illato, quo plura clauduntur: Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore unquã reuocauerit. Vt ſæpe iam dixi, pficiſcere. } Primum enim dixit: Perge quo cœpiſti, egredere aliquando ex urbe, patẽt portæ, proficiſcere. deinde: Egredere ex urbe Catilina, libera Rempub. metu. Proficiſcere. } Proficiſci in re ægra & difficili dicitur, ut ait Donatus, exponens illud Daui Terentiani in And. Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar uia? Recta uia, & recta dicit Terẽ. non recte, quando locale eſt. In Phormione: Vt modo argẽtum tibi dedimus apud forum, recta domũ ſumus pfecti. Si mihi inimico }. id eſt ſi uis mihi cõflare uel inuidiam, uel gloriam: ſi inuidiã, proficiſcere in exilium: ſi gloriam, in caſtra Manliana, cum manu coniuratorum diſcede. Iubere ciuem Romanum proficiſci in exilium, eſſe uidetur nimiã ſibi potentiam uſurpantis. Ideo Ciceroni inuidiam conflaturus Catilina ſit, ſi in exiliũ egrediatur. Cõflare pro eo quod eſt facere, cũ alij multi, tum ſæpe Cicero dicit, ut pro M. Cælio, conflare inuidiam: ĩ Verrem Act. 4 conflare crimen & inuidiam .i. ob crimen homini inuidiam facere. Ibidem conflare negotium .i. facere & exhibere. de reſpõſis aruſpicum, conflare pactiones & ſocietates. i. facere. Pro Deiotaro, conflare conſenſum. i. facere conſenſionem. Pro Roſcio, conflare iniuriam. i. facere. Pro eodem, conflare iudicium, id eſt litem facere. Pro Cluentio, conflare ſeditionem. Pro P. Sylla, conflare exercitum, et cõflare tumultum. Libro epiſtola. fami. 5. conflare bellum. In Partitionibus, conflare crimẽ & ſuſpiciões. Pro Cælio, conflatum monſtrum. i. compoſitum. Vnde

facta

ſacta ratio ſit,promptius eſt quàm ut dici debeat. Sermones hominum }.i.famam. Molem }.i.onus iſtius quā tu tibi conflaueris.Nam pronomen iſtud,& a Cicerone,& a Terentio,ad perſonam ſecundam referri ſæpius attēdimus.Serui: e laudi meæ.} id eſt laudem mihi facere. Impo tuna manu.} Cicero importunum pro malo,crudeli & inhumano, ſæpe dixit in orationibus,ut pro P.Seſtio,dicitur manus Catilinæ importuna. Ibidem prodigia importuna, & ciuis importunus Catilina gladiator. In Verrem actione tertia,importunum animal.In Piſonem,importuna bellua.In Rullum,importuna auaritia.Pro G.Rabirio,importuna actio regia. Pro Cluentio,importuna mulier. Pro domo ſua, importuna peſtis. De aruſpicum reſponſis,importunum ſcelus. De prouincijs conſularibus importuna crudelitas.Inde importunitas facta, in his ſæpe rebus dicitur. Perditos.} improbos,ſceleratos homines appellare ſolet Cicero.raro appellat malos,quo nomine uulgo appellantur. Inferre patriæ bellum,} uſitatius quàm illud uulgare, Fac bellum cōtra patriam. Latrocinium } Latro is eſt, qui ſpe prædæ hominum uitæ inſidiatur, qu les ſunt graſſatores & uiarū obſeſſores. Latrocinio impio }.i.contra patriā facto. Qui te ad forū Aurelium.} Tibi,non te legendum hic eſſe Priſcianus docet, qui libro 8. dicit latine præcipit.præſto or te & tibi.Terentius.in Eunucho. Quem præſtolare Parmeno.Cice. in primo Inuectiuarum, Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Ad forum Aurelium.} Forum pro tribunali dicit. Nam ſæpe Cicero appellat tribunal Aurelium, & pro L. Flacco, & A. Cluentio gradus Aurelios. Ante id Aurelium tribunal magnam fuiſſe plateam,quò etiam improbi homines conuenirent,coniectare.licet quòd authore Cicerone in oratione quam habuit ad Quirites poſt reditū,homines ꝓ tribunali Aurelio palam conſcribebantur,ac centuriabantur,cum Clodianæ tempeſtas in ipſum Ciceronem impendebat. Nō modo liberi,ſed etiam ſerui homines ex uicis omnibus conuocati, tū pro hoc tribunali conſcribebantur,ut ait idem pro P. Seſtio, pro Domo ſua.et in L.Piſonem. Via Aurelia profectum Catilinam in caſtra Mālij,Cicero dicit oratione proxima ad Quirites. Aquilam illam argenteam.} Catilinæ.Aquilam C. Marius bello Cimbrico in exercitu habuiſſe dicebatur,ut ait Saluſtius. Aquila hic non dicitur pro uexillo,in quo depicta aquila ſit: ſed erat ſignum aquilæ conflatum.authore enim Vegetio lib.de Re militari 2. tria Romani in exercitu ſignorum genera habebant,aquilam, dracones,et uexilla. Aquila totius legionis ſignum eſt,quam portat aquilifer. Dracones ſunt ſingularum cohortium. legio enim in cohortes decem diuiditur:quos qui ferunt draconarij dicuntur. Cohortes uero in centenarias diuidebantur. Singulis cētenarijs ſuum erat uexillum.In uexillis ſingulis notatum erat ex quota cohorte, quota centuria eſſet,ne quid milites à ſigno aberrarent.Prætermitto ueteres in legionibus Minotaurum habuiſſe,quòd ducis conſilium ſemper occultum eſſe deberet,ut in labyrintho ille abditus erat, ut idē ait in libro 3. Aquilæ igitur & draconum ſigna erant conflata,non ꝑ iecta. Vexillum autem à uelo factum eſt,ut ab ala axilla,à mala maxilla. Funeſtā }.i.feralem,mortiferam. Sacrariū.} ſacrorū eē repoſitorium Valla dicit.Hic pro ſacello dici uidetur. Vt poſſis } id eſt,quomodo poſſis,ut apud Terentium,Vt is ualet?

SYLVI. Tandem aliquando.} ſæpe ſimul dicit Cicero. Meditati.} exercitati. Qui feruntur.} id eſt,uulgo dicuntur.Catilina patiens inediæ,algoris,uigiliæ erat,ſupra quàm cuiquā credibile ē.ut ait Salluſtius. Iacere humi & uigilare ad obſidendum ſtuprum, maritorumq; ſomno inſidiandum,& ad facinus obeundum, ad bonis occiſorum inſidiandum.i.ad expectandum quoad mariti dormiant, ut uxoribus eorum potiare,& ad inſidiandum hominibus interfectos eos ſpolies. Conſulatu repuli}.i cū te accuſarem ambitus, effeciq; ne conſul eſſes L. Catilinam & C.Antonium ambitus Cicero accuſauit. Huius oratio quamuis deſideretur,in eam tamen commētarij Aſconij Pædiani extant. Tentare }.i. experiri an poſſes uexare. Nam te cōſule, iſta tua coniuratio bellum appellari poſſet. Alioqui latrocinium,nō bellum appellabitur. Deprecer }.i.depellam et euitem prece adhibita. Percipite queſo } Exordium ſpeciale eſt, in quo auditores facit attentos. Eo utendum eſt,cum quod dicturi ſumus,quod noſtra multum intereſt auditores cognoſcere. M.Tulli quid agis? } Hæc proſopopœia patriæ ad Ciceronē mollior eſt,quàm ſuperior illa eiuſdem patriæ ad Catilinam: Nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te. Natura enim Cicero erat humanior,Catilina audacior Hunc fictum perſonæ ſermonem conuenire decet,non ſolum perſonæ cui datur, ſed etiam perſonæ ad quam datur. De utraque hac proſopopœia ē apud Quintil. lib 9. M.Tulli.} Vocatiuum caſum in principio ſolutæ orationis raro inuenias. illud tamen ſi ne ueterum imitatione non fiat, ut cum alienum ſermonem allegamus,in orationis principio uocatiuum collocemus. L.Piſo,ut eſt apud A. Gellium lib.11. eundem,inquit,Romulum dicunt ad cœnam uocatum, ibi non multū bibiſſe,quia poſtridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant,uinum uilius ſit. Euocatorē ſeruorum.} Seruius libro cōmentariorum in Aenei. Virg. octauo. tria militiæ genera ſcribēs,euocationem genus,tertium fuiſſe dixit,cum ad diuerſa loca mittebantur multi ad cogendos milites. Euocatorem igitur. i.ad militiam uocatorem, per conquiſitores. Seruos tamen à Catilina repudiari, quāuis initio magna copia ad eum cōcurrerēt. Salluſt.

Ibis tandem aliquando,quò te iam pridem, tua iſta cupiditas effrenata, ac furioſa rapiebat. Neq; enim tibi hæc res affert dolorem,ſed quandam incredibilem uoluptatem:ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit,fortuna ſeruauit. Nunquam tu nō modo otiū, ſed ne bellum quidem,niſi nefarium concupiſti: nactus es ex perditis atq; ab omni non modo fortuna uerum etiam ſpe derelictis conflatam improborum manum. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere; cum in tanto numero tuorum neq; audies uirum bonum quēquam,neq; uidebis? Ad huius uitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur labores tui: iacere humi non modo ad obſidendum ſtuprum, uerum & ad facinus obeundum: uigilare non ſolum ad inſidiandum ſomno maritorū, uerumetiā bonis occiſorum. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuā patiētiā famis et frigoris, inopiæ rerū omnium, quibus te breui tempore confectum eſſe ſenties. Tantum

profecti, tum cum te à conſulatu repuli, ut exul potius tentare, q̃ conſul uexare Remp. poſſes: atq; ut id, quod eſſet à te ſcelerate ſuſceptum latrocinium potius, q̃ bellum nominaretur. Nunc ut à me P.C. quandam prope iuſtam patriæ querimoniam deteſter, atq; deprecer, percipite quæſo diligenter, quæ dicam; & ea penitus animis ueſtris, mentibusq; mandate. Etenim ſi mecū patria, quæ mihi uita mea multo eſt charior; ſi cuncta Italia, ſi omnis Reſpub. loquatur: M. Tulli quid agis? tu ne eum quem eſſe hoſtem comperiſti, quem ducem belli futurum uides, quem expectari Imperatorem in caſtris hoſtium ſentis, authorem ſceleris, principem coniurationis, euocatorem ſeruorum & ciuium perditorum exire patieris; ut abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe uideatur? non'ne hunc in uincula duci, nō ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? Mos'ne maiorum? at perſæpe etiam priuati in hac Republica pernicioſos ciues morte multarunt. An leges, quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt? At nūquam in hac urbe hi, qui à Republica defecerunt ciuium iura tenuerunt. An inuidiam poſteritatis times? præclaram uero Pop. Ro. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum nulla cōmendatione maiorum tam mature ad ſummum Imperiū per oēs honorū gradus extulit, ſi ꝑ inuidiā, aut alicuius periculi metum ſalutem ciuium tuorum negligis. Sed ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt uehementior ſeueritatis, ac fortitudinis inuidia, q̃ inertiæ, ac nequitiæ pertimeſcenda. An cum bello uaſtabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt; te non exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum?

luſtius ſcribit: partim q; opibus coniurationis fretus erat, partim quód alienum ſuis rationibus exiſtimabat uideri, ſi cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaret. Lentulus in eius exercitu ſeruos non fuiſſe oſtendit in literis quæ ad eum miſſæ deprehenſæ fuerunt. In quibus hortatur eum, curet, ut omnium ſibi auxilia adiungat, etiam infimorum. infima autem conditio & fortuna ſeruorum eſt, ut ait Cicero in lib. de Offic. 1. Non emiſſus ex urbe. } Antanaclaſis ē: cuius multas ſpecies Quintil lib. 9 ponit. ſed elegantius eſſe dicit. quod eſt poſitum ad diſtinguendam rei proprietatem: Hanc reipublicæ peſtem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. quod exemplū paulo infra eſt. Et quæ præpoſitionibus in contrarium mutantur: Non emiſſus ex urbe, ſed īmiſſus in urbem eſſe uideatur.

Mactari }. i. occidi. ut apud Virg. in lib. Aeneid. 10. Hic mactat Lacona, Pheretaq;, Demodocūq;. Id autem uerbum á ſacrificijs tractū ē. Mactus enim, unde mactare dicitur, eſt quaſi magis auctus. Cū aūt thus aut uinū ſuper uictimā fundebatur, dicebant mactus eſt taurus thure aut uino. i. cumulata eſt hoſtia & magis aucta. author eſt Seruius lib. cōmen in Aeneidos Virg. 9. In Sacris autem, ut idē libro ſexto ait. uerba mali ominis uitabantur. Hinc mactare uictimas pro occidere dicimus. i. magis augere. Virg. lib. Aenei 4. Mactant lectas de more bidētes. Vel ad hominū ſacrum alludit. Apud Romanos ueteres à Duumuiris rerum capitalium ad populū Romanum prouocatio erat. Qui à populo Romano ob maleficium dānabatur, is homo ſacer dicebatur. Eum qui occiderit, Tribunitia lege, parricida non fit. i. homicida. Ex quo quiuis homo improbus ſacer dicitur. author eſt Sex. Pompeius, qui tamen negat hominem ſacrum immolari fas fuiſſe. Legem à Valerio Publicola Cos. latā fuiſſe de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum ſacrandoq; cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniuiſſet. T. Liuius ſcribit ſecundo libro. Mos'nē maiorum. } qui morte ciuem non multabant, iniuſſu populi Romani. Etiam priuati. } id eſt, non ſolum magiſtratus, ſed etiam priuati, ut P. Scipio Naſica Pontifex Maximus. Quæ de ciuium reorum ſupplicio. } Lex Porcia uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Eadem libertatem ciuium lictori eripuit. Lex Sempronia, quam C. Sempronius Gracchus tulit, cauebat ne iniuſſu popu. Romani ciuis Romanus morte multaretur, ut ait Cicero in oratione pro C. Rabirio. Præclaram uero. } Ironia eſt. authore Donato in commentarijs in Eunuchum Terentij, Vero ſæpe dicitur in Ironia ut. Egregiam uero laudem & ſpolia ampla refertis, &c. id apud Terentium ſæpe inuenias. Qui te hominē per te cognitum. } commemorat populi Romani in Ciceronem beneficia, ut oſtendat Ciceronem pro ſalute populi Romani non debere inuidiam metuere. Hominem per te cognitū } id eſt, qui maioribus tuis prælu xiſti, à quo ſplendorem maiores acceperunt, uel nouum hominē, qua ratione maius fuit populi Romani in te beneficium. Nam pleraq; nobilitas, ut ait Salluſtius in bello Catilinario de conſulatu Ciceronis, quaſi pollui cōſulatum credebat, ſi eum nouus homo, quāuis egregius, adeptus foret. De ſuo conſulatu Cicero in Rullum ad populū Romanum: Me, inquit, perlongo interuallo prope memoriæ temporumq; noſtrorum primum hominem nouum conſulem feciſtis, & eum locum quem nobilitas præſidijs firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, uirtutiq; in poſterum patere uoluiſtis.

Tam mature. } Certa quædam & legitima ætas gerendi conſulatus erat, antequam ætatem ſuſcipere non licebat. Cicero anno ſuo id eſt, eo quo ei licebat gerere, conſulatum petijt, eſtq; factus conſul. quod nemini nouo homini ante ſe contigiſſe, dicit in Rullum ad Quirites. Ad ſummum imperium. } id eſt, conſulare, qui honos ampliſſimus etiam dicitur. Per omnes honorum gradus, } Honorum. id eſt, magiſtratuum illi gradus ſunt, Quæſturas, Aedilitas, Præturæ, Conſulatus, Cenſura. Cicero fuit primū Quæſtor, deinde Aedilis, deinde Prætor, anno ſecundo poſt Conſul. Quàm inertiæ. } Magiſtratus inuidiam ſuſcipit, ſi eſt nimium acer & ſeuerus, aut iners & deſidioſus & negligens in uindicandis maleficijs. Leniorem ſuperiore poſteriorem dicit inuidiam. Tecta. } id eſt, ædificia. Eſt autem ſynecdoche. ibi enim pars pro toto ponitur. Hæc autem figura quamuis ſit poetis familiarior, tamen in proſa mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipi Quintilianus libro octauo ſcribit.

X

Vſurum

SYLVI. Vſuram unius horæ } i. tempus uelut exponit Donatus. i. uitam. Is enim exponẽs illud ex Adelphis, Tutum efficium facies atque huic aliquid paululum præ manu dederis, unde utatur: Vtatur, inquit. i. uiuat. unde uſura uitæ dicitur ut, Vnius uſuram horæ gladiatori iſti ad uiuendum non dediſſem, ut uſuram lucis pro tempore uitæ, aut pro uita ipſa ſæpe dicit Cicero. In Verrem actione ſeptima: Cur inquã ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percusſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Pro P. Sylla: Lucis'ne hanc uſuram eripere uis, plenã lachrymarum atque mœroris? Et pro Rabirio Poſthumo: Vſuram huius lucis, & ueſtrum cõſpectum ne eripiatis. In oratiõe ad Quirites in Rullum ſecũda: Paruam exigui temporis uſurã bonæ de me opinionis poſtulo, pro parua parte uenda. Gladiatori. } Catilinæ. Parricida à Latinis priſcis dicebatur, non ſolum qui parentem, ſed etiam qui alienũ occidiſſet, ut ait Sex. Pompeius Hic uero parricida amplificationis cauſa dicitur. patria enim communis parens omnium ẽ. Ciues igitur ſunt ueluti fratres: qui igitur ciues necat, ciuium parricida eſt. Virtute } . i. animi magnitudine, id eſt fortitudine. In qua ſignificatione à Cicerone ſæpe dicitur.

In hoc ordine } i. ſenatores.

Imperiti } . i. i. hoc e. ſtulti, & uulgo ut dicunt, ſimplices. Nam poſtea ſtultum refert ad imperitos. Coniur eſſe patet. } Factam, non patefactam hoc loco apud Priſcia. lego. libro. 18. Quæ lectio placet. Pauliſper reprimi. } Locus hic uidetur oſtẽdere, q̃d diſtet inter reprimere, & cõprimere. ut ſit reprimere ad tp̃s, cõprimere in pp̃etuũ. Idẽ Quintil. ſentire uidetur lib. nono ubi de antan scl·is ſcribit.

His ego ſanctiſſimis Reip. uocibus, & eorum hominum, qui idem ſentiunt, mentibus pauca reſpondebo, Ego ſi hoc optimum factu iudicarem P.C. Catilinam morte multari, unius uſuram horæ gladiatori iſti ad uiuendum non dediſſem. Etenim ſi ſummi uiri, & clariſſimi ciues Saturnini & Gracchorum & Flacci, et ſuperiorum complurium ſanguine non modo ſe non contaminauerunt, ſed etiam honeſtauerunt; certe uerendũ mihi non erit, ne quid, parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret. Quòd ſi ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo ſemper fui, ut inuidiam uirtute partam, gloriam non inuidiam putarẽ: quanquam nonnulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminent non uideãt, aut ea quę uident diſſimulent; qui ſpem Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt: quorum authoritatem ſecuti multi, non ſolum improbi, uerumetiam imperiti, ſi in hunc animaduertiſſent, crudeliter non egregie factum eſſe dicerent. Nunc intelligo ſi iſte quo intendit, in Manliana caſtra peruenerit, neminem tam ſtultum fore, qui non uideat coniurationem eſſe patefactam; neminem tam improbũ, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc Reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Quòd ſi ſe eiecerit, ſecumq; ſuos eduxerit, & eodẽ cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit; extinguetur, atq; delebitur, non modo hæc tam adulta Reip. peſtis, uerumetiam ſtirps ac ſemen malorum omnium. Etenim iamdiu P.C. in his periculis coniurationis, & inſidijs uerſamur, ſed neſcio quo pacto omniũ ſcelerum, ac ueteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit.

Quod ſi ſe eiecerit } . i. tanquam ex naufragio in Manliana caſtra appulerit. Eiectus enim is eſt, qui litori ex naufragio tabulæ, uenti aut fortunæ beneficio ſaluus ſe applicat. Teren. in And. Atticus quidem olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt. Virgi. lib. Aenei. 4 Eiectum, & littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui. Idem in primo: Si quibus eiectus ſyluis aut urbibus errat.

rat. Eiectus, inquit Seruius. i. naufragus. Adulta peſtis } . i. matura. Verumetiam ſtirps. } Stirps cum generis eſt fœminini, genus ſignificat. Virg. in lib. Aen. 7. Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. In maſculino arborẽ ſignificat. idẽ duodecimo: Sed ſtirpẽ Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerãt, authores ſunt Priſci. lib. 5. & Seru. lib. 3. cõmenta. in Aenei. Virg. Stirpẽ factũ pro oleaſtro, ubi nautæ ſeruati ex undis ſua figere dona ſolebant. Paulo poſt p̃ oleaſtri trũco uel radice ſtirpẽ dicit: Nanq; diu luctans, lentoq; ĩ ſtirpe moratus, Viribus haud ullis ualuit diſcludere morſus Roboris Aeneas. idẽ in eodẽ libro ſtirpẽ dicit p̃ caudice. i. ea trũci parte unde agũtur radices. Is enĩ d latini ſceptro: Vt ſceptrũ hoc inqt, dextra ſceptrũ, nã forte gerebat, Nunquam frõde leui fundes uirgulta, nec umbras, Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Columella in libro quarto, dicit pro ramo eo ab arbore auulſo uel deciſo, qui terræ infixus radicat: Nulla ſtirps, inquit, antequam deponatur, uexata & infracta melius prouenit, quàm quæ integra & inuiolata ſine iniuria compoſita eſt. Stirpem in genere fœminino poſuit, ut Horatius ſtirpes rapta dicit. Eſt igitur hic ſumpta ſimilitudo ex ſtirpe pro caudice, uel pro ramo ab arbore auulſo. Huius enim modi ſtirps in certo arborum genere, cum plantatur, agit radices. Stirpes Seruius plantas appellat libro Georgicorum ſecundo: Plantæ, inquit, & plantaria differunt. nam plantæ raptæ ſunt de arboribus: plantaria uero ex ſeminibus nata, cũ radicibus et terra p̃pria trãſferuntur. Malorum omnium } id eſt omnium incommodorum. ne de improbis hominibus intelligas. Ac ueteris furoris. } Biennio ante conceptam hanc coniurationem in conſulatu ſuo emerſiſſe, Cicero dicit in oratione pro P. Sylla. Maturitas erupit. } Perſtat in tranſlatione peſtis adultæ. Peſtis aut aliud quoduis ulcus tum demum erumpere dicitur, cum maturum ſe ſua ui, ſine ullo medicamento, ſine ferro aperit. Maturitas ulceris etiam domeſtico ſermone dicitur.

Ex tanto latrocinio } id eſt ex tanta coniuratorum & latronum turba. Tolletur. } manebitur

Quòd ſi ex tanto latrocinio iſte unus tolletur, uidebimur fortaſſe ad breue quoddã tp̃s cura, & metu eſſe

ſtabitur. Periculum autem reſidebit. } Perſtat in tranſlatione peſtis, quæ ſi nondum matu-

releuati: periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in uenis, atq; in uiſceribus Reip. Vt ſæpe homines ægri morbo graui, cum æſtu febriq; iactantur, ſi aquam gelidam biberint, prius releuari uidentur, deinde multo grauius, uehementiusq; afflictantur: ſic hic morbus, qui eſt in Rep. releuatus iſtius pœna uehementius ciuibus reliqs ĩgraueſcet. Quare ſecedāt improbi, ſecernāt ſe à bonis, unū in locū cōgregētur: muro denique, id quod ſæpe iam dixi, ſecernātur à bonis: deſināt inſidiari domi ſuæ conſuli, circunſtare tribunal prætoris urbani, obſidere cum gladijs curiam, malleolos ad incendendam urbem faceſq; comparare. Sit denique inſcriptum in frontem uniuſcuiuſq; quid de Repub. ſentiat. Polliceor uobis hoc, P.C. tantam nobis COSS. fore diligentiam, tantā in uobis authoritatē, tantā in equitibus Rom. uirtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, uindicata eſſe uideatis. Hiſce omnibus Catilina cum ſumma Reip. ſalute, & cum tua peſte ac pernicie, cumq; eorum exitio, qui ſe tecū omni ſcelere, paricidioq; iunxerunt, proficiſcere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu Iupiter iiſdem, quibus hęc urbs auſpicijs à Romulo eſt cōſtituta, quem Statorem huius urbis atq; imperij uere nominamus, hūc et huius ſocios à tuis aris cęterisq; templis, ac tectis urbis, ac mœnibus, à uita fortuniſq; ciuiū omnium arcebis: & omnes inimicos bonorū, hoſtes patrię, latrones Italię, ſcelerū fœdere inter ſe, ac nefaria ſocietate coniūctos, ęternis ſupplicijs uiuos, mortuoſq; mactabis.

ra ferro aut medicamentis aperiatur, uel opprimatur, tum ſanies ipſa in uenis atque in uiſceribus penitus reſidebit, aliaſq; erumpet. Aegri morbo graui } .i. grauiter ægrotantes. Aeger dicitur animo & corpore, ægrotus uero corpore. Terentius tamen ægrotum animū ſæpe dicit. ut in Andria: Priuſquā barum ſcelera et lacrymæ conficte dolis, Reducant animum ægrotum ad miſericordiam. i. triſtem & iratum. Idem in Heautontimorumeno: cœpi non humaniter, neque ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli tractare, ſed ui, etc. Ab alijs authoribus dici raro inuenias. Aeſtu febriq; } id eſt, æſtuante febri. Releuari. } id eſt, conualeſcere. Afflictantur. } id eſt, ægrotant. Viuis reliquis. } cōiuratus ſcilicet. Viuis melius q̄ uiuentibus, quod uſu rariſſimū eſt, niſi participium ſit. Quare ſecedat. } Concluſio eſt. Id quod ſæpe iam dixi. } ideſt, bis. primo: Magno me metu liberabis, dummodo inter me et te murus interſit. deinde: Cum à me quoq; id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tutum eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quod iiſdem mœnibus contineremur.

Domi ſuæ conſuli. } id eſt, mihi conſuli domi meæ. Circunſtare tribunal prætoris urbani. } Decretis à ſenatu prouincijs, quæ conſulares, quæ prætoriæ eſſent ſortiebantur prætores, qui ad quas prouincias adminiſtrādas proficiſceretur: cui ſorte obuenerat, ut in urbe remaneret ad dicendum ius Romanis ciuibus, is Prætor urbanus dicebatur. Circunſtare tribunal. } Id ante ſignificat Cicero in proſopopœia patriæ ad Catilinam: Tu, inquit, non ſolum ad negligendas leges et quæſtiones, uerumetiam ad deuincendas perfringendaſq; ualuiſti. Obſidere cum gladijs curiam. } cum Lucium Torquatum & Lucium Cottā conſules & pleroſque ſenatores Nonis Februarijs necare conatus eſt, cum nimium maturauit pro curia ſocijs ſignum dare, malleolos faceſq; ad incendendam urbem comparare. Vegetius libro de re militari quarto, malleolos eſſe dicit uelut ſagittas, quas ardentes obſeſſi proijciūt in turres hoſtium ambulatorias, quæ ſi adhæſerint, uniuerſa conflagrant. Nonius uero Marcellus eſſe dicit manipulos ſparteos, pice contextos, qui incenſi aut in muros aut in teſtudines iaciuntur. Ad incendendam urbem. } Catilina antequam in domum Marci Porcij Leccæ cum coniuratis conueniret, multa moliebatur, conſuli Ciceroni inſidias tendebat, incendia parabat, opportuna loca armatis hominibus obſidebat, cum telo erat, ut ait Saluſtius. Inſcriptum in frontem. } Frons homini triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index eſt, ut ait Plinius libro undecimo. Ideo à ferendo frontem appellatam putant, q. præ ſe ferat, quid in animo ſit. Sententia eſt, quid quiſque de re publica ſentiat, cognoſcatur. nā hilari frōte ciues boni ſint, triſti uero & obnubilata coniurati. Vel improborum diſceſſu, quid quiſq; de republica ſentiat ex fronte cognoſcatur, tanquā ſi id in eorum frontibus inſcriptum eſſet. Hiſce omnibus. } quæ ſequuntur. Tum tu Iuppiter. } εὐχὴ id eſt, precatio eſt ut apud Virgilium: Da nunc Thybri pater ferro quod miſſile libro. Cicero in Catilinam, cum inuocat Iouem ad pœnam coniuratorum, atque ita concludit: Aeternis ſupplicijs uiuos mortuoſq; mactabis. hæc Iulius Rufinianus in libro de Figuris.

Aris. } id eſt, templis: partem pro toto poſuit. Cicero dicit Catilinam ad hæc ſua uerba obmutuiſſe, is enim in libro de Oratore ad Brutum de genere dicēdi ſcribēs, quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbātur animi & concitātur, in quo uno regnat oratio: quod uehemens eſt, incenſum, incitatum, quo cauſæ eripiuntur, qđ cū rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt: Quo genere, inquit, nos mediocres, aut multo etiam minus, ſed magno ſemper uſi impetu, ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo ſummus orator non reſpondit Hortenſius. À nobis homo audaciſſimus Catilina in Senatu accuſatus obmutuit. Etiam Ciceronis ingenium Catilina fugit, ut ait Plinius librò ſeptimo. Sed authore Salluſtio, pauca quædam purgandi ſui cauſa dixit. Cum uero in Ciceronem maledicta conijceret, cœperunt omnes obſtrepere, hoſtem ac parricidam eum uocare. Tum furibundus ille: Quoniam inquit, circumuentus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina reſtinguam: deinde ſe ex curia domum proripuit. Marcus tamen Cicero hoc à Catilina ante dictum fuiſſe ſcribit, in oratione pro Lucio Murena. Paucis enim diebus ante diem duodecimo Calend. Nouemb. Catoni iudicium minitanti & denuncianti, Catilina reſpondit: ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina extincturum. Nocte intempeſta cum trecentorum ſatellitum comitatu urbem egreditur, ſibiq; conſularis dignitatis inſignia faſces atq; ſecures præcedere iubet, inq; Manliana caſtra contendit.

IN INVECTIVAM M. TVLLII

Ciceronis ſecundam in L. Catilinam, ad Quirites.

Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

HAC oratione exultat Cicero, quòd Catilinam peſtem nefarie molīẽ[tem] patriæ ex urbe emiſerit. Emiſit autem potius quã occidit, ut etiam coniurationis ſocios perſequi poſſet: qđ non potuiſſet, oppreſſus inuidia, ſi Catilinã occidiſſet. Catilinã nihil eẽ foris timẽdũ cẽdit, ſed magis ꝑtimeſcendos eos q in urbe remãſerint: ĩ quos fore ſe ſeuerum minatur, ſi quid in rempublicã conentur. Iis concedit, ut ad Catilinam ex urbe exeant. Id ſi fiat remp. eſſe dicit fortunatã, quòd hac ratione improbis hominibus purgetur. Se conſulturum iis qui reſipiſcẽtes quieſcent, aduerſus alios gerendo bello ducẽ ſe profitetur. Eludit eos, qui dicant à ſe Catilinam ĩ exilium eiectum, cum ipſe ſcelerum conſcientia conuictus in Manliana caſtra abiuerit. Hanc eiecti à ſe Catilinæ inuidiam, modo eat in exilium, non in caſtra Mãlij ad bellum patriæ faciẽdum, negat ſe unquam deprecaturum. Exponit, ex quibus hominum generibus cõiuratorum copiæ ſint: deinde ſingulis medicinam conſilij affert. Has copias nihil omnino pertimeſcendas eſſe oſtendit. Populum Romanum hortatur, ut domos ſuas cuſtodijs uigilijsq́; defendant. ſibi, urbi, colonijs & municipijs ſatis prouiſum dicit. Coniuratos qui in urbe ſunt, ut exeant iterum hortatur: ſi quid in rempublicam conentur qui remanſerint, carceris pœnam minitatur. Spem conſeruandæ urbis ſe dicit concepiſſe, deorum quibuſdam ſignificationibus, quorum opem ſuadet implorandam, ut præſentes urbem defendant. Eſt habita hæc oratio poſtero die quàm ſuperior. Deliberatiua oratio eſt.

M. TVLLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

Oratio II.

TANDEM aliquãdo Quirites Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefarie molientem, nobis atq; huic urbi ferrum, flãmãq; minitãtẽ, ex urbe uel eiecimus, uel emiſimus, uel ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. Nulla iam pernicies à monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis intra mœnia cõparabitur. Atq; hũc quidem unum huius belli domeſtici ducem ſine controuerſia uicimus, Non enim iam inter latera noſtra ſica illa uerſabitur: non in campo, nõ in foro, non in curia, non deniq; inter domeſticos parietes pertimeſcemus: loco ille motus eſt, cum eſt ex urbe depulſus: palã iã cum hoſte, nullo impediẽte, bellum iuſtum geremus: ſine dubio perdidimus hominem: magnifice uicimus, cũ illum ex occultis ĩſidijs in aptũ latrociniũ coniecimus. Quòd uero nõ cruentum mucronem, ut uoluit, extulit, quòd ei ferrũ de mãibus extorſimus, ꝙ ĩcolumes ciues, quòd ſtantẽ urbẽ reliquit, q̃to tãdem illum mœrore afflictũ eſſe, & profligatum putatis? Iacet ille nunc proſtratus Quir. & ſe perculſum, atq; abiectum eſſe ſentit, & retorquet oculos ꝓfecto ſæpe ad hãc urbem, quã ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget. Quæ quidem lætari mihi uidetur, quòd tantam peſtem euomuerit, foraſq; proiecerit. At ſi quis eſt talis, quales eſſe omnes oportebat, qui hoc ipſo in quo exultat & triumphat oratio mea, me uehementer accuſet, quòd tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, quàm emiſerim: non eſt iſta mea culpa, ſed temporum. Interemptum eſſe L. Catilinam, et grauiſſimo ſupplicio affectum iampridem oportebat: idq; à me, & mos maiorum, & huius imperij ſeueritas, & Reſp. poſtulabat. Sed quàm multos fuiſſe putatis, qui, quæ ego deferrem, non crederent? quàm multos, qui propter ſtultitiam nõ putarent? quàm multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter

TAndem aliquando Quirites. } Tandem particula tarditatis eſt, ut demum, cum ſcilicet aliquid factum tardius dicimus, qđ ante factum oportuit. Terentius: Vix tandem ſenſi ſtolidus. Idem, Modóne id demum ſenſiſti Pamphile? Tandem aliquando pro re eadem ſimul dicit ſæpe Cicero, ut dicendi ratio augeatur. ut hic, et libro ſuperiore: Ibis tandem aliquando Quamuis utrobiq; Priſcia lib. 15. aliquando futuri eſſe temporis putet. Scelus anhelantem }. i. ſummo ardore animi ſcelus committere cupientem.

Ferrum nobis }. i. cædẽ. Vrbi flammam. } id eſt incẽdium.

Abijt. } Verborum congregatio eſt, authore Quintil. ut lib. ſuperiore diximus. Idem Quintil. lib. 9 ſcribit, hic eſſe homœoteleuton. Quæ dicendi ratio fit etiam ſingulis uerbis: Hæc cubat, dolet, piget, pudet. et, Abijt, exceſſit, erupit, euaſit. Monſtro illo }. i. Catilina monſtroſo ciue, qui patriæ peſtẽ moliatur. Sine controuerſia }. i. ne Catilina quidem repugnante.

Non in campo Martio. } ſcilicet, ut comitijs conſularibus, cum Cicero Coſ. armatus lorica in comitia uenit, ut Catilinæ perditos conatus eluderet. In foro. } ubi etiam ad perfringendas leges & quæſtiones ualuit Catilina. Non in curia. } ubi nullus ſenatorum ipſi aſſidere ſuſtinuit. Loco ille motus eſt. } A bellatoribus translatio facta uidetur, qui occupatum aliquem locum pertinaciter tutantur: unde ſi fuerint deiecti uincũtur facilius. Motus igitur Catilina loco eſt }. i. ex urbe exceſſit. Bellum iuſtum. } quia cum hoſte geritur. Ex occultis inſidijs. } Nocte enim de coniuratione Catilina conſultabat. Ea nocturna conſilia in apertũ Cicero coniecit. Non cruentũ mucronem. } Nam punctim feriebant Romani, nõ cæſim. qua ratione facilius multo occiditur hoſtis. Ideo Vegetio lib. 1. authore, tyrones punctim, non cæſim ferire diſcebant. Punctim feriendo, cruentus fit mucro.

Viuis nobis }. i. me conſule uiuo. Catilina in domo Leccæ, ſ[ic] Salluſt.

xit, cupere ſe ad exercitum proficiſci, ſi prius Ciceronem oppresſiſſet, quem ſuis conſilijs officere multū ſentiret, ut ait Salluſtius. Aliàs ſæpe Ciceronem Catilina occidere conatus eſt, ut libro ſuperiore dictum eſt.

Perculſum }. i. euerſum. In qua ſignificatione dici, Nonius Marcellus author eſt. Inde perculſus pro attonito ſtupefacto dicitur, tanquam quòd mentis eius ſedes euerſa ſit. Virg. in. 1. Aenei. Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates. et libro octauo, Obſtupuit tanto percul ſus nomine Pallas. Abiectū } id eſt, odij cauſa eiectum, ut ablegare, amittere, amandare dicimus. ubi particula à uel ab, odij quandam ſignificationem habet. Retorquet oculos. } Hoc

improbitatem faucrent? Ac ſi ſublato illo depelli à uobis omne periculum iudicarem: iampridem ego L. Catilinam non modo inuidiæ meæ, uerumetiam periculo uitæ ſuſtuliſſem. Sed cum uiderem ne uobis quidem omnibus re etiam tam probata, ſi illum, ut erat meritus, morte multaſſem, fore ut eius ſocios inuidia oppreſſus, perſequi nõ poſſem. Rem huc deduxit, ut tum palàm pugnare poſſetis, cum hoſtem aperte uideretis. Quem quidem ego hoſtem Quirites quàm uehementer foris eſſe timendum putem: licet hinc intelligatis, quòd illud etiam moleſte fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omnes ſecum ſuas copias eduxiſſet. Tongillum mihi eduxit: quem amare in prætexta calumnia cœperat: Publicium, & Munatiū, quorum æs alienum contractum in popinam nullum Reip. motum afferre poterat, reliquit. Quos uiros, quāto alieno ære, quam ualentes, quàm nobiles, uos uidetis.

Seueritas. } ut tanta fuit conſulum ſeueritas in C. Gracchi, et M. Fuluij in L. Saturnini cæde, ut eo ipſo die quo ſibi decreto ſenatus mandatum eſt, ut uiderent ne quid reſpublica detrimēti caperet, hi ciues perniciosi interempti ſint. Stultitiam }. i. imperitiam. & quam uulgus appellat ſimplicitatem. Qui propter improbitatē fauerēt } Nõnulli è ſenatoribus pericula quæ à Catilina imminebant, nõ uidebāt, aut ſi uidebāt, diſſimulabāt. Horū authoritatem ſecuti imperiti multi & improbi, Ciceronē feciſſe crudeliter dicerent, ſi Catilinam occidiſſet. Ne uobis quidem omnibus }. i. eſſe ex uobis qui non crederent. Hoſtem. } Catilinam. Parū comitatus. } Eū trecēti ſatellites conſecuti

magis uериſimile eſt, quàm quod Ciceroni compertū ſit. Ex ſuis faucibus. } A feris trāſlatio eſt. Luget. } magis quàm dolet. Euomuerit. } alia translatio eſt. Hoc ipſo. } quòd Catilinam eiecerim.

Triumphat. } Ad id alludit, Magnificeq; uicimus uel Triūphat, gaudio. ut pro L. Murena Cicero de Catilina dicit: Tum erupit è ſenatu triumphans gaudio, quem omnino uiuum illinc exire non oportuerat. Idem pro A. Cluentio: Tum uero illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit, uictrix filiæ, non libidinis. Sed ubi uictoriæ nulla mentio eſt, id uerbum Cicero uſurpat in libro Epiſtolarum ad Atti. 9. Ego cum ex ipſa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te triūpho & gaudeo. Tam capitalem hoſtem }. i. tam peſtiferum & pernicioſum. ut in libro de Senectute: Nullum capitaliorem peſtem quàm corporis uoluptatem hominibus à natura datam dicebat.

Supplicio affectum. } Affectum in re bona raro, ſæpius in mala dicitur. Mos maiorum. } Nam perſæpe etiam priuati in hac rep. pernicioſos ciues morte mulctarunt, ut in ſuperiore dixit oratione Cicero. Huius imperij. } conſularis ſcilicet, quod ego gero.

ſunt, ut ait Plutarchus. Hunc in Manliana caſtra cum paucis profectum, Salluſtius ſcribit. Tongillum mihi. } Mihi cauſa ornatus hic tātum ponitur, ut pro L. Murena: Apud exercitum mihi fueris, inquit, Tongillum, Publicium, & Munatium, abiectos homines & contemnendos, ſecutos eſſe Catilinam dicit, cum in urbe remanſerint coniurati nobiles & ualentes: ut oſtendat, magis metuēdos qui in urbe remanſerunt, quàm Catilinam, eosq; qui eum ſecuti ſunt. Calumnia. } aut ocioſa eſt hæc uox & ſuperuacanea, aut hic locus emendatus non eſt. Quorum æs alienum } Pecuniam neruos bellorum eſſe, dici ſolet. Ideoq; Philippus Macedo caſtella omnia expugnari poſſe dicebat, in quæ modo Aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere, ut ait Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum primo. authore Salluſtio, Catilina pecuniam ſua aut amicorum fide ſumptam mutuam Fæſulas ad Manlium mittebat. A Publicio & Munatio ſumpta pecunia mutua eſt, ſed ea belluationibus conſumpta eſt: ne credant eam Quirites ad uſum belli conſumptum iri.

Quanto ære alieno. } quæ res impellit eos potius ad ciuium & urbis cædes & incendia.

Seueritas. }

SYLVI. Itaque ego illum exercitum. } Exaratum ex Gallicanis legionibus. Cum hoc delectu. } Et cum hoc delectu, etiam in nonnullis codicibus lego: ſed emendata mihi lectio non uidetur. quæ illo modo mihi uidetur emendatior, Itaq; ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus comparatum cum delectu etiam. ut oſtēdat Cicero, Catilinæ exercitum nihil eſſe metuendum. Nam Gallicas legiones C. Manlius Catilinæ nomine comparandas curauerat, quæ ex cōtemnendis hominibus erāt: Q. uero Metellus Celer Prætor à Senatu in agrum Picenum miſſus eſt, eiq; permiſſum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararet, ut ait Salluſtius. Ex Gallicanis legionibus }. quæ ſcilicet in Gallia nobis transalpina,

Itaq; ego illum exercitū ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quem in agro Piceno, & Gallico, Q. Metellus habuit ex his copijs, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, ex ijs, qui uadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerūt. Quibus ego non modo, ſi

transalpina, ubi tum erant Boij, comparatæ ſunt, quæ flumio Rubicone & Alpibus continetur. In agro Piceno. } Picenū regio Italiæ eſt, quam quintam Pli. lib. 3. ponit. eam uberrimæ hominū multitudinis eſſe dicit. Idem cap. 5. lib. eiuſdem, à Surrentino ad Silarum amnem XXX. M. paſſus agrum Picenum eſſe dicit. Quem habuit. } habere delectum, eſt, quod dicimus congregare milites, quod bonorum & malorum delectus ſit, ut mali remittantur, bonorū nomina accipiantur. Qui milites congregant, hi à Liuio conquiſitores dicuntur. Magnopere contemno }. i. nihil metuo. Contemnere enim ſæpe dicitur, ut metuere ei contrarium ſit. unde artiū ſcriptores præcipiūt, aduerſarium in contemptum adducum

aciem exercitus noſtri,uerumetiam ſi edictum prętoris oſtendero, concident.Hos quos uideo uolitare in foro, quos ſtare ad curiam,quos etiam in ſenatum uenire,qui nitent unguentis,qui fulgent purpura, mallem ſecum eduxiſſent ſuos milites. Quòd ſi hic permanent,memẽtote,non tam exercitum illum eſſe nobis,quàm hos qui exercitum deſeruerunt pertimeſcendos. Atque etiam hoc magis ſunt timendi,quòd quid cogitẽt,me ſcire ſentiunt,neq; tamen permouentur. Video cui Appulia ſit atributa,quis habeat Hetruriã, quis agrum Picenum, quis Gallicum,quis ſibi has urbanas inſidias cędis,atq; incendiorum depopoſcerit. Oĩa ſuperioris noctis conſilia ad me perlata eſſe ſentiunt: pateſeci in ſenatu heſterna die:Catilina ipſe pertimuit, profugit. Hi quid expectant?non'ne illi uehementer errãt,ſi illam meã priſtinã lenitatẽ ꝑpetuã ſperãt futurã? Quod expectaui,iam ſum aſſecutus: ut uos omnes factam eſſe aperte coniurationẽ contra Remp. uideretis: niſi uero ſi quis eſt,qui Catilinę ſimilis,cũ Catilina ſentire non putet. Nõ eſt iã lenitatis locus;ſeueritatem res ipſa flagitat. Vnũ etiam nunc concedã: exeant,proficiſcãtur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere.

dicum adducendum eſſe. Senibus deſperatis.} Deſperati ſenes ei ubeto perpetuo dicuntur, quòd eorum uitæ diuturnitas nũquam ſperetur. Inde prouerbium apud Ariſtotelẽ lib. Rhetori.2.eſt,Beneficium apud ſenem collocandum non eſſe,eo q id propter uitæ breuitatẽ, quæ reliqua eſt,non referat. Deſperatam ſenectutem Cicero dicit in oratione pro M.Cælio, pro extrema,quæ capulo proxima ſit,Conſeruate,inquit,parenti filium,ne ſenectutem propè deſperatam contempſiſſe uideamini. Deſperatus ægrotus is eſt,cuius de ſalute deſperatur, & deſperatus morbus,q eſt grauiſſimus,et anceps maxime. Inde deſperata reſpub.& ægrota dicitur à Cicerone in Diuinatione. & pro P.Sylla: Magni, diuturni,& deſperati reip.morbi. Inde deſperatum hominẽ,pro perdito & improbo, idem ſæpe dicit,què in uiam reduci poſſe nulla ſpes eſt. Nemo enim adeo ferus eſt,authore Horatio,ut non miteſcere poſſit. Deſperare honorem idem dicit pro L. Murena,& deſperare pacem,lib. Epiſto.ad Attic.2. Deſperare de honore & de fama,uulgo dicunt. Agreſti luxuria.} Vel hic locus mendoſus eſt,uel hæ duæ uoces otioſæ ſunt:uel intelligi debet,Senibus deſperatis.i.perditis agreſti luxuria. Decoctoribus.} id eſt,belluonibus, & patrimonij uoratoribus. Vadimonia deſerere.} Vadimonium eſt ſponſio ſiſtendi in iudicio,cum quis reus citatur,iſq; dicto die in iudicium uenire ſe promittit. Promiſit uadimonium,cum dicto die uenit. Obit uadimonium,cum dicto die non aduenit,& ut uulgo dicunt,ponitur in defectu,deſerit uadimonium,uel ad uadimonium non uenit: ut ex Cice. oratione poſſis cognoſcere,quæ p P. Quintio eſt. Lib. Digeſt. 2.titulo,Si quis in ius uocatus non ierit, Paulus ſcribit,ut ex quacunque cauſa ad prætorem,uel alios præſides qui iuriſditioni præſunt in ius uocatus uenire debeat,ut hoc ipſum ſciatur an iuriſditionis eius ſit. Si quis nõ ierit,à iudice qui uocauit,mulcta damnabitur. Deſerere uadimonium q̃ exercitum malle,eſt malle,ut uulgo loquũtur,amittere multum. uel negotia multum neceſſaria relinquere,q̃ exercitum non ſequi. Vadimonium enim deſeri non ſolebat niſi iuſtiſſima ex cauſa. Concident.} i.territi animum amittent. Quos etiam in ſenatum uenire.} Nam ſenatores XI. ex coniuratis fuerunt, quorum Curius ſenatu ob probrum aliquod motu fuerat. Quid cogitẽt.} non ſolum quid dicãt aut faciãt. Cui Apulia ſit attributa.} C.Iulio Apuliã,Hetruriã Mãlio, agrum Picenum Septimio diſtributas,Cethegũ cædi, Caſſiũ Statilium & Gabinium ad incendẽda XII. urbis loca præfectos fuiſſe, in oratione ſuperiore diximus. Superioris noctis.} nõ nouiſſimæ, ſed quæ nouiſſimam præceſſit. quæ in re ſuperior uox dicitur. Ideo ſuperiorem, nouiſſimam intelligere poſſis qua ex urbe Catilina diſceſſit: qua mandauit Lentulo, Cethego,cæteriſq; ut coniurationis opes confirmarent, inſidias conſuli maturarent,cædem atque incendia pararent, ſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Catilina ipſe pertimuit.} Argumentum à minore ad maius,quo oſtendit coniuratos eos qui in urbe remanſerunt,magis quàm Catilinam timendos eſſe. Hæc enim conſilia coniuratorum cum dixit,Catilina in ſenatu pertimuit & profugit. Hi.} coniurati,qui eadem audiuerũt, & noctis ſuperioris conſilia ſentire intelligunt,nihil permouentur. Hi.} coniurati,qui in urbe remanſerunt. Meam priſtinam lenitatem.} qua in Catilinam uſus ſum,quamuis id ſenatuſconſultum uehemens & graue in eum haberem. Quod expectaui.} mea lenitate ſcilicet,hoc eſt ut Catilina exiret, ut coniuratio uobis omnibus patefacta eſſet. Niſi ſi quis ẽ.} id eſt,niſi quis eſt. Vt nulli eẽ ulli, pro nulli eſſe, A. Gellius,& neminem hominem,pro neminem, luculenti ſcriptores dixerunt. Non eſt iam lenitati locus.} Vt Terentius in Andria: Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Locum actionis,opportunitatem eſſe temporis, Stoici dicunt, ut eſt apud Ciceronem libro de Officijs primo.

Demonſtrabo iter: Aurelia uia profectus eſt:ſi accelerare uolent,ad ueſperam cõſequentur. O fortunatam Rẽp.ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit.

SYLVI. Aurelia uia.} ad quam eſt Aurelium forum, de quo ante. Ea uenitur Roma in Hetruriã. Releuata.} In ſentinæ methaphora ſtat,qua nauis premitur,ea cum exhauritur,nauis releuatur. Vel ab ægrotis facta translatio eſt,ut in oratione ſuperiore: Morbus qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna. Recreata.} tãquam ex morbo refecta & ſanata.ut in oratione ad Quirites poſt reditum: Bona ualetudo iucundior eſt ijs, q è graui morbo recreati ſunt, q̃ qui nũquam ægro corpore fuerunt. C. Marium inedia fluctibusq; feſſum à Minturnenſibus recreatum,Cicero pro Cn. Planco dicit. Idem de prouincijs cõſularibus, Macedoniam exercitu ita uexatam dicit,ut uix poſſit ſe diuturna pace recreare. Id uerbum ad animum transfertur, ut libro Epiſtolarum ad Atti.12.recreare à mœrore dicit. Et lib.4. Literis,inquit,ſuſtentor & recreor. Et pro Cn. Planco: Conſeſſus iſte reficit & recreat mentem meã.& pro Milone: Me recreat et reficit Cn. Pompeij ſapientiſſimi & iuſtiſſimi uiri conſilium. Conceperit.} i. amiſerit.ut p P. Sylla: Quod flagitium Lentulus non cum Antronio cõcea

Vno me hercule Catilina exhauſto, releuata mihi, & recreata Reſp. uidet. Quid. n. mali aut ſceleris fingi aut cogitari poteſt, quod non ille conceperit? Quis tota Italia ueneficus; quis gladiator; quis latro; quis ſicarius quis paricida; qs teſtamentorū ſubiector; quis circūſcriptor; quis ganeo; qs nepos; qs adulter; q̄ mulier īfamis; quis corruptor iuuētutis; quis corruptus; quis perditus inueniri poteſt, qui ſe cum Catilina familiariſſime uixiſſe non fateatur? Quæ cædes per hoſce annos ſine illo facta eſt? quod nefarium ſtuprum nō per illum? Iam uero quæ tanta in ullo unquam homine iuuētutis illecebra fuit, quanta in illo, qui alios ipſe amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Alijs fructum libidinum, alijs mortem parentum, non modo impellendo, uerumetiam adiuuando pollicebatur.

pli. Per abuſionem ſicarios oēs uocamus, qui cædem telo quoque commiſerint. ut ante diximus. Quibus teſt. ſub.} Subiector teſtamētum eſt, qui pro teſtamento uero falſum ſupponit. ut in oratione pro A. Cluentio, cum Oppianicus Aſinij adoleſcentis pecunioſi hæreditatem captaret, Auilus Aſinium ſe nominans, ut erat conſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere uelle: Oppianicus obſignatores, qui neq; Aſinium, neque Auilum noſſent, ad eum adducit: Aſinij nomine teſtamentum obſignatur. Auilus ilico conualeſcit, Aſinius breui illo tēpore occiditur. Subiector teſtamentorum à Cicero appellatur in lib. de Offi. 3. teſtamentarius: Neque, inquit, de ſicarijs, ueneficijs, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt. Vbi paulo poſt de falſo L. Minutij Baſilij teſtamento ſcribit. quod quidam è Græcia attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecum M. Craſſum & Q. Hortenſium, ætatis eiuſdem homines potentiſſimos. Circūſcriptor.} id eſt, impoſtor & deceptor. Circūſcribere enim fallere eſt. Cicero in lib. Academicarum 4. Alterum eſt, quòd fallacibus & captioſis interrogationibus circūſcripti atq; decepti quidam, cum eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate. Idem lib. de Offic. 3. Dolus malus legibus erat uindicatus, ut tutela duodecim tabulis, & circunſcriptio adoleſcentum lege Lectoria. Idem in Philip. 14. Teſtamenta credo ſubijciunt, aut eijciunt uicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt. Quis ganeo.} Ganeones, ut ait Non. Marcellus, à ganeis dicti ſunt, quæ ſunt loca uinolentiæ & libidini apta. Varro in Modio: Hoc intereſt inter Epicurum & Ganeones noſtros, quibus modulus eſt uitæ culina. Citatq; hunc locum in Catilinam. Quæ mulier infamis.} Catilina etiam mulieres aliquot ſibi aſciuit, quæ primo ingentes ſumptus ſtupro corporis tolerauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſolicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere ſibi, uel interficere, ut ait Salluſtius. Non familiariſſime.} In eadem ſententia Salluſtius ē. Catilina, inquit, omnium flagitioſorum atq; facinoroſorū hominum circum ſe tanquam ſtipatorum cateruas habebat. nā quicunq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene, patria bona diſſipauerat, quiq; etiam alienum æs grande conflauerat, omnes parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes. ad hoc quos manus atq; lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat, poſtremo omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi familiareſq; erant. Sine illo facta eſt.} Idem dixit in oratione ſuperiore, in proſopopœia patriæ ad Catilinam. Quod nefarium ſtuprum.} Salluſtius: Adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, cum uirgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, alia huiuſcemodi contra ius faſq;. Eundem cum ſorore ſtuprum feciſſe diximus. Iuuentutis illecebra.} Authore Salluſtio, Catilina iuuenum uel adoleſcentum familiaritates maxime appetebat. nam eorum animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſq; ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes aut equos mercari, poſtremo neq; modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. Qui alios ipſe.} Salluſtius hāc Ciceronis ſententiam nō probat. Scio, inquit, nōnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe. Sed ex alijs rebus magis, quàm quod cuiq̄ id compertum foret, hæc fama ualebat. Seruiebat amori.} id eſt, lenocinabatur. Alijs mortem parentum.} In coniuratione filij familias erāt, quorum ex nobilitate pars maxima erat, qui in illa urbis uaſtatione parentes interfecturi erant, ut ait Salluſtius.

Nunc uero quàm ſubito, non ſolum ex urbe, uerū etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat; nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit. Atq; ut eius diuerſa ſtudia in diſſimili ratione perſpicere poſſitis; nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur; nemo

SYLVI. *In ludo gladiatorio.} ubi ſe gladiatores exercent, ut ludus literarum dicitur. Intimum.} i. familiariſſimum. Nemo in ſcena leuior.} i. nullus hiſtrio, nullus mimus. Mimi enim uiles & abiecti ita habebantur, ut ab his nominatim appellari contumelioſum exiſtimatum ſit. Ideo Lucilius eum à quo in ſcena nominatim læſus fuerat, & L. Accius eum à quo fuerat nominatus, in iniuriarum iudicium uocauerunt, ut eſt libro Rhetoricorum ad Herēniū 2. Hanc eſſe cauſam arbitror, cur Terē. in prologis à ſe factis nominatim ſe non appellet, ſed ſolum poetam, ne qua ſibi tum afferretur contumelia, cum mimus prologum recitaret. Sodalē.} Sodalis hic dici uidetur, pro ſocio in rebus leuioribus, & uoluptarijs, in qua ſignificatione dici Valla exiſtimat. A' ſedendo, uel ſimul edendo dici, Sext. Pompeius putat, quòd ita ſodales ſocij ſint in belluationibus et comeſſationibus, alijſq; huius generis libidinibus. quāuis in re quoq; honeſta dicatur ſodalis. Diuerſa ſtudia in diſſimili ratione.} Cicero in oratione pro M. Cælio, de Catilinæ ſtudijs diuerſis cum alia multa dicit, tum illud: Erant, inquit, apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli et laboris, flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris. neq; ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullū puto, tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibuſq; cōflatum, &c. Eius itaq; diuerſa fuere ſtudia, nam improbus & nequam*

in ſcena leuior, & nequior, qui ſe non eiuſdem propè ſodalem fuiſſe commemoret. Atque idem tum ſtuprorum et ſcelerum, exercitatione aſſuefactus, frigore, et fame, & ſiti, ac uigilijs pferendis, fortis ab his iſtis ſuis ſocijs prædicabatur: cum induſtriæ ſubſidia, atq; inſtrumenta uirtutis in libidine, audaciáq; conſumerentur. Hunc uero ſi ſecuti fuerint ſui comites ſi ex urbe exierint deſperatorum hominum flagitioſi greges: ô nos beatos, ô Remp. fortunatam, ô prēclarā laudem conſulatus mei. Iam enim non ſunt mediocres hominum libidines, non humanæ, ac tolerandæ audaciæ; nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Eadem tamē illa, quæ erat in abundātia, libido permanet. Quòd ſi in uino, & alea comeſſationes ſolum, et ſcorta quærerent; eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferēdi. Hoc uero quis ferre poſſit; inertes homines fortiſſimis inſidiari: ſtultiſſimos prudentiſſimis: ebrioſos ſobrijs: dormientes uigilantibus: qui mihi accubantes in conuiuijs, complexi mulieres impudicas, uino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incendia: quibus ego confido impendere fatū aliquod, & pœnas iamdiu improbitati, nequitiæ, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare iam planè, aut certe iam appropinquare. Quos ſi meus conſulatus quoniam ſanare non poteſt, ſuſtulerit, non breue neſcio quod tempus, ſed multa ſecula propagarit Reipub. Nulla eſt enim natio, quam pertimeſcamus, nullus rex qui bellum Reipub. facere poſſit: omnia ſunt externa unius uirtute, terra mariq; pacata domeſticum bellum manet. Intus inſidiæ ſunt, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis; cū luxuria nobis, cum amentia, cum ſcelere certandum eſt. Huic me bello ducem profiteor Quir. ſuſcipio inimicitias hominum perditorum. Quæ ſanari poterunt, quacunq; ratione ſanabo; quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. Proin aut exeant, aut quieſcant: aut ſi in urbe, & in eadem mente permanent; quę mereantur, expectent.

nequam hominibus familiaris fuit, & tamen fortitudinis partibus ſe exercuit: hoc eſt, frigore, fame, ſiti, & uigilijs. Induſtriæ ſubſidia.} Induſtria uulgo dicitur, pro ingenij dexteritate quadam & felicitate. ſed à doctis hominibus dici inuenio pro conſtanti labore, qui certo quodam & honeſto cōſilio ſuſcipiatur: quæ fortitudinis pars eſt, cui contraria ſit pigritia aut ignauia. Cice. in 1. de Finibus libro: Neq; laborum perfunctio, neq; perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, nec uigiliæ, nec ea ipſa quæ laudatur induſtria, nec fortitudo quidem. Idem in oratione Poſt reditum in Senatu: Habet magiſtros non ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac de uirtute diſſerunt, qui ad laborem, ad induſtriam, ad pericula pro patria ſubeunda adhortantur. Inde induſtrius homo dicitur. Idem libro in C. Verrem ſexto: Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri populū Roma. hominibus nouis atque induſtrijs libenter honores mandare, ſemperq; mandaſſe. & libro Tuſcul. 2. de labore & dolore locutus: Hæc, inquit, duo Græci illi quorū copioſior eſt lingua quàm noſtra, uno nomine appellant. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos. Aliud eſt enim laborare, aliud dolere. Induſtriæ ſubſidia appellat, frigoris, famis, ſitis, uigiliarū patiētiam, qua rōne labor facilius ſuſcipitur, fitq; conſtantior. Virtutis }.i. fortitudinis. In libidine }.i. ad obſidendum ſtuprum, & maritorum ſomno inſidiandum. Audacia}.i. ad facinus obeundum, & occiſorum bonis inſidiandum. Non medioc.} id eſt maximæ. Inhumanæ }.i. maiores quàm natura humana afferat, ideoq; feroces ſunt et belluinæ. Audacia quāuis in numero ſingulari dicatur ſæpius, non tñ ſemel dixit Cicero audacias in plurali, ut libro Epiſto. ad Atti. 9. Libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egētiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec rempub. ſuſtinere. In Verrē Actione. 5. Vultis aūt iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare? pro P. Sylla: Penitus introſpicite, Catilinæ, Antronij, Cethegi, Lentuli, cæterorumq; mentes, quas uos ī his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quātas audacias, q̄ incredibiles furores, quas notas ſcelerū, quæ indicia parricidiorū, quantos aceruos facinorum reperietis? Obligurierūt. } Obligurire quid ſit, explicat Donatus, cū enarrat illum Terentij ex Eunucho locū: Patria q obligurierat bona. Obligurierat, inquit, ſuauibus eſcis cōſumpſerat. Ligurire enim dictum eſt ppea, q. ſuaue λιγυρὸν Græci appellant. Libido permanet.} Libido peruerſa eſt admodum, ſi in egeſtate remaneat ea quæ fuit in abundantia. Inertes homines.} Inertes dicit eos, quos uulgus parū Latine appellat puſillanimos. Ebrioſos ſobrijs.} Ebrioſum ab ebrio diſtinguit Cice. lib. Tuſcu. q̄onum 4. quantum iracūdum ab irato, et amatorem ab amāte. quòd hic in actione ſit, illi aūt ad actionē proclinitas ſit, etiam ſi in actione nō ſit. Qui mihi.} Mihi ornatus gratia hic ponitur. Vino languidi.} Lāguere herbas dicimus, cum humore defectæ aut caſæ flacceſcunt. Virg. in libro Aene. 9. de morte Euryali: Voluitur Euryalus leto, pulchroſq; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recumbit: Purpureus ueluti cum flos ſuccīſus aratro Langueſcit moriens, laſſóue papauera collo Demiſere caput, pluuia cū forte grauantur. Hinc languere homines dicimus eos, qui animi & corporis amiſſo uigore debilitātur, cuiuſmodi ebrij eſſe ſolēt. Confecti cibo. } Alij. legunt conferti: quæ lectio aſpernanda nō eſt. Sertis redimiti. } in cōuiuio luxurioſo coronas & unguēta addi ſolita, uulgatius eſt q̄ ut dici poſtulet. Vnius uirtute, terra mariq;. } Cn. Pōpeij. Domeſticū }.i. inteſtinū. Cū luxuria }.i. cū luxurioſis hoībus. Quæ ſanari po. } Ex medicis ſimilitudo ſumpta ē, qui īmedicabile uulnus enſe recidūt, ne pars ſincera trahatur. Quod uero curari pōt, id nō reſcindunt, ſed dant operā ut ſanent. Aut quieſcant. } Quieſcere dicitur is, qui eſt inſolens & inquietus, cum ceſſat, ut ait Donatus in Andriam Terētij. In ca-

At etiam ſunt Quirites, qui dicant à me in exiliũ eiectum eſſe Catilinam: quod uerbo, ſi ego aſſequi poſſem, ipſos iſtos eiicerem, qui hæc loquuntur: homo enim uidelicet timidus, & permodeſtus uocem conſulis ferre non potuit; ſimulatq; ire in exilium iuſſus eſt, paruit. Quid quòd heſterno die, cum domi meæ penè interfectus eſſem, Senatũ in ędē Iouis Statoris uocaui, rē omnem ad P.C. detuli. Quò cum Catilina ueniſſet, quis eum Senator appellauit? quis ſalutauit? quis deniq; ita aſpexit, ut perditum ciuem, ac non potius ut importuniſſimum hoſtē? Quinetiam principes eius ordinis partem illã ſubſelliorum, ad quam ille acceſſerat, nudã, atq; inanem reliquerunt. Hic ego uehemens ille Conſul, qui uerbo ciues in exilium eiicio, quæſiui à Catilina, an in nocturno conuentu apud M. Leccam fuiſſet, necne. cum ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus, primo reticuiſſet, pateſeci cętera: quid ea nocte egiſſet, ubi fuiſſet, quid in proxima conſtituiſſet, quemadmodũ eſſet ei ratio totius belli deſcripta, edocui. Cũ hęſitaret, cum teneretur, quęſiui quid dubitaret proficiſci eò, quò iampridē pararat. Cũ arma, cũ ſecures, cũ dignitates, cum fuſtes, cũ tubas, cũ ſigna militaria, cũ Aquilam illã argenteam, cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam; in exilium eiiciebam, quē iam ingreſſum in bellum eſſe uidebam. Etenim, credo, Manlius iſte centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellũ Po. Roma. ſuo nomine indixit, & illa caſtra nunc non Catilinã Ducem expectãt: et ille eiectus in exiliũ, ſe in Maſſiliam, ut aiunt, non in hęc caſtra cõferet. O conditionē miſerã, nõ modo adminiſtrandę, uerumetiã conſeruandę Reip. Nunc ſi L. Catilina, cõſilijs, laboribus, periculis meis circũcluſus, ac debilitatus ſubito pertimuerit, ſententiam permutauerit, deſeruerit ſuos, cõſilium belli faciundi abiecerit, ex occurſu ſceleris, et belli iter ad fugam, atq; in exilium cõuerterit, nõ ille à me ſpoliatus armis audaciæ, non obſtupefactus ac perterritus mea diligẽtia, nõ de ſpe, conatuq; depulſus, ſed indemnatus, innocens in exiliũ eiectus à conſule, ui & minis eſſe dicetur. Et erũt, qui illum ſi hoc fecerit, non improbũ ſed timidum, me non diligentiſſimũ conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannũ exiſtimare uelint. Eſt mihi tanti o Quirites huius inuidiæ falſæ, atque iniquę tēpeſtatem ſubire, dummodo à uobis huius horribilis belli, ac nefarij periculum depellatur. Dicatur ſanè eiectus eſſe à me, dummodo eat in exilium: ſed mihi credite, non eſt iturus. Nunquam ego à dijs immortalibus, optabo Quirites inuidię meę leuandę cauſa, ut

dem mente. } id eſt, in eodem animo coniurationis.

SYLVI. Quod uerbo ſi ego aſſequi poſſem. } id eſt ſi uerbo tantum ualerem, ut eo ciuem eiicere poſſem, eiicerē iſtos ipſos qui hæc de me loquuntur. Videlicet. } in Ironia hic, ut aliàs ſæpe, dicitur. Vehemens ille conſul. } ille hic emphaſim habet, authore Priſciano libro decimoſeptimo, quamuis dicamus ipſe facio, & ipſe facis, tamen non dicimus ille facio, & ille facis, niſi addamus aliud pronomen primæ aut ſecundæ perſonæ. citatq; hunc Ciceronis locum. Hic ego uehemens ille conſul. } Simile illud eſt, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena. Apud M. Leccam. } id eſt, in M. Porcij Leccæ domo. Quid in proxima. } id eſt, in ſuperiore, id eſt præcedente illam noctem qua conuenit in domum Leccæ. Ratio totius belli. } id eſt, qui cædi, qui incendijs præficerentur, qui quæ in loca ad cogēdum exercitum proficiſcerentur. Deſcripta ei. } id eſt, ab eo. Cum teneretur. } tacita confeſſione & heſitatione conuictus. Alij cunctaretur legunt. Quo iampridem. } id eſt, in caſtra Manlij. Etenim credo, & cætc. } Ironia eſt. Se Maſſiliam, ut aiunt. } Catilina poſtquam ex urbe profectus eſt, cum iret in caſtra Manliana, conſilij ſui diſſimulandi cauſa, ex itinere multis Senatoribus, præterea optimo cuique literas miſit, ſe falſis criminibus circũuentum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere, Maſſiliam in exilium proficiſci, non quòd ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti Reſpub. quieta foret, néue ex ſua contentione ſeditio oriretur, author eſt Salluſtius. Circumcluſus. } id eſt, illaqueatus & irretitus: ut facta ſit translatio à feris, quæ circumcluſæ retibus debilitatæ ſunt.

Spoliatus armis audaciæ } id eſt, impetu, quo nouus conaretur. Indemnatus. } Innocens. Singulis uerbis ſuum pondus additum eſt. Sed timidum. } Miſerum, non timidum legit Priſcianus libro decimooctauo. Miſer enim non dicitur ſceleratus, qui calamitate premitur. Donatus in Hecyram Terentij. negat quenquam dici miſerum, præter innocentem, citatq; illud Salluſtij: Atque ea cogentes non coactos, ſceleſtos magis quàm miſeros aſtringit. Exiſtimare uelint. } Exiſtimari apud Priſcianum lego, quod quàm exiſtimare, cum uerbo uelle dictum, eſt elegantius. Eſt mihi tanti. } id eſt, tam parui facio, ut ſit Ironia. Voltare. } exultare.

Triduo. } pro intra triduum hic dici, Priſcianus libro decimo octauo, teſtis eſt. Vulgus diceret, antequam ſint tres dies.

Non tam hoc. } Significat, qui hoc dictitant eſſe ex coniuratis, aut certe fauere coniurationi. Hoc quod agit. } id eſt, patriæ bellum facere. Præter uoluntatem. } id eſt, contra uoluntatem. Viuis nobis. } illud enim more ſibi dicebat, quo minus ad Manlium proficiſceretur, quòd uiuerem. Vlciſci ſtudeo, quàm ſanare. } id eſt, legibus punire. Vlciſci ſæpius dicimus eum qui læſit. Sed iniuriam aut mortem ulciſci dicimus.

Si me audire uoluerint. } Audire & auſcultare, cum obedire ſignificãt, datiuo nonnũquã, ut obedire ab audiendo compoſitum, iunguntur: ſæpius tamē accuſatiuo, ut ait Priſcianus.

Exponam enim uobis. } Attētos reddit auditores ad ea quæ ſequuntur. Magno in ære alieno. } id eſt multa debentes.

Diſſolui. } Nam qui in ære alieno ſunt, quodammodo ſunt obligati: qui diſſoluuntur, cum ſatisfaciunt creditoribus. Diſſoluere æs alienum, & diſſolui re ſe ære alieno dicimus. Tu familia, ſeruorum. } ſcilicet copioſus,

L. Catilinam ducere exercitum hoſtium atq; in armis uolitare audiatis: ſed triduo tamen audietis, multoq; magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquando, quod illum emiſerim potius quàm eiecerim. Sed cum ſint homines, qui illum cum profectus ſit, eiectum eſſe dicant; ijdem, ſi interfectus eſſet, quid dicerẽt? Quanquam iſti, qui Catilinam Maſſiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm uerentur. Nemo eſt iſtorum tam miſericors, qui illũ nõ ad Mãlium, quàm ad Maſſilienſes ire malit. ille autem ſi, me hercule, hoc quod agit, nunquam ante cogitaſſet, tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quàm exulem uiuere. Nunc uero, cum ei nihil adhuc præter ipſius uoluntatem cogitationẽq; acciderit, niſi quod uiuis nobis Roma profectus eſt: optemus potius ut exeat in exilium, quàm queramur. Sed cur tã diu de uno hoſte loquimur? & de eo hoſte, qui iam fatetur ſe eſſe hoſtẽ: et quẽ, quia, quod ſemꝑ uolui, murus intereſt, nõ timeo. de ijs, qui diſſimulant, qui Romæ remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, q̃ ſanare, & ipſos placere Reip. neq; id, quare fieri nõ poſſit, ſi me audire uoluerint, intelligo. Exponam enim uobis Quir. ex quibus generibus hominum iſtæ copiæ cõparentur: deinde ſingulis medicinam, conſilij atq; orationis meæ, ſi quã potero, afferã. Primum genus eſt eorum, qui magno ęre alieno, maiores ẽt poſſeſſiones habent: quarum amore adducti, diſſolui nullo modo poſſunt. Horũ hominũ ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt enim locupletes, uoluntas uero et cauſa impudentiſſima. Tu agris, tu ædificijs, tu argento, tu familia, tu rebus oĩbus ornatus & copioſus ſis; & dubites aliq̃d de poſſeſſiõe detrahere, ac fidẽ acqrere? Quid enĩ dicas? expectas bellum? Quid? ergo in uaſtatione hominum tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? An tabulas nouas? Errant qui iſtas à Catilina expectant, meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur, uerum auctionariæ: neq; enim iſti, qui poſſeſſionem habent, alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Quod ſi maturius facere uoluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum uſuris fructibus prædiorum locupletioribus his et melioribus ciuibus uteremur. Sed hoſce homines minime puto pertimeſcendos, quod aut deduci de ſententia poſſunt, aut ſi permanebunt, magis mihi uidentur uota facturi contra Rẽp. q̃ arma laturi. Alterũ genus eſt eorum, qui quanquam premuntur ære alieno, dominationẽ tamen expectant; rerum potiri uolunt; honores, quos quieta Rep. deſperant, turbata conſequi ſe poſſe arbitrantur.

pioſus, id eſt, diues & abundans. Detrahere uendendo. } Fidem acquirere, quam amittit debitor, cũ non diſſoluit æs alienum. Poſſeſſiones ſacroſanctas. } Sacroſanctum, ut ait Sext. Pompeius, dicebatur id quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, ut ſi quis id uiolaſſet, morte pœnas penderet. Vt ſacroſanctos Tribunos plebis, Titus Liuius dicit libro ſecundo. Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo, negat quicquam ſacroſanctum eſſe, niſi qđ populus plebs'ue ſanxiſſet.

Tabulas nouas. } Cum ære alieno & uſuris plebs Romana oppreſſa erat, aut ſenatuſconſulto, aut Imperatoris decreto tabulæ nouæ in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. De hac tabularum nouarum indignitate Cicero in libro de officijs ſecundo: Tabulæ, inquit, nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem ne ſit æs alienum, quod Reipub. noceat prouidendum eſt. Quod multis rationibus caueri poteſt, ſi hoc non fuerit ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim ulla res uehementius Rempub. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. De hac coniuratorum expectatione tabularum nouarum, ſuoq; adhibito remedio, idem ſubiungit: Nunquam, inquit, uehementius actum eſt, quàm me conſule, ne ſolueretur. Armis & caſtris tentata res eſt, ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita reſtiti, ut hoc tantum malum de Repub. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutũ eſt. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.

Verum auctionariæ. } Auctio. eſt publica bonorum uenditio, cum res addicitur ei qui pretium obtulit maximum. Inde auctionari publice, & uelut ex decreto uendere. Auctionarias tabulas hic appellat Cicero, quibus agros, ædificia, aliaq́; quæ ſunt debitorum proſcribit uenalia, ut æs alienum diſſoluatur creditoribus. Salui. } id eſt, ære alieno diſſoluti, qua eadẽ in re paulo poſt dicit.

Maturius } i. citius. Certare cum uſuris fructibus prædiorum. } eſt prædia tantum amare, ut ea uendi nolis, ut ære alieno fœnore ſumpto te excoluas. Locupletioribus. } Vſuræ enim remfamiliarem diminuunt maxime. Ideoq́ue M. Cato maior fœnerari aliud nihil eſſe putabat, niſi hominem occidere, ut ait Cicero in libro de officio ſecundo. Locupletioribus his & melioribus uteremur. } Vſurarum multiplicatio ciuitati pernitioſa eſt. T. Pomponius Atticus, ut in eius uita Cornelius Nepos ſcribit, cum Athenis erat, neque uſuram unquam accepit, neque eos quibus pecuniam crediderat, longius quàm dictum eſſet debere paſſus eſt. Quod utrumque erat ſalutare. nam neque indulgendo inueteraſcere eorũ æs alienum patiebatur, neque multiplicandis uſuris creſcere.

Rerum potiri. } Potiri in infinitiuo tantum in quarta coniugatione dicitur, quamuis in alijs modis ſit tertiæ & quartæ coniugationis, ut ait Priſcia. lib. x. ubi citat hunc locũ. Eodẽ authore lib. 18. potior illius rei, & illam rẽ, & illa re, citat itidem hunc locũ. Id quod cũ ſummo furore, &c. } id eſt, ut ciuium cæde, urbis incẽdio & uaſtatione, aſſequantur magiſtratus.

Aetate iam confectum. } Nam Catilinæ coniuratione ꝑ multi erant ueterani Syllæ milites, quorum alij per Italiam fugitiui, alij & hi quidem bellicoſiſſimi ꝑ urbes Hetruriæ ſparſi, oppidorum direptiones,

paratasq; ſibi rapinas ſomnabãt: Manlium hi ſibi ducem nacti, uirum qui ſub Sylla ſtrenue quondam & fortiter militauerat, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Salluſtius poſtquam enumerauit quos ſibi amicos Catilina parauiſſet: His, inquit, amicis ſocijsq;

Quibus hoc præcipiendum uidetur, unum ſcilicet, et idem, quod cæteris hominibus, ut deſperent ſe id, quod conantur, conſequi poſſe. Primum omnium me ipſum uigilare, adeſſe, prouidere Reip. Deinde magnos animos eſſe in bonis uiris, magnam concordiam, maximam multitudinem, præterea magnas copias militum, Deos denique immortales huic inuicto Populo, clariſſimo imperio, pulcherrimæ urbi, contra tantam uim ſceleris præſentis auxilium eſſe laturos. Quòd ſi iam ſunt, id quod cum ſummo furore cupiũt, adepti, num illi in cinere urbis, & ſanguine ciuium, quæ mente ſcelerata, ac nefaria cupierũt, cõſules, ac dictatores, aut etiã Reges ſe ſperant futuros? Non uident ſe id cupere, quod ſi adepti fuerint, fugitiuo alicui, aut gladiatori cõcedi ſit neceſſe. Tertium genus eſt ætati iam confectum, exercitatiõe robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina ſucceſſit.

ſocijsq; cõſiliis Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat, & quòd plerique Syllani milites largius ſuo uſi, rapinarum & uictoriæ ueteris memores, ciuile bellum exoptabant, opprimendæ Reipub. conſilium cepit.

Hi ſunt homines ex his colonijs, quas Feſulis Sylla cõſtituit, quas ego uniuerſas ciuiũ eſſe optimorũ & fortiſſimorũ uirorũ ſentio. Sed tamẽ hi ſunt coloni, qui ſe in ſperatis, repẽtinisq; pecunijs ſumptuoſius, ĩſolẽtiusq; iactarũt: hi dum ædificant tanquã beati, dum prædijs, lecticis, familijs, magnis conuiuijs, apparatibus delectãtur, in tantũ æs alienũ inciderunt, ut ſi ſalui eſſe uelint, Sylla ſit his ab inferis excitãdus. Qui etiam nonnullos agreſtes homines tenues, atq; egentes in eandẽ ſpem rapinarumueterũ impulerunt: quos ego utroſq; Quir. in eodem genere prædatorũ, direptorumq; pono. Sed eos hoc moneo, deſinant furere, & proſcriptiones, & dictaturas cogitare. Tantus enim illorũ temporũ dolor inuſtus eſt ciuitati, ut iã iſta nõ modo homines, ſed ne pecudes quidẽ paſſuræ eſſe uideantur. Quartũ genus ſanè uarium, et miſtum, et turbulentum: qui iampridem premuntur, qui nunquam emergẽt: qui partim inertia, partim male gerẽdo negotio, partim etiã ſumptibus in uetere ære alieno uacillãt: qui uadimonijs, iudicijs, proſcriptiõibus bonorũ defatigati: permulti ex agris, ex vrbe ſe in illa caſtra cõferre dicuntur. Hoſce ego nõ tam milites acres, quàm inficiatores lentos eſſe arbitror, qui homines primũ ſi ſtare nõ poſſunt, corruãt: ſed ita ut nõ modo ciuitas, ſed neq; uicini quidẽ proximi ſentiãt. Nã illud non intelligo, quam ob rem, ſi uiuere honeſte non poſſunt, perire turpiter uelint. Aut cur minore dolore perituros ſe cũ multis, quàm ſi ſoli pereãt arbitrentur. Quintum genus eſt paricidarum, ſicariorum, denique

SYL VI. Quas Feſulis.} L. Sylla 47. legiones in agros captos deduxiſſe, eoſque ijs diuiſiſſe, T. Liuius lib. 89 ſcribit. Feſulas ab Atlante cælifero conditas, eaſq; ab eius filia Feſula appellatas eſſe, Politianus contendit in libro Epiſtolarum primo. Multas autem colonias huc à Sylla deductas ſignificat. campos eos qui inter Feſulas & Aretium iacent, maxime opulentos eſſe frumenti, pecoris, omniumq; rerum copia, T. Liuius lib. 22. ſcribit. Ciuium eſſe, &c.} Ciues à colonis diſtinguit, quòd ciues ſint qui erãt ante coloniam deductam, coloni uero qui deducti ſint. Se iactarunt.} id eſt, diuitias ſuas oſtentarunt, effundendo eas ſumptuoſe & inſolenter. Inſolẽtiusq;} Inſolentem hominẽ dicimus præferocem, & ultra uſitatum morem hominum elatum. Ea animi inuſitata & nimia elatio, inſolẽtia dicitur. Lecticis.} His uehebantur ægroti, ſenes, et nonnunquam mulieres, quod id uectationis genus eſſet mollius, iiſdẽ nonnunquam homines uehebantur, id ex uerbis C. Gracchi apud A. Gellium cap. 2. lib. 10. & ex Ciceronis Actione in C. Verrem 7. poſſis agnoſcere. Eas lecticas ferebant nonnulli aut equi, aut ſerui, qui inde lecticarij dicuntur. Ser. Sulpitius ad Ciceronẽ lib. Epiſt. 4. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisq; lecticarijs in urbem eum referre. Lecticarios lecticarum artifices Cicero appellat pro Sexto Roſcio: Mitto, inquit, haſce artes uulgares, coquos, piſtores, lecticarios. Inciderant.} id eſt, repente deuenerant. Ab inferis excitandus.} id eſt, reſuſcitandus. Proſcriptiones.} quales Sylla fecit. Et dictaturas.} qualem Syllam habuit, qui ſe annos 120. Dictatorem fecit. Huiuſmodi proſcriptiones à Catilina ne ſperent.

Tantus illorum temporum dolor.} De Syllæ etiam in ciues Romanos crudelitate maxima, Plutarchus in eius uita amplius ſcribit. Inurere dolorem.} id eſt, afferre dolorem pergrauem. à medicis ſumptum uidetur, qui ulcera aut uulnera, quæ alioqui curari non poſſunt, ad uiuum adurunt. Turbulentum.} id eſt, ex turba et multitudine & quaſi colluuione hominum conflatum. Nunquam emergent.} id eſt, nũquam fient diuites, nec ad ullum unquam dignitatis gradum aſcendent. Inertia.} id eſt ignauia & pigritia, aut nullius artis peritia: quæ quantum hominibus incommoda ſit, Solon ſenſit, qui lege cauit, ut filius patrem alere non teneretur, qui ab eo artem nullam accepiſſet.

Male gerẽdo negotio} à res ſuas male collocando & adminiſtrando. qua ratione multi ex opulentis pauperes fieri ſolent.

Partim ſumptibus.} Qui parſimoniæ contrarij ſunt. Rem familiarem conſeruari debere diligentia et parſimonia, Cicero docet in lib. de Offi. 2. Inde prudenter illud dictum ẽ, Parſimoniam optimum eſſe uectigal.

Vacillant.} Periclitantur. eſt enim à uacillãte naui facta trãſlatio. Vt cõtra ante dixit: Si ſalui eſſe uelint, Sylla ſit his ab inferis excitandus. Itemq;: Neque enim iſti qui poſſeſſiones habẽt alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Vadimonijs}. i. ſponſionibus

omnium facinoroſorū, quos ego à Catilina nō reuoco: nam neq; diuelli ab eo poſſunt: & pereant ſanè in latro cinio: q̄m ſunt ita multi, ut eos capere carcer nō posſit.

ribus ſiſtendi ſe in iudicia.i.cita tionibus. Nam citantur reibi, qui promittunt uadimonium. Iudicijs }.i.damnationibus, cū ſcilicet à creditoribus in ius uocati damnantur. Proſcriptionibus bonorum }.i.uenditionibus poſſeſſionum, aliorúmue bonorum, quas uicti faciunt à creditoribus in iudicio uicti. Proſcribere enim eſt, uendendam rem proponere. Cicer. in tertio de Offi. Claudius proſcri pſit inſulam, uendidit, emit C. Calphurnius. Idem: Tu cum ædes pro ſcribas, tabula tanquam plagam ponas, domum propter uitia uen das. In illa caſtra. } Manlij. Inficiatores. } Inficiatores potius lego cum Priſcia.lib.12.ubi præcipit. de ſyllaba ce adiuncta cum pronomine hic, hæc, hoc, in his caſibus ubi in s. deſinit: quàm inſti tores. Petitionem negat Cice.in 2. de Oratore: Nobis in tribunali Q. Pompeij prætoris urbani familiaris noſtri ſedentibus, homo ex numero diſertorum poſtulabat, ut illi unde peteretur uetus & uſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet! Quod petito ris cauſa comparatum eſſe non intelligebat, ut ſi ille inficiator probaſſet iudici, ante petitā eſ ſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi: petitor rurſus cū peteret, ne exceptione excluderetur, q. ea res in iudicium antea non ueniſſet. Quo in loco erraſſe mihi uiſus eſt Non. Marcellus, qui hoc Ciceronis loco utitur, ut doceat inficia tores eſſe falſi criminis obiectores. Author Rhetoricorum ad He rennium, inficiationem libro primo appellat obiecti criminis nega tionem, & quam Quintilianus libro tertio depulſionem uocat. Ex intentione, inquit, & ex inficiatione iudicatio conſtituitur, hoc mo do. Intentio, occidiſti Aiacem: Inficiatio, non occidi: Iudicatio, occiderit'ne. Si ſtare non poſſunt, corruant. } id eſt, ſi de ſen tentia & ſpe deijciantur, ſibi mortem domi conſciſcant. Hone ſte. } extra coniurationem ſcilicet. Perire turpiter. } cum con iuratis. Cum multis. } coniuratis. Si ſoli pereant. } domi. In latrocinio. } id eſt, bello in patriam.

Poſtremum autem genus eſt non ſolum numero, ue rum etiam genere ipſo atque uita, quod proprium eſt Catilinæ de eius delectu, immo uero de complexu eius ac ſinu, quos pexo capillo, nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus ac tritis tuni cis, uelis amictos, non togis, quorū omnis induſtria uitæ, & uigilādi labor ī antelucanis cœnis exponitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, oēs improbi, impudiciq; uerſantur: hi pueri tā lepidi, ac delicati, qui nō ſolum amare, & amari, neq; cātare, & pſallere, ſed etiam ſicas uibrare, et ſpargere uenena didicerunt: qui ni exeunt, ni pereunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in Rep. ſeminarium Catilinarium futurum.

SYLVI. Poſtremum genus eſt de Catilinæ delectu. } non ſolum nume ro, ſed etiam genere uitæ eius quæ Catilinæ propria eſt, & qua utitur Catilina præcipue. Imo uero de complexu, &c. } id eſt, fa miliariſſimis ei & intimis. Imberbes }.i. pueri uel adoleſcentes, uel uiri barba uulſa, quales erant molles & effœminati. Apud A. Gellium cap.12.lib.7. P. Scipio Africanus minor, P. Sulpitio Gal lo homini delicato obiecit, q. quotidie unguentatus aduerſus ſpeculum ornetur, q. eius ſuper cilia radantur, quòd barba uul ſa fœminibusq; ſubuulſis ambu let, quòd in conuiuijs adoleſcen tulus cum amatore, cum chiro dota tunica īferior accubuerit. Pexo capillo }. i. cura nimia compoſito. Capillum in numero ſingulari pro coma ſæpe dicūt authores maximi. Bene bar batos. } Romanis antiquis mos fuit, ut barbam ne tonderent. Hinc graues illi et ſapientes ſe nes, barbati dicebantur Cicero pro L. Murena: Hæc, inquit, tū apū illos barbatos ridicula cre do uidebantur. Sed hanc ueterum barbam horridam, non pexam, idem ſignificat in oratione pro P. Sextio de L. Piſone: Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, q̄ terribilis aſpectu. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij ueteris ima ginem antiquitatis, columen reip. diceres intueri. Veſtitus aſper no ſtra hac purpura plebeia ac penè fuſca, capillo horrido. Barbam uero quæ molliter pexa eſt & curata, barbulam, eosq; qui eā ge runt barbatulos idem appellat. Pro M. Cœlio de Appio Claudio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, nō ac bar bula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quā in ſtatuis antiqs & imaginibus uidemus. Idem in Epiſt. ad Attic. lib.1. Nam cum dies ueniſſet rogationis ex S.C. ferenda, concurſabāt barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis, & populum ut an tiquaret rogabant. De more barbam & genas radendi ante ſe nectutē, A. Gellius ſcribit cap.4.lib.3. Bene igitur barbatos.i. bar batulos, & barbula penè pexa & curata. Manicatis. } Manica tis tunicis ac talaribus Romæ atq; omni in Latio uti uiris indeco rum, ut fœminis ſolis decorum fuiſſe uti ueſte longa & manicata ad ulnas cruraq; aduerſus oculos protegenda, idem Gellius eodem in capite ſcribit. Igitur uirorum tunicæ citra brachia deſinebant. Talaribus }.i. ad talos demiſſis, quæ muliebres erant, non uirila les, quæ uiris probro dabātur. Cice. in oratione pro A. Cluen tio, in L. Quintium: Facite, in quit, ut non ſolum mores eius & arrogantiam, ſed etiam uul tum atque amictum, atq; illam uſque ad talos demiſſam purpu ram recordemini. Idē in Verr. Act.7. Stetit ſoleatus prætor populi Roma. cum pallio pur pureo, tunicaq; talari, mulier cula nixus in littore. Apud Vir gi. lib. Aenei 9. Remulus Troia nis hoſtibus ignauiam, & ut ua dicā, effœminationē obijciens: Vobis, inquit, picta croco, & fulgenti murice ueſtis. Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choreis, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Seruius uerſum hunc poſtremum exponens. Tunicæ, inquit, ueſtræ habent manicas, quod etiam Varro uituperat, dicens Manicatis & talaribus tuni cis. nam colobijs utebantur antiqui. Hæc ille. Colobia autem ſunt, ueſtes ſine manicis. Talaribus tunicis legit Non. Marcellus, nō ta laribus ac tritis tunicis, uti in exemplis omnibus ſcriptum inuenio. Tunica, inquit, eſt ueſtimentum ſine manicis. Cicero in Catilinam, Manicatis ac talaribus tunicis. Si adiungis & tritis, contra Cice ronis ſententiam dices. Nam in tritis ueſtibus huiuſmodi homines effœminati nullum unquam ornatum inuenerunt. Velis amictos, non togis. } Romani ueteres ſola toga amicti fuerunt, poſtea ſub ſtrictas & breues tunicas citra humerum deſinentes cum toga induebant, ut ait A. Gellius cap.12.lib.7. Quamuis tunicæ talares non fuerint, togā à ueteribus Romanis ad calceos uſque demiſſam, ut à Græcis Pallium, Quintil. lib.11. ſcribit, qui miratur Plinium

tradidiſſe, id Ciceronem facere ſolitum, uelandarum uaricum gratia M. Cato minor cum prætor eſſet, iudicium ſine tunica, toga ſola amictus æſtate exercebat In forum, quoque ſic indutus deſcendebat, iusq; dicebat. Id reperierat uetere conſuetudine. ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis. author eſt Aſconius Pædianus. Velis amictos, non togis.} Togarum laxitatem exprimit. Quorum oīs induſtria uitæ }. i. hi homines delicatuli alia in re nulla ſuſcipiūt laborem, niſi quòd in cœnis antelucanis uigilant. Antelucanas cœnas, ut arbitror, appellat nocturnas, quæ ad primam lucem ab helluonibus & ebrioſis hominibus continuantur, ut M. Antonium Plutarchus ſcribit in Hippiæ mimæ nuptijs cœnatum, tantum uini per uniuerſam noctem hauſiſſe, ut et poſtridie in concionem uocato, neceſſe fuerit in conſpectu popu. Romani euomere. Antelucanum }. s quod fit aut ſuſcipitur ante lucem. Cice. lib. Tuſcu. qōnū 4. Cui, inquit, non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ: qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana uictus eſſet induſtria. Ita antelucanum, ut antemeridianum et pomeridianū dicit in libro de Oratore 3. Non eſt, inquit, paucorum libellorum hoc munus, ut hi qui ſcripſerunt de dicendi ratione, arbitrati ſunt, neque Tuſculani, neq; huius ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianæ ſeſſionis. Impuri impudiciq; } Hominem impurum pro improbo ueteres dixerunt generaliter, ut ait Donatus in Cōmenta. in Adelphos Terentij. Neque cātare.} Authore Aemilio Probo in uita Epaminondæ, Romæ turpe erat cantare & ſaltare, quæ in Græcia laude digna erant. Saluſtius in bello Catilinæ, Semproniam impudicam

pudicam deſcribens, eā dicit pſallere & ſaltare doctam elegantius, quam neceſſe eſt probæ mulieri quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Virum ſapientem in foro ſaltatorum non eſſe, Cice in lib. de Offic. 3. ſcribit, ſi id promiſerit, quòd ea ratione ſola hæreditatem adeat. Idem in oratione Poſt reditum in ſenatu, A. Gabinium ſaltatorem calamiſtratū uocat. L. Murenæ Ser. Sulpitius in accuſatione maledicti loco obiecit, quòd eſſet ſaltator. In huius defenſione illa Ciceronis uerba ſunt: Nemo, inquit, ferè ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit: neque in ſolitudine, neq; in conuiuio moderato atque honeſto. Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Macrobius lib. Saturnalium tertio de cantandi & ſaltandi apud ueteres ratione ſcribit. Cice. lib. de Oratore tertio, ſaltationis duo eſſe genera ſignificat, alteram ſcenicam & hiſtrionicam, quæ infamis & uiro indigno eſt, alteram uirilem, quæ ab armis aut palæſtra ſumpta eſt, quæ fortis ac uirilis laterum inclinatione fiat. Hanc Quintil. lib. 1. ueteribus Romanis dedecori fuiſſe negat, eſſeq; argumento ſaltationem ſacerdotum, nomine & religione uſque ad tempora ſua durantem. Lacedæmonios quoque ſaltationem quandam tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes ſcribit Hanc tamen ſaltationem quæ oratorem futurum inſtitui ueit, ultra pueriles annos retinendam non cenſet. Saltare potius quàm pſallere, ut in uulgatis exemplis ſcribitur, legendum eſt. Vibrare.} id eſt, ui in ciuium corpora adigere. Spargere uenena } id eſt, necare ueneno. id quod præcedit, pro eo quod ſequitur. Seminariū. } ut ait Valla lib. 1. non locus, ſed ſemē ipſum dicitur, id eſt, plantulæ. Translatio hæc ſatis nota.

SYLVI.

Verum quid ſibi iſti miſeri uolunt? nō ſuas ſecū mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodum illis carere poterunt, his pſertum iam noctibus? Quo autem pacto illi Apēninum, atq; pruinas, atq; niues perferēt? niſi idcirco ſe facilius hyemem toleraturos putant, quòd in cōuiuijs nudi ſaltare didicerunt. O bellum magnopere pertimeſcendum cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriam. Inſtruite nūc Quir. contra has tam præclaras Catilinæ copias, ueſtra præſidia, ueſtrosq; exercitus. Et primum gladiatori illi confecto & ſaucio, conſules, Imperatoresq; ueſtros opponite. Deinde contra illā naufragorū eiectā, ac debilitatam manū, florem totius Italiæ ac robur educite. Iam uero urbes coloniarum, ac municipiorum reſpōdebūt Catilinæ tumulis ſylueſtribus. Neq; uero cæteras copias ornamenta ueſtra, præſidia cum illius latronis inopia atq; egeſtate debeo conferre.

Mulierculas } In contemptum dicit. i. meretrices. His præſertim iam noctibus.} quæ lōgiores ſunt, ideoq; frigidiores. Nam ad ſextum Idus Nouem. habita hæc oratio eſt. Apenninus mons Italiæ ampliſsimus eſt, perpetuis iugis ab Alpibus tendens in fretum Siculum, ut ait Plin. cap. 5. lib. 3 Vt mediam Græciam Thermopylis, ita Italiam Apennino dirimi. T. Liuius lib. 36. authos eſt. Pruinam ex gelido rore gigni, Pli. lib. 2. ſcribit. Ariſtoteles autē libro Meteorologic. primo ſcribit, id conuenire & diſconuenire inter pruinam & rorem, ut uapor quidam eleuatus, nocturno frigore altius aſcēdere prohibitus, cum humi ſubſidit, conglaciatus pruina, in aquam mutatus ros dicatur. Quartum inter pluuiam & rorem, tantum inter niuem & pruinam conuenit. Hanc pruinam album gelu uulgo appellant: dictam pruinā quòd fructus & uirgulta perurat. Sex. Pompeius ſcribit. Exuſtionē, q̄ iniuria pruinarū eueniat. Plin. lib. 17. carbunculationem appellat. Hyemē }. i. frigora hyemis. Nudi ſaltare. } Hanc frigoris patientiā, ſiquādo ē, pueritiæ turpiter actæ tribuit. O bellum magnopere.} Ironia eſt. Cohortem prætoriam } Prætoria cohors, ut ait Sex. Pompeius

Pompeius, dicta eſt, quæ à conſule uel prætore non diſcedat, Scipio enim Africanus primus fortisſimum quenq; delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, et cæteræ militiæ munere uacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent. Idem prætoriam portam in caſtris appellari dicit, qua exercitus in prælium educitur. Quia initio prætores erant, qui nunc conſules, hiq; bella adminiſtrabant, quorum tabernaculum dicitur prætorium. Vegetius lib. de Re milit. 1. portam prætoriam etiam dici ſcribit, quæ ad oriētem, aut quæ ad hoſtem ſpectat. Has tam præclaras.} Ironia eſt. Confecto & ſaucio }. i. grauiter uulnerato, qui in caſtra Māli abijt. quum orationis meæ ſuſtinere nō potuit. Conficere, ut ait Donatus in Eunu. Teren. proprie cōuenit gladiatoribus ijs, qui grauisſimis uulneribus occubuerūt. Cicero in Catilinam: Gladiatori illi cōfecto & ſaucio. Cicero tamen grauisſime uulneratos gladiatores dicit confectos in lib. Tuſcul. 2. Mittūt, inquit, uulneribus confecti ad dominos, qui quærant, quid uolunt, ſi ſatisfactum ijs non ſit, ſe uelle decumbere. Sententia eſt: conſules & imperatores Catilinæ, contra tis ex Romana ciuitate flos & robur totius Italiæ, agreſtibus & ſylueſtribus

ſyluestribus coniuratis coloni & municipes opponentur. ex Catilinæ parte rem extenuat. Catilina enim confectus eſt & ſaucius, ciues coniurati naufragi ſunt eiecti ac debilitati, coniurati alij ſunt cumuli ſyluestres. Naufragos appellat ciues coniuratos, tanquam quòd in ciuitatis tempeſtate fecerint naufragium, unde in caſtra Mālij eiecti ſint. Vrbes coloniarū & municipiorū }.i. coloni et municipes. Reſpōdebunt }.i. reſiſtent & repugnabūt. Cumulus }.i. multitudini ordinem in pugna nullū ſeruanti, qui tñ in re militari ualet plurimum. Cæteras copias, ornamenta, &c. } id eſt, ſenatū. Eques Romanos, popu. urbem ærarium, &c. Cōferre }.i. comparare.

Sed ſi omiſsis rebus omnibus: nos quibus ſuppeditamur, eget ille, ſenatu, equitibus, Ro. populo, urbe, ærario, uectigalibus, cūcta Italia prouincijs omnibus, exteris nationibus: ſi his rebus omiſsis ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, contendere uelimus, ex eo ipſo quàm ualde illi iaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus: hinc cōſtantia, illinc furor: hinc honeſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido. Deniq; æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum uitijs omnibus; poſtremo, copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona deniq; ſpes cum omniū rerum deſperatione confligit. In huiuſmodi certamine ac prælio, non'ne etiā ſi hominum ſtudia deficiant, Dij ipſi immortales cogant ab his præclariſsimis uirtutibus tot et tāta uitia ſuperarī? Quæ cum ita ſint Quirites, uos quēadmodū iā antea dixi, ueſtra tecta cuſtodijs uigilijsq́; defendite. Mihi uel urbi ſine ueſtro motu, ac ſine ullo tumultu ſatis eſſe præſidij conſultum, ac prouiſum eſt. Coloni omnes, municipesq́; ueſtri certiores à me facti de hac nocturna excurſione Catilinæ facile urbes ſuas, fines defendent. Gladiatores, quam ſibi ille maximam manum, & certiſſimam forte putauit, quanquàm meliore animo ſunt, quàm pars patritiorum, poteſtate tamē ueſtra cōtinebuntur. Q. Metellus, quem ego proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum, præmiſi, Picenumq́; aut opprimet hominem, aut omnes eius motus, conatusq; prohibebit. Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis iam ad ſenatum referemus, quem uocari uidetis. Nunc illos, qui in urbe permanſerunt. atq; adeo contra urbis ſalutem, omniumq́; ueſtrum in urbe à Catilina relicti ſunt: quanquam ſunt hoſtes, tamē quia nati ſunt ciues, monitos eos ēt atque etiam uolo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior uiſa eſt, hoc expectauit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum eſt, iam non poſſum obliuiſci: meam hanc eſſe patriam, meorum eſſe me conſulem mihi autem cum his uiuendum, aut pro his eſſe moriendū. nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator uiæ: ſi qui

SYLVI. Nos ſuppeditamur }.i. abundamus. Hoc tamen uerbum ſæpius iungitur cum nomine ſignificante rem quàm perſonam. Cicero in primo de officijs. Suppeditant aūt & campus noſter et ſtudia uenandi, honeſte exempla ludendi. Itemq́; Si omnia nobis quæ ad uictum cultúmque pertinent, quaſi uirgula diuina, ut aiunt, ſuppeditarentur. Et libro tertio. Ne'ue commitas, ut cum tibi omnia ſuppeditata ſint à nobis, tute tibi defuiſſe uideare. Quibus ſuppeditamur, &c. } id eſt Catilina eget rebus ijs, quibus abundamus. Ipſas cauſas. } Catilinæ & noſtram ſcilicet. Contēdere. } id eſt, comparare. Cæcilius: Egon' uitam meam Atticam contendam cum iſtac ruſticana Syra? Licinius: Illi ſuā uitā cū mea cōtēdunt, quorū ī corpore ita crebra ſunt uulnera uitæ, noue cicatrici ut locus non ſit. Hæc aliaq́; multa exempla Non. Marcellus citat, cum docet contendere eſſe comparare. Ipſi. } Catilinarij, id eſt, nobis inferiores ſint. Ex hac parte. } id eſt, ex noſtra. Pudor & pudicus ideo dicuntur, quòd putum pro puro dixerunt antiqui. Author eſt Sex. Pompeius. Eſt autem pudor, honeſta quædam & liberalis uerecundia: cui petulantia contraria eſt, quæ diſſoluta eſt & effuſa dictorum factorumq́; uenereis in rebus permiſſa ſibi licentia. Sed pudor in dictis, pudicitia in factis potius ē. Fraudatio fidei contraria eſt. Qui æs alienum diſſoluere nolunt, fidem amittunt, fraudant creditores. Ignauiam fortitudini opponit. Eam parum latine philoſophi noſtri puſillanimitatem appellant. Etiam ſi hominum ſtudia deficiant. } Bellorum alia humanis tantum uiribus ſine ullo diuino auxilio utrique geruntur, ut apud Homerū libro Iliad. octauo, ubi Iupiter dijs omnibus interdicit, ne quis eorum Troianis aut Græcis ferat auxilium. Alia diuino auxilio maxime geruntur, cum tantus pauor animis hoſtium diuinitus offunditur, ut nullo negotio uincantur. Eſt igitur ſententia: Si boni ciues, quorum ex parte uirtutes ſunt, deficerent, & uincerentur ab improbis, pro quibus uitia pugnarent, dij tamen ipſi à uitijs uirtutes ſuperari nunquam paterentur, id eſt, ciuibus bonis animos, & improbis pauorem adderent. Sine ullo tumultu. } id eſt, militum delectu. Quàm pars patritiorum. } quorum multi Catilinæ coniurationem ſecuti ſunt. Multos ex ordine ſenatorio Salluſtius nominat, qui in coniuratione fuerunt. Q. Metellus Celer prætor in agrum Picenum miſſus eſt cum ea poteſtate, ut pro tempore & periculo exercitum compararet, ut ait Salluſt. Is Metellus eſt, à quo repudiatus Catilina eſt, cum ei dare ſe in cuſtodiam uoluit. Gallicanum agrum. } ante Gallicum appellauit. Maturandis. } id eſt, accelerandis. Iam ad ſenatum. } Significat eo ipſo die ſe habere ſenatum. Quia nati ſunt ciues. } Ciuium duo erant genera, alij nati, alij ciuitate donati erant. illorum arctior neceſsitudo quàm horum erat. P. Africanus maior dicere ſolebat, malle ſe unum ciuem conſeruare quàm mille hoſtes perdere. L. quoque Lucullus in concione militum, malle ſe dixit unum ciuem Romanū hoſti eripere, quàm omnes ſibi hoſtium res uendicare. author eſt Plu-

exire uolunt, conſulere ſibi poſſunt. Qui uero in urbe ſe commouerit, cuius ego nõ modo factum, ſed inceptũ ullum, conatum'ue contra patriam deprehendero, ſentietis hac urbe eſſe conſules uigilantes, eſſe egregios magiſtratns, eſſe fortem ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem: quem uindicem nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerũ maiores noſtri eſſe uoluerunt. Atq; hæc omnia ſic agẽtur Quirites, ut res maximæ minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimũ & maximum, me uno togato, duce, imperatore ſedetur. Quod ego ſic administrabo Quirites, ut ſi ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam in hac urbe pœnã ſui ſceleris ſufferat. Sed ſi uis manifeſtæ audaciæ ſi impendens patriæ periculum me neceſſario de hac animi lenitate deduxerint, illud profecto perficiam, quod in tanto, & tam inſidioſo bello uix optandum uidetur, ut ne quis bonus intereat, paucorumq́; pœna uos omnes iã ſalui eſſe poſſitis. Quæ quidem ego neq; mea prudentia, neq; humanis conſiliis fretus, polliceor uobis Quirites, ſed multis non dubiis deorum immortaliũ ſignificatiõibus, quibus ego ducibus in hãc ſpem, ſentẽtiáq; ſum ingreſſus: qui iã non ꝓcul, ut quõdã ſolebãt, ab extero hoſte, atq; lõginquo, ſed hic pñtes ſuo numine atq; auxilio ſua tẽpla atq; urbis tecta defendũt. Quos uos Quirites precari, uenerari, atq; implorare debetis, ut quã urbẽ pulcherrimã, florẽtiſſimã, potẽtiſſimãq; eẽ uoluerũt, hãc oĩbus hoſtiũ copiis terra mariq; ſuperatis, á ꝑditiſſimorũ ciuiũ nefario ſcelere defendant.

tarchus in eorũ uitis. Tantum ciuis conſeruandi ſtudium erat.

Solutior. } id eſt, maior & liberior. Id quod latebat. } id eſt, coniuratio. Meã hãc eſſe. } Cicero in lib. de legibus ſecundo, omnibus municipibus duas eſſe patrias dicit, unã naturæ, alteram ciuitatis. ut Cato, cũ eſſet Tuſculi natus, in populi Roma. ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaque cũ ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romana habuit alteram loci patriam, alteram iuris. Idem in eodẽ lib. natiſe, & Q. Fratrem dicit in parua uilla propo Arpinum, ubi pater & auus eius uixerũt. Inſidiator. } qui proficiſcentes ad Catilinam in urbẽ retrabat ad pœnam. Vindicem. } id eſt, animaduerſorem & punitorẽ quòd in carcere quæq; extremo ſupplicio improbi ciues afficiãtur.

Significationibus. } id eſt, ſignis, & ĩdiciis.

Non procul ut quondam. } Vt bello Senonico & bello Punico ſecundo, dii abeſſe uidebantur, quòd populum Roma. uinci paterentur, nihilominus in hoc bello Romam, in illo Capitolium defendiſſe uidentur, quòd magna ui imbrium & grandinis Annibalem ab urbe mouere caſtra coegerunt, & aſcendentibus Gallis clãgore anſeris Romanos excitauerint, ſuperatis cum ab aliis, tum maxime á Cn. Pompeio.

IN INVECTIVAM M. TVLLII Ciceronis tertiam in L. Catilinam, ad Quirites, Franciſci Syluii Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

Allobrogum legati á P. Lentulo per P. Vmbrenũ, L. Caſſium, & P. Gabinium ſolicitati ad coniurationis ſocietatem, Q. Fabio Sangæ rem omnem indicarunt. Per Fabium Cicero factus certior, ut Legati rem diſſimulent hortatur. Conſtituta nocte qua egrederentur, C. Pontinum et L. Flaccum Prætores ad Pontem Miluium, qua iuri legati erant, collocat, ut eos cũ literis ad Catilinam & ad Senatum ſuum reuertentes, cum eorum uiæ duce T. Vulturtio intercíperent. His ex uia á prætoribus prima luce Romam retractis, Cicero uocatis ad ſe iis qui legatis ad Catilinam literas dederãt, ſenatum in templo deæ Concordiæ habuit. In ſenatu quid actum ſit pop. Roma. eo ipſo die ad ueſperam hac oratione docet. In ſenatu igitur T. Vulturtius accepta iuſſu ſenatus fide publica, & Allobroges, qui ex coniuratione eſſent, quæ machinarentur indicauerunt. Introducti alius poſt alium. L. Cethegus, Statilius literarum á ſe ſcriptarum ſigna tandem cognoſcentes, de cõiuratione confeſſi ſunt. Actæ ſunt gratiæ Ciceroni, C. Antonio Coſſ. Flacco et Pontino prætoribus. P. Lentulus prætura ſe abdicauit. Hic & reliqui in cuſtodias liberas traditi ſunt. Supplicatio ad omnia deorũ puluinaria Ciceronis nomine decreta eſt. Deprehenſis coniuratis, Catilinæ conatus metuendos nõ eſſe oſtẽdit Cicero, cum quo ſibi pugnãdum fuiſſet, ſi in urbe remanſiſſet: deorum nutu & conſilio deprehenſam coniurationem, ex prodigiis quæ anteceſſerũt, et ex ſimulachro Iouis ĩ Capitolio ad orientem ſpectante, ex conſilio aruſpicum poſito, ꝓbat. Quare hortatur populum Romanũ ut dies ſupplicationis cum uxoribus

M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM

Oratio III.

REMPVBLICAM Quirites, uitamq́; omnium ueſtrum, bona, fortunas, coniuges, liberosq; ueſtros, atque hoc domicilium clariſſimi imperii, fortunatiſſimã pulcherrimamq; urbem hodierno die deorum immortalium erga uos ſummo amore, laboribus, conſiliis periculiſq; meis, ex flamma, atq; ferro, ac penè ex faucibus fati ereptã & uobis cõſeruatã, ac reſtitutã uidetis. Etſi non minus nobis iocundi, atq; illuſtres ſunt hi dies, quibus cõſeruamur, ꝙ̃ illi, q̃bus naſcimur, quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta cõditio: & quòd ſine ſenſu naſcimur, cum uoluptate conſeruamur: profecto quo

niam illum, qui hanc urbem condidit Romulū ad Deos immortales beneuolentia, famaq́ ſuſtulimus, eſſe apud uos poſterosq́ ueſtros in honore debet dies is, qui eandē hanc urbē conditam, amplificatamq́ ſeruauit. Nam toti urbis, tēplis, delubris, tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes, circūdatosq́ reſtinximus. Item gladios in Remp. diſtrictos retudimus, mucronesq́ eorum à iugulis ueſtris reiecimus. Quæ quoniam in Senatu illuſtrata, pateſacta, comperta ſunt per me; uobis iam exponam breuiter Quirites: ut & quanta, & quàm manifeſta, & qua ratione inueſtigata, & cōprehenſa ſint, uos, qui ignoratis, ex actis ſcire poſſitis.

ribus & liberis celebrent. Oſtē dit hoc bellum Catilinæ futurū fuiſſe multo crudelius bellis ciuilibus Syllæ, Sulpitij, Octauij, Cinnæ, Marij, Lepidi, Catuli, in quibus ciues innumerabiles occiſi ſunt. Pro huius deprehēſæ coniurationis indicio atque uictoria Cicero neq; honorem, neque triumphum, neque ſtatuā poſtulat, ſed memoriā huius diei ppetuam. Orat pop. Roma. ut prouideat, ne quid ſibi hoc beneficium noceat, ſi quam inuidiam ſibi pœna coniuratorum in poſterum conflauerit. Omnem ſuā operam in coniuratos pollicetur, etiam cum priuatus erit. Populū Romanum hortatur, ut domos ſuas uigilijs cuſtodijsq́ defendant. Oratio deliberatiua eſt. cuius in procemio oſtendit diem eum quo deprehenſa coniuratio eſt, quo eodem die habita eſt hæc oratio, qui dies Non. Decemb. eſt. perinde ut natalem urbis Romæ diem quotannis celebrandum eſſe.

REmpublicam Quirites.} Illud Cicero perſæpe facit, ut cum acrius mouere uult, p partes enumeret, qđ in genere dici poſſet. Omnium ueſtrum uitam, omnium noſtrum ſalutem in his orationibus à Cicerone dici attendendum eſt. Nam ſi ex Grammaticorum præceptione diceretur, ueſtram omnium uitam, noſtram oīum ſalutē dici oporteret. Bona, fortunas.} Fortunas in numero plurali pro fortunæ bonis Cicero ſæpe dicit. Hic uero bona & fortunas dicit, ut ſæpius moueat & tanquam feriat animos auditorum. Domicilium imperij.} A' Roma Romanum imperium dicebatur. Hodierno die.} uſitatius quàm hodie Ciceroni eſt. Ex faucibus fati.} Metaphora à feris eſt, quarum faucibus cum quid eripitur, ex periculo extremo liberatur. Fatum pro interitu, pro morte uiolenta, non naturali dicitur. Quàm illi quibus naſcimur.} Natalem diem celebrari Romæ mos fuit. quibus in ſacris ſolis operam uoluptati dare licebat. in cæteris ſeruabatur caſtitas, ut ait Seruius, exponens illum Virgi. ex Bucolicis uerſum, Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iolla. Romæ quoq; natalem 12. Calen. Maij celebrari ſolitum, quo die animatum nihil ad ſacra adhiberetur, q. diem ipſum, qui origini patriæ conſecratus erat, purā & ſine ſanguine ſeruari oportere putarent, Plutarchus in uita Romuli ſcribit.

Salutis certa lætitia eſt, naſcēdi incerta conditio.} id eſt, cum quis naſcitur, incertū eſt bona' ne an mala ſit ea natio. Nonnullis enim uita contingit ita miſera. ut horam eā qua nati ſunt deteſtentur. Ad deos immortales.} Apud Seruium in libro Aenei. 6 illud Ennij ē, Romulus in cælo cum dijs genitalibus æuum Degit. De Romulo quid Proculus dixerit, ex Liuio, Plutarcho, alijsq́ ſatis cognitum. Vrbem ſeruauit.} De hoc die illud Ciceronis in oratiōe pro L. Flacco eſt, O nonæ illæ Decembres, quæ me conſule fuiſtis, quem ego diem uere natalem huius urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſim. Templa & delubra ſimul ſæpe dicit Cicero, Aſconio Pædiano in Ciceronis Diuinationem authore. Sunt qui templa eſſe dicant ſingulorum locorum dijs attributorum, delubra multarum ædium ſub uno tecto, p, à diluuio pluuiæ munitarum. Subiectos prope iam ignes.} Cicero in L. Piſonem: Ego tela extremo menſe Conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorſi, ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. Vobis iam exponam breuiter.} Propoſitio eſt eorum quæ dicturus eſt, qua ratione attentos & dociles facit auditores.

Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cū ſceleris ſui ſocios, & huiuſce nefarij belli acerrimos duces Romæ reliquiſſet: ſemper uigilaui, & prouidi Quirites, quemadmodum in tantis & tam abſconditis inſidijs ſalui eſſe poſſemus. Nam tum ex urbe Catilinam eijciebā (nō enim iam uereor huius uerbi inuidiā; cū illa magis ſit timēda, quòd uiuus egreſſus eſt:) ſed tum, cum illum exterminari uolebam; aut reliquam coniuratorū manum ſimul exituram, aut eos qui remāſiſſent, infirmos ſine illo, ac debiles putabā. Atque ego, ut uidi, quos maximo furore & ſcelere eſſe inflammatos ſciebā, eos eſſe nobiſcum, & Romę remanſiſſe; in eo omnes dies noctesq́ conſumpſi, ut quid agerēt, quid molirentur, ſentirem, ac uiderem: ut qm̄ auribus ueſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorē fidem faceret oratio mea, rem ita comprehēderē, ut tum demum animis, ſalutiq́ ueſtræ prouideretis, cū oculis

Coniuratorum manū ſimul
SYLVI. exituram.} Coniuratos, non coniuratores, ut teſtes & iudices iuratos, non iuratores, Latine dicimus. Oculis uideretis. Pleonaſmos non eſt. Nam ad rem certius ſignificandam, Oculis adiecit. Maleficium.} id eſt, coniurationem. In re atrociſsima ſæpe dicitur maleficium à Cicerone, ut pro Sexto Roſcio, maleficiū appellat parricidium. Allobroges Galliæ populi ſunt, qua parte Arar Rhodano miſcetur accolæ, nulla gēte Gallica opibus aut fama inferiores, ut ait T. Liuius libro uigeſimo primo. Hos eodem authore libro ſexageſimoprimo, Q. Fabius Maximus filius fratris Africani minoris, qui in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Conſul uicit, inq́ deditionem accepit. inde allobrogicus cognominatus eſt. More Romanorum, qui gentem nationem'ue bello deuicerat, eius patronus erat, ut eſt apud Ciceronem libro d' Officijs primo. Ex Allobrogici familia Q. Fabius Sanga Allobrogum patronus erat. Allobrogum Legati à P. Lentulo per P. Vmbrenum ſollicitati, ad Q. Fabium Sangam rem omnem uti acceperant detulerunt. Ciceronem eorum quæ audiuerat, Fabius certiorem facit. Ciceronis conſilio legati ſocietatem coniurationis ſimulant, ut amplius ſcribunt Salluſtius & Plutarchus in uita Ciceronis. Tumultus

improbitatem faucrent? Ac ſi ſublato illo depelli à uobis omne periculum iudicarem: iampridem ego L. Catilinam non modo inuidiæ meæ, uerumetiam periculo uitæ ſuſtuliſſem. Sed cum uiderem ne uobis quidem omnibus re etiam tam probata, ſi illum, ut erat meritus, morte multaſſem, fore ut eius ſocios inuidia oppreſſus, perſequi nõ poſſem. Rem huc deduxit, ut tum palàm pugnare poſſetis, cum hoſtem aperte uideretis. Quem quidem ego hoſtem Quirites quàm uehementer foris eſſe timendum putem: licet hinc intelligatis, quòd illud etiam moleſte fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omnes ſecum ſuas copias eduxiſſet. Tongillum mihi eduxit: quem amare in prætexta calumnia cœperat: Publicium, & Munatiũ, quorum æs alienum contractum in popinam nullum Reip. motum afferre poterat, reliquit. Quos uiros, quãto alieno ære, quam ualentes, quàm nobiles, uos uidetis.

xit, cupere ſe ad exercitum proficiſci, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet, quem ſuis conſilijs officere maxĩ ſentiret, ut ait Salluſtius. Aliàs ſæpe Ciceronem Catilina occidere conatus eſt, ut libro ſuperiore dictum eſt. Perculſum }. i. euerſum. In qua ſignificatione dici, Nonius Marcellus author eſt. Inde perculſus pro attonito ſtupefacto dicitur, tanquam quòd mentis eius ſedes euerſa ſit. Virg. in. 1. Aenei. Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates. et libro octauo, Obſtupuit tanto perculſus nomine Pallas. Abiectũ } id eſt, odij cauſa eiectum, ut ablegare, amittere, amandare dicimus. ubi particula à uel ab, odij quandam ſignificationem habet. Retorquet oculos. } Hoc magis ueriſimile eſt, q̃ quod Ciceroni compertũ ſit. Ex ſuis faucibus. } A' feris trãſlatio eſt. Luget. } magis q̃ dolet. Euomuerit. } alia translatio eſt. Hoc ipſo. } quòd Catilinam eiecerim.

Triumphat. } Ad id alludit, Magnificeq; uicimus uel Trĩuphat, gaudio. ut pro L. Murena Cicero de Catilina dicit: Tum erupit à ſenatu triumphans gaudio, quem omnino uiuum illinc exire non oportuerat. Idem pro A. Cluentio: Tum uero illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit, uictrix filiæ, non libidinis. Sed ubi uictoriæ nulla mentio eſt, id uerbum Cicero uſurpat in libro Epiſtolarum ad Atti. 9. Ego enim ex ipſa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te triũpho & gaudeo. Tam capitalem hoſtem }. i. tam peſtiferum & pernicioſum. ut in libro de Senectute: Nullam capitaliorem peſtem quàm corporis uoluptatem hominibus à natura datam dicebat.

Supplicio affectum. } Affectum in re bona raro, ſæpius in mala dicitur. Mos maiorum. } Nam perſæpe etiam priuati in hac rep. pernicioſos ciues morte mulctarunt, ut in ſuperiore dixit oratione Cicero. Huius imperij. } conſularis ſcilicet, quod ego gero.

Seueritas. } ut tanta ſuit conſulum ſeueritas in C. Gracchi, et M. Fuluij in L. Saturnini cæde, ut eo ipſo die quo ſibi decreto ſenatus mandatum eſt, ut uiderent ne quid reſpublica detrimẽti caperet, hi ciues pernicioſi interempti ſint. Stultitiam }. i. imperitiam, & quam uulgus appellat ſimplicitatem. Qui propter improbitatẽ fauerẽt } Nõnulli è ſenatoribus pericula q̃ à Catilina imminebant, nõ uidebãt, aut ſi uidebãt, diſſimulabãt. Horũ authoritatem ſecuti imperiti multi & improbi, Ciceronẽ feciſſe crudeliter dicerent, ſi Catilinam occidiſſet. Ne uobis quidem omnibus }. i. eſſe ex uobis qui non crederent. Hoſtem. } Catilinam. Parũ comitatus. Eũ trecẽti ſatellites conſecuti ſunt, ut ait Plutarchus. Hunc in Manliana caſtra cum paucis profectum, Salluſtius ſcribit. Tongillum mihi. } Mihi cauſa ornatus hic tãtum ponitur, ut pro L. Murena: Apud exercitum mihi fueris, inquit, Tongillum, Publicium, & Munatium, abiectos homines & contemnendos, ſecutos eſſe Catilinam dicit, cum in urbe remanſerint coniurati nobiles & ualentes: ut oſtendat, magis metuẽdos qui in urbe remanſerunt, q̃ Catilinam, eosq; qui eum ſecuti ſunt. Calumnia. } aut ocioſa eſt hæc uox & ſuperuacanea, aut hic locus emendatus non eſt. Quorum æs alienum } Pecuniam neruos bellorum eſſe, dici ſolet. Ideoq; Philippus Macedo caſtella omnia expugnari poſſe dicebat, in quæ modo Aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere, ut ait Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum primo. authore Salluſtio, Catilina pecuniam ſua aut amicorum fide ſumptam mutuam Fæſulas ad Manlium mittebat. A' Publicio & Munatio ſumpta pecunia mutua eſt, ſed eſt belluationibus conſumpta eſt: ne credant eam Quirites ad uſum belli conſumptum iri.

Quanto ære alieno. } quæ res impellit eos potius ad ciuium & urbis cædes & incendia.

Itaq; ego illum exercitũ ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quem in agro Piceno, & Gallico, Q. Metellus habuit ex his copijs, quę à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, ex ijs, qui uadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerũt. Quibus ego non modo, ſi

SYLVI. Itaque ego illum exercitum. } Exaratum ex Gallicanis legionibus. Cum hoc delectu. } Et cum hoc delectu, etiam in nonnullis codicibus lego: ſed emendata mihi lectio non uidetur. quæ illo modo mihi uidetur emendatior, Itaq; ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus comparatum cum delectu etiam. ut oſtẽdat Cicero, Catilinæ exercitum nihil eſſe metuendum. Nam Gallicas legiones C. Manlius Catilinæ nomine comparandas curauerat, quæ ex cõtemnendis hominibus erãt: Q. uero Metellus Celer Prætor à Senatu in agrum Picenum miſſus eſt, eiq; permiſſum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararet, ut ait Salluſtius. Ex Gallicanis legionibus }. quæ ſcilicet ĩ Gallia nobis transalpina, ubi tum erant Boij, comparatæ ſunt, quæ fluuio Rubicone & Alpibus continetur. In agro Piceno. } Picenũ regio Italiæ eſt, quam quintam Pli. lib. 3. ponit. eam uberrimæ hominũ multitudinis eſſe dicit. Idem cap. 5. lib. eiuſdem, à Surrentino ad Silarum amnem XXX. M. paſſus agrum Picenum eſſe dicit. Quem habuit. } habere delectum, eſt, quod dicimus congregare milites, quod bonorum & malorum delectus fit, ut mali remittantur, bonorũ nomina accipiantur. Qui milites congregant, hi à Liuio conquiſitores dicuntur. Magnopere contemno }. i. nihil metuo. Contemnere enim ſæpe dicitur, ut metuere ei contrarium ſit. ut de artiũ ſcriptores præcipiũt, aduerſarium in contemptum adducunt

aciem exercitus noſtri, uerumetiam ſi edictum prætoris oſtendero, concident. Hos quos uideo uolitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in ſenatum uenire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem ſecum eduxiſſent ſuos milites. Quòd ſi hic permanent, memẽtote, non tam exercitum illum eſſe nobis, quàm hos qui exercitum deſeruerunt pertimeſcendos. Atque etiam hoc magis ſunt timendi, quòd quid cogitẽt, me ſcire ſentiunt, neq; tamen permouentur. Video cui Appulia ſit atributa, quis habeat Hetruriã, quis agrum Picenum, quis Gallicum, quis ſibi has urbanas inſidias cędis, atq; incendiorum depopoſcerit. Oĩa ſuperioris noctis conſilia ad me perlata eſſe ſentiunt: pateſeci in ſenatu heſterna die: Catilina ipſe pertimuit, profugit. Hi quid expectant? non'ne illi uehementer errãt, ſi illam meã priſtinã lenitatẽ ꝑpetuã ſperãt futurã? Quod expectaui, iam ſum aſſecutus: ut uos omnes factam eſſe aperte coniurationẽ contra Remp. uideretis: niſi uero ſi quis eſt, qui Catilinę ſimilis, cũ Catilina ſentire non putet. Nõ eſt iã lenitatis locus; ſeueritatem res ipſa flagitat. Vnũ etiam nunc concedã: exeant, proficiſcãtur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere.

dicum adducendum eſſe. Senibus deſperatis.} Deſperati ſenes ex ſubeto perpetuo dicuntur, quòd eorum uitæ diuturnitas nũquam ſperetur. Inde prouerbium apud Ariſtotelẽ lib. Rhetori. 2. eſt. Beneficium apud ſenem collocandum non eſſe, eo q. id propter uitæ breuitatẽ, quæ reliqua eſt, non referat. Deſperatam ſenectutem Cicero dicit in oratione pro M. Cælio, pro extrema, quæ capulo proxima ſit. Conſeruate, inquit, parenti filium, ne ſenectutem prope deſperatam contempſiſſe uideamini. Deſperatus ægrotus is eſt, cuius de ſalute deſperatur, & deſperatus morbus, q eſt grauiſſimus, et anceps maxime. Inde deſperata reſpub. & ægrota dicitur à Cicerone in Diuinatione. & pro P. Sylla: Magni, diuturni, & deſperati reip morbi. Inde deſperatum hominẽ, pro perdito & improbo, idem ſæpe dicit, què in uiam reduci poſſe nulla ſpes eſt. Nemo enim adeo ferus eſt, authore Horatio, ut non miteſcere poſſit. Deſperare honorem idem dicit pro L. Murena, & deſperare pacem, lib. Epiſto. ad Attic. 7. Deſperare de honore & de fama, uulgo dicunt. Agreſti luxuria.} Vel hic locus mendoſus eſt, uel hæ duæ uoces otioſæ ſunt: uel intelligi debet, Senibus deſperatis. i. perditis agreſti luxuria. Decoctoribus.} id eſt, belluonibus, & patrimonij uoratoribus. Vadimonia deſerere.} Vadimonium eſt ſponſio ſiſtendi in iudicio, cum quis reus citatur, isq; dicto die in iudicium uenire ſe promittit. Promittit uadimonium, cum dicto die uenit. Obit uadimonium, cum dicto die non aduenit, & ut uulgo dicunt, ponitur in defectu, deſerit uadimonium, uel ad uadimonium non uenit: ut ex Cice. oratione poſſis cognoſcere, quæ p P. Quintio eſt. Lib. Digeſt. 2. titulo, Si quis in ius uocatus non ierit, Paulus ſcribit, ut ex quacunque cauſa ad prætorem, uel alios præſides qui iuriſditioni præſunt in ius uocatus uenire debeat, ut hoc ipſum ſciatur an iuriſditionis eius ſit. Si quis nõ ierit, à iudice qui uocauit, mulcta damnabitur. Deſerere uadimonium q̃ exercitum malle, eſt malle, ut uulgo loquitur, amittere

tur, amittere multum. uel negotia multum neceſſaria relinquere, q̃ exercitum non ſequi. Vadimonium enim deſeri non ſolebat niſi iuſtiſſima ex cauſa. Concident.} i. territi animum amittent. Quos etiam in ſenatum uenire.} Nam ſenatores XI. ex coniuratis fuerunt, quorum Curius ſenatu ob probrum aliquod motu fuerat. Quid cogitẽt.} non ſolum quid dicãt aut faciãt. Cui Apulia ſit attributa.} C. Iulio Apuliã, Hetruriã Mãlio, agrum Picenum Septimio diſtributas, Cethegũ cædi, Caſſiũ Statilium & Gabinium ad incendẽda XII urbis loca præfectos fuiſſe, in oratione ſuperiore diximus. Superioris noctis.} nõ nouiſſimæ, ſed quæ nouiſſimam præceſſit. quæ in re ſuperior uox dicitur. Ideo ſuperiorem, nouiſſimam intelligere poſſis qua ex urbe Catilina diſceſſit: qua mandauit Lentulo, Cethego, cæterisq; ut coniurationis opes confirmarent, inſidias conſuli maturarent, cædem atque incendia pararent, ſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Catilina ipſe pertimuit.} Argumentum à minore ad maius, quo oſtendit coniuratos eos qui in urbe remanſerunt, magis quàm Catilinam timendos eſſe. Hæc enim conſilia coniuratorum cum dixit, Catilina in ſenatu pertimuit & profugit. Hi.} coniurati, qui eadem audiuerũt, & noctis ſuperioris conſilia ſentire intelligunt, nihil permouentur. Hi.} coniurati, qui in urbe remanſerunt. Meam priſtinam lenitatem.} qua in Catilinam uſus ſum, quamuis id ſenatuſconſultum uehemens & graue in eum haberem. Quod expectaui.} mea lenitate ſcilicet, hoc eſt ut Catilina exiret, ut coniuratio uobis omnibus patefacta eſſet. Niſi ſi quis ẽ.} id eſt, niſi quis eſt. Vt nulli eẽ ulli, pro nulli eſſe, A. Gellius, & nemmem hominem, pro neminem, luculenti ſcriptores dixerunt. Non eſt iam lenitati locus.} Vt Terentius in Andria: Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Locum actionis, opportunitatem eſſe temporis, Stoici dicunt, ut eſt apud Ciceronem libro de Officijs primo.

Demonſtrabo iter: Aurelia uia profectus eſt: ſi accelerare uolent, ad ueſperam cõſequentur. O fortunatam Rẽp. ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit.

SYLVI. Aurelia uia.} ad quam eſt Aurelium forum, de quo ante. Ea uenitur Roma in Hetruriã. Releuata.} In ſentinæ methaphora ſtat, qua nauis premitur, ea cum exhauritur, nauis releuatur. Vel ab ægrotis facta translatio eſt, ut in oratione ſuperiore: Morbus qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna. Recreata.} tãquam ex morbo refecta & ſanata. ut in oratione ad Quirites poſt reditum: Bona ualetudo iucundior eſt ijs, q è graui morbo recreati ſunt, q̃ qui nũquam ægro corpore fuerunt. C. Marium inedia fluctibusq; feſſum à Minturnenſibus

bus recreatum, Cicero pro Cn. Planco dicit. Idem de prouincijs cõſularibus, Macedoniam exercitu ita uexatam dicit, ut uix poſſit ſe diuturna pace recreare. Id uerbum ad animum transfertur, ut libro Epiſtolarum ad Atti. 12. recreare à mœrore dicit. Et lib. 4. Literis, inquit, ſuſtentor & recreor. Et pro Cn. Planco: Conſeſſus iſte reficit & recreat mentem meã. & pro Milone: Me recreat et reficit Cn. Pompeij ſapientiſſimi & iuſtiſſimi uiri conſilium. Conceperit.} i. amiſerit. ut ꝑ P. Sylla: Quod flagitium Lentulus non cum Antronio cõce-

Vno me hercule Catilina exhauſto, releuata mihi, & recreata Reſp. uidet. Quid.n. mali aut ſceleris fingi aut cogitari poteſt, quod non ille conceperit? Quis tota Italia ueneficus; quis gladiator; quis latro; quis ſicarius quis paricida; qs teſtamentorũ ſubiector; quis circũſcriptor; quis ganeo; qs nepos; qs adulter; q̃ mulier ĩfamis; quis corruptor iuuẽtutis; quis corruptus; quis perditus inueniri poteſt, qui ſe cum Catilina familiariſſime uixiſſe non fateatur? Quæ cædes per hoſce annos ſine illo facta eſt? quod nefarium ſtuprum nõ per illum? Iam uero quæ tanta in ullo unquam homine iuuẽtutis illecebra fuit, quanta in illo, qui alios ipſe amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Alijs fructum libidinum, alijs mortem parentum, non modo impellendo, uerumetiam adiuuando pollicebatur.

pli. Per abuſionem ſicarios oẽs uocamus, qui cædem telo quoque commiſerint. ut ante diximus. Quibus teſt. ſub. } Subiector teſtamẽtum eſt, qui pro teſtamento uero falſum ſupponit, ut in oratione pro A. Cluentio, cum Oppianicus Aſinij adoleſcentis pecunioſi hæreditatem captaret, Aiulus Aſinium ſe nominans, ut erat conſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere uelle: Oppianicus obſignatores, qui neq; Aſinium, neque Aiulum noſſent, adeum adducit: Aſinij nomine teſtamentum obſignatur. Aiulus ilico conualeſcit, Aſinius breui illo tẽpore occiditur. Subiector teſtamentorum à Cicero appellatur in lib. de Offi. 3. teſtamentarius: Neque, inquit, de ſicarijs, ueneficijs, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt. Vbi paulo poſt de falſo L. Minutij Baſilij teſtamento ſcribit. quod quidam è Græcia attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecum M. Craſſum & Q. Hortenſium, ætatis eiuſdem homines potentiſſimos. Circũſcriptor. } id eſt, impoſtor & deceptor. Circũſcribere enim fallere eſt. Cicero in lib. Academicarum 4. Alterum eſt, quòd fallacibus & captioſis interrogationibus circũſcripti atq; decepti quidam, cum eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate. Idem lib. de Offic. 3. Dolus malus legibus erat uindicatus, ut tutela duodecim tabulis, & circunſcriptio adoleſcentum lege Lectoria. Idem in Philip. 14. Teſtamenta ordo ſubijciunt, aut eijciunt uicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt. Quis ganeo. } Ganeones, ut ait Non. Marcellus, à ganeis dicti ſunt, quæ ſunt loca uinolentiæ & libidini apta. Varro in Modio: Hoc intereſt inter Epicurum & Ganeones noſtros, quibus modulus eſt uitæ culina. Citatq; hunc locum in Catilinam. Quæ mulier infamis. } Catilina etiam mulieres aliquot ſibi aſciuit, quæ primo ingentes ſumptus ſtupro corporis tolerauerant. Per eas ſe Catilina

credebat poſſe ſeruitia urbana ſolicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere ſibi, uel interficere, ut ait Salluſtius. Non familiariſſime } In eadem ſententia Salluſtius ẽ. Catilina, inquit, omnium flagitioſorum atq; facinoroſorũ hominum circum ſe tanquam ſtipatorum catervas habebat. nã quicunq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene, patria bona diſſipauerat, quique alienum æs grande conflauerat, omnes parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes. ad hoc quos manus atq; lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat, poſtremo omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi familiareſq; erant. Sine illo facta eſt. } Idem dixit in oratione ſuperiore, in proſopopœia patriæ ad Catilinam. Quod nefarium ſtuprum. } Salluſtius: Adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, cum uirgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, alia huiuſcemodi contra ius faſq;. Eundem cum ſorore ſtuprum feciſſe diximus. Iuuentutis illecebra. } Authore Salluſtio, Catilina iuuenum uel adoleſcentum familiaritates maxime appetebat. nam eorum animi molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſq; ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes aut equos mercari, poſtremo neq; modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. Qui alios ipſe. } Salluſtius hãc Ciceronis ſententiam nõ probat. Scio, inquit, nõnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſtæ pudicitiam habuiſſe. Sed ex alijs rebus magis, quàm quod cuiq̃ id compertum foret, hæc fama ualebat. Seruiebat amori. } id eſt, lenocinabatur. Alijs mortem parentum. } In coniuratione filij familias erãt, quorum ex nobilitate pars maxima erat, qui in illa urbis uaſtatione parentes interfecturi erant, ut ait Salluſtius.

Nunc uero quàm ſubito, non ſolum ex urbe, uerũ etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat; nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit. Atq; ut eius diuerſa ſtudia in diſſimili ratione perſpicere poſſitis; nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur; nemo

SYLVI. In ludo gladiatorio. } ubi ſe gladiatores exercent, ut ludus literarum dicitur. Intimum }. i. familiariſſimum. Nemo in ſcena leuior }. i. nullus hiſtrio, nullus mimus. Mimi enim uiles & abiecti ita habebantur, ut ab his nominatim appellari contumelioſum exiſtimatum ſit. Ideo Lucilius eum à quo in ſcena nominatim læſus fuerat, & L. Accius eum à quo fuerat nominatus, in iniuriarum iudicium uocauerunt, ut eſt libro Rhetoricorum ad Herẽniũ 2. Hanc eſſe cauſam arbitror, cur Terẽ. in prologis à ſe factis nominatim ſe non appellet, ſed ſolum poetam, ne qua ſibi tum afferretur contumelia, cum mimus prologum recitaret. Sodalẽ } Sodalis hic dici uidetur, pro ſocio in rebus leuioribus, & uoluptarijs, in qua ſignificatione dici Valla exiſtimat. A ſedendo, uel ſimul edendo dici, Sext. Pompeius putat, quòd ita ſodales ſocij ſint in helluationibus et comeſſationibus, alijſq; huius generis libidinibus. quãuis in re quoq; honeſta dicatur ſodalis. Diuerſa ſtudia in diſſimili ratione. } Cicero in oratione pro M. Cælio, de Catilinæ ſtudijs diuerſis cum alia multa dicit, tum illud: Erant, inquit, apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli et laboris, flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris. neq; ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullũ puto, tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibuſq; cõflatum, &c. Eius itaq; diuerſa fuere ſtudia, nam improbus & nequam

in ſcena leuior, & nequior, qui ſe non eiuſdem propè ſodalem fuiſſe commemoret. Atque idem tum ſtuprorum et ſcelerum, exercitatione aſſuefactus, frigore, et fame, & ſiti, ac uigilijs pferendis, fortis ab his iſtis ſuis ſocijs prædicabatur: cum induſtriæ ſubſidia, atq; inſtrumenta uirtutis in libidine, audaciaq; conſumerentur. Hunc uero ſi ſecuti fuerint ſui comites ſi ex urbe exierint deſperatorum hominum flagitioſi greges: ō nos beatos, ō Remp. fortunatam, ō pręclarā laudem conſulatus mei. Iam enim non ſunt mediocres hominum libidines, non humanæ, ac tolerandæ audaciæ; nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Eadem tamē illa, quæ erat in abundātia, libido permanet. Quòd ſi in uino, & alea comeſſationes ſolum, et ſcorta quærerent; eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferēdi. Hoc uero quis ferre poſſit; inertes homines fortiſſimis inſidiari: ſtultiſſimos prudentiſſimis: ebrioſos ſobrijs: dormientes uigilantibus: qui mihi accubantes in conuiuijs, complexi mulieres impudicas, uino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incendia: quibus ego confido impendere fatū aliquod, & pœnas iamdiu improbitati, nequitiæ, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare iam planè, aut certe iam appropinquare. Quos ſi meus conſulatus quoniam ſanare non poteſt, ſuſtulerit, non breue neſcio quod tempus, ſed multa ſecula propagarit Reipub. Nulla eſt enim natio, quam pertimeſcamus, nullus rex qui bellum Reipub. facere poſſit: omnia ſunt externa unius uirtute, terra mariq; pacata domeſticum bellum manet. Intus inſidiæ ſunt, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis; cū luxuria nobis, cum amentia, cum ſcelere certandum eſt. Huic me bello ducem profiteor Quir. ſuſcipio inimicitias hominum perditorum. Quæ ſanari poterunt, quacunq; ratione ſanabo; quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. Proin aut exeant, aut quieſcant: aut ſi in urbe, & in eadem mente permanent; quę merentur, expectent.

nequam hominibus familiaris fuit, & tamen fortitudinis partibus ſe exercuit: hoc eſt, frigore, fame, ſiti, & uigilijs. Induſtriæ ſubſidia.} Induſtria uulgo dicitur, pro ingenij dexteritate quadam & felicitate. ſed à doctis hominibus dici inuenio pro conſtanti labore, qui certo quodam & honeſto cōſilio ſuſcipiatur: quę fortitudinis pars eſt, cui contraria ſit pigritia aut ignauia. Cice. in 1. de Finibus libro: Neq; laborum perfunctio, neq; perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, nec uigiliæ, nec ea ipſa quæ laudatur induſtria, nec fortitudo quidem. Idem in oratione Poſt reditum in Senatu: Habet magiſtros non ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac de uirtute diſſerunt, qui ad laborem, ad induſtriam, ad pericula pro patria ſubeunda adhortantur. Inde induſtrius homo dicitur. Idem libro in C. Verrem ſexto: Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri populū Romā. hominibus nouis atque induſtrijs libenter honores mandare, ſemperq; mandaſſe. & libro Tuſcul. 2. de labore & dolore locutus: Hæc, inquit, duo Græci illi quorū copioſior eſt lingua quàm noſtra, uno nomine appellant. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos. Aliud eſt enim laborare, aliud dolere. Induſtriæ ſubſidia appellat, frigoris, famis, ſitis, uigiliarū patiētiam, qua rōne labor facilius ſuſcipitur, fitq; conſtantior. Virtutis }.i. fortitudinis. In libidine }.i. ad obſidendum ſtuprum, & maritorum ſomno inſidiandum. Audacia }.i. ad facinus obeundum, & occiſorum bonis inſidiandum. Non medioc.} id eſt maximæ. Inhumanæ }.i. maiores quàm natura humana afferat, ideoq; feroces ſunt et belluinæ. Audacia quāuis in numero ſingulari dicatur ſæpius, non tā ſemel dixit Cicero audacias in plurali, ut libro Epiſto. ad Atti. 9. Libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egētiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec rempub. ſuſtinere. In Verrē Actione. 5. Vultis aūt iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare? pro

P. Sylla: Penitus introſpicite, Catilinæ, Antronij, Cethegi, Lentuli, cæterorumq; mentes, quas uos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quātas audacias, q̃ incredibiles furores, quas notas ſcelerū, quæ indicia parricidiorū, quantos aceruos facinorum reperietis? Obligurierūt.} Obligurire quid ſit, explicat Donatus, cū enarrat illum Terentij ex Eunucho locū: Patris q obligurierat bona. Obligurierat, inquit, ſuauibus eſcis cōſumpſerat. Ligurire enim dictum eſt ppea, q. ſuaue λιγυρὸν Græci appellant. Libido permanet.} Libido peruerſa eſt admodum, ſi in egeſtate remaneat ea quæ fuit in abundantia. Inertes homines.} Inertes dicit eos, quos uulgus parū Latine appellat puſillanimos. Ebrioſos ſobrijs.} Ebrioſum ab ebrio diſtinguit Cice. lib. Tuſcu. q̄onum 4. quantum iracūdum ab irato, et amatorem ab amāte. quòd hic in actione ſit, illi aūt ad actionē proclinitas ſit, etiam ſi in actione nō ſit. Qui mihi.} Mihi ornatus gratia hic ponitur. Vino languidi.} Lāguere herbas dicimus, cum humore defectæ aut caſe flacceſcunt. Virg. in libro Aene. 9. de morte Euryali: Voluitur Euryalus leto, pulchroſq; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recumbit: Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens, laſſóue papauera collo Demiſere caput, pluuia cū forte grauantur. Hinc languere homines dicimus eos, qui animi & corporis amiſſo uigore debilitātur, cuiuſmodi ebrij eſſe ſolēt. Confecti cibo.} Alij. legunt conferti: quæ lectio aſpernanda nō eſt. Sertis redimiti.} in cōuiuio luxurioſo coronas & unguēta addi ſolita, uulgatius eſt q̃ ut dici poſtulet. Vnius uirtute, terra mariq;.} Cn. Pōpeij. Domeſticū }.i. inteſtinū. Cū luxuria }.i. cū luxurioſis hoībus. Quæ ſanari po.} Ex medicis ſimilitudo ſumpta ē, qui imedicabile uulnus enſe recidūt, ne pars ſincera trahatur. Quod uero curari pōt, id nō reſcindunt, ſed dant operā ut ſanent. Aut quieſcant.} Quieſcere dicitur is, qui eſt inſolens & inquietus, cum ceſſat, ut ait Donatus in Andriam Terētij. In ca

dem mente. } id eſt, in eodem animo coniurationis.

SYLVI. *Quod uerbo ſi ego aſſequi poſſem.* } id eſt ſi uerbo tantum ualerem, ut eo etiam eijcere poſſem, eijcerē iſtos ipſos qui hæc de me loquuntur. *Videlicet.* } In Ironia hic, ut alias ſæpe, dicitur. *Vehemens ille conſul.* } Ille hic emphaſim habet, authore Priſciano libro decimoſeptimo, quamuis dicamus ipſe facio, & ipſe facis, tamen non dicimus ille facio, & ille facis, niſi addamus aliud pronomen primæ aut ſecundæ perſonæ. citatq; hunc Ciceronis locum. *Hic ego uehemens ille conſul.* } Simile illud eſt, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena. *Apud M. Leccam.* } id eſt, in M. Porcij Leccæ domo. *Quid in proxima.* } id eſt, in ſuperiore, id eſt præcedente illam noctem qua conuenit in domum Leccæ. *Ratio totius belli.* } id eſt, qui cædi, qui incendijs præficerentur, qui quæ in loca ad cogēdum exercitum proficiſcerentur. *Deſcripta ei.* } id eſt, ab eo. *Cum teneretur.* } tacita confeſſione & heſitatione conuictus. Alij cunctaretur legunt. *Quo iampridem.* } id eſt, in caſtra Manlij. *Etenim credo, & cæte.* } Ironia eſt. *Se Maſſiliam, ut aiunt.* } Catilina poſtquam ex urbe profectus eſt, cum iret in caſtra Manliana, conſilij ſui diſſimulandi cauſa, ex itinere multis Senatoribus, præterea optimo cuique literas miſit, ſe falſis criminibus circūuentum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere, Maſſiliam in exilium proficiſci, non quòd ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti Reſpub. quieta foret, néue ex ſua contentione ſeditio oriretur, author eſt Salluſtius. *Circumcluſus.* } id eſt, illaqueatus & irretitus: ut facta ſit tranſlatio à feris, quæ circumcluſæ retibus debilitatæ ſunt.

At etiam ſunt Quirites, qui dicant à me in exiliū eiectum eſſe Catilinam: quod uerbo, ſi ego aſſequi poſſem, ipſos iſtos eijcerem, qui hæc loquuntur: homo enim uidelicet timidus, & permodeſtus uocem conſulis ferre non potuit; ſimulatq; ire in exilium iuſſus eſt, paruit. Quid quòd heſterno die, cum domi meæ penè interfectus eſſem, Senatū in ędē Iouis Statoris uocaui, rē omnem ad P.C. detuli. Quò cum Catilina ueniſſet, quis eum Senator appellauit? quis ſalutauit? quis deniq; ita aſpexit, ut perditum ciuem, ac non potius ut importuniſſimum hoſtē? Quinetiam principes eius ordinis partem illā ſubſelliorum, ad quam ille acceſſerat, nudā, atq; inanem reliquerunt. Hic ego uehemens ille Conſul, qui uerbo ciues in exilium eijcio, quæſiui à Catilina, an in nocturno conuentu apud M. Leccam fuiſſet, necne, cum ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus, primo reticuiſſet, pateſeci cętera: quid ea nocte egiſſet, ubi fuiſſet, quid in proxima conſtituiſſet, quemadmodū eſſet ei ratio totius belli deſcripta, edocui. Cū hęſitaret, cum teneretur, quęſiui quid dubitaret proficiſci eò, quò iampridē pararat. Cū arma, cū ſecures, cū dignitates, cum fuſtes, cū tubas, cū ſigna militaria, cū Aquilam illā argenteam, cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam; in exilium eijciebam, quē iam ingreſſum in bellum eſſe uidebam. Etenim, credo, Manlius iſte centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellū Po. Roma. ſuo nomine indixit, & illa caſtra nunc non Catilinā Ducem expectāt: et ille eiectus in exiliū, ſe in Maſſiliam, ut aiunt, non in hęc caſtra cōferet. O conditionē miſerā, nō modo adminiſtrandę, uerumetiā conſeruandę Reip. Nunc ſi L. Catilina, cōſilijs, laboribus, periculis meis circūcluſus, ac debilitatus ſubito pertimuerit, ſententiam pmutauerit, deſeruerit ſuos, cōſilium belli faciundi abiecerit, ex occurſu ſceleris, et belli iter ad fugam, atq; in exilium cōuerterit, nō ille à me ſpoliatus armis audaciæ, non obſtupefactus ac pterritus mea diligētia, nō de ſpe, conatuq; depulſus, ſed indemnatus, innocens in exiliū eiectus à conſule, ui & minis eſſe dicetur. Et erūt, qui illum ſi hoc fecerit, non improbū ſed timidum, me non diligentiſſimū conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannū exiſtimare uelint. Eſt mihi tanti ô Quirites huius inuidiæ falſæ, atque iniquę tēpeſtatem ſubire, dummodo à uobis huius horribilis belli, ac nefarij periculum depellatur. Dicatur ſanè eiectus eſſe à me, dummodo eat in exilium: ſed mihi credite, non eſt iturus. Nunquam ego à dijs immortalibus, optabo Quirites inuidię meę leuandę cauſa, ut

Spoliatus armis audaciæ } id eſt, impeditus, quo minus conaretur. *Indemnatus.* } innocens. Singulis uerbis ſuum pondus additum eſt. *Sed timidum.* } Miſerum, non timidum legit Priſcianus libro decimooctauo. Miſer enim non dicitur ſceleratus, qui calamitate premitur. Donatus in Hecyram Terentij. negat quenquam dici miſerum, præter innocentem, citatq; illud Salluſtij: Atque ea cogentes non coactos, ſceleſtos magis quàm miſeros aſtringit. *Exiſtimare uelint.* } Exiſtimari apud Priſcianum lego, quod quàm exiſtimare, cum uerbo uelle dictum, eſt elegantius. *Eſt mihi tanti.* } id eſt, tam parui facio, ut ſit ironia. *Volitare.* } exultare.

Triduo. } pro intra triduum hic dici, Priſcianus libro decimo octauo, teſtis eſt. Vulgus diceret, antequam ſint tres dies.

Non tam hoc. } Significat, qui hoc dubitant eſſe ex coniuratis, aut certe fauere coniurationi. *Hoc quod agit.* } id eſt, patriæ bellum facere. *Præter uoluntatem.* } id eſt, contra uoluntatem. *Viuis nobis.* } illud enim more ſibi dicebat, quo minus ad Manlium proficiſceretur, quòd uiuerem. *Vlciſci ſtudeo, quàm ſanare.* } id eſt, legibus punire. Vlciſci ſæpius dicimus eum qui læſit. Sed iniuriam aut mortem ulciſci dicimus.

Si me audire uoluerint. } Audire & auſcultare, cum obedire ſignificāt, datiuo nonnunquā, ut obedire ab audiendo compoſitum, iunguntur: ſæpius tamē accuſatiuo, ut ait Priſcianus.

Exponam enim nobis. } Attētos reddit auditores ad ea quæ ſequuntur. *Magno in ære alieno.* } id eſt multa debentes.

Diſſolui. } Nam qui in ære alieno ſunt, quodammodo ſunt obligati: qui diſſoluuntur, cum ſatisfaciunt creditoribus. Diſſoluere æs alienum, & diſſoluere ſe ære alieno dicimus. *Tu familia, ſeruorum.* } ſcilicet copioſus.

ploſus, id eſt, diues & abundans. Detrahere uendendo. } Fidem acquirere, quam amittit debitor, cũ non diſſoluit æs alienum. Poſſeſſiones ſacroſanctas. } Sacroſanctum, ut ait Sext. Pompeius, dicebatur id quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, ut ſi quis id uiolaſſet, morte pœnas penderet. Vt ſacroſanctos Tribunos plebis, Titus Liuius dicit libro ſecundo. Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo, negat quicquam ſacroſanctum eſſe, niſi quod populus plebs'ue ſanxiſſet.

Tabulas nouas. } Cum ære alieno & uſuris plebs Romana oppreſſa erat, aut ſenatuſconſulto, aut Imperatoris decreto tabulæ nouæ in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. De hac tabularum nouarum indignitate Cicero in libro de officijs ſecundo: Tabulæ, inquit, nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem ne ſit æs alienum, quod Reipub. noceat prouidendum eſt. Quod multis rationibus caueri poteſt, ſi hoc non fuerit ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim ulla res uehementius Rempub. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. De hac coniuratorum expectatione tabularum nouarum, ſuóq; adhibito remedio, idem ſubiungit: Nunquam, inquit, uehementius actum eſt, quàm me conſule, ne ſolueretur. Armis & caſtris tentata res eſt, ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita reſtiti, ut hoc tantum malum de Repub. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutũ eſt. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſsitas conſecuta eſt.

Verum auctionariæ. } Au-

L. Catilinam ducere exercitum hoſtium atq; in armis uolitare audiatis: ſed triduo tamen audietis, multoq; magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquando, quod illum emiſerim potius quàm eiecerim. Sed cum ſint homines, qui illum cum profectus ſit, eiectum eſſe dicant; ijdem, ſi interfectus eſſet, quid dicerẽt? Quanquam iſti, qui Catilinam Maſsiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm uerentur. Nemo eſt iſtorum tam miſericors, qui illũ nõ ad Mãlium, quàm ad Maſsilienſes ire malit. ille autem ſi, mehercule, hoc quod agit, nunquam ante cogitaſſet, tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quàm exulem uiuere. Nunc uero, cum ei nihil adhuc præter ipſius uoluntatem cogitationẽq; acciderit, niſi quod uiuis nobis Roma profectus eſt: optemus potius ut exeat in exilium, quàm queramur. Sed cur tã diu de uno hoſte loquimur? & de eo hoſte, qui iam fatetur ſe eſſe hoſtẽ? et quẽ, quia, quod ſemp uolui, murus intereſt, nõ timeo. de ijs, qui diſsimulant, qui Romæ remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus: quos quidem ego ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, q̃ ſanare, & ipſos placere Reip. neq; id, quare fieri nõ poſsit, ſi me audire uoluerint, intelligo. Exponam enim uobis Quir. ex quibus generibus hominum iſtæ copiæ cõparentur: deinde ſingulis medicinam, conſilij atq; orationis meæ, ſi quã potero, afferã. Primum genus eſt eorum, qui magno ęre alieno, maiores ẽt poſſeſsiones habent: quarum amore adducti, diſſolui nullo modo poſſunt. Horũ hominũ ſpecies eſt honeſtiſsima, ſunt enim locupletes, uoluntas uero et cauſa impudentiſsima. Tu agris, tu ædificijs, tu argento, tu familia, tu rebus oĩbus ornatus & copioſus ſis; & dubites aliq̃d de poſſeſsiõe detrahere, ac fidẽ acqrere? Quid eni dicas? expectas bellum? Quid? ergo in uaſtatione hominum tuas poſſeſsiones ſacroſanctas futuras putas? An tabulas nouas? Errant qui iſtas à Catilina expectant, meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur, uerum auctionariæ: neq; enim iſti, qui poſſeſsionem habent, alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Quod ſi maturius facere uoluiſſent, neque (id quod ſtultiſsimum eſt) certare cum uſuris fructibus prædiorum locupletioribus his et melioribus ciuibus uteremur. Sed hoſce homines minime puto pertimeſcendos, quod aut deduci de ſententia poſſunt, aut ſi permanebunt, magis mihi uidentur uota facturi contra Rẽp. q̃ arma laturi. Alterũ genus eſt eorum, qui quanquam premuntur ære alieno, dominationẽ tamen expectant; rerum potiri uolunt; honores, quos quieta Rep. deſperant, turbata conſequi ſe poſſe arbitrantur.

ctio, eſt publica bonorum uenditio, cum res addicitur ei qui pretium obtulit maximum. Inde auctionari publice, & uelut ex decreto uendere. Auctionarias tabulas hic appellat Cicero, quibus agros, ædificia, aliaq; quæ ſunt debitorum proſcribet uenalia, ut æs alienum diſſoluatur creditoribus. Salui. } id eſt, ære alieno diſſoluti, qua eadẽ in re paulo poſt dicit.

Maturius } .i. citius. Certare cum uſuris fructibus prædiorum. } eſt prædia tantum amare, ut ea uendi nolis, ut ære alieno fœnore ſumpto te exoluas. Locupletioribus. } Vſuræ enim rem familiarem diminuunt maxime. Ideoq; M. Cato maior fœnerari aliud nihil eſſe putabat, niſi hominem occidere, ut ait Cicero in libro de officio ſecundo. Locupletioribus his & melioribus uteremur. } Vſurarum multiplicatio ciuitati pernitioſa eſt. T. Pomponius Atticus, ut in eius uita Cornelius Nepos ſcribit, cum Athenis erat, neque uſuram unquam accepit, neque eos quibus pecuniam crediderat, longius quàm dictum eſſet debere paſſus eſt. Quod utrumque erat ſalutare. nam neque indulgendo inueteraſcere eorũ æs alienum patiebatur, neque multiplicandis uſuris creſcere.

Rerum potiri. } Potiri in infinitiuo tantum in quarta coniugatione dicitur, quamuis in alijs modis ſit tertiæ & quartæ coniugationis, ut ait Priſci. lib. x. ubi citat hunc locũ. Eodẽ authore lib. 18. potior illius rei, illam rẽ, & illa re, citat itidem hunc locũ. Id quod cũ ſummo furore, & c. } id eſt, ut ciuium cæde, urbis incẽdio & uaſtatione, aſſequantur magiſtratus.

Aetate iam confectum. } Nam Catilinæ coniuratione permulti erant ueterani Syllæ milites, quorum alij per Italiam fugitiui, alij & hi quidem bellicoſiſsimi p urbes Hetruriæ ſparſi, oppidorum direptiones,

paratasq; ſibi rapinas ſomniabãt: Manlium hi ſibi ducem nacti, uirum qui ſub Sylla ſtrenue quondam & fortiter militauerat, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Salluſtius poſtquam enumerauit quos ſibi amicos Catilina parauiſſet: His, inquit, amicis ſocijsq;

Quibus hoc pręcipiendum uidetur, unum ſcilicet, et idem, quod cęteris hominibus, ut deſperent ſe id, quod conantur, conſequi poſſe. Primum omnium me ipſum uigilare, adeſſe, puidere Reip. Deinde magnos animos eſſe in bonis uiris, magnam concordiam, maximam multitudinem, pterea magnas copias militum, Deos deniq; immortales huic inuicto Populo, clariſſimo imperio, pulcherrimę urbi, contra tantam uim ſceleris præſentis auxilium eſſe laturos. Quòd ſi iam ſunt, id quod cum ſummo furore cupiũt, adepti, num illi in cinere urbis, & ſanguine ciuium, quæ mente ſcelerata, ac nefaria cupierũt, cõſules, ac dictatores, aut etiã Reges ſe ſperant futuros? Non uident ſe id cupere, quod ſi adepti fuerint, fugitiuo alicui, aut gladiatori cõcedi ſit neceſſe. Tertium genus eſt ętati iam confectum, exercitatiõe robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina succeſſit.

ſocijsq; cõſilijs Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat, & quòd plerīq; Syllani milites largius ſuo uſi, rapinarum & uictoriæ ueteris memores, ciuile bellum exoptabant, opprimendæ Reipub. conſilium cepit.

SYLVI. Quas Feſulis.} L. Sylla 47. legiones in agros captos deduxiſſe, eoſque ipſis diuiſiſſe, T. Liuius lib. 89 ſcribit. Feſulas ab Atlante cœlifero conditas, eaſq; ab eius filia Feſula appellatas eſſe, Politianus contendit in libro Epiſtolarum primo. Multas autem colonias huc à Sylla deductas ſignificat. campos eos qui inter Feſulas & Aretium iacent, maxime opulentos eſſe frumenti, pecoris, omniumq; rerum copia, T. Liuius lib. 22. ſcribit. Ciuium eſſe, &c.} Ciues à colonis diſtinguit, quòd ciues ſint qui erãt ante coloniam deductam, coloni uero qui deducti ſint. Se iactarunt.} id eſt, diuitias ſuas oſtentarunt, effundendo eas ſumptuoſe & inſolenter. Inſolẽtiusq;} Inſolentem hominẽ dicimus præferocem, & ultra uſitatum morem hominum elatum. Ea animi inuſitata & nimia elatio, inſolẽtia dicitur. Lecticis.} His uehebantur ægroti, ſenes, et nonnũquam mulieres, quod id uectationis genus eſſet mollius, iisdẽ nonnunquam homines uehebantur. id ex uerbis C. Gracchi apud A. Gellium cap. 3. lib. 10. & ex Ciceronis Actione in C. Verrem 7. poſſis agnoſcere. Eas lecticas ferebant nonnulli aut equi, aut ſerui, qui inde lecticarij dicũtur. Ser. Sulpitius ad Ciceronẽ lib. Epiſt. 4. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisq; lecticarijs in urbem eum referre. Lecticarios lecticarum artifices Cicero appellat pro Sexto Roſcio: Mitto, inquit, haſce aratores uulgares, coquos, piſtores, lecticarios. Inciderant.} id eſt, repente deuenerant. Ab inferis excitandus.} id eſt, reſuſcitandus. Proſcriptiones.} quales Sylla fecit. Et dictaturas.} qualem Syllam habuit, qui ſe annos 120. Dictatorem fecit. Huiuſmodi proſcriptiones à Catilina ne ſperent. Tantus illorum temporum dolor.} De Syllæ etiam in ciues Romanos crudelitate maxima, Plutarchus in eius uita amplius ſcribit. Inurere dolorem.} id eſt, afferre dolorem pergrauem. à medicis ſumptum uidetur, qui ulcera aut uulnera, quæ alioqui curari non poſſunt, ad uiuum adurunt. Turbulentum.} id eſt, ex turba et multitudine & quaſi colluuione hominum conflatum. Nunquam emergent.} id eſt, nũquam fient diuites, nec ad ullum unquam dignitatis gradum aſcendent. Inertia.} id eſt ignauia & pigritia, aut nullius artis peritia: quæ quantum hominibus incommoda ſit, Solon ſenſit, qui lege cauit, ut filius patrem alere non teneretur, qui ab eo artem nullam accepiſſet.

Hi ſunt homines ex his colonijs, quas Feſulis Sylla cõſtituit, quas ego uniuerſas ciuiũ eſſe optimorũ & fortiſſimorũ uirorũ ſentio. Sed tamẽ hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis, repẽtinisq; pecunijs ſumptuoſius, ĩſolẽtiusq; iactarũt: hi dum ædificant tanquã beati, dum prædijs, lecticis, familijs, magnis conuiuijs, apparatibus delectãtur, in tantũ æs alienũ inciderunt, ut ſi ſalui eſſe uelint, Sylla ſit his ab inferis excitãdus. Qui etiam nonnullos agreſtes homines tenues, atq; egentes in eandẽ ſpem rapinarum ueterũ impulerunt: quos ego utroſq; Quir. in eodem genere prædatorũ, direptorumq; pono. Sed eos hoc moneo, deſinant furere, & proſcriptiones, & dictaturas cogitare. Tantus enim illorũ temporũ dolor inuſtus eſt ciuitati, ut iã iſta nõ modo homines, ſed ne pecudes quidẽ paſſuræ eſſe uideantur. Quartũ genus ſanè uarium, et miſtum, et turbulentum: qui iampridem premuntur, qui nunquam emergẽt: qui partim inertia, partim male gerẽdo negotio, partim etiã ſumptibus in uetere ære alieno uacillãt: qui uadimonijs, iudicijs, proſcriptiõibus bonorũ defatigati: permulti ex agris, ex vrbe ſe in illa caſtra cõferre dicuntur. Hoſce ego nõ tam milites acres, quàm inficiatores lentos eſſe arbitror, qui homines primũ ſi ſtare nõ poſſunt, corruãt: ſed ita ut nõ modo ciuitas, ſed neq; uicini quidẽ proximi ſentiãt. Nã illud non intelligo, quam ob rem, ſi uiuere honeſte non poſſunt, perire turpiter uelint. Aut cur minore dolore perituros ſe cũ multis, quàm ſi ſoli pereãt arbitrentur. Quintum genus eſt paricidarum, ſicariorum, denique

Male gerẽdo negotio.} i. res ſuas male collocando & adminiſtrando. qua ratione multi ex opulentis pauperes fieri ſolent. Partim ſumptibus.} Qui parſimoniæ contrarij ſunt. Rem familiarem conſeruari debere diligentia et parſimonia, Cicero dicit in lib. de Offi. 2. Inde prudenter illud dictum ẽ, Parſimoniam optimum eſſe uectigal. Vacillant.} Periclitantur. eſt enim à uacillãte naui facta trãſlatio. Vt cõtra ante dixit: Si ſalui eſſe uelint, Sylla ſit his ab inferis excitandus. Itemq;: Neque enim iſti qui poſſeſſiones habẽt alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Vadimonijs.} i. ſponſionibus

omnium facinoroſorū, quos ego à Catilina nō reuoco: nam neq; diuelli ab eo poſſunt: & pereant ſanè in latrocinio: qm̄ ſunt ita multi, ut eos capere carcer nō poſſit.

nibus ſiſtendi ſe in iudicia.i.cita tionibus. Nam citantur rei, qui promittunt uadimonium. Iudicijs }.i.damnationibus, cū ſcilicet à creditoribus in ius uocati damnantur. Proſcriptionibus bonorum }.i.uenditionibus poſſeſsionum, aliorúmue bonorum, quas multi faciunt à creditoribus in iudicio uicti. Proſcribere enim eſt, uenalem rem proponere. Cicer. in tertio de Off. Claudius proſcri pſit inſulam, uendidit, emit C. Calphurnius. Idem: Tu cum ædes pro ſcribas, tabula tanquam plagam ponas, domum propter uitia uen das. In illa caſtra. } Manlij. Inficiatores. } Inficiatores potius lego cum Priſcia. lib. 12. ubi præcipit. de ſyllaba ce adiuncta cum pronomine hic, hæc, hoc, in his caſibus ubi in s. deſinit: quàm inſti tores. Petitionem negat Cice. in 2. de Oratore: Nobis in tribunali Q. Pompeij prætoris urbani familiaris noſtri ſedentibus, homo ex numero diſertorum poſtulabat, ut illi unde peteretur uetus & uſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Quod petito ris cauſa comparatum eſſe non intelligebat, ut ſi ille inficiator probaſſet iudici, ante petitā eſ ſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi: petitor rurſus cū peteret, ne exceptione excluderetur, q. ea res in iudicium antea non ueniſſet. Quo in loco erraſſe mihi uiſus eſt Non. Marcellus, qui hoc Ciceronis loco utitur, ut doceat inficia tores eſſe falſi criminis obiectores. Author Rhetoricorum ad He rennium, inficiationem libro primo appellat obiecti criminis nega tionem, & quam Quintilianus libro tertio depulſionem uocat. Ex intentione, inquit, & ex inficiatione iudicatio conſtituitur, hoc mo do. Intentio, occidiſti Aiacem: Inficiatio, non occidi: Iudicatio, occiderit'ne. Si ſtare non poſſunt, corruant. } id eſt, ſi de ſen tentia & ſpe deijciantur, ſibi mortem domi conſciſcant. Hone ſte. } extra coniurationem ſcilicet. Perire turpiter. } cum coni uratis. Cum multis. } coniuratis. Si ſoli pereant. } domi. In latrocinio. } id eſt, bello in patriam.

Poſtremum autem genus eſt non ſolum numero, uerumetiam genere ipſo atque uita, quod proprium eſt Catilinæ de eius delectu, immo uero de complexu eius ac ſinu, quos pexo capillo, nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, uelis amictos, non togis, quorū omnis induſtria uitæ, & uigilādi labor ī antelucanis cœnis exponitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, oēs improbi, impudiciq; uerſantur: hi pueri tā lepidi, ac delicati, qui nō ſolum amare, & amari, neq; cātare, & pſallere, ſed etiam ſicas uibrare, et ſpargere uenena didicerunt: qui ni exeunt, ni pereunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in Rep. ſeminarium Catilinarum futurum.

SYLVI. Poſtremum genus eſt de Catilinæ delectu. } non ſolum nume ro, ſed etiam genere uitæ eius quæ Catilinæ propria eſt, & qua utitur Catilina præcipue. Imo uero de complexu, &c. } id eſt, fa miliariſsimis ei & intimis. Imberbes }.i. pueri uel adoleſcentes, uel uiri barba uulſa, quales erant molles & effœminati. Apud A. Gellium cap. 12. lib. 7. P. Scipio Africanus minor, P. Sulpitio Gal lo homini delicato obiecit, q. quotidie unguentatus aduerſus ſpeculum ornetur, q. eius ſuper cilia radantur, quòd barba uul ſa fœminibusq; ſubuulſis ambu let, quòd in conuiuijs adoleſcen tulus cum amatore, cum chiro dota tunica īferior accubuerit. Pexo capillo }. i. cura nimia compoſito. Capillum in numero ſingulari pro coma ſæpe dicūt authores maximi. Bene bar batos. } Romanis antiquus mos fuit, ut barbam ne tonderent. Hinc graues illi et ſapientes ſe nes, barbati dicebantur Cicero pro L. Murena: Hæc, inquit, tū apd̄ illos barbatos ridicula cre do uidebantur. Sed hanc ueterum barbam horridam, non pexam, idem ſignificat in oratione pro P. Sextio de L. Piſone: Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, q̄ terribilis aſpectu. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij ueteris ima ginem antiquitatis, columen reip. diceres intueri. Veſtitus aſper no ſtra hac purpura plebeia ac penè fuſca, capillo horrido. Barbam uero quæ molliter pexa eſt & curata, barbulam, eosq; qui eā ge runt barbatulos idem appellat. Pro M. Cælio de Appio Claudio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, nō ac bar bula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quā in ſtatuis antiqs & imaginibus uidemus. Idem in Epiſt. ad Attic. lib 1. Nam cum dies ueniſſet rogationis ex S. C. ferenda, concurſabāt barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis, & populum ut an tiquaret rogabant. De more barbam & genas radendi ante ſe nectutē, A. Gellius ſcribit cap. 4. lib. 3. Bene igitur barbatos. i. bar batulos, & barbula penè pexa & curata. Manicatis. } Manica tis tunicis ac talaribus Romæ atq; omni in Latio uti uiris indeco rum, ut fœminis ſolis decorum fuiſſe uti ueſte longa & manicata ad ulnas cruraq; aduerſus oculos protegenda, idem Gellius eodem in capite ſcribit. Igitur uirorum tunicæ citra brachia deſinebant. Talaribus }. i. ad talos demiſsis, quæ muliebres erant, non uiri les, quæ uiris probro dabātur. Cice. in oratione pro A. Cluen tio, in L. Quintium: Facite, in quit, ut non ſolum mores eius & arrogantiam, ſed etiam uul tum atque amictum, atq; illam uſque ad talos demiſſam purpu ram recordemini. Idē in Verr. Act. 7. Stetit ſoleatus prætor populi Roma. cum pallio pur pureo, tunicaq; talari, mulier cula nixus in littore. Apud Vir gi. lib. Aenei 9. Remulus Troia nis hoſtibus ignauiam, & ut ita dicā, effœminationē obijciens: Vobis, inquit, picta croco, & fulgenti murice ueſtis. Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choreis, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Seruius uerſum hunc poſtremum exponens. Tunicæ, inquit, ueſtræ habent manicas, quod etiam Varro uituperat, dicens Manicatis & talaribus tuni cis. nam colobijs utebantur antiqui. Hæc ille. Colobia autem ſunt, ueſtes ſine manicis. Talaribus tunicis legit Non. Marcellus, nō ta laribus ac tritis tunicis, uti in exemplis omnibus ſcriptum inuenio. Tunica, inquit, eſt ueſtimentum ſine manicis. Cicero in Catilinam, Manicatis ac talaribus tunicis. Si adiungis & tritis, contra Cice ronis ſententiam dices. Nam in tritis ueſtibus huiuſmodi homines effœminati nullum unquam ornatum inuenerunt. Velis amictos, non togis. } Romani ueteres ſola toga amicti fuerunt, poſtea ſub ſtrictas & breues tunicas citra humerum deſinentes cum toga induebant, ut ait A. Gellius cap. 12. lib. 7. Quamuis tunicæ talares non fuerint, togā à ueteribus Romanis ad calceos uſque demiſſam, ut à Græcis Pallium, Quintil. lib. 11. ſcribit, qui miratur Piſonem

tradidiſſe, id Ciceronem facere ſolitum, uelandarum uaricum gratia. M. Cato minor cum prætor eſſet iudicium ſine tunica, toga ſola amictus æſtate exercebat. In forum, quoque ſic indutus deſcendebat, iusq; dicebat. Id reperierat uetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli et Tatij ſtatuæ in capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis. author eſt Aſconius Pedianus. Velis amictos, non togis. } Togarum laxitatem exprimit. Quorum oīs induſtria uitæ } .i. hi homines delicatuli alia in re nulla ſuſcipiūt laborem, niſi quòd in cœnis antelucanis uigilant. Antelucanas cœnas, ut arbitror, appellat nocturnas, quæ ad primam lucem ab helluonibus & ebrioſis hominibus continuantur, ut M. Antonium Plutarchus ſcribit in Hippiæ mimæ nuptijs cœnatum, tantum uini per uniuerſam noctem hauſiſſe, ut et poſtridie in concionem uocato, neceſſe fuerit in conſpectu popu. Romani euomere. Antelucanum } .i. quod fit aut ſuſcipitur ante lucem. Cice. lib. Tuſcu. q̄ōnū 4. Cui, inquit, non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ? qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana uictus eſſet induſtria. Ita antelucanum, ut antemeridianum et pomeridianū dicit in libro de Oratore 3. Non eſt, inquit, paucorum libellorum hoc munus, ut hi qui ſcripſerunt de dicendi ratione, arbitrati ſunt, neque Tuſculani, neq; huius ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianæ ſeſſionis. Impuri impudiciq; } Hominem impurum pro improbo ueteres dixerunt generaliter, ut ait Donatus in Cōmenta. in Adelphos Terentij. Neque cātare. } Authore Aemilio Probo in uita Epaminondæ, Romæ turpe erat cantare & ſaltare, quæ in Græcia laude digna erant. Salluſtius in bello Catilinæ, Semproniam im-

pudicam

pudicam deſcribens, eā dicit pſallere & ſaltare doctam elegantius, quàm neceſſe eſt probæ mulieri, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Virum ſapientem in foro ſaltaturum non eſſe, Cice in lib. de Offic. 3. ſcribit, ſi id promiſerit, quòd ea ratione ſola hæreditatem adeat. Idem in oratione Poſt reditum in ſenatu, A. Gabinium ſaltatorem calamiſtratū uocat. L. Murenæ Ser. Sulpitius in accuſatione maledicti loco obiecit, quòd eſſet ſaltator. In huius defenſione illa Ciceronis uerba ſunt: Nemo, inquit, ferè ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit: neque in ſolitudine, neq; in conuiuio moderato atque honeſto. Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Macrobius lib. Saturnalium tertio de cantandi & ſaltandi apud ueteres ratione ſcribit. Cice. lib. de Oratore tertio, ſaltationis duo eſſe genera ſignificat, alteram ſcenicam & hiſtrionicam, quæ infamis & uiro indigno eſt, alteram uirilem, quæ ab armis aut palæſtra ſumpta eſt, quæ fortis ac uirilis laterum inclinatione fiat. Hanc Quintil. lib. 1. ueteribus Romanis dedecori fuiſſe negat, eſſeq; argumento ſaltationem ſacerdotum, nomine & religione uſque ad tempora ſua durantem. Lacedæmonios quoque ſaltationem quandam tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes ſcribit. Hanc tamen ſaltationem quæ oratorem futurum inſtitui uelit, ultra pueriles annos retinendam non cenſet. Saltare potius quàm pſallere, ut in uulgatis exemplis ſcribitur, legendum eſt. Vibrare. } id eſt, ui in curium corpora adigere. Spargere uenena } id eſt, necare ueneno, id quod præceſſit, pro eo quod ſequitur. Seminariū } ut ait Valla lib. 1. non locus, ſed ſemē ipſum dicitur, id eſt, plantulæ. Translatio hæc ſatis nota.

SYLVI. Mulierculas } In contemptum dicit. i. meretrices. His præſertim iam noctibus. } quæ lōgiores ſunt, ideoq; frigidiores. Nam ad ſextum Idus Nouem. habita hæc oratio eſt. Apenninus mons Italiæ ampliſſimus eſt, perpetuis iugis ab Alpibus tendens in fretum Siculum, ut ait Plin. cap. 5. lib. 3 Vt mediam Græciam Thermopylis, ita Italiam Apennino dirimi. T. Liuius lib. 36. author eſt. Pruinam ex gelido rore gigni, Pli. lib. 2. ſcribit. Ariſtoteles autē libro Meteorologic. primo ſcribit, id conuenire & diſconuenire inter pruinam & rorem, ut uapor quidam eleuatus, nocturno frigore altius aſcēdere prohibitus, cum humi ſubſidit, conglaciatus pruina, in aquam mutatus ros dicatur. Quantum inter pluuiam & rorem, tantum inter niuem & pruinam conuenit. Hanc pruinam album gelu uulgo appellant: dictam pruinā quòd fructus & uirgulta perurat. Sex. Pompeius ſcribit. Exuſtionē, q̄ iniuria pruinarū eueniat. Plin. lib. 17. carbunculationem appellat. Hyemē } .i. frigora hyemis. Nudi ſaltare. } Hanc frigoris patientiā, ſiquādo ē, pueritia turpiter actæ tribuit. O bellum magnopere. } Ironia eſt. Cohortem prætoriam } Prætoria cohors, ut ait Sex.

Pompeius

Pompeius, dicta eſt, quæ à conſule uel prætore non diſcedat, Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quenq; delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, et cæteræ militiæ munere uacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent. Idem prætoriam portam in caſtris appellari dicit, qua exercitus in prælium educitur. Quia initio prætores erant, qui nunc conſules, hiq; bella adminiſtrabant, quorum tabernaculum dicitur prætorium. Vegetius lib. de Re milit. 1. portam prætoriam etiam dici ſcribit, quæ ad orientem, aut quæ ad hoſtem ſpectat. Has tam præclaras. } Ironia eſt. Confecto & ſaucio }. i. grauiter uulnerato, qui in caſtra Mālij abijt. quum orationis meæ ſuſtinere nō potuit. Conficere, ut ait Donatus in Eunu. Teren. proprie cō uenit gladiatoribus ijs, qui grauiſſimis uulneribus occubuerūt. Cicero in Catilinam: Gladiatori illi cōfecto & ſaucio. Cicero tamen grauiſſime uulneratos gladiatores dicit confectos in lib. Tuſcul. 2 Miſtitiæ, inquit, ad ne ibus confecti ad dominos, qui quærant, quid uoluit, ſi ſatiſfactum ijs non ſit, ſe uelle decumbere. Sententia eſt: conſules & imperatores Catilinæ, contra-tis ex Romana ciuitate flos & robur totius Italiæ, agreſtibus &

ſylueſtribus

Verum quid ſibi iſti miſeri uolunt? nō ſuas ſecū mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodum illis carere poterunt, his p̄ſertim iam noctibus? Quo autem pacto illi Apēninum, atq; pruinas, atq; niues perferēt? niſi idcirco ſe facilius hyemem toleraturos putant, quòd in cōuiuijs nudi ſaltare didicerunt. O bellum magnopere pertimeſcendum cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriam. Inſtruite nūc Quir. contra has tam præclaras Catilinæ copias, ueſtra præſidia, ueſtrosq; exercitus. Et primum gladiatori illi confecto & ſaucio, conſules, Imperatoresq; ueſtros opponite, Deinde contra illā naufragorū eiectā, ac debilitatam manū, florem totius Italiæ ac robur educite. Iam uero urbes coloniarum, ac municipiorum reſpōdebūt Catilinæ tumulis ſylueſtribus. Neq; uero cæteras copias ornamenta ueſtra, præſidia cum illius latronis inopias atq; egeſtate debeo conferre.

ſylueſtribus coniuratis coloni & municipes opponentur. ex Catilinæ parte rem extenuat. Catilina enim confectus eſt & ſaucius, ciues coniurati naufragi ſunt eiecti ac debilitati, coniurati alij ſunt cumuli ſylueſtres. Naufragos appellat ciues coniuratos, tanq̃ quòd in ciuitatis tempeſtate fecerint naufragium, unde in caſtra Mãlij eiecti ſint. Vrbes coloniarũ & municipiorũ }.i. coloni et municipes. Reſpõdebunt }.i. reſiſtent & repugnabũt. Cumulus }.i. multitudini ordinem in pugna nullũ ſeruanti, quę tñ in re militari ualet plurimum. Ceteras copias, ornamenta, &c. } id eſt, ſenatũ. Eqtes Romanos, popu. urbem ærarium. &c. Cõferre }.i. comparare.

Nos ſuppeditamur }.i. abundamus. Hoc tamen uerbum ſæpius iũgitur cum nomine ſignificante rem quàm perſonam. Cicero in primo de officijs. Suppeditant aũt & campus noſter et ſtudia uenandi, honeſte exempla ludendi. Itemq́: Si omnia nobis quæ ad uictum cultúmque pertinent, quaſi uirgula diuina, ut aiunt, ſuppeditarentur. Et libro tertio. Ne'ue committas, ut cum tibi omnia ſuppeditata ſint à nobis, tute tibi defuiſſe uideare. Quibus ſuppeditamur, &c. } id eſt Catilina eget rebus ijs, quibus abundamus. Ipſas cauſas. } Catilinæ & noſtram ſcilicet. Contẽdere. } id eſt, comparare. Cæcilius: Egon' uitam meam Atticam contendam cum iſtac ruſticana Syra? Licinius: Illi ſuã uitã cũ mea cõtẽdunt, quorũ ĩ corpore ita crebra ſunt uulnera uitæ, nouæ cicatrici ut locus non ſit. Hæc aliaq́ multa exempla Non. Marcellus citat, cum docet contendere eſſe comparare. Ipſi. } Catilinarij, id eſt, nobis inferiores ſunt. Ex hac parte. } id eſt, ex noſtra. Pudor & pudicus ideo dicuntur, quòd putum pro puro dixerunt antiqui. Author eſt Sex. Pompeius. Eſt autem pudor, honeſta quædam & liberalis uerecundia: cui petulantia contraria eſt, quæ diſſoluta eſt & effuſa dictorum factorumq́ uenereis in rebus permiſſa ſibi licentia. Sed pudor in dictis, pudicitia in factis potius ē. Fraudatio fidei contraria eſt. Qui æs alienum diſſoluere nolunt, fidem amittunt, fraudant creditores. Ignauiam fortitudini opponit. Eam parum latine philoſophi noſtri puſillanimitatem appellant. Etiam ſi hominum ſtudia deficiant. } Bellorum alia humanis tantum uiribus ſine ullo diuino auxilio utrinque geruntur, ut apud Homerũ libro Iliad. octauo, ubi Iupiter dijs omnibus interdicit, ne quis eorum Troianis aut Græcis ferat auxilium. Alia diuino auxilio maxime geruntur, cum tantus pauor animis hoſtium diuinitus offenditur, ut nullo negotio uincantur. Eſt igitur ſententia: Si boni ciues, quorum ex parte uirtutes ſunt, deficerent, & uincerentur ab improbis, pro quibus uitia pugnarent, dij tamen ipſi à uitijs uirtutes ſuperari nunquam paterentur, id eſt, ciuibus bonis animos, & improbis pauorem adderent. Sine ullo tumultu. } id eſt, militum delectu. Quàm pars patritiorum. } quorum multi Catilinæ coniurationem ſecuti ſunt. Multos ex ordine ſenatorio Salluſtius nominat, qui in coniuratione fuerunt. Q. Metellus Celer prætor in agrum Picenum miſſus eſt cum ea poteſtate, ut pro tempore & periculo exercitum compararet, ut ait Salluſt. Is Metellus eſt, à quo repudiatus Catilina eſt, cum ei dare ſe in cuſtodiam uoluit. Gallicanum agrum. } ante Gallicum appellauit. Maturandis. } id eſt, accelerandis. Iam ad ſenatum. } Significat eo ipſo die ſe habere ſenatum. Quia nati ſunt ciues. } Ciuium duo erant genera, alij nati, alij ciuitate donati erant. illorum arctior neceſſitudo quàm horum erat. P. Africanus maior dicere ſolebat, malle ſe unum ciuem conſeruare quàm mille hoſtes perdere. L. quoque Lucullus in concione militum, malle ſe dixit unum ciuem Romanũ hoſti eripere, quàm omnes ſibi hoſtium res uendicare. author eſt Plu-

SYLVI. Sed ſi omiſſis rebus omnibus: nos quibus ſuppeditamur, eget ille, ſenatu, equitibus, Ro. populo, urbe, ærario, uectigalibus, cũcta Italia prouincijs omnibus, exteris nationibus: ſi his rebus omiſſis ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, contendere uelimus, ex eo ipſo q̃ ualde illi iaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus: hinc cõſtantia, illinc furor: hinc honeſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido. Deniq; æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum uitijs omnibus; poſtremo, copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona deniq; ſpes cum omniũ rerum deſperatione confligit. In huiuſmodi certamine ac prælio, non'ne etiã ſi hominum ſtudia deficiant, Dij ipſi immortales cogant ab his præclariſſimis uirtutibus tot et tãta uitia ſuperarĩ. Quæ cum ita ſint Quirites, uos quẽadmodũ iã antea dixi, ueſtra tecta cuſtodijs uigilijsq; defendite. Mihi uel urbi ſine ueſtro motu, ac ſine ullo tumultu ſatis eſſe præſidij conſultum, ac prouiſum eſt. Coloni omnes, municipesq; ueſtri certiores à me facti de hac nocturna excurſione Catilinæ facile urbes ſuas, fines defendent. Gladiatores, quam ſibi ille maximam manum, & certiſſimam forte putauit, quanquàm meliore animo ſunt, q̃ pars patritiorum, poteſtate tamẽ ueſtra cõtinebuntur. Q. Metellus, quem ego proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum, præmiſi, Picenumq;: aut opprimet hominem, aut omnes eius motus, conatusq; prohibebit. Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis iam ad ſenatum referemus, quem uocari uidetis. Nunc illos, qui in urbe permanſerunt. atq; adeo contra urbis ſalutem, omniumq; ueſtrum in urbe à Catilina relicti ſunt: quanquam ſunt hoſtes, tamẽ quia nati ſunt ciues, monitos eos ẽt atque etiam uolo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior uiſa eſt, hoc expectauit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum eſt, iam non poſſum obliuiſci: meam hanc eſſe patriam, meorum eſſe me conſulem mihi autem cum his uiuendum, aut pro his eſſe moriendũ. nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator uiæ: ſi qui

ribus & liberis celebrent. Oſtē dit hoc bellum Catilinæ futurū fuiſſe multo crudelius bellis ciuilibus Syllæ, Sulpitij, Octauij, Cinnæ, Marij, Lepidi, Catuli, in quibus ciues innumerabiles occiſi ſunt. Pro huius deprehēſæ coniurationis indicio atque uictoris Cicero neq; honorem, neque triumphum, neque ſtatuā poſtulat, ſed memoriā huius diei ꝑpetuam. Orat pop. Roma. ut prouideat, ne quid ſibi hoc beneficium noceat, ſi quam inuidiam ſibi pœna coniuratorum in poſterum conflauerit. Omnem ſuā

niam illum, qui hanc urbem condidit Romulū ad Deos immortales beneuolentia, famaq; ſuſtulimus, eſſe apud uos poſterosq; ueſtros in honore debet dies is, qui eandē hanc urbē conditam, amplificatamq; ſeruauit. Nam toti urbi, tēplis, delubris, tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes, circūdatosq; reſtinximus. Item gladios in Remp. diſtrictos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis ueſtris reiecimus. Quæ quoniam in Senatu illuſtrata, patefacta, comperta ſunt per me; uobis iam exponam breuiter Quirites: ut & quanta, & quàm manifeſta, & qua ratione inueſtigata, & cōprehenſa ſint, uos, qui ignoratis, ex actis ſcire poſſitis.

lem diem celebrari Romæ mos fuit. quibus in ſacris ſolis operam uoluptati dare licebat. In cæteris ſeruabatur caſtitas, ut ait Seruius, exponens illum Virgi. ex Bucolicis uerſum, Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iolla. Romæ quoq; natalem 12. Calen. Maij celebrari ſolitum, quo die animatum nihil ad ſacra adhiberetur, q. diem ipſum, qui origini patriæ conſecratus erat, purū & ſine ſanguine ſeruari oportere putarent, Plutarchus in uita Romuli ſcribit.

operam in coniuratos pollicetur, etiam cum priuatus erit. Populū Romanum hortatur, ut domos ſuas uigilijs cuſtodijsq; defendant. Oratio deliberatiua eſt. cuius in proœmio oſtendit diem eum quo deprehenſa coniuratio eſt, quo eodem die habita eſt hæc oratio, qui dies Non. Decemb. eſt, perinde ut natalem urbis Romæ diem quotannis celebrandum eſſe.

Rempublicam Quirites.} Illud Cicero perſæpe facit, ut cum acrius mouere uult, p partes enumeret, qđ in genere dici poſſet. Omnium ueſtrum uitam, omnium noſtrum ſalutem in his orationibus à Cicerone dici attendendum eſt. Nam ſi ex Grammaticorum præceptione diceretur, ueſtram omnium uitam, noſtram oīum ſalutē dici oporteret. Bona, fortunas.} Fortunas in numero plurali pro fortunæ bonis Cicero ſæpe dicit. Hic uero bona & fortunas dicit, ut ſæpius moueat & tanquam feriat animos auditorum. Domicilium imperij.} A Roma Romanum imperium dicebatur. Hodierno die.} uſitatius quàm hodie Ciceroni eſt. Ex faucibus fati.} Metaphora à feris eſt, quarum faucibus cum quid eripitur, ex periculo extremo liberatur. Fatum pro interitu, pro morte uiolenta, non naturali dicitur. Quàm illi quibus naſcimur.} Nata

lem

Salutis certa lætitia eſt, naſcē di incerta conditio.} id eſt, cum quis naſcitur, incertū eſt bona'ne an mala ſit ea natio. Nonnullis enim uita contingit ita miſera, ut horam eā qua nati ſunt deteſtentur. Ad deos immortales} Apud Seruium in libro Aenei. 6 illud Ennij ē, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum Degit. De Romulo quid Proculus dixerit, ex Liuio, Plutarcho, alijsq; ſatis cognitum. Vrbem ſeruauit.} De hoc die illud Ciceronis in oratiōe pro L. Flacco eſt, O nonæ illæ Decembres, quæ me conſule fuiſtis, quem ego diem uere natalem huius urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſim. Templa & delubra ſimul ſæpe dicit Cicero, Aſconio Pædiano in Ciceronis Diuinationem authore. Sunt qui templa eſſe dicant ſingulorum locorum dijs attributorum, delubra multarum ædium ſub uno tecto, à diluuio pluuiæ munitarum. Subiectos prope iam ignes.} Cicero in L. Piſonem: Ego tela extremo menſe Conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorſi, ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. Vobis iam exponam breuiter.} Propoſitio eſt eorum quæ dicturus eſt, qua ratione attentos & dociles facit auditores.

SYLVI.

Coniuratorum manū ſimul exituram.} Coniuratos, non coniuratores, ut teſtes & iudices iuratos, non iuratores, Latine dicimus. Oculis uideretis. Pleonaſmos non eſt. Nam ad rem certius ſignificandam, Oculis adiecit. Maleficium.} id eſt, coniurationem. In re atrociſsima ſæpe dicitur maleficium à Cicerone, ut pro Sexto Roſcio, maleficiū appellat parricidium. Allobroges Galliæ populi ſunt, qua parte Arar Rhodano miſcetur accolæ, nulla gēte Gallica opibus aut fama inferiores, ut ait T. Liuius libro uigeſimo primo. Hos eodem authore libro ſexageſimoprimo, Q. Fabius Maximus filius fratris Africani minoris, qui

in Fabio-

Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cū ſceleris ſui ſocios, & huiuſce nefarij belli acerrimos duces Romæ reliquiſſet: ſemper uigilaui, & prouidi Quirites, quemadmodum in tantis & tam abſconditis inſidijs ſalui eſſe poſſemus. Nam tum ex urbe Catilinam eijciebā (nō enim iam uereor huius uerbi inuidiā; cū illa magis ſit timēda, quòd uiuus egreſſus eſt:) ſed tum, cum illum exterminari uolebam; aut reliquam coniuratorū manum ſimul exituram, aut eos qui remāſiſſent, infirmos ſine illo, ac debiles putabā. Atque ego, ut uidi, quos maximo furore & ſcelere eſſe inflammatos ſciebā, eos eſſe nobiſcum, & Romę remanſiſſe; in eo omnes dies noctesq; conſumpſi, ut quid agerēt, quid molirentur, ſentirem, ac uiderem: ut qm̄ auribus ueſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorē fidem faceret oratio mea, rem ita comprehēderē, ut tum demum animis, ſalutiq; ueſtræ prouideretis, cū oculis

in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Conſul uicit, inq; deditionem accepit. inde allobrogicus cognominatus eſt. More Romanorum, qui gentem nationem'ue bello deuicerat, eius patronus erat, ut eſt apud Ciceronem libro đ Officijs primo. Ex Allobrogici familia Q. Fabius Sanga Allobrogum patronus erat. Allobrogum Legati à P. Lentulo per P. Vmbrenum ſollicitati, ad Q. Fabium Sangam rem omnem uti acceperant detulerunt. Ciceronem eorum quæ audiuerat, Fabius certiorem facit. Ciceronis conſilio legati ſocietatem coniurationis ſimulant, ut amplius ſcribunt Salluſtius & Plutarchus in uita Ciceronis. Tumultus

Gallici excitandi cauſa. } Bellum generalis dictio magis eſt quàm tumultus. Authore Cicerone in Antoniana octaua, poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus & tumultum Gallicum, quòd erat, Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Grauiorem autem tumultum eſſe quàm bellum, quòd bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Cum literis mandatiſq́. } id eſt, ut uulgo loquuntur, cum literis credenti T. Vulturtium Crotonienſem Saluſt. appellat. Facultatis. } id eſt, occaſionem & opportunitatẽ.

Heſterno die. } uſitatius q̃ heri. L. flaccum. } Is eſt L. Valerius Flaccus, quem repetundarum factum reum poſtea Cicero defendit. Cn. Pontinum. } C. Põtinium Cicero pro L. Flacco, C. Promp inium Saluſtius appellãt. Ex præfectura Reatina. } id eſt, ex præſidio Reatino. Noctis uigiliæ ab antiquis dicuntur. Noctem enim in quatuor uigilias diuidebant, ut eſſent duæ ab occidente ſole ad mediam noctem, & totidem inde ad ſolem orientem. Noctis horas itidem antiqui dixerunt.

Integris ſignis. } id eſt, non reſignatæ, non apertæ. Machinatorem. } id eſt, principem & auctorem, quem architectum alibi appellat. Cicero pro A. Cluentio: ipſum principem atq; architectũ ſceleris abſoluerunt, et pro Sex. Roſcio: Non'ne quiuis poteſt intelligere omnium architectum & machinatorem unum eſſe Chryſogonum? Temere. } imprudẽter & ſine cauſa. Cogere ſenatum. } pro eo quod eſt congregare dixit. ut in libro Epiſtolarum ad Q. Fratrem ſecundo: Pridie Idus cum Appius ſenatum infrequentem

maleficium uideretis. Itaq; ut cõperi, legatos Allobrogum belli Tranſalpini, & tumultus Gallici excitandi cauſa à P. Lentulo eſſe ſollicitatos, eoſq́; in Galliam ad ſuos ciues eodẽ itinere cum literis, mandatiſq́; ad Catilinam eſſe miſſos, comitemq́; his adiunctũ eſſe Vulturtium, atq; huic datas eſſe ad Catilinã literas: facultatẽ mihi oblatam putaui, ut quod erat difficillimum, quodq́; ego ſemper optabam à Dijs immortalibus, tota res nõ ſolum à me, ſed etiam in Senatu à uobis manifeſto deprehẽderetur. Itaq; heſterno die L. Flaccũ, et Cn. Prõptinium prætores fortiſſimos, atque amantiſſimos Reipub. uiros ad me uocaui: rem omnẽ expoſui, quid fieri placeret, oſtendi. Illi autem, qui omnia de Repub. præclara, atq; egregia ſentirẽt, ſine recuſatiõe, ac ſine ulla mora negotium ſuſceperunt: & cum aduesperaſceret, occulte ad pontem Miluium peruenerũt, atq; ibi in proximis uillis ita bipartiti fuerunt, ut Tybris inter eos, & pons intereſſet: eodem autem & ipſi ſine cuiuſquam ſuſpicione, multos fortes uiros eduxerant: & ego ex præfectura Reatina complures delectos adoleſcentes, quorũ utor aſſidue in Republica p̃ſidio, cum gladijs miſeram. Interim tertia ferè uigilia exacta, cum iam pontẽ Miluium magno comitatu legati Allobrogũ ingredi inciperent, unaq́; Vulturtius, fit in eos impetus, educuntur ab illis gladij, & à noſtris: res erat prętoribus nota ſolis, ignorabatur à cęteris. Tum interuẽtu Prõptinij, atq; Flacci, pugna, quę erat commiſſa, ſedatur. Literæ quæcunque erant in eo comitatu integris ſignis prętoribus traduntur. Ipſi comprehenſi, ad me cũ iam diluceſceret, deducuntur. Atque horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cimbrũ Gabiniũ ſtatim ad me, nihil tum ſuſpicantem uocaui. Deinde itẽ accerſitur P. Statilius, & poſt eum Cethegus, tardiſſime autem Lentulus, Credo quòd literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte uigilarat. Cũ uero ſummis & clariſſimis uiris huius ciuitatis, qui audita re mane ad me cõuenerant, literas à me prius aperiri, q̃ ad Senatũ deferri placeret: ne ſi nihil eſſet inuentũ, temere à me tãtus tumultus ĩiectus ciuitati uideretur: negaui me eſſe facturũ, ut de periculo publico, non ad conſilium publicum rem integram deferrem. Etenim Quirites, ſi ea, quæ erant à me delata, reperta non eſſent, tamen ego non arbitrabar in tantis periculis eſſe mihi nimiam diligentiam p̃timeſcendam. Senatum frequentem celeriter, ut uidiſtis, coegi. Atque interea ſtatim admonitu Allobrogum, C. Sulpitium prætorem, fortem uirum, miſi: qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorũ

coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuicio coactus ſit nos dimittere. Libro Epiſtolarum familiarium quinto: Recordare cætera quàm cito ſenatum illo die facta ſortitione coegerim.

Cogere iudices. } Idem in oratione pro L. Murena, cogere medicos. libro Epiſtolarũ quarto, cogere agmen. libro Epiſtolarum ad Atticum decimoquinto cogere pecuniam. pro M. Fõteio, cogere pecuniam à ciuitatibus, pro eo quod eſt colligere dixit. Maximum ſicarum numerum. } id eſt, ſicas plurimas, ut Actione in Verrẽ quinta: Magnus à multis frumenti numerus, magnaq́; pecuniæ coactæ ſunt. Introduxi Vulturtium. } Singulos alium poſt alium introduxit. Nec qui prius introducti erant, aduenientibus alijs exibant. Fidem publicam. } id eſt, ex publica fide impunitatem. Iuſſu ſenatus dedi, ille dixit. } Cicero in oratione pro C. Rabirio, conſuli fidem publicam licere ſine authoritate ſenatus dare negat Nec uiolata fides publica è cæde L. Saturnini, cui eam C. Marius conſul ſine ſenatuſconſulto dederat.

Exciperet. } id eſt, reciperet & interficeret. Quintilianus in libro quarto, Aprum quem ipſi muneri obtulerat, exceptum eſſe à ſe uenabulo confeſſus eſſet.

Ducibus urbanis. } coniurantis, ſcilicet. Et à L. Caſſio. } Legati à Lẽtulo, Cethego, Statilio, item Caſſio iuſiurandum poſtulauerunt, quod ſignatum ad ciues ſuos perferrent: aliter haud facile ad tantum negotiũ impelli poſſe. Cæteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eo uenturum breui pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiſcitur, author eſt Saluſtius.

Equitatum. } quia eo Galli ualent maxime. De Cinna Titus Liuius libro ſeptuageſimo nono, & octuageſimotertio. L. Florus libro Epitomatum tertio, & amplius. Appianus libro de bellis ciuilibus primo. Poſt

uirginum

uirginum abſolutionem, poſt Capitolij, &c.} Fabia Veſtalis uirgo non multo ante hanc coniuratiõem inceſti cauſam dixit. Ei Catilina obiectus eſt. Fuit tamen abſoluta, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis uxoris, ut ait Aſconius Pædianus. Poſt Cap. incenſionem.} id eſt, incendium, in oratione pro P. Sylla: Meis conſilijs, meis laboribus, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinque hominibus comprehenſis atque confeſſis, incenſione urbem, interitu ciues, uaſtitate Italiam, interitu rempublicam liberaui. ſeptus tamen incenſum dicitur L. Scipione & Norbano conſulibus ante L. Syllæ dominationem capitolium, qđ à Regibus plus quadringentos annos mãſerat, exuſtum eſt. cuius incendij cauſa omnes latuit: ut ait Appianus in libro. 1. Cethego cum ceteris.} Authore Salluſtio, Cethegus de ſociorum ignauia querebatur. Illos dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere, facto, non cõſulto in tali periculo opus eſſe, ſeq; ſi pauci adiuuarent, languẽtibus alijs impetum in curiam facturum. Natura ferox erat, uehemens, manu promptus, maximum bonum in celeritate putabat. Saturnalibus.} id eſt, eo die quo fierent Saturnalia, quæ quartodecimo Calen. Ian. fieri ſolita eſſe, Macrobius lib. Saturnaliũ primo ſcribit. Eſtq; in ea ſentẽtia, ut Saturnalia uno tantum die fierent. quamuis ſint authores, qui diebus ſeptem fieri ſolita ſcripſerint. Tabellas.} id eſt, literas. inde tabellarius. Quæ à quoque.} id eſt, unoquoq;. Sign.} quo ſignatæ erant. Linum incidimus.} Qui literas negotij paulo ſecretioris mittunt, eas funiculo obligant: deinde qua parte funiculi nodus eſt, cera impoſita ſignant. Hunc morem ætate ſua fuiſſe Cicero ſignificat. Linum enim, pro funiculo lineo dicit. Cognouit ſignum.} id eſt, non negatio,

eſſet, efferret. E quibus ille maximum ſicarum numerum, & gladiorũ extulit. Introduxi Vulturtium ſine Gallis, fidem ei publicam iuſſu Senatus dedi: hortatus ſum, ut ea quæ ſciret, ſine timore indicaret. Tum ille dixit, cum uix ſe ex magno timore recreaſſet, à P. Lentulo ſe habere ad Catilinam mandata, & literas, ut ſeruorum præſidio uteretur, & ad urbem quamprimum cum exercitu accederet. Id autem eo conſilio, ut cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributumq; erat incendiſſent, cædemq; infinitam ciuium feciſſent, præſto eſſet ille, qui fugientes exciperet, & ſecũ his urbanis ducibus coniũgeret. Introducti autẽ Galli, iuſiurandum ſibi, & literas à Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentẽ datas eſſe dixerũt. Atq; ita ſibi ab his & L. Caſſio eſſe præſcriptũ, ut equitatum in Italiam quamprimum mitterent, pedeſtres ſibi copias non defuturas. Lentulum autẽ confirmaſſe ex fatis Sibyllinis, aruſpicumq; reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum urbis huius, atq; imperium peruenire eſſet neceſſe. Cinnam ante ſe, et Syllam fuiſſe, eũdemq; dixiſſe, fatalẽ hũc eſſe annũ ad interitũ huius urbis, atque imperij, qui eſſet decimus annus poſt uirginum abſolutionẽ, poſt Capitolij autem incenſionẽ uigeſimus. Hanc autem Cethego cum cæteris controuerſiã eſſe dixerũt, quòd Lentulo, & alijs cædẽ Saturnalibus fieri, atque urbem incendi placeret. Cethego nimiũ id longũ uideri. At ne longũ ſit Quirites, tabellas proferri iuſſimus, quæ à quoq; dicebantur datæ. Primũ oſtendimus Cethego. Signum cognouit. Nos linum incidimus, legimus literas. erat ſcriptũ ipſius manu, & Allobrogum Senatui, & populo ſeſe quæ eorum legatis cõfirmaſſet, eſſe facturũ: orare ut illi facerẽt, quæ ſibi legati eorum præcepiſſent. Tum Cethegus, qui paulo ante aliquid de gladijs, ac de ſicis, quæ apud ſe erant deprehenſæ, reſpõdiſſet, dixiſſetq; ſe ſemper bonorũ ferramẽtorũ ſtudioſum fuiſſe, recitatis literis debilitatus, atq; abiectus, cõſciẽtia cõuictus repẽte cõticuit. Introductus eſt Statilius, cognouit manum, & ſignũ ſuum. recitatæ ſunt tabellæ. In eadem ferè ſententia cõfeſſus eſt. Tum oſtendi tabellas Lentulo, & quæſiui, cognoſceret'ne ſignum, annuit. Eſt uero inquam, notum ſignum, & imago aui tui clariſſimi uiri, q amauit unice patriã, et ciues ſuos, q̃ qdẽ te à tãto ſcelere etiã mutare, et reuocare debuit. Leguntur eadẽ rõne ad Senatũ Allobrogũ, populumq; literæ, ſi qd de his rebus dicere uellet fieri ptãtẽ.

uit, confeſſus eſt. Ferramenta.} dicuntur inſtrumẽta ferrea quibus fabri utuntur. Horatius in libro epiſtolarũ primo: Cras ferramenta Theanum tolletis fabri. deinde gladios, ſicas, lanceas, haſtas, pila, aliaq; huius generis tela uel ferrea, uel ferro præfixa ſignificant. Pro P. Sylla Cicero, Obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda. Bonorum ferramentorũ ſtudioſum.} ut hac ætate multi non ignobiles armamẽtarium ſtudioſe ferramentis adornãt. Abiectus} id eſt, animo deiecto & depreſſo. Cognouit manum et ſignũ ſuum} .i. ſcripturam propriam, qua in re manus hic ſæpe dicitur. In eadem ferè ſententia.} in qua erant illæ Cethegi. Signum, imago.} Appoſitio eſt, quæ Ciceroni uſitata admodum non eſt, Liuio multum familiaris. Imago aui tui.} id eſt, P. Lentuli, qui C. Gracchum perſecutus eſt, de quo in oratione proxima plura dicemus. In annulis uirorum clariſſimorũ capita inſculpebantur. hisq; literas obſignabant. Authore Liuio libro uigeſimoſeptimo, cum annulo Marcelli Coſs. ſimul cũ corpore Annibal potitus eſſet, eius ſigni errore, ne cui dolus necteretur à Pœno, metuens Criſpinus eius collega, circa ciuitates proximas miſerat nuncios occiſum collegam eſſe, annuloq; eius hoſtem potitum, ne quibus literis crederent nomine Marcelli compoſitis. Valerius Maximus libro tertio, titulo De ijs qui à parentibus claris degenerauerint, ſcribit è manu Scipionis detractum eſſe annulum, in quo caput Africani patris ſculptum erat. Idem libro octauo, titulo de cupiditate gloriæ; annulum ſignatoriũ appellat. Facere poteſtatẽ, pro eo quod dicitur dare poteſtatem, uel dare facultatẽ, ſæpe dicit Cicero in orationibus, pro Sexto Roſcio, in Verrem Actione ſeptima, pro Cluẽtio, Anteq̃ iret in exilium, Poſt reditum in Senatu, Pro domo ſua.

Atque ille quidem primo negauit, poſt autẽ aliquãto toto Vulturtij iam indicio expoſito, atq; edito ſurrexit: quæſiuit à Gallis, quid ſibi eſſet cum ijs, quamobrem domum ſuam ueniſſent: itemq; à Vulturtio. Qui cum illi breuiter conſtanterq; reſpõdiſſet, per quem ad eũ quotieſcũq; ueniſſent, quæſiſſentq; ab eo, nihil'ne ſecũ eſſet de fatis Sibyllinis locutus: tum ſubito ille ſcelere demẽs, quanta uis conſcientiæ eſſet, oſtẽdit. Nam cũ id poſſet infitiari, repẽte præter opinionem omnium cõfeſſus eſt: ita eũ nõ modo ingeniũ illud, & dicendi exercitatio, qua ſemper ualuit, ſed etiã propter uim ſceleris manifeſti, atque deprehenſi, impudentia, qua ſuperabat omnes, improbitasq; defecit. Vulturtius uero, ſubito ꝑferri literas, atq; aperiri iuſſit, quas ſibi à Lẽtulo ad Catilinã datas eſſe dicebat. Atq; ibi uehemẽtiſſime perturbatus Lentulus, tamen ſignum, & manũ cognouit: erãt autem ſcriptæ ſine nomine, ſed ita. Qui ſim ex eo, quẽ ad te miſi: cognoſces, cura ut uir ſis: & cogita, quẽ in locũ ſis progreſſus: et uide, quid iam tibi ſit neceſſe. Cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorũ. Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter reſpõdere cœpiſſet, ad extremum nihil ex ijs, quæ Galli inſimulabant, negauit. At mihi quidem Quirites cũ illa certiſſima ſunt uiſa argumẽta, atq; ĩdicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus, deniq; uniuſcuiuſq; cõfeſſio, tũ multo certiora illa, color, oculi, uultus, taciturnitas. Sic enim obſtupuerãt, ſic terrã intuebantur, ſic furtim nonnunquã inter ſe aſpiciebant, ut non iam ab illis indicari, ſed ipſi ſe indicare uiderẽtur. Indicijs expoſitis, atq; editis Quirites, Senatum conſului de ſumma Reip. ſalute, quid fieri placeret. dictæ ſunt à principibus acerrimæ, ac fortiſſimæ ſentẽtiæ, quas Senatus ſine ulla mora eſt cõſecutus. Et quoniã nondũ eſt perſcriptũ Senatuſconſultum, ex memoria uobis Quirites quid Senatus cenſuerit, exponam. Primũ mihi gratiæ uerbis ampliſſimis agũtur, quòd uirtute, cõſilio, prudẽtia mea Reſpub. periculis ſit maximis liberata. Deinde L. Flaccus, & C. Promptinius prætores, quòd eorum opera forti fideliq; uſus eſſem, merito, ac iure laudãtur. Atq; etiã uiro forti collegæ meo laus impartitur, quòd eos, qui cõiurationis participes fuiſſent, à ſuis & Reip. cõſilijs remouiſſet. Atq; ita cẽſuerunt, ut P. Lentulus cum ſe prætura abdicaſſet, tũ in cuſtodiã traderetur. itẽq; uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui oẽs præſentes erant, in cuſtodiã traderẽtur: atq; idem hoc decretũ eſt in L. Caſſiũ, qui ſibi procurationẽ incendendæ urbis depopoſcerat. in M. Cepariũ, cui ad ſolicitãdos paſtores Apu

SYLVI.

Surrexit. } Lentulus. Impudentia } id eſt, mendacium. Hoc literarum exemplum iiſdẽ fermè uerbis eſt apud Salluſtium. Etiam infimorum. } id eſt, ſeruorum, quorum infima conditio eſt. Impudenter. } id eſt, mentiendo. Argumenta. } probationes. Sic obſtupuerunt. } Diatypoſis eſt, quam Cicero ſub oculis ſubiectionem appellat, cum res ita deſcribitur, ut tanquam ſub auditorum oculos ſubijci uideatur. Aſpiciebant inter ſe. } id eſt, ſe mutuo. ut inter ſe amant: quod dicunt, amãt ſe mutuo. A' principibus acerrimæ ac fortiſſimæ. } A. Gellio authore capite ſeptimo, libri quartidecimi. M. Varro ſcriptum reliquit, cum haberetur ſenatus, rogandarũ ſententiarum illum fuiſſe ordinem, ut primus rogaretur quem Cenſores principem ſenatus legiſſent, deinde uiri conſulares per ordinem, poſtremo reliqui ſenatores: ſed poſtea nouum morem inſtitutum per ambitionem & gratiam, ut quis ſenatus haberet, quem uellet primum rogaret, modo is eſſet uir conſularis, deinde alij conſulares ordine ſuo, poſtremo reliqui ſenatores. A' principibus igitur. } id eſt, à conſularibus, qui primi ſententiam dixerunt. Senatus } id eſt, reliqui ſenatores. Senatuſconſultum per diſceſſionem factum ſignificare uidetur: qđ tũ fieri idẽ dicit, cũ conſentiretur.

Ex memoria. } id eſt, ut memoriter: ut ex ſcripto dicere, id eſt, legendo. Gratiæ uerbis ampliſſimis aguntur. } In eo Senatu Q. Catulus Ciceronem parentem patriæ nominauit. eidem coronam ciuicam à repub. deberi L. Gellius dixit, ut ait Cicero in L. Piſonem. Ampliſſimis uerbis. } id eſt, ſingularibus, ut dicit etiam pro P. Sylla. A' ſuis & reipublicæ conſilijs: } C. Antonius Ciceronis conſulis collega, Catilinæ familiaris & neceſſarius erat: ideo cum eo conſulatũ petierat. adiecit deinde animum ad petendum conſulatum proximum, ſperans ſi deſignatus foret, Antonio ſe ex uoluntate uſurum. Metuens igitur Cicero, ne contra Rempublicam ſentiret, pactione prouinciæ eum expulit: ut ait Salluſtius. Ea fuit cauſa, cur cũ exercitu aduerſus Catilinam miſſus ſit. Quod ſi cum Catilina ſenſiſſet, extra urbem minus quàm in urbe nocuiſſet. Gloriatur Cicero in oratiõe in L. Piſonem, quòd Antonium collegam cupidum prouinciæ, multa in Repub. molientem, patientia atque obſequio ſuo mitigauerit. In cuſtodiam traderentur. } Hos coniuratos in liberam cuſtodiã uiris clariſſimis alios alijs traditos fuiſſe, Salluſtius ſcribit.

M. Ceparium. } Q. Ceparium Salluſtius appellat, qui, ut idem ait, in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat. Vbi uero audiuit Gallos cum comitatu deprehenſos eſſe, ex urbe profugit, paulo ante quàm miſiſſet Cicero qui eum ad ſe accerſeret. Sed ex fuga retractus eſt. P. Furium. } Is eſt, ut arbitror, quem Cicero in oratione pro C. Rabirio, hominẽ omnibus inſignem notis turpitudinis dicit. Q. Manlium Chilonem. } Fortaſſe legendum eſt Q. Magium Chilonem. ut in Ciceronis libro Epiſtolarum quarto, Seruius Sulpitius ſcribit de P. Magio Chilone. Non enim legere memini, ex Manliorum familia fuiſſe, qui Chilo appellaretur. A' quo Gallos ad Gabinium, &c. } P. Lentulum P. Vmbreno dediſſe negotium, ut Allobrogum legatos ad coniurationis ſocietatem impelleret. ab Vmbreno Legatos in domum D. Bruti, quæ foro propinqua erat, cum abſente Bruto Sempronia, quæ ex coniuratione erat, ibi eſſet, ab eodem Gabinium accerſitum, quo maior authoritas ſermoni eſſet, quo præſente aperta coniuratio ſit, & nominati coniurati, ſcribit Salluſtius. A' L. Caſſio

fuiſſe

lia eſſet attributa, erat idē edictū. In P. Furium, qui eſt ex iis colonis, quos Feſulas L. Sylla deduxit. In Q. Manliū Chilonem, qui unà cū hoc Furio ſemꝑ erat in hac Allobrogū ſolicitudine verſatus. In P. Vmbrenum Libertinum hominem, à quo primū Gallos ad Gabinium perductos eſſe cōſtabat. Atq; ea lenitate ſenatus eſt uſus Quirites, ut ex tanta cōiuratiōe, tātaq; ui, ac multitudine domeſticorū hoſtiū, nouē hoīum ꝑditiſſimorū pœna Rep. cōſeruata, reliquorū mētes ſanari poſſe arbitraretur. Atq; ētiam ſupplicatio diis īmortalibus ꝑ ſingulari eorū merito meo noīe decreta eſt Quirites, qđ mihi primū poſt urbem conditam togato cōtigit: et his decreta uerbis eſt, quòd urbem incendiis, cæde ciues, Italiam bello liberaſſem. Quæ ſupplicatio, ſi cum cæteris ſupplicationibus conferatur Quir. hoc intererſit, quod cæteræ de Rep. bene geſta, hęc una conſeruata Rep. conſtituta eſt. Atq; illud, quod faciendū primū fuit, factum atq; tranſactū eſt. Nam P. Lentulus, quāquam pateſactis inſidiis, & confeſſionibus ſuis, iudicio ſenatus, non modo prætoris ius, uerumetiam ciuis amiſerat, tamen à magiſtratu ſe abdicauit: vt q̄ religio C. Mario clariſſimo uiro non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretū, prætorē occideret, ea nos religiōe in priuato P. Lentulo puniēdo liberaremur. Nūc qm̄ Quir. ſceleratiſſimi, periculoſiſſimiq; belli neſarios duces captos iā, et cōprehēſos tenetis, exiſtimare debetis oēs Catilinæ copias, oēs ſpes, atq; opes his depulſis urbis periculis cōcidiſſe. Quem quidē ego cum ex urbe depellebam, hoc prouidebam animo Quir. remoto Catilina non mihi eſſe P. Lentuli ſomnū, nec L. Caſſii adipem, nec C. Cethegi furioſam temeritatem pertimeſcendam. Ille erat ſolus timendus ex his omnibus, ſed tādiu dum mœnibus urbis detinebatur, oīa norat, oīum aditus tenebat: appellare, tētare, ſolicitare poterat, audebat. Erat ei cōſiliū ad facinus aptū, conſilio aūt neq; lingua, neque manus deerat. Iā ad cæteras res cōficiendas certos hoīes delectos, ac deſcriptos hēbat: neq; vero cū aliqd mādauerat, confectū putabat. Nihil erat, qđ non ipſe obiret, occurreret, uigilaret, laboraret; frigus, ſitim, famē ferre poterat. Hunc ego hoīem, tā acrem, tā paratū, tā audacē, tā callidū, tā in ſcelere uigilātem, tā in ꝑditis rebus diligentē, niſi ex domeſticis inſidiis in caſtrēſe latrociniū cōpuliſſem (dicā id qđ ſentio) nō facile hāc tātā molē mali à ceruicibus vřis depuliſſem. Nō ille nobis Saturnalia cōſtituiſſet, neq; tanti ante exitii, ac fati diē Reip. denunciauiſſet, neq; cōmiſiſſet, vt ſignū, vt literę ſuę, teſtes demq; manifeſti ſceleris deprehēderētur. Quę nūc illo abſente ſic geſta ſunt, vt nullū ī priuata domo furtum vnq̄ ſit tā palā inuētū, q̄ tāta hęc in Rēp. cōiuratio maniſeſte inuēta, atq; dep̄henſa eſt: qđ ſi Catilina in vrbe ad hāc diē remāſiſſet, quāq̄ quoad fuit, oībus eius cōſiliis occurri, atq; obſtiti: tñ vt leuiſſime dicā, dimicandū nobis cum illo fuiſſet.

fuiſſe nominatos, Cice. dicit in oratione pro P. Sylla.

Pœna.} De pœna mortis non intelligit, ſed de pœna carceris. Nondum enim decretum erat, quo ſupplicio punirentur. Supplicatio diis īmortalibus.} Mos erat Romanorum, ut ex ſenatus decreto imperatorū nomine qui bella gererent proſpera, ſupplicationes ad deorum templa cum liberis coniugibus cauſa gratulationis celebrarentur. Vt autore Cicerone in oratione de Prouinciis conſularibus C. Marii nomine decretæ ſunt ſupplicationes quindecim dierum C. Cæſaris nomine, ſua ſe ſententia totidē decreuiſſe, & Cn. Pompeio Mithridate interfecto ſe cōſule referente, decem dierū ſupplicationem decretam eſſe dicit. Bene geſta Republica.} Vt in Piſonem: Mihi togato ſenatus, non ut multis bene geſtæ, ſed, ut nemini, conſeruatæ Reipub. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortaliū tēpla patefecit. Magiſtratu ſe abdicauit, & purpuream ueſtem, qua indutus erat, in ſenatu ponens, etiā fortunæ ſibi congruam induit, ut ait Plutarchus.

Religio non fuerat.} In campo Martio, auſpicato in loco, captatis prius auſpiciis conſules & prætores fiebāt. In his igitur magiſtratibus tanquam deorū conſilio factis, aliquid ineſſe religionis uidebatur: quę religio C. Marium Cos. nihil remorata eſt, quo minus C. Glauciam L. Saturnini furores tribunitios ſecutum interficeret, de quo in oratione prima dictum eſt. Priuato.} id eſt, magiſtratum nullum gerente, quòd ſe prætura abdicauerit. Ille unus.} Catilina ſcilicet. Omnium aditus tenebat.} id eſt, norat rationem alloquendi omnes & ſolicitandi: ut ī quarto Aeneidos, Sola uiri molles aditus & tempora noras.

Neque lingua, neque manus deerat, &c.} Erat eloquens Catilina, & manu promptus. Cum aliquid mādauerat, ipſemet faciebat, quòd in ſe plus quàm ī aliis diligentiæ putaret ineſſe.

Saturnalia conſtituiſſet.} quibus Cædes & incendia fierent. Neq; tanto ante.} Qui Saturnalia conſtituebant, diem cædis & incendiorū, plus quindecim dies ante conſtituerūt. Catilina tam longum tēpus non conſtituiſſet. Manifeſte.} Manifeſto à Cicerone ſepius dici attendimus. Priſcianus libro decimoquinto, aliquot aduerbia ab adiectiuis nominibus facta dicit, quæ in o ſolum exeunt, ut falſo, cōſulto, poſtremo, ſedulo, auſpicato, augurato, manifeſto, priuato, precario, merito. Sed nec priuato, nec priuate, ſed priuatim latine dicitur. Vt leuiſſime dicā.} id eſt, ne grauiore & atrociore uerbo utar. Nam ad arma capiēda ciues bonos ex ſenatuſconſulto conuocaturus fuiſſem, & Catilinam interfecturus. Tantis periculis à tanta pace, eodem modo cum uerbo liberaſſemus non conueniunt. nam liberare periculis, ut liberare morte, & liberare tāta pace, id eſt, tam pacate, ut liberare tam paruo negotio, id eſt, tam facile, dicimus. Opem & auxilium tulerint.} Vtrunque dicit, ut rē magis ſignificet.

Vt eos penè oculis uidere poſſemus.} quamuis ipſi incorporei ſint, uideriq; nō poſſint. Nam ut illa omittam.} Illud ex arte eſt, ut cum dicturi ſimus qđ cauſæ noſtræ ualde utile ſit, nom-

nulla quæ minus utilia uideantur, nos omittere ſimulemus. Hac enim ratione præparamus auditores ad audiendum attente, id quod cauſæ noſtræ ſit utilius.

Canere.} id eſt, diuinare. Canere enim authore Seruio in Commentarÿs in librum Aeneidos primum, etiam diuinare ſignificat. Virgigilus in libro Aeneidos tertio. Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos. Cotta et Torquato Coſſ.} L. Torquatus deſignati Coſſ. fuerũt Volcatio & Lepido Coſſ. quo tẽpore prior coniuratio facta eſt. Hæc prodigia id tẽporis apparuiſſe, Cicero hic ſignãt. De priore coniuratione Salluſtius in bello Catilinario, ſcribit. De cælo eſſe percuſſas.} De cælo percuti, & de cælo tãgi, ut De cælo tactas memini prædicere quercus ſæpius dicunt Latini, quàm quod uulgo dicitur fulminari. Depulſa.} id eſt, deiecta. Legum æra liquefacta.} Leges tabularum 12. in æreis tabulis fuiſſe ſcriptas, Dionyſius Halicarnaſſeus libro decimo, et Titus Liuius libro 3. ſcripſerunt. ueluti Solonis leges in tabulis ligneis ſcriptas fuiſſe, Plutarch. in eius uita ait Moſi leges in lapideis tabulis ſcriptas fuiſſe, libri ſacri teſtantur. Quem inauratũ.} Inauratum dicimus non deauratum. Paruum atq; lactentem.} Hæc prodigia uerſibus præſcripta ſunt in libro Ciceronis de Diuinatione primo. de hoc autem Romuli ſigno, quod in Capitolio erat: Hic ſyluestris erat Romani nominis altrix Martia, quæ paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis uitali rore rigabat, Quæ tum cũ pueris flammato fulminis

Neq; vnq̃, dũ ille in urbe hoſtis fuiſſet, tantis periculis Rẽp. tanta pace, tãto otio, tanto ſilentio liberaſſemus. Quanq̃ hæc oĩa Quir. ita ſunt à me adminiſtrata, vt deorũ imortaliũ nutu, atq; cõſilio & geſta, & ꝓuiſa eẽ uideãtur. Idq; cõiectura cõſeq poſſumus, quòd vix vr̃ humanis cõſilÿs tãtã molẽ rerũ gubernatio cõſeq potuiſſe. tũ vero pñtes ita his tpibus opẽ, & auxiliũ nobis tulerunt, vt eos penè oculis videre poſſemus. Nã vt illa omittã, viſas iã nocturno tpe faces, ardorẽq; cæli, et fulminũ iactus, et terrę motus, cęteraq;, q̃ ita nob cõſulibus facta ſunt, vt hęc, q̃ nunc fiũt, canere dÿ imortales viderentur. Hoc certe Quir. qđ ſum dicturus, neq; ꝑtermittẽdũ, neq; relinquẽdũ eſt. Nã ꝑfecto memoria tenetis, Cotta, et Torquato Coſſ. cõplures in Capitolio turres de cælo eẽ ꝑcuſſas: cũ & ſimulachra deorũ imortaliũ depulſa ſunt: & ſtatuæ veterum hoĩum deiectæ, & regum æra liq̃facta ſunt. Tactus eſt ẽt ille q hanc vrbẽ cõdidit Romulus, quẽ inauratũ in Capitolio, paruũ, atq; lactentẽ vberibus lupinis inhiãtẽ fuiſſe meminiſtis. Quo qdẽ tpe cũ aruſpices ex tota Hetruria conueniſſent, cædes, atq; incẽdia, & legũ interitũ, & bellũ ciuile, ac domeſticum & totius vrbis, ac ipỹ occaſum appropinquare dixerũt, niſi dÿ imortales oĩ rõne placati, ſuo numine ꝓpè fata ipſa flexiſſẽt. Itaq; illorũ rñſis, tunc & ludi ꝑ decẽ dies facti ſunt; neq; res vlla, q̃ ad placãdos deos ptineret, ꝑtermiſſa eſt: ÿdemq; iuſſerũt ſimulachrũ Iouis fieri maius & in excelſum collocari, & cõtra atque ante fuerat, ad orientẽ cõuerti: ac ſe ſperare dixerũt, ſi illud ſignũ, qđ videtis, ſolis ortũ, & forũ, curiãq; cõſpiceret, fore vt ea cõſilia, q̃ clã eſſent inita, cõtra ſalutẽ vrbis atq; imperÿ illuſtrarẽtur, vt à S.P.Q.R. ꝑſpici poſſent. Atque illud ita collocãdũ cõſules illi voluerũt. Sed tãta fuit operis tarditas, vt neque à ſupioribus cõſulibus, neq; à vobis añ hodiernũ diẽ collocaretur. Hic qs põt eſſe, q tã auerſus à vero, tã ꝑceps, tã mẽte captus, q neget hæc oĩa, q̃ vidimus, ꝑcipueq; hanc vrbẽ deorũ imortaliũ nutu, atq; ptãte adminiſtrari? Etenim cũ eſſet rñſũ, cædes, incẽdia, interitũq; reip. cõparari, et ea à ꝑditis ciuibus, q̃ tũ ꝓp magnitudinẽ ſcelerũ nõnullis incredibilia uidebãtur, ea nõ mõ cogitata à nefarÿs ciuibus, uerũ ẽt ſuſcepta eſſe ſenſiſtis. Illud vero nõ ne ita præſens eſt vt nutu Iouis optimi maximi factũ eẽ videatur? Vt cũ hodierno die mane ꝑ forũ meo iuſſu cõiurati, & eorũ indices in ædẽ Cõcordiæ ducerẽtur, eo ipſo tpe ſignũ ſtatueretur: quo collocato, atque ad uos, ſenatũq; cõuerſo, oĩa & ſenatus, & vos, q̃ erãt cõtra ſalutẽ oĩum cogitata, illuſtrata & patefacta vidiſtis. Quo ẽt maiore ſunt iſti odio, ſupplicioq; digni, q nõ ſolũ vr̃is domicilÿs, atq; tectis. ſed ẽt deorum templis atque delubris ſunt funeſtos ac nefarios ignes inferre conati. Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicã, nimium mihi ſumã, & nõ ſim ferendus. Ille ille Iupiter reſtitit, ille capitoliũ, ille hæc tẽpla, ille hãc vrbẽ, ille vos oẽs ſaluos eſſe vo-

ictu Concidit, atq; auulſa pedum ueſtigia liquit. Aruſpices ex tota Hetruria.} Hetruſcos aruſpicinæ maxime fuiſſe doctos cõſtat, apud quos Tages diſciplinæ eius uel diuinatiõis author apparuit, ut eſt apud Ciceronem libro de Diuinatione 2. Fata ipſa flexiſſent.} Fata deorum flecti et mutari poſſe ſignificat. Virgilius uero ſentit, fata extrahi poſſe, mutari non poſſe. In libro Aeneidos 6. Sibylla Palinuro: Deſine fata deum flecti ſperare precando. Et lib. ſeptimo Iuno: Atq; immota mãet fatis Lauinia cõiux, At trahere atq; moras tãtis licet addere rebus. Item lib. octauo Vulcanus: Nec pater omnipotẽs Troiam, nec fata uetabant Stare, decemq; alios Priamum ſupereſſe per annos. Authore Seruio, ſecundum aruſpicinæ libros & ſacra Aruntia, quæ Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratiõe differri poſſunt: nunquã tamen penitus immutari poſſunt. In excelſum.} id eſt, in altum.

Forum curiamq;.} Forũ, ubi agebãtur cauſæ: curia, ubi habebatur legitimus ſenatus, & comitium, ubi ad populum habebantur conciones, ſibi proxima erant.

Illuſtrarentur.} id eſt, declararentur. Vt.} id eſt, ita ut. Ita.} id eſt, in excelſum, & ad orientem. Conſules illi.} Cotta & Torquatus. Neque à ſuperioribus.} L. Cæſare & C. Figulo. Tam præceps.} id eſt, tam peruerſus. In ædẽ Concordiæ.} Templa Concordiæ Romæ tria fuiſſe accepimus. Vnum. quod in area Vulcani Cn. Flauius ædilis curulis ſumma inuidia nobilium dedicauit, ut ait T. Liuius lib. nono. Al-

terum, quod ad initium ſecundi belli Punici L. Manlius prætor in Gallia per ſeditionem milita rem uouit, idq; L. Aemilius, M. & C. Attilij L. Scribonius ĩ arce dedicauerũt. Tertium à L. Opimio Cos. in foro, C. Gracc cho occiſo, ædificatum eſt, ut ait Plutarchus ĩ uita Gracchorum

luit. Dijs ego immortalibus ducibus, hanc mentem, uoluntatemq; ſuſcepi, atq; ad hæc tanta indicia perueni. Iam uero illa Allobrogũ ſollicitatio à P. Lentulo, cæteriſq; domeſticis hoſtibus, tanta res, tam dementer credita, & ignotis & Barbaris, commiſſæq; literæ nunquã eſſent profectò, niſi à dijs immortalibus huic tantę audaciæ conſilium eſſet ereptum.

rum. Signum.} Iouis. Sumã} id eſt arrogabo, &, ut uulgo dicunt, præſumam. Aſſumere quoq; in hac re dicitur. Credita.} id eſt, commiſſa. Et ignotis & barbaris.} Allobrogibus ſcilicet. Huic tantæ audaciæ.} id eſt, hominibus tantæ audaciæ.

§ XLVI. *Vt homines Galli.} quibus inſitum erat cum Romanis odium. Ex ciuitate male pacata.}* Allobrogum fuiſſe urbem quandam ſignificat, ex qua Allobroges nominati ſunt. Salluſtius quoque Allobrogum ciuitatem dicit. Allobrogum regnum tempore ſecundi belli Punici fuiſſe, T. Liuius libro 21. dicit, quorum multas ciuitates fuiſſe Salluſtius ſignificat: ſed una erat præcipua, unde appellabantur. Male pacata.} Q. Fabius, filius Fabij eius qui Scipionis minoris frater ĩ Fabiorũ familiã adoptatus ẽ, Allobrogos deuicit. inde Allobrogicus cognoĩatus eſt. Hi Romanorũ ĩperiũ iniquo aĩo tolerabãt: ideoq; nullo negotio non modo ad defectionem, ſed ad belli cum Romanis gerẽdi ſocietatem impelli poterant. A' patritijs.} coniuratis. Ad oĩa puluinaria.} id eſt, templa. Illos dies.} Multorum dierum hanc ſupplicationem decretam ſignificat. L. Sylla P. Sulpitium oppreſſit.} Belli Mithridatici prouincia L. Syllæ conſuli ſortitione obuenit C. Marius huius belli prouinciam ſibi appetens, cum P. Sulpitio trib. pleb. egit, ut ea ſibi prouincia pop Roma. ſuffragijs decerneretur. Quo plures beneficio ſibi ſuo obligatos Sulpitius haberet, legem ferre uoluit, ut exules reuocarentur, ut noui ciues libertiniq; ĩ tribus diſtribuerentur. Sylla & Q. Pompeius Cos. id ne fiat operam dãt, multorum dierum iuſtitium edicũt, quo minus legem ferri liceat. Sulpitius conducta multitudine armata, etiam in conſules ferendæ legi aduerſantes impetum facit. ibi Põpeij Cos. filius, Syllæ gener, occiditur. Sylla Capuam ad exercitum proficiſcitur, apparare uelle ſimulans ea quibus opus ſit ad bellum Mithridaticum, exercitum Romã conuertit. Signis collatis cum Mario & Sulpitio in urbe pugnat. Victum Sulpitium de uilla retractum occidit, Marius à Minturnẽſibus naui publice accepta in Africam nauigat. authores ſunt T. Liuius libro ſeptuageſimoſeptimo, & Appianus libro Bellorum ciuilium primo. Cuſtodẽ huius urbis.} Hoc dicit propter bellum Cymbricum à Mario confectum: propter quam uictoriam primores ciuitatis alioqui & inuidentes, ab eo conſeruatam Rẽpub. fatebantur, ut ait T. Liuius libro ſexageſimoctauo. Quamuis C. Marium municipem ſuum Cicero ſemper laudare ſolitus ſit, cum in eius mentionem incidit, ibi autem ideo laudat apud populum Romanum, quia popularis Marius fuit. Partim eiecit.} duodecim uiros, in quibus Sulpitius & Marius fuerunt, à ſenatu hoſtes patriæ iudicãdos Sylla & Pompeius Cos. curauerunt. Cn. Octauius Cos.} L. Cornelio Sylla ad bellũ Mithridaticum profecto, C. Cornelius Cinna conſul deſignatus perniciosas leges per uim ferre conatus eſt. Cn. Octauius collega eius aduerſatur, cum eo in urbe pugnat Cinna uictus fugit: Conſulatu abdicatus, patriæ hoſtis iudicatur, alias urbes ad defectionẽ ſolicitat, ſeruos promiſſa libertate euocat. C. Marius ex Africa rediens cum Cinna ſe coniungit. Romam quaternis caſtris obſidet, quibus præſunt Cĩna ipſe, C. Marius, Sertorius, & Cn. Carbo. Multis ex ciuibus ad eos deficientibus, in urbem commeatu penè defectam recipiuntur. Eam clariſſimorum uirorum cædibus fœdauerunt. Cn. Octauium Cos. multos ſenatores, multos ex equeſtri ordine, Q. Catulum, L. Merulam flaminem dialem, M. Antonium et C. Cæſarem duos oratores clariſſimos, Craſſos patrem & filium, aliosq; innumerabiles ad-

Quid uero, ut Galli homines ex ciuitate male pacata, quę gens una reſtat, quę bellum Reipublicæ facere poſſe, & non nolle uideatur, ſpem imperij, atque rerum ampliſſimarum ultro ſibi à patritijs hominibus oblatã negligerent, ueſtram ſalutem ſuis opibus anteponerẽt; id non'ne diuinitus factũ eſſe putatis; pręſertim qui uos non pugnando, ſed tacendo ſuperare potuerunt? Quãobrẽ Quirites, quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, dies celebratote illos cum coniugibus, ac liberis ueſtris. Nam multi ſæpe honores Dijs immortalibus iuſti habiti ſunt, ac debiti, ſed profectò iuſtiores nunquam. Erepti eſtis ex crudeliſſimo, ac miſerrimo interitu, et erepti ſine cęde, ſine ſanguine ſine exercitu, ſine dimicatiõe, me uno togato duce, & imperatore uiciſtis. Etenim recordamini Quir. omnes ciuiles diſſenſiones, neque ſolum eas, quas audiſtis, ſed has, quas uos meminiſtis, & uidiſtis. L. Sylla P. Sulpitium oppreſſit; ex urbe eiecit C. Marium cuſtodem huius urbis; multoſq; fortes uiros partim eiecit ex ciuitate, partim ĩteremit. Cn. Octauius conſul armis ex urbe collegam ſuum expulit. Omnis hic locus aceruis corporũ, & ciuiũ ſanguine redũdauit. Superauit poſtea Cinna cũ Mario. Tum uero clariſſimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt. Vltus eſt huius uictoriæ crudelitatẽ poſtea Sylla: nec dici quidem opus eſt, quanta diminutione ciuium, & quanta calamitate Reipub. Diſſenſit, M. Lepidus à clariſſimo, & fortiſſimo, uiro Q. Catulo. attulit non tam ipſius interitus Reip. luctum quàm cæterorum. Atq; illę diſſenſiones erant huiuſmodi Quir. quæ non ad delendam, ſed ad commutandã Rempub. pertinerent. Non illi nullam eſſe Rempub. ſed in ea, quæ eſſet, ſe eſſe principes. neque hanc urbem conflagrare, ſed ſe in hac urbe florere uoluerunt.

uerſæ partis nobiles interfecerunt, ut T. Liuius lib. 79. & Appianus lib. 1. ſcribunt. Omnis hic locus } i. comitium, ubi leges ferre Cinna conabatur, ubi pugnatum eſt. Lumina ciuitatis } i. uiri clariſſimi. Vltus ē huius uictoriæ. } De Syllæ uictoria & crudelitate iidem authores, et Plutar. in uita L. Syllæ ſcripſerunt ampliſſime. Poſtea cum. } ſcilicet, rediit à bello Mithridatico. Quāta diminutione ciuium. } Nam urbem & uniuerſam Italiam cædibus repleuit, ut ait T. Liuius lib. 88. Ex equeſtri ordine duo millia & ſexcentos, ſenatores nonaginta, Cōſulares quindecim occidit, ut ait

Appianus

Appianus. Diſſenſit M. Lepidus. } Mortuo Sylla de eius funere diſſenſio fuit inter M. Lepidum & Q. Catulum conſules, ſilium eius, quem à Cinna occiſum diximus, primum de funere eius, deinde de actis eius reſcindendis, quæ aduerſante Catulo Lepidus omnino reſcindi uolebat. Poſtquam abiuerunt conſulatu, in campo Martio collatis ſignis pugnauerunt. Victus Lepidus, in Sardiniam fugit, ibiq; morbo interiit, ut ait Appianus libro primo. & T. Liuius libro nonageſimo. Interitus ipſius Lepidi non tam attulit luctum Reip. quam interitus cæterorum.

Atque illæ tamē omnes diſſenſiōes, quarū nulla exitum Reip. quæſiuit, eiuſmodi fuerūt, ut nō reconciliatione Cōcordiæ, ſed interneciōe ciuium diiudicatæ ſint. In hoc autē uno poſt hominū memoriā maximo crudeliſſimoq; bello, quale bellum nulla unquā Barbaria cū ſua gente geſſit: quo in bello lex hæc fuit à Lentulo, Catilina, C. Caſſio, Cethego cōſtituta, ut omnes, qui ſalua urbe ſalui eſſe poſſent, in hoſtiū numero ducerētur. Ita me geſſi Quirites, ut oēs ſalui cōſeruaremini. Et cum hoſtes ueſtri tm̄ ciuiū ſuperuicturū putaſſent, quātū infinitæ cædi reſtitiſſet: tantum autem urbis, quantū flamma obire nō potuiſſet: & urbem & ciues integros, incolumesq; ſeruaui. Quibus pro tantis rebus Quir. nullū ego à uobis præmium uirtutis, nullū inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo, præterquam huius diei ueſtram memoriā ſempiternam. In animis ego ueſtris omneis triūphos meos, ornamēta omnia honoris, monimenta gloriæ, laudis inſignia cōdi, & collocari uolo: nihil me mutum poteſt delectare, nihil tacitū, nihil deniq; huiuſmodi, quod etiam minus digni aſſequi poſſunt. Memoria ueſtra Quir. noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, literarum monimentis inueteraſcent, & corroborabūtur. Eandemq; diem intelligo, quam ſpero æternam fore, & ad ſalutem urbis, & ad memoria Cōſulatus mei propagatam: omniq; tempore in hac Rep. duos dies extitiſſe, quorum alter finem ueſtri imperij, non terræ, ſed cœli regiōibus terminaret: alter eiuſdē imperij domiciliū ſedemq; ſeruaret. Sed quoniā earum rerum, quas ego geſſi, nō eſt eadē fortuna, atq; cōditio, quæ fuit illorū, qui externa bella geſſerunt, quod mihi cum illis uiuendum ſit, quos uici, ac ſubegi. Illi hoſtes, aut interfectos, aut oppreſſos: reliquerunt: ueſtrum eſt Quirites, ſi cæteris recta ſua facta pſunt, mihi mea ne quando obſint, prouidere. Mentes enim hominum audaciſſimorum ſceleratæ, ac nefariæ ne uobis nocere

SYLVL. Internecione. } Internecio ab internecando appellata eſt. Particula inter, in compoſitione auctiua eſt, adeo ut non pro mediocri ſignificatione ſit, ſed qua maiorem habere non poteſt: ut interfectus, interceptus, author eſt Donatus, enarrans illud ex Andria: Dauus interturbat oīa. Idem enarrans illum uerſum ex Eunucho, Quod nos capere oportet, hæc intercipit: Intercipit, inquit, proprie quaſi totum capit. Plautus in Aulularia: Quæ ſola interbibere Corinthienſem fontem & Pirenæum poteſt. Diiudicatæ. } id eſt, terminatæ. A cauſarum ciuilium diſſenſione facta tranſlatio ē, quæ iudicum ſententiis terminātur. Nulla unquam barbaris. } id eſt, nunquam illi barbari. Ducerentur } id eſt, exiſtimarentur & haberentur.

Quantum infinitæ cædi reſtitiſſet. } id eſt, reliquum fuiſſet: facta cæde infinita. Obire. } id eſt, adire & attingere. Nullū præmium uirtutis. } id eſt, nullum honorem, nullum magiſtratum, qui uirtutis præmium ab Ariſtotele dicitur libro Ethicorum quarto, qui idem libro magnorum Moralium ſecūdo, ex uirtute gigni honorem dicit. Authore Cicerone libro de Oratore tertio, ſapiens uirtuti honorem præmium petit. Nullum inſigne honoris. } id eſt, nullum triumphum, quod præcipuum magiſtratus inſigne eſt. Aedilitatis enim magnificentia quæſturæ fides, & præturæ diligentia & integritas, muniebant uiam ad conſulatum, qui magiſtratus erat ampliſſimus, Conſulibus præcipue triūphus ob rem bene geſt. m decernebatur. Triumphare Romæ minoris nō ducebatur, quàm in Græ

cia Olym

cia Olympia uincere. Triumphus igitur erat ampliſſimum honoris inſigne. Nullum monimentum laudis poſtulo. } id eſt, nullā ſtatuam. Viris enim clariſſimis, de Repub. meritis optime, ſtatuæ in roſtris collocabantur. Græci hanc honorem habitum hominibus, in monimentis huiuſmodi nonnulla deorum religione conſecrari arbitrabantur, ut ait Cicero Actione in C. Verrem 4. Huiuſmodi ſtatuas iam à uiris nōnullis uel clariſſimis non fuiſſe optatis inuenio. M. Cato maior multorum ſtatuas cum uideret poſitas: Malo, inquit, homines de me quærant, cur ſtatua Catoni poſita nō eſt, quàm cur poſita eſt. author eſt Plutarchus in Apophthegmatis. Eodem authore, Ageſilaus Lacedæmoniorum dux, cum Græci qui ſunt in Aſia, decreuiſſent ipſi ſtatuas in clariſſimis urbibus ponere, ad eos ſcripſit ad hanc ſententiam: Mei ne una quidem ſit imago, neque picta, neque ſculpta, neque conflata. Idē moriens amicos rogauit, ne ullam ſibi mortuo ponerent ſtatuam. Si quid, inquit, præclare geſſi, hoc meum monimentum erit ſin minus, ne omnes quidē ſtatuæ monimentum meum eſſe poſſunt. Nihil mutum. } id eſt, mille ſtatuæ quæ mutæ ſunt & tacitæ. Minus digni. } id eſt, indigni. Sermonibus creſcēt. } Ciceroni cōſtās is animus fuit. Nam poſtea proconſul cum Aſiam prouinciam ſumma iuſtitia, abſtinentia, & clementia adminiſtraſſet, ob hæc beneficia nullos honores ſibi, niſi uerborum ab Aſiaticis decerni ſiuit, ſtatuas prohibuit, ut libro Epiſtolarum ad Atticum ſexto ſcribit. Ageſilaus is cuius paulo ante

poſſent, ego prouidi; ne mihi noceāt, ueſtrum eſt prouidere: q̄ꝗ Quirites mihi quidem nihil iam ab iſtis noceri poteſt. Magnum enim in uobis pręſidium, quo mihi in perpetuū comparatum eſt: magna in Rep. dignitas, quæ me ſemper tacita defendit: magna uis eſt conſcientiæ, q̄ꝗ q negligēt, cum me uiolare uolēt, ſe ipſi iudicabūt. Et ſi ēt in nobis is aīus Quirites, ut non mō nullius audaciæ cedamus, ſed ēt oēs improbos ultro ſemper laceſſamus: quòd ſi oīs īpetus domeſticorū hoſtiū depulſus à uobis ſe in me unum conuertit, uobis erit prouidendum Quirites, qua cōditione poſt hac eos eſſe uelitis, q ſe pro ſalute vr̄a obtulerūt inuidiæ, periculisq; oībus. Mihi qdē ipſi quid iā ad uitæ fructum poſſit acquiri, pſertim cum neq; in honore ueſtro, neq; ī gloria uirtutis q̄ꝗ videā altius, quo quidē mihi libeat aſcēdere. Illud pfecto pficiam Quirites, ut ea, q̄ geſſi in conſulatu meo priuatus tuear, atq; ornem: ut ſi qua eſt inuidia in cōſeruanda Rep. ſuſcepta, lędat inuidos, mihi ualeat ad gloriā. Deinde ita me in Repub. tractabo, ut meminerim ſemp eorum q̄ geſſerim, curēq; ut ea uirtute non caſu geſta uideantur eſſe. Vos Quir. qm̄ iam nox eſt, uenerami ni illū Iouē, cuſtodem huius urbis, ac vr̄m: et ī vr̄a tecta diſcedite, & ea quanq̄ periculum eſt depulſum, tm̄ ęque ac priori nocte feciſtis, cuſtodijs uigilijsq; defendite. Id ne uobis diutius faciundum ſit, atq; in perpetua pace eſſe poſſitis, prouidebo Quirites.

lo ante mentionem feci, nullam imaginem ſuam poſſus eſt eſſe. Vnus uero Xenophontis libellus in eo rege laudando, facile omnes imagines hominum ſtatuasq; ſuperauit, ut ait Cicero libro Epiſtolarum familiarium quinto. Inueteraſcent. } Scriptorum monimenta quo ſunt antiquiora eo minus inuidiæ ſunt obnoxia, & authoritatē uetuſtate acquirunt.

Extitiſſe. } id eſt, emerſiſſe, & præter alios apparuiſſe. Terminaret. } id eſt, finiret & terminos poneret. Vobis erit prouidendum } Nam niſi me defenderitis, nullus poſthac pro ſalute communi perditorum hominum audaciæ ſe opponet.

Mihi quidem ipſi, & cætera. } Hoc prouidendum populo Roma. quod dicat

dicat Cicero, id cauſa Reipublicæ, dicit, non uitæ cupiditate. Satis enim ſe uixiſſe dicit, cum nullum honoris, & dignitatis gradum altiorem poſſit aſcendere. Conſulari uiro immaturam mortem accidere poſſe, in Oratione proxima negat. Idem in libro Tuſculanarum diſputationum primo: Nemo, inquit, parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus eſt munere. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire. Nihil enim iam acquirebatur, cumulata erant officia uitæ. Hæc ille.

IN INVECTIVAM M. TVLLII Ciceronis quartam in L. Catilinam, ad Quirites, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

POſtridie q̄ deprehēſi cōiurati, indicati, confeſſi, et in cuſtodias liberas traditi ſunt, legatis Allobrogum T. q; Vulturtio ex ſenatus decreto præmia data ſūt ampliſſima. Huius diei poſtridie, cum ſentiret Cicero operarum manus cōparari ad eripiendos ui è cuſtodijs coniuratos, habuit ſenatum in curia, ut de coniuratorum pœna Senatus decerneret. D. Syllanus Cos. deſignatus, primus ſententiam rogatus, eos ultimo ſupplicio afficiendos cenſuit. Eius ſententiā multi ſecuti ſunt. Poſtea C. Cæſar cenſuit eos publicatis bonis per municipia diſpertiendos, inq; publicas cuſtodias tradendos, denunciatis pœnis ijs qui eximerent, uel qui ut reuocarentur ad ſenatum referrent. Hanc Cæſaris ſententiam multi ſequebantur, pluresq; ſecuturi uidebantur, propterea quòd minorem Ciceroni inuidiam coniuratorum pœna ex hac ſententia decreta, conſtitutura eſſe uidebatur. Cicero, ne in hanc ſententiam reliqui omnes concederent, utq; ſua uox officia functa conſulari uideretur, hanc orationem in ſenatu habuit. Hortatur ſenatores, ut cogitēt magis de ſuo, de coniugum & liberorum periculo, quàm ipſius Ciceronis. Cæſaris ſententiam uere popularem eſſe dicit, eam laudat, eā ſibi minus periculoſam fatetur. Sed hortatur ſenatores ut Syllani potius quàm Cæſaris ſententiam ſequantur. Nec uerē dum ijs eſſe oſtēdit, ut uideātur crudeles, ſi deprehenſos coniuratos ultimo afficiāt ſupplicio: ſed potius uerendum, ne ſi in cōiuratos lenes & clemētes ſint, in patriam crudeles eſſe uideantur. Sibi eſſe ſatis præſidij ad ea tranſigenda quæ ſtatuerint dicit, quòd omnes omnium ordinum homines ad imperium retinendū ſtudioſe conſentiant, Hortatur ut prouideant, ut eam di

M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM Oratio IIII.

VIDEO P.C. in me omnium ueſtrum ora, atq; oculos eſſe conuerſos: uideo uos non ſolum de ueſtro ac Reipub. uerum etiā, ſi id depulſum ſit, de meo pīculo eſſe ſolicitos. Eſt mihi iucunda in malis & grata in dolore ueſtra erga me uoluntas: ſed eā per deos immortales quæſo deponite, atq; obliti ſalutis meæ de uobis ac liberis ueſtris cogitate. Mihi ſi hæc conditio conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, oēs dolores cruciatusq; perferrem; feram non ſolū fortiter, ſed etiam libēter, dummodo meis laboribus uobis, populoq; Roma. P.C. dignitas ſalusq; pariatur. Ego ſum ille conſul. P.C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur, non cā

pus conſularibus auſpicijs conſecratus, non curia ſummum auxilium omnium gentium, nō domus commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denicq; hęc ſedes honoris ſella curulis, unquam uacua mortis periculo atq; inſidijs fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa cōceſſi, multa meo quodam dolore in ueſtro timore ſanaui. Nunc ſi hūc exitū conſulatus mei dij īmortales eē uoluerūt, ut uos P.C. Q uirites ex cæde miſera, cōiuges, liberosq; v̄ros, uirginesq;. Veſtales ex acerbiſſima uexatiōe, tēpla atq; delubra, hāc pulcherrimā patriā, oīumq; nr̄m ex fœdiſſima flāma totā Italiā ex bello & uaſtitate eriperem, quęcunq; mihi uni proponetur fortuna ſubeatur. Et enim ſi P. Lentulus ſuum nomen inductus à uatibus fatale ad perniciem Reipub. ſore putauit, cur ego non læter meum conſulatum ad ſalutem Reip. propè fatalem extitiſſe: Q uare P.C. conſulite uobis, proſpicite patriæ: cōſeruate uos, coniuges, liberos, fortunasq; ueſtras: populi Rom. nomen, ſalutemq; defendite: mihi parcere, ac de me cogitare deſinite. Nam primum debeo ſperare omnes deos, qui huic urbi præſident, pro eo mihi, ac mereor, relaturos gratiam eſſe. Deinde, ſi quid obtigerit, ęquo animo, paratoq; moriar. Neq; enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, neq; immatura conſulari, neq; miſera ſapiēti.

cant ſententiam, ne ſimilis unq̄ fieri poſſit coniuratio. Tantam multitudinem inimicorum ſibi uidet ſuſceptā, quàm multi ſunt coniurati. Sed eos contēnit, eos nunquam metuet, dum apud populum Romanum erit conſulatus ſui memoria. Ab ijs ſi ulla uis afferatur, iniquo animo ſe moriturum negat, quòd moriendum omnibus ſit, quòd inter laudes Africanorum, L. Pauli, C. Marij, & Cn. Pompeij aliquid loci gloriæ ſuæ fore ſperet. Sed ſi ea uis afferatur, paruum ſuū filium M. Tullium ſenatui commendat. Vt fortiter decernant, poſtulat: quæ decreuerint, effecturum ſe pollicetur. Oratio deliberatiua eſt. Ea ē habita vij. Idus Decembris, Anno ab Vrbe condita. ɤ o o. Eo enim anno Ciceronem fuiſſe Cos. Plinius ſcribit.

V Ideo patres C. } Multi ſenatores Cæſaris ſentētiam, quæ exilio cōiuratos mulctabat, in rem Ciceronis eſſe putabant, quòd hac coniuratorū pœna minus inuidiæ ſubiret Cicero, ideoq; hanc Cæſaris ſententiam ſequebantur. Eos igitur ſenatores hortatur Cicero, ut periculum ſuum, & coniugum, & liberorum metuant, magis quam ipſius Ciceronis. Ora. } id eſt, uultus. Etiamſi. } id eſt, quamuis.

In malis. } id eſt, periculis, Eam deponite. } Deponere multis in rebus Cicero dicit. ut pro L. Murena, deponere ſtudium & fauorē. Pro eodem, deponere labores. libro Epiſtolarum famil. quarto deponere curas & dolores. libro de officijs ſecundo, deponere moleſtias. oratione in Rullum ad Quirites, Actione prima. deponere inuidiam. oratione Poſt reditum in ſenatu, deponere odia, de prouincijs conſularibus, deponere inimicitias, pro Cn. Planco, deponere ſimultates, pro Milone, deponere timorem, pro M. Cælio, deponere memoriam pro obliuiſci, & pro Pub. Sylla, deponere ex memoria, in eadem re dicit. Data eſſe fato aut deorum numine. } Donatus exponens illud Terentij ex Eunucho, Eſt iſthuc datum profecto, ut grata ſint quæ facio omnia. Datum, inquit, id eſt, fato decretoq; conceſſum. Virgilius: Non datur regnis eſto prohibere Latinis.

Non forum. } ſignificat autem aliquid periculi ſibi intentatum eſſe à Catilina in foro iudiciali. Non campus Martius. } cum ſcilicet magnam illam loricā accipere coactus eſt, ut diximus in Oratione prima. Non curia. } cum Catilina Ciceroni minatus, duo corpora Reipublicæ eſſe dixit, quorum alterum caput haberet, ſed ægrum: alterum ſine capite, ſed potens & ualidum, cui ſe ipſe caput adiungeret Id ænigma extimuit Cicero, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Summum auxilium. } Authore Cicerone libro de Officijs ſecundo, cum imperium populi Romani beneficijs tenebatur, regum populorum, nationum portus erat & perfugium ſenatus. Non domus. } ad quam miſſi ſint duo equites, qui Ciceronem tanquam ſalutatum uenientes, in lecto interficerent, ut ante dictum eſt. Commune perfugium. } Negat Cicero in oratione pro Domo ſua, quicquam ſanctius, quicquam omni religione munitius, q̄ ſit domus uniuſcuiusq; ciuium: Hic, inquit, aræ ſunt, hæc foci. hic dij penates, hic ſacræ religionis ceremoniæ continentur: hoc perfugium, ita ſanctum eſt omnibus, ut inde arripi neminem fas ſit. Authore Plutarcho in uita Gracchorum, apud Romanos ueteres ne in capitali quidem cauſa reum domi licebat facere: ſed ante domum conſiſtens præco, tuba citabat. Cōmune perfugiū. } non refugium Cicero ſolet dicere. Confugere tamen Perfugiū, nō perfugere in hac re dicimus. Vnde confugiebam dixerūt Latini ueteres. Hunc exitum conſulatus mei, &c. } id eſt, talem finem. Septimo idus Decembris ut iam dixi, habita hæc oratio eſt. Calēdis autem Ianuarijs deſignati conſules, de more inituri erant magiſtratum. Vt uos populoq; Romano. } per partes commouendi cauſa enumerat, quod in genere dicere potuiſſet. A uatibus fatale. } id eſt, ab Aruſpicibus, & à fatis ſibyllinis. Nomen ſuum. } id eſt, Cornelium. Mihi parcere. } id eſt, mei miſereri. ut in libro Æneidos primo. Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras. Inde parcere, pro ignoſcere factum eſt. Quorum enim miſeremur, ijs ignoſcimus. Relaturos gratiam eſſe. } Deum hominibus referre gratiam dicimus tum, cum pro egregio aliquo facinore ad tutandam religionem ſuſcepto, uel pro ædificato templo, uel pro uita honeſte acta, aut ab impendēti malo ſeruatur, aut felicem aliquam fortunam aſſequitur. Vt habere gratiam Deo dicimus, pro eo q̄d eſt Deo agere gratias. Si quid obtigerit, æquo animo, &c } id eſt, ſi mihi mors ſubeunda ſit. Obtingere mala tantū dicimus, ut Donatus ſignificat, enarrans illud Terentij ex Phormione. Præter ſpem atque incredibile hoc mihi obtigit, ita ſum irritatus, animum, ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Idem in Andria Terentij, contingere dicit id quod uix euenit. Neque enim turpis mors forti uiro. } Turpis mors ea eſt, quā quis formidat. Ea uiro forti contingere nō poteſt, cū fortitudo, authore Cicerone de Officijs, ſit, mortis dolorisq; contemptio. Grauis, nō turpis legit hoc loco Quintil. lib. 6. Nec immatura conſulari. } Vſura uitæ expetenda eſt, ut uirtute ad gloriam nobis muniamus uiam. hanc qui aſſecutus ē, ſatis diu uixit. Hanc affert conſulatus, qui honos ampliſſimus eſt. Ideoq; Cicero in oratione ſuperiore, in gloria uirtutis negabat ſe quicquam uidere altius, quo ſibi liberet aſcēdere. Immatura } i. nimium cito adueniens. Vt immatura poma dicimus, quæ nondum matura ex arbore decerpuntur, ita immatura mors ea eſt, quæ ante extremam ſenectutē accidit. Authore Cicerone in libro

de ſenectute

de ſenectute, ut poma ex arboribus, ſi cruda ſint, ui euelluntur, ſic matura & cocta decidunt: ſic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. Nec miſera ſapienti.} Ea eſt diſputatio libri Tuſculanarum quæſtionum primi.

XLVI. *Mœrore non mouear.} Plutarcho authore, M. Ciceronem Q. Frater & P. Nigidius ad coniuratorum pœnam accenderunt. Nec uxor.} Terentia non reuocat. Filia} Tullia.*

Paruulus filius.} M. Cicero. Gener.} Cicero tres generos ſuos dicit. Vnũ in libro Epiſtolarum familiarium primo, Craſſipedem, alterum in libro ſecundo, Dolabellam: tertium in decimotertio libro. Cn. Piſonem, cuius ſæpe meminit in orationibus Cicero. Nobiſcum omnes etiam ſi uis, & cætera} id eſt, mecum, cum uxore, cum liberis. Potius & illi, et nos.} Mihi legendũ uidetur, Non potius quàm. Iterum tribunus plebis.} cum fieri uellet T. Gracchus, à Scipione Naſica occiſus eſt, ut ait T. Liuius libro. 58 Gracchorum & Saturnini Tribunus plebis ſeditiones fuerunt grauisſimæ, ſed nulla ex parte conferendæ cum hac cõiuratione. De his, inquit, iudicaturi non eſtis, ſed de manifeſtis coniuratis. L. Saturninus.} Is tribunus plebis, C. Mẽmium candidatus conſulatus petitorem maximum, quem aduerſarium actiõibus ſuis metuebat, interemit, ut ait T. Liuius libro ſexageſimonono. Reſtiterunt Romæ.} id eſt, remanſerunt: id eſt, qui Catilinam ſecuti non ſunt. Solicitantur Allobroges.} literis datis à coniuratis ad Allobrogum ſenatum. Seruitia.} id eſt ſerui: ut apud Vallam eſt. Seruorum auxilia, uti ſibi Catilina adiungeret, ſcripſit Lentulus, ut ex literarum exemplo oratione ſuperiore Cicero recitauit. Heſterno die.} Salluſtius dicit præmia Allobrogibus T.q́; Vulturtio decreta eſſe, eo ipſo die quo indicata coniuratio eſt. id factum poſtero die Cicero dicit. Damnati eſſe uideantur.} Salluſtio authore, Senatus frequens hos coniuratos

Nec tamẽ ego ſum ille ferreus, qui fratris chariſſimi, atq; amantiſſimi præſentis mœrore non mouear, horumq́; omnium lacrymis, à quibus me circũſeſſum uidetis: necnon meã mentẽ domum ſæpe reuocat exanimata uxor, et abiecta metu filia, et paruulus filius q̃ mihi uidetur amplecti Rempublicam tanquã obſidem cõſulatus mei, neque ille qui expectans huius exitum diei adſtat in conſpectu meo gener. Moueor his rebus omnibus, ſed in eam partẽ ut ſalui ſint nobiſcũ omnes, etiã ſi uis aliqua me oppreſſerit, potius, q̃ & illi, & nos una Reip. peſte pereamus. Quare P.C. incumbite ad ſalutem Reip. circũſpicite omnes procellas, quæ impendẽt: niſi prouidetis, nõ T. Gracchus, qui iterũ Tri. Pl. fieri uoluit, nõ C. Gracchus, qui Agrarios concitare conatus eſt, nõ L. Saturninus, qui C. Memmium occidit, in diſcrimẽ aliquod atq; in ueſtræ ſeueritatis iudiciũ adducitur. Sed tenẽtur illi, qui ad urbis incẽdiũ, ad ueſtrũ omnium cędẽ ad Catilinã accipiẽdũ Romę reſtiterũt: tenẽtur literę, ſigna, manus, deniq; uniuſcuiuſq; cõfeſſio: ſolicitãtur Allobroges; ſeruitia excitãtur; Catilina accerſitur. Id eſt initũ cõſilium: ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidẽ Reip. nomen, atq; ad lamentandam tanti Imperij calamitatẽ relinquatur. Hęc omnia indices detulerũt: rei confeſſi ſunt. uos multis iudicijs iudicauiſtis. Primũ, quòd mihi gratias egiſtis ſingularibus uerbis, & mea uirtute, atq; diligẽtia perditorum hominum patefactam eſſe coniurationem decreuiſtis. Deinde, quòd P. Lentulũ, ut ſe abdicaret prætura coegiſtis. Tum quòd eũ, & cęteros, de quibus iudicauiſtis, in cuſtodiã dandos cenſuiſtis, maximeq́; quòd meo nomine ſupplicationem decreuiſtis, qui honos togato habitus ante me eſt nemini. Poſtremo heſterno die præmia legatis Allobrogum, T.q́; Vulturtio dediſtis ampliſſima. Quæ ſunt omnia eiuſmodi, ut ij, qui in cuſtodiã nominatim dati ſunt, ſine dubitatiõe à uobis damnati eſſe uideantur. Sed ego institui referre ad uos P.C. tanquã integrũ, & de facto quid iudicetis, & de pœna quid cenſeatis. Illa prędicã, quę ſunt Conſulis. Ego magnũ in Rep. uerſari furorem, & noua quædam miſceri, & concitari mala iampridem uidebam. Sed hanc tãtã, tam exitioſam haberi coniurationẽ à ciuibus nũquã putaui. Nũc quicquid eſt, quocunq; ueſtrę mentes inclinant, atq; ſentẽtiæ, ſtatuẽdũ uobis ante noctẽ eſt. Quãtum facinus ad nos delatum ſit, uidetis: huic ſi paucos

ratos iudicauerat contra rẽp feciſſe. Tanquam integrum.} id eſt, tanquam ſi nihil iudicaſſetis, ideoq; uobis integrum ſit, quam uelitis ferre ſententiam.

Inclinant.} ſe ſcilicet, uel inclinantur. ut, Nox humida cœlo præcipitat. Quocunque.} ſiue ad liberandum coniuratos, ſiue ad damnandum. Statuendum uobis ante noctem eſt.} Nam ſciebat Cicero, à libertis et clientibus Lentuli opifices et ſeruos ad eum ui eripiendum ſolicitari, à Cethego per nuncios familiam atque libertos in audaciã orari, ut impetu facto ad ſe proxima nocte irrũperent. Huic} facinori. Affines eſſe.} Affinis pro conſcio, datiuo ſæpius iungitur. ut pro A. Cluentio: Duos ſcelos uideo authoritate cenſorum affines et turpitudini iudicari. & pro P. Sylla: Circũſpicite paulisper mentibus ueſtris, ut alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Affines ſuſpitionis ab eodem in eadem oratione dicuntur, de quibus habeatur ſuſpitio: Vbi neque homines fuiſſe putantur, huius affines ſuſpitionis. Tranſcendit Alpes.} ad Allobroges. Suſtentando.} id eſt, patiendo. Ac prolatando.} id eſt, differendo. Quacunque ratione.} ſiue liberetis, ſiue dãnetis. Video duas adhuc.} non quod hi duo ſoli deliberauerint, ſed hæ duæ ſolæ hucuſque dictæ ſententiæ ſint, qui non conſentiant inter ſe, quarum in aliam alij iuerunt. Sed Neronem ante Cæſarem dixiſſe ſentẽtiam, Appianus libro ſecundo ſcribit, qui coniuratos cenſuit cuſtodiẽdos quòd Catilina ſuperatus eſſet, ut rem diligentius certiusq; inquirerent atque animaduerterent. Mortis pœnam remouet.} id eſt, cenſet morte mulctandos non eſſe. Communi ſpiritu.} id eſt, aere, qui communis omnibus eſt, ciuibus licita &

putatis affines eſſe, uehementer erratis: latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit nõ ſolum per Italiam, uerumetiam tranſcendit Alpes, & obſcure ſerpens multas iã prouincias occupauit. id opprimi ſuſtentando, ac protelando, nullo pacto poteſt. quacunq; ratiõe placet, celeriter uobis iudicãdum eſt. Video duas adhuc eſſe ſentẽtias; unã D. Syllani, qui cenſent eos, qui hæc delere conati ſunt, morte eſſe multandos: alteram C. Cæſaris, qui mortis pœnam remouet, cęterorum ſuppliciorũ omnes acerbitates amplectitur. Vterq; et pro ſui dignitate, & ꝑ rerum magnitudine in ſumma ſeueritate uerſatur. alter eos, qui nos oẽs, ꝗ Populũ Ro. uita priuare conati ſunt, qui delere imperiũ, ꝗ populi Rom. nomẽ extinguere, punctũ tẽporis frui uita, et cõmuni ſpiritu nõ putat oportere. atq; hoc genus pœnæ ſæpe in improbos ciues in hac Repub. eſſe uſurpatũ recordatur. Alter intelligit mortẽ à dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam. ſed aut neceſſitatẽ naturæ, aut laborũ aut miſeriarũ quietẽ eſſe. Itaque eã ſapiẽtes nunquã muiti, fortes etiã ſæpe libenter appetiuerunt. Vincula uero & ea ſempiterna certæ ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta ſunt, municipijs diſpertiri iubet. Habere uidetur iſta res iniquitatẽ, ſi imperare uelis; difficultatem, ſi rogare. decernatur tamen, ſi placet. ego enim ſuſpiciam, &, ut ſpero, reperiam, qui id quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis, non putet eſſe ſuæ dignitatis recuſare. Adiungit grauem pœnam municipibus, ſi quis eorum uincula ruperit, horribiles cuſtodias circundat, & digna ſcelere hominum perditorum ſancit, ne quis eorum pœnam quos cõdemnat, aut per ſenatũ, aut ꝑ populũ leuare poſſit. Eripit etiã ſpem, quæ ſola hominem in miſerijs conſolari ſolet: bona pręterea publicari iubet. Vitam ſolã relinquit nefarijs hoĩbus: quã ſi eripuiſſet, multas uno dolore animi, ac corporis, et oẽs ſcelerũ pœnas ademiſſet. Itaq;, ut aliqua in uita formido improbis eſſet poſita apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impijs cõſtituta eſſe uoluerũt, quòd uidelicet intelligebant, his remotis nõ eſſe mortẽ ipſam pertimeſcendã. Nunc P.C. ego mea uideo quid interſit. Si eritis ſecuti ſententiã C. Cęſaris, q̃m hãc is Reip. uiam, quę popularis habetur, ſecutus eſt, fortaſſe minus erunt hoc authore, et monitore huiuſce ſententię mihi populares impetus pertimeſcendi: ſin illã alterã ſecuti eritis, ne ſcio an amplius mihi negotij cõtrahatur. Sed tamẽ meorũ periculorũ rationes utilitas Reip. uendicat. Habemus enim ẽt à C. Cęſare, ſicut ipſius dignitas poſtulabat, & maiorũ eius amplitudo, ſñiam tanq̃ obſidem perpetuę in Remp. uoluntatis: intellectum eſt, quid intereſt inter lenitatẽ cõcionatorũ, & animũ uere popularẽ, ſaluti populi conſulentem. Video de iſtis, qui ſe populares haberi uolũt, abeſſe nõ neminem, ne de capite uidelicet ciuium Ro. ſententiã ferat. Is & nudius tertius in cu-

exteris, ſeruis & liberis. omnes enim ſpirãt. Vſurpatum } id eſt, uſitatum. nam ab uſu uſurpare Non. Marcellus inclinat. In improbos. } M. Manlium, Sp. Melium, Sp. Caſſiũ, Gracchos, L. Saturninum. Alter intelligit mortẽ. C. Cæſaris ſententia perſcripta à Saluſtio eſt: illinc aſſumas quæ ad hunc locum ꝑtineant. Atque haud ſcio, an ea ipſa ſit oratio, quam habuit Cæſar. Scribit enim Plutarchus ĩ uita Catonis. uti cum de coniuratorũ pœna ageretur, à Cicerone celerrimos quoſdam ſcriptores diſpoſitos, qui ſignis quibuſdam & notis breuibus multarum literarũ uim habentibus dicta omnia colligerent. unde factum initiũ eſt notariorum eorum, qui in foro iudiciali ſcribant q̃ celerrime. A quibus poſtea acceptam breuem Ciceronis defenſionem Miloris, Aſconius Padianus author eſt. Sed ſolum Catonis orationem, ut ait, ſeruatam ferunt. Mihi non uidetur, cur Catonis potius quàm Cæſaris aliorumq; ſeruata ſententia ſit, cum Cicero ipſe in oratione pro P. Sylla dicat, cum de coniurationis iudicio ſuperiore ſenatu ageretur, conſtitutos à ſe ſenatores ſũma uirtute, memoria, ſcientia, conſuetudine, & celeritate ſcribendi facillime quæ dicerentur, qui omnium indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent. Id indicium in tabulas publicas relatum, ab oĩbus librarijs idem deſcribi iuſſit, peruulgauit, edidítq; populo Roma. toti Italiæ, atque in omnes prouincias diuiſit, ut eius indicij nemo ignarus eſſet. Idem de Senatorum ſententia factum arbitror. Sed cõtra mouet me ut non credam illam Cæſa-

ris

ris orationem eſſe: primũ, quod è republica uiſum non ſit illam orationem ſeruari, & Catonis ſolius ſeruatam cuius ex ſententia in cõiuratos animaduerſum ẽ. Deinde, quod aliqua hic Cicero dicit, quæ non ſunt in oratione Cæſaris. Aut neceſſitatem naturæ. } cum quis morbo uel extrema ſenectute moritur. tunc enim uitã natura producere non poteſt. Cicero de Senectute ſenum mortẽ naturæ neceſſitate afferri dicit. Aut laborum & miſeriarum. } cum quis mortem ſibi conſciſcit. Nunquam inuiti. } quòd eam miſeram nunquã putarent. Libenter. } cum ſibi mortem conſciuerint.

Vincula ſempiterna. } ꝑ carcere, ut uulgo loquũtur perpetuo dicit. Iniquitatem. } Nam iniquum eſt municipibus imperare, ut coniuratos ĩ cuſtodias ſuas accipiant id rogando impetrare facile non eſt. Decernatur. } ut in municipia diſpertiantur. Ego enim ſuſcipiam. } Nã in quæ municipia Ciceroni placeret, C. Cæſar deliberabat. Si quis eorum. } municipum. ſ. id in Cæſaris oratione non eſt. Vincula. } id eſt carcerem. Horribiles cuſtodias. } id eſt, carceres horridos. Sancit. } ſcilicet, ne quis, &c. Quos condemnat. } ſua ſententia. Aut ꝑ ſenatum. } Cenſet Cæſar, ne qs de coniuratis his poſtea ad ſenatum referat, ne'ue cum populo agat. Qui aliter fecerit, ſenatum exiſtimare, eum contra rempub. & ſalutem omnium feciſſe.

Eripit ſpẽ. } uincula ſempiterna cenſendo, rumpendi uincula, & ad ſenatum referendi, et cum populo agẽdi poteſtatem adimendo.

Quàm ſi eripuiſſet. } id eſt, ſi morte mulctandos cenſuiſſet

ſtodiam ciues Ro. Cethegum, & P. Lentulũ dedit, & ſupplicationẽ mihi decreuit, et iudices heſterno die maximis premijs affecit. Iam hoc nemini dubiũ eſt, qui reo cuſtodiam, quæſitori gratulationẽ, indici pmiũ decreuit, qd de tota re, & cauſa iudicarit. At uero C. Cæſar intelligit legem Semproniã eſſe de ciuibus Ro. cõſtitutã; qui aũt in Rep. ſit hoſtis, eũ ciuẽ eſſe nullo modo poſſe. Denique ipſum latorẽ legis Semproniæ iuſſu populi pœnas Reip. dependiſſe. Idem & ipſum largitorẽ Lentulũ & prodigũ nõ putat, cũ de pernicie Reip. & exitio huius urbis tã acerbe, tamq; crudeliter cogitarit, etiã appellari poſſe popularẽ. Itaq; homo mitiſſimus, atq; leniſſimus nõ dubitat P. Lentulum æternis tenebris, uinculisq; mandare, & ſancit in poſterũ, ne quis huius ſupplicio leuãdo ſe iactare, & in pernicie Reip. poſt hac popularis eſſe poſſit. Adiungit etiã publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus, & corporis etiã egeſtas, ac mendicitas conſequatur. Quãobrem ſiue hoc ſtatueritis, dederitis mihi comitem ad cõcionem populo Rom. charum atq; iocundum: ſiue Syllani ſententiã ſequi malueritis, facile me atq; uos à crudelitatis uituperatiõe defendetis, atq; obtinebo eã multo leniorem fuiſſe. quanquam P. C. quæ poteſt eſſe in tanti ſceleris immanitate punienda crudelitas?

cenſuiſſet. Vno dolore animi & corporis.} id eſt, ſuſtinẽdo mortem. Significat autem, ut corporis, ita animi ſenſum extremũ in morte eſſe: hoc eſt, unà cum corpore animam interire. In qua ſentẽtia erat, qui ultra mortem ullũ curæ aut gaudio locum eſſe negat. Id igitur Cicero dicit, quia Cæſaris ſententiam refert. Nã multis in libris Cicero animam immortalem eſſe contẽdit. ut in 1. Tuſculanarũ, in Lælio, in Catone Maiore, in lib. de Repub. ſexto.

Multas & omnes ſcelerum pœnas } .i. cruciatum conſcientiæ. De huiuſmodi conſcientiæ uexatione Cicero in Paradoxis: Te, inqt, conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum, te metus exanimant iudiciorum atq; legum. Quocunq; aſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrũt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Qui tamẽ ſatis opibus hominum ſepti eſſe & muniti uidentur, at idem ait libro de Finibus primo, deorum tamen numen horrent, eaſq; ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes dieſq; exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari putãt. Macrobius in expoſitiõe Somnij Scipionis, per Titij ſupplicium, cuius iecur uultures duo uiciſſim ſibi ſuccedentes continuo exedunt, malæ conſcientiæ tormenta ſignificari dicit. Cicero pro Sex. Roſcio: Nolite, inquit, putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero uidetis, eos qui aliquid impie ſceleratęq; commiſerunt, agitari et perterreri furiarum tædis ardẽtibus. Sua quẽq; fraus, et ſuus terror maxime uexat: ſuũ quẽq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; animi terrent. Apud inferos.} Inferos negat eſſe Cicero, quemadmodũ facit pro A. Cluentio. & in Tuſculanarum quæſtion. 1. Hoc Cæſare.} authore huiuſce ſententiæ, quem ſecuti ſitis. Impetus populares }.i. populi. Illam alteram.} Syllani. An amplius. } quàm ſi ſecuti ſitis ſententiam Cæſaris. Negotij.} id eſt moleſtiæ & periculi.

culi. Reip. utilitas uendicat.} Vendicat rem is, qui eam in iudicio ſuam aſſerit. Vtilitas periculorum meorum rationes ſibi uẽdicat, id eſt, ſuas eſſe affirmat. Illa igitur ſententia eſt, cum reſp. mihi ſe ipſa popu Romani ſuffragijs commiſit, cũ ſcilicet Cos. factus ſum, ea lege ſe cõmiſit, ut nullum periculum defugerem cauſa utilitatis eius. Et maiorũ eius amplitudo. } quorum uoluntas in remp. ſemper bona fuit. Magna tũ erat Ciceroni cum Cæſare amicitia, quæ multo etiã poſtea perſeuerauit. Tãquam obſidem.} Cæſar hac deliberatione uere popularis uiſus eſt, non furioſe. Hanc ſententiam, cum ſuam in rempub. uoluntatẽ teſtatus eſt, ueluti obſidem tradit. Hoc ideo uidetur Cicero dicere, quòd multi de C. Cæſare male ſentirent, alij q. faueret coniuratis, alij q. hac lenitate coniuratorum pœna ſibi fieri aditum ad urbis dominatũ putaret. Non neminẽ } .i. aliquem. Is qui fuerit, ignotũ eſt. Quæſitori mihi } qui maleficiũ quæſiui. Gratulationem } .i. ſupplicationẽ, qua dijs gratulabãtur .i. gratias agebant, de quo uerbo eſt apud Vallam lib. 5. Legẽ Semproniam } Lex Sempronia à C. Sẽpronio Graccho lata cauebat, ne iniuſſu pop. Ro. ciuis Rom. morte mulctaretur, ut ante dixi, utq; in magiſtratũ, ſi quis cõtra feciſſet, animaduerſio foret. At uero C. Cæſar.} id ab aduerſario obijci poſſit Ciceroni. Qui aũt. } id purgat Cicero. Ipſum latorem legis. } C. Gracchum. Iuſſu populi } Ab hiſtoriæ fide hic uidetur Cicero diſcedere. nam authore T. Li. lib 61. cũ C. Gracchus ſeditioſo tribunatu acto Auentinũ cũ armata multitudine occupaſſet. L. Opimius Coſſ. ex S. C. ppłm ad arma uocauit. Tũ Gracchus pulſus interẽptusq; eſt. Quãuis enim ppłs cõſulẽ ſecutus ſit, eius tñ populi iuſſu .i. ſuffragio, Gracchus interẽptus non eſt. Nam ut ſenatus cẽſet, ita ppłs iubet. Aeternis tenebris uinculisq; mandare } i. in ſempiternum carcerem tradere.

SYLVI.

Ego enim de meo ſenſu iudico: nam ita mihi ſalua Repub. uobiſcum perfrui liceat, ut ego quod in hac cauſa uehementior ſum, nõ atrocitate animi moueor (quis enim eſt me mitior?) ſed ſingulari quadã humanitate, & miſericordia. Videor enim mihi hanc urbem uidere lucẽ orbis terrarũ, atq; arcẽ oĩum gentiũ, ſubito uno incẽdio occidentẽ: cerno aĩo ſepultã patriã, miſeros, atq; inſepultos aceruos ciuium: verſat ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchantis. Cum uero mihi ppoſui regnãtẽ Lentulũ, ſicut ipſe ſe ex fatis ſper

De meo ſenſu.} id eſt, de animi mei ſententia. Ita mihi ſalua repub. &c.} Iuſiurandi formula ẽ. ut cum dicimus: Ita me deus bene amet, ut dico uerum.

Mihi propoſui.} id eſt, animo meo. Purpuratũ.} id eſt, Cos. uel prætorem. Togis enim magiſtratuum prætexta purpura erat. Quàm acerbiſſimũ ſanxerit loco,} Loco uerbi ſanxerit, legendum arbitror ſumpſerit.

rit. Importunus.} id eſt crudelis. Dolorem.} ex occiſis uxore & liberis & incenſa domo conceptum. Cruciatu ſerui. } ſororis ſuæ Iuliæ. Virum. } id eſt, maritum. Iulia enim mortuo Antonio marito, filio M. Antonij oratoris, & patre M. Antonij triũuiri, nupſit P. Lentulo, ut ait Plutarchus in uita M. Antonij. ubi ſcribit, hoc Lentuli ſupplicium fontem & ca-

raſſe cōfeſſus eſt purpuratū eē hūc Gabiniū, cū exercitu ueniſſe Catilinā, tum lamētationē matrūfamilias, tū fugā uirginū, atq; puerorum, ac uexationem uirginū Veſtalium perhorreſco. Et quia mihi uehementer hęc uidentur miſera atq; miſeranda, idcirco in eos, qui ea, perficere uoluerunt, me ſeuerum, uehementemq; præbeo. Etenim quæro, ſiquis paterfamilias liberis ſuis à ſeruo interfectis, atq; uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſeruis quàm acerbiſſimū ſumpſerit: utrum is clemēs, ac miſericors, an inhumanus & crudeliſſimus eſſe uideatur? Mihi uero importunus, ac ferreus, qui nō dolorē cruciatu lenierit. Sic nos in iis omnibus, qui nos, cōiuges, liberos noſtros trucidare uoluerunt: qui ſingulos unuſcuiuſq; domos hoc uniuerſum Reip. domiciliū delere conati ſunt: qui id egerunt, ut gentē Allobrogū in ueſtigiis huius urbis, atq; in cinere deflagrati imperij collocarent: ſi uehementiſſimi fuerimus, miſericordes habebimur: ſin remiſſiores eē uoluerimus, ſummæ nobis crudelitatis in patrię ciuiumq; pernicie fama ſubeūda eſt. Niſi uero cuipiā L. Cæſar uir fortiſſimus, et amātiſſimus Reip. crudelior nudiuſtertius eſt uiſus, cū ſororis ſuę fœminæ electiſſimæ uirum præſentem, & audientem uita priuandum eſſe dixit: cum auum iuſſu Conſ. interfectum, filiumq; eius impuberem legatum à patre miſſum, in carcere necādū eſſe dixit. Quorum quid ſimile fuit factum? quod initiū delendę Reip. conſilium? largitionis uoluntas, tum in Rep. uerſata eſt, & partium quædam contentio.

put fuiſſe inimicitiarum, quæ inter eum et Ciceronem interceſſerunt. Hic Cæſar antequā diceret ſententiam de Lentulo, excuſauit propinquitatem, ut et luctu ſororis moueretur, & ſaluti reipublicæ prouideret. author eſt Cicero in octaua Philippica. Cum auū iuſſu. Cos.} Quem intelligat, mihi coniicere nō licet, præter C. Gracchū, qui fuit filius Corneliæ filiæ P. Cornelij Africani maioris. Ex Corneliorum familia Lentulum eſſe, nemo ignorat. Quāuis huius Lentuli auus nōn fuerit, tali quatamen generis propinquitate cum eo coniunctum fuiſſe nomen familiæ docet. Has autem propinquitates uel affinitates nominibus propinquitatem interiorem ſignificantibus appellare ſolemus, ut patrueles Liuius & Cicero ſæpe appellant fratres patrueles. Q. Metellum maritum Clodiæ ſororis P. Clodij, Clodij fratrem ſæpe appellat Cicero. Nec licet intelligi ipſum Lentuli auum, de quo paulo poſt dicit. C. autem Gracchus iuſſu L. Opimij Cos. interemptus eſt. Cuius auum, pro eius auum ſi legeretur, improba lectio non eſſet. Filiumq; eius impuberem.} Si C. Gracchum intelligere liceat, hic Gracchi filium intelligit eum quem paruum mater Licinia manu tenebat, cum maritū Gracchū in Auentinū proficiſcentē proſecuta eſt. Impubem et impuberem dici Priſci. lib. ſexto ſcribēs, hunc Ciceronis locum citat. ſed corrupte citari inuenio in codice etiā uetuſtiſſimo ad hunc modum: Filiumq; eius impuberem legatum a patre miſſum. Impuberem tamen potius quàm impubem dici putem in ſoluta oratione. Necandum.} id eſt, necare debuiſſe. Quorum aui & filij.} Quod ſimile factum eſt, atque eſt hoc Lentuli factum. Largitionis uoluntas.} Omnes enim Gracchi leges erant populares, multæ autem largiebantur aliquid populo Romano, ut quam tulit de ueſtimentis dandis militibus ſine ſtipendiorum diminutione, ut frumentaria, de annona pauperibus danda: de quibus fuſius Plutarchus. Partium quædam contentio.} ut plebeiorum cum patritijs & Senatu, ut C. Gracchi & Fuluij Flacci cum M. Liuio Druſo, de quibus apud Plutar.

SYLVI. Illo tempore.} C. Gracchi. Graue tum uulnus accepit.} Valerius Maximus libro quinto, titulo de Ingratis, hac de re ſcribit amplius. Accepit uulnus.} ut pro P. Sextio: A quibus hic multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore, et contrucidato, ſe abiecit exanimatus. Itē pro P. Sylla: Accepit P. Sylla, iudices, uehemēs uulnus et mortiferū. Ne qd, etc.} .i. ut Gracchi conatibus obſiſteret. Hic.} P. Lentulus. Attribuit.} id eſt, ſua coniuratis munera diſtribuēdo, attribuit nos, ſcilicet me Cos. & uos ſenatores. Hoc ex arte eſt, ut quod ab aduerſarijs noſtris nobis obijciatur, uel obijci poſſit, id in aduerſarios eijciamus, ſi fieri poteſt; uel contrarium nobis conuenire oſtendamus. Miloni obiecerunt aduerſarij, quòd Clodio inſidias fecerit, contra obijcit Cicero, quód Clodius Miloni inſidiatus ſit. Sex. Roſcius ab aduerſarijs occidiſſe patrem accuſatus eſt, id aduerſarios feciſſe Cicero contendit. Ab A. Cluentio corruptos eſſe iudices dicūt aduerſarij: ab Oppianico aduerſario eos corruptos Cicero docet. Mirantur nōnulli fortaſſe, quod Cicero qui defendere alios ſolitus ſit, ad Verrem accuſandum deſcendat: Cicero magis id ſe facere docet, ut defendat Siculos à C. Verre uexatos, quàm ut Verrē accuſet. Hic itidem obijci poſſit Ciceroni ſuſpicio crudelitatis, ſi morte multentur coniurati: probat Cicero, niſi morte multentur, Senatum crudelitatis in patriam ſuſpicione laboraturum. Diſſimulare.} id eſt, tacere. Nam quæ audimus, ſi tacemus, diſſimulare uidemur. Vereri habeam} .i. uereri ne habeam. Tranſigendæ.} id eſt, efficienda, & ut uulgo loquuntur, in executione ponenda. Plena tēpla circum forum.} In curia habita

Atq; illo tempore huius auus Lentulus clariſſimus uir, armatus Gracchum eſt perſecutus. Ille graue tum uulnus accepit, ne quid de ſumma dignitate Reipub. minueretur. Hic ad euertēda fundamēta Reip. Gallos accerſiit; ſeruitia cōcitauit; Catilinā euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, cæteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflammandā Caſſio, totam Italiam uaſtandā diripiendamq; Catilinę. Vereamini, cenſeo, ne in hoc ſcelere tam immani ac nefario nimis aliquid ſeuere ſtatuiſſe uideamini; cū multo magis ſit uerēdū, ne remiſſione pœnæ crudeles magis in patriam, quàm ne ſeueritate animaduerſionis nimis uehemētes in acerbiſ

ſunios hoſtes fuiſſe uideamini. Sed quæ exaudio P.C. diſſimulare nõ poſſum: iactantur enim uoces, quę perueniunt ad aures meas, eorum qui uereri uidentur, ut habeã ſatis præſidij ad ea, quæ uos ſtatueritis hodierno die tranſigenda. Omnia prouiſa parata, & conſtituta ſunt P.C. cum mea ſumma cura atq; diligentia, tum multo etiam maiore populi Rom. ad ſummũ imperium retinendum, & ad communes fortunas conſeruandas. Voluntate omnes adſunt omnium ordinum homines, denique omnium ætatum: plenum eſt forum, plena templa circa forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci. Cauſa enim eſt poſt urbem conditam hęc inuenta ſola, in qua omnes ſentirent unum, atq; idẽ, præter eos, qui cum ſibi uiderent eſſe pereundum, cum omnibus potius, quàm ſoli perire uoluerunt: hosce ego homines excipio, & ſecerno libenter, neq; enim in improborũ ciuiũ, ſed iam acerbiſſimorum hoſtium numero habendos puto. Cæteri uero dij immortales, qua frequẽtia, quo ſtudio, qua uirtute ad cõmunẽ dignitatẽ, ſalutemq; cõſentiunt? Quid ego hic equites Romanos cõmemorem? qui uobis ita ſummã ordinis cõſilijq; cõcedunt, ut uobiſcum de amore Reipub. certent. quos ex multorum annorũ diſſenſione ad huius ordinis ſocietatẽ, concordiãq; reuocatos hodiernus dies uobis, atq; hæc cauſa cõiungit: quã coniunctionem, ſi in conſulatu confirmatã meo, perpetuã in Repub. tenuerimus, cõfirmo uobis nullũ poſt hac malũ ciuile ac domeſticũ ad nullã Reip. partẽ eſſe uenturum. Pari ſtudio defendendæ Reip. conueniſſe uideo tribunos ærarios fortiſſimos uiros; ſcribas itẽ uniuerſos: quos cum caſu hic dies ad ærarium frequentes aduocauit, uideo ab expectatiõe huius ſortis ad cõmunem ſalutẽ eſſe cõuerſos: oĩs ingenuorũ adeſt multitudo etiã tenuiſſimorum. Quis eſt enim, cui nõ hęc templa, aſpectus urbis, poſſeſſio libertatis, lux denique hæc ipſa, & hoc commune patrię ſolum, cum ſit charum, tum uero dulce, atq; iucundum?

bita hæc oratio eſt. Curiæ forum iudiciale proximum erat. Circum forum multa fuerunt templa, in quibus in cauſa Milonis præſidia Cn. Pompeius diſtribuit. Inuenta ſola. } in pie bis diſceſſionibus, in Syllanis ſeditionibus, & aliàs ſæpe ciuium diſſenſio erat. Summa ordinis & conſilij concedunt. } id eſt, ueſtrum ordinem & conſiliũ ſummum eſſe fatentur. Inde ampliſſimus ordo ſenatus eſt, ſed ampliſſimi ordines ſunt ſenatorius et equeſter. Vobiſcum de amore Reip. certent. } id eſt, non cõcedant Rẽpublicam à uobis magis quàm à ſe diligi. Huius ordinis. } id eſt, ſenatus. Diſſenſio inter ſenatum & equeſtrem ordinẽ cœpit, aut certe aucta eſt lege Sempronia. Cum enim ſenatores ſoli antea iudicarent, ideóq; à plebe timerentur, C. Gracchus trecentos ex ordine equeſtri iudices adiecit, parem ſenatoribus numerum conſtituens. Hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte debilitauit. author eſt Plutarchus in uita Gracchorum. L. Sylla equeſtri ordini poteſtatem ademit, eámq; totam ſenatui reſtituit. Poſtea L. Aurelius Cotta prætor ſenatui, equeſtri ordini, & tribunis ærarijs iudicandi poteſtatem lata lege fecit. Confirmo. } id eſt, promitto & affirmo. Tribunos ærarios Budæus in adnotationibus in Pandectas eos eſſe dicit, quos receptores generales appellãt. Scribas itẽ uniuerſos. } Scribarum ordo honeſtus erat. Nam hominum erat ſanctiſſimorum atque innocentiſſimorum, quorum fidei leges & tabulæ publicæ committebantur. ut eſt apud Ciceronem Actione in C. Verrem quinta. Magiſtratus

ſtratus ſcribas habebant, qui ſuas res in magiſtratu geſtas in tabulas fideliter referrent. ut Cn. Flauiũ Aedilis curulis ſcribam fuiſſe A. Gellius libro ſexto ſcribit. Cicerone eadẽ Actione quinta authore, Imperatores ſuperatis hoſtibus optime Republica geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donarunt. Idem ibidẽ, ſibi Quæſtori in Sicilia duos fuiſſe ſcribas dicit. Eius ordinis magna pars curabat ea quæ ad ærarium pertinerent. Aerarium curiæ & foro proximum erat. Id ſignificat Cicero pro Milone, cum appellat Pompeium ea uoce, ut audire poſſit. Pompeius enim diſpoſitis præſidijs, ad ærarium ſedebat. M. Varro, ut ait Macrobius libro Saturnalium primo, ſcribit ædem Saturni ad forum faciendam locaſſe L. Tarquinium Regem. In templo Saturni ærarium & publicas tabulas ſeruari, ex eoq; tabularium appellatum, Plutarchus ſcribit in Problematis. Huius ſortis. } id eſt, miniſterij ad ærarium præſtandi. Scribarum enim, ut arbitror, ſortitio fiebat, qui magiſtratus in prouincias ſequerentur, quiq; in urbe remanentes, quod ipſorum officium erat, curarent. Ingenuus. } ut eſt in libro Inſtitutionum Iuſtiniani primo, titulo de ingenuis, eſt is qui ſtatim, ut natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino & altero ingenuo, ſiue ex matre libera natus, quamuis pater ſeruus tum fuerit. Etiam tenuiſſimorum. } id eſt, non ſolum locupletum, ſed etiam tenuiſſimorum.

SYLVI. *Libertini. } ut in eodem Iuſtiniani libro ſcriptum eſt, titulo dè Libertinis, ſunt qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Libertinus & libertus authore Valla libro quarto hoc diſtant, quòd libertus ad patronum refertur, per libertinum uero ſignificamus hominis conditionem, at ſit libertinus nõ ſeruus nec ingenuus, ſed qui aliquando ſeruus libertate donatus eſt. Qui fortuna ſua huius ciuitatis ius conſecuti. } ita legendum*

legendum eſt. Vt libertas, ita ſeruitus fortuita eſt. Serui fortunæ bonitate libertatem adepti, ſimul cum libertate ciuitatem adipiſcuntur: id eſt, fiunt ciues Romani. Hanc uere ſuam patriam eſſe iudicant, quamuis hic nati non ſint. Nam ut in libro Inſtitutionum Iuſtiniani primo ſcriptum eſt, ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. naſcuntur ex ancillis noſtris, fiunt autem iure gentium: id eſt, ex captiuitate, aut uere cauſſi, cum ho

Operæpretium eſt P.C. libertinorũ hoĩum ſtudia cognoſcere, q ſua uirtute fortunã ciuitatis cõſecuti, hãc uere ſuam patriam eſſe iudicant: quam quidam hinc

nati, & ſummo nati loco, non patriam ſuam, ſed urbem hoſtium eſſe iudicauerũt. Sed quid ego hos homines ordinesq́; cõmemorem? quos priuatæ fortunæ, quos cõmunis Reſpub. quos deniq; libertas ea, quæ dulciſſima eſt, ad ſalutem patriæ defendendã excitauit? Seruus eſt, nemo, qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis, qui nõ audaciam ciuium perhorreſcat, qui nõ obſtare cupiat, qui nõ tantũ, quantũ audet, & quantũ poteſt cõferat ad cõmunem ſalutis uoluntatẽ. Quare ſi quẽ ueſtrũ forte cõmouet hoc, quod auditũ eſt, lenonem quendã Lentuli cõcurſare circum tabernas, pretio ſperantem ſolicitare poſſe animos egentiũ, atq; imperitorum: eſt id quidem cœptũ, atq; tentatũ, ſed nulli ſunt inuenti tã aut fortuna miſeri, aut uoluntate perditi, qui non ipſum illũ ſellę atq; operis, & quæſtus quotidiani locũ, q̃ non cubile, ac lectulum ſuum, qui deniq; nõ curſum hũc otioſum uitę ſuę ſaluum eſſe uelint: multo uero maxima pars eorũ, q̃ in tabernis ſunt; imo uero (id enĩ potius eſt dicẽdũ) genus hoc uniuerſum amantiſſimũ eſt otij. Etenim oẽ eorũ iuſtrumentum, omnis opera ac quęſtus, frequẽtia ſuſtinetur, alitur otio. Quorũ ſi quęſtus occluſis tabernis minui ſolet, quid tandem incẽſis futurum eſt? Quæ cũ ita ſint P. C. uobis Pop. Rom. præſidia nõ deſũnt. Vos'ne Reipub. deeſſe uideamini, prouidete. Habetis conſulem ex plurimis periculis, & inſidijs, atq; ex media morte, non ad uitam ſuam, ſed ad ſalutem ueſtram reſeruatũ. omnes ordines ad conſeruandam Remp. mẽte, uoluntate, ſtudio, uirtute, uoce conſentiunt: obſeſſa facibus & telis impię cõiurationis, uobis ſupplex manus tendit patria cõmunis; vobis uitã omniũ ciuium, uobis arcem & capitoliũ, uobis aras, penates, uobis illum ignẽ Veſtæ perpetuũ ac ſempiternũ, uobis omnia tẽpla deorum, atq; delubra, uobis muros atq; urbis tecta commendat. Præterea de ueſtra uita, de coniugum ueſtrarũ, ac liberorum anima, de fortunis omnium, de ſedibus, de focis ueſtris hodierno die iudicandum eſt. Habetis ducem memorem ueſtri, oblitum ſui; quę non ſemper facultas datur, ut ſui oblitus, alij memoretur. Habetis omnes ordines, omnes homines, uniuerſam Remp. (id quod in ciuili cauſa hodierno die primum uidemus) unum atque idem ſentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta uirtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas, exaggeratasq́; fortunas nox una penè delerit. Id'ne unquam poſthac non modo confici, ſed ne cogitari quidem poſſit, uobis hodierno die prouidendum eſt.

mo liber maior XX. annis ad pretium participandum ſe uendi dari paſſus eſt. De Libertinis ijs intelligatur hic locus, qui ſerui ex captiuitate fuerunt, qui proprie ſerui. i. ſeruati dicuntur: ut probi. i. probati. Imperatores enim captiuos uendere iubebãt, ideoq́; eos ſeruare, non occidere ſolebant. Hinc nati }. i. ciues Romani. Hinc nati dicit quẽ admodum Terẽtius in Andria, illam hinc ciuem eſſe aiunt. Vrbem hoſtium. } Eam enim ueluti urbem hoſtium ferro & igni uaſtare coniurauerunt. Qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis }. i. cui ſeruitus acerba non ſit, qui acerbum & imperioſum atque inhumanum dominum nõ habeat. Ciuiũ. } coniuratorum. Lenonem Lentuli. } Authore Salluſtio, liberti & pauci ex clientibus Lentuli diuerſis itineribus opifices atque ſeruitia in uicis ad eum eripiendum ſolicitabãt, partim exquirebant duces multitudinum, qui precio Rempublicam uexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos ſuos electos & exercitatos orabat in audaciam, ut grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent. Circum tabernas. } Tabernam ab officina diſtingui Valla ſcribit lib. 4 q̃ officina ſit, ubi opera fiunt: taberna ubi opera ipſa, cæteræq́; merces uenditantur. Cæterum differentiam hanc negat eſſe perpetuam. Tabernas hic accipit Cicero pro officinis, in quibus operarij conducti opera faciunt. Hic autem operarij magna ex parte erant improbi et egentes, quos ad uim faciendã conducere & concitare facile erat. Et ut ſeruitia pro ſeruis, ita operas pro operarijs ad facinus faciendum conductis ſæpe dicit Cicero, pro P. Sextio: Conſtitutum illo anno eſt, quantum in illis duabus huius imperij peſtibus fuit, iure poſſe per operas concitatas, quemuis ciuem nominatim Tribuni plebis

consilio ex ciuitate perturbari. Idem pro eodem: Eosq́; operarum ſuarũ gladijs & lapidibus obiecerit. Fortuna miſeri }. i. egentes. Locũ ſellæ. } ubi ſederent in ope faciendo operarij, q̃ inde ſellularij, & ars ſellularia appellatur, quam ſedentariã appellat Ariſtotelis interpres in libro Moralium magnorum ſecundo. Cubile ac lectulum. } Hæc diſtinguere uidetur Cicero, ut lectulus interior ſit & charior quàm cubile. Virgilius in libro Geor. 1. cubilia talpæ, & corui cubilia dicit, ut ne putes hominum tantum dici cubilia. Lectulum dicit, ut in prima oratione in Catilinam: Paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Et pro L. Murena: Strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.

Hunc curſum uitæ }. i. hanc uitæ breuitatem. Otioſum }. i. ſedatam, tranquillam, pacatam.

Genus hoc uniuerſum. } Multos eẽ operarios ſignificat qui in uijs, non in tabernis quæſtũ faciãt. Amiciſſimũ eſt otio. } Alij codices habent, amantiſſimũ eſt otij. Otiũ aũt pro pace, & tranquillitate ſæpe dicit Cicero. Omne eorum inſtrumentum. } quo utuntur operando.

Occluſis tabernis. } in luctu publico atque in ciuili ſeditione tabernæ occludi ſolent. Patria communis. } Rei inanimæ ſenſum tribuit, ut in proſopopœia fieri ſolet. Anima de fortunis omnium, de ſedibus, de focis ueſtris. } id eſt, uita. ut amittere animam, id eſt, uitam ſæpius dicit Saluſt. Alij memoretur. } Mirum ſi hic locus emendatus eſt. Memorari enim pro meminiſſe dici non putem. Hæc duo uerba quid diſtent, ex illo Virgilij uerſu libro Aeneidos ſeptimo intelligi licet: Et meminiſtis enim diuæ, & memorare poteſtis. Quocirca meminerit, quã memoretur legi rectius putem. Alij autem genitiuus antiquus ẽ. Hæc enim adiectiua nomina in ius genitiuum habentia, apud

antiquos

antiquos, ut reliqua adiectiua declinationis ſecundæ inflectebantur. Id Ciceronem alio loco feciſſe ne ignores, illa uerba ſunt apud Priſcia lib. 6. ex Ciceronis oratione pro Tullio, quæ non extat: Hoc iudicium ſic expectatur, ut non unæ rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur. Nox una }.i. uel Saturnalium, qua cædes facienda erat: uel nox, qua interceptæ ſunt coniuratorum literæ.

Atq; hæc nõ ut uos, q mihi ſtudio penè præcurritis, excitarem, locutus ſum: ſed ut mea uox, quæ debet eſſe in Repub. princeps, officio functa conſulari uideretur. Nunc antequam ad ſentẽtiam redeo, de me pauca dicã. Ego quanta manus eſt coniuratorum, quam uidetis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe uideo: ſed eam eſſe iudico turpem & infirmam cõtemptam, & abiectam. quòd ſi aliquando alicuius furore et ſcelere concitata manus iſta plus ualuerit, quàm ueſtra ac Reip. dignitas, me tamen meorũ factorum atq; cõſiliorum P.C. nunquã pœnitebit. Etenim mors, quã illi mihi fortaſſe minitantur, omnibus eſt parata. Vitæ tantam laudem, quãta uos me ueſtris decretis honeſtaſtis, nemo eſt aſſecutus. Cęteris enim ſemper bene geſtis. mihi uni conſeruatæ Reip. gratulationẽ decreuiſtis. Sit Scipio clarus ille, cuius conſilio, atq; uirtute Annibal in Africam redire, atq; ex Italia decedere coactus eſt: ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infeſtiſſimas Carthaginẽ, Numantiamq; deleuit: habeatur uir egregius L. Paulus ille, cuius currũ rex potẽtiſſimus quondã & nobiliſſimus Perſes honeſtauit: ſit æterna gloria Marius, qui bis Italiã obſidiõe, & metu ſeruitutis liberauit. anteponatur oĩbus Pompeius, cuius res geſtę atq; uirtutes iiſdẽ quibus ſolis curſus regionibus ac terminis continentur.

SYLVI. Præcurritis mihi. } id eſt, præuenitis me ſtudio Reip. ſcilicet. Officio functa conſulari uideretur. } id eſt, ut ego, qui ſum conſul, quæ mea ſit ſententia dicerem. Redeo. } Hoc uerbo præſenti oſtendit hanc excurſionem, qua iam uſurus eſt, fore breuem, qualem eſſe debere, Quintil. lib. 4 præcipit, cum in media narratione, aut quæſtione eſt. de ſententia idem ſentiendum eſt. Ea ratione uerbi præſentis operis celeritas oſtendi ſolet. Terentius in Eunucho: Hos prius introducam, & quæ uolo ſimul imperabo, poſtea continuo exeo. Mors omnibus eſt parata. } id eſt, fato conſtituta omnibus eſt. Seruius enarrãs illud ex lib Aeneidos decimo, Stat ſua cuiq; dies, Stoici, inquit, dicũt fatorum ſtatuta ſeruare. ideoq; ſubiungit Virgilius: Sua Turnum Fata uocant, metasq; dati peruenit ad æui. Cuius conſilio Annibal, &c. } P. Scipio Cos. anno ſecundi belli Punici 15. exercitum traducit in Africam, multis uictorijs Carthaginenſes debilitati, Annibalem ad defendendam patriam reuocare coacti ſunt. In Africa uicto Annibale fœdus ictum eſt, Carthago Romanis facta eſt tributaria. In Africam redire, atque ex Italia decedere coactus eſt. Similem narrandi rationem Quintilianus non probat libro quarto: Quædam, inquit, etiam turpiter conuertuntur, ut ſi peperiſſe narres. deinde concepiſſe: apertum teſtamentum, deinde reſignatum. Ornetur eximia laude. } Alij codices habent, Ornetur alter eximia laude: idq; melius. Quamuis ille exemplorum dicendorum ordo ſit, ut antiquiſſimum quicq; ſit, ita primum locã-

dum ſit. Hic tamen deletas Carthaginem & Numantiam prius dicit, quàm Perſen captum, qui captus eſt à Scipionis patre ante has urbes deletas. ſed hoc fecit Cicero, ut Africanum utrunque ſimul tractaret. Cuius currum. } in Triumpho ſcilicet. uicti enim hoſtiũ duces ante currum triumphantis duci ſolebant, ut pulcherrimum ſpectaculum fructumq; uictoriæ populus Romanus percipere poſſit. Tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiebat qui triumphabat, uictos in carcerem duci iubebat, ut ait Cicero actione in Verrem ſeptima. Bis Italiam. } C. Marius Teutonos & Ambrones duobus prælijs circa aquas Sextias deleuit: in quibus cæſa traduntur eorum ducenta millia, & capta nonaginta. Ob hanc uictoriam triumphus ei oblatus eſt, quem quoad Cimbros uiciſſet diſtulit, à quibus ante uicti fuerunt, primum Papirius Carbo Cos. deinde M. Iunius Syllanus Cos tertio A. Scaurus conſulis legatus, quarto C. Mallius & Q. Seruilius Cæpio proconſules, poſtremo Q. Catulus procõſul, qui fauces Alpium obſederat, ut ipſis aditum in Italiã intercluderet. Hos C. Marius quintum Cos. iuncto exercitu cum Catulo uicit. 140. mill a. occidit. 60. millia cepit. author eſt T. Liuius libris 63. 65. 67. 68. Marium diuinum uirum ad ſalutem Imperij natum, Cicero dicit pro Pub. Sextio, & pro C. Rabirio patrem patriæ, parentem libertatis ac Reip. uere appellare poſſe confirmat. Anteponatur omnibus Põpeius. } Is enim rerum geſtarũ magnitudine ſuperiores omnes ſuperauit.

Erit profectò inter horum laudes aliquid loci noſtræ glorię: niſi forte maius eſt pateſacere nobis prouincias, quò exire poſſimus, quàm curare, ut etiam illi, qui abſunt, habeant quò uictores reuertantur. Quanquã meſt in uno loco conditio melior externæ uictoriæ, quàm domeſticę, quòd hoſtes alienigenę aut oppreſſi ſeruiũt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant. Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt, eos cum à pernicie Reip. repuleris,

SYLVI. Pateſacere nobis prouincias. } id eſt, ſubiugare, in easq; nobis aditum dare. Habeant quo uictores reuertantur. } Cn. Pompeius tum in Aſia cum Mithridate bellum gerebat, cum arderet hæc coniuratio. Quod Ciceroni rediens dixit, ab hac re alienum non eſt. Id autem apud Ciceronem eſt libro de officijs primo: Mihi quidem certe, inquit, uir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, ut diceret fruſtra ſe triumphum tertium deportaturum fuiſſe, niſi meo in Rẽpublicã beneficio ubi triumpharet eſſet habiturus. Alienigenas, dicit quos exteros appellare ſolet. Recepti. } facta deditione. Conſpiratio in bonam partem dicitur.

neq; ui coercere, neq; beneficio placare poſſis. Quare mihi cũ ꝑditis ciuibus æternũ bellũ ſuſceptũ eſſe uideo, qđ ego vr̃o, bonorũq; oĩum auxilio, memoriaq; tãtorũ periculorũ q̃ nõ mõ in hoc populo, q ſeruatus eſt, ſed ẽtiã in oĩum gẽtiũ ſermonibus, ac mẽtibus ſemꝑ hærebit, à me atq; à meis facile ꝓpulſari poſſe cõfido. Neq; ulla ꝓfecto tãta uis reperietur, q̃ cõiũctiõẽ vr̃am, eqtũq; Ro. & tantã cõſpirationẽ bonorũ oĩum ꝑfringere, & labeſactare poſſit. Quæ cũ ita ſint P.C. ꝓ ĩpio, ꝓ exercitu, ꝓ ꝓuĩcia, quã neglexi, ꝓ triũpho, cæteriſq; laudis inſignibus, q̃ ſunt à me ꝓp hãc urbẽ ueſtrã, vr̃æq; ſalutis cuſtodiã repudiata, ꝓ cliẽtelis, hoſpitijſq; ꝓuĩcialib. q̃ tñ urbanis opibus nõ minor̃ labore tueor q̃ paro. Pro his igit̃ oĩbus rebus, & ꝓ meis in uos ſingularibus ſtudijs ꝓq; hac, q̃ ꝓſpicitis ad cõſeruãdã Rẽp. diligẽtia, nihil à uob. niſi h⁹ tp̃is, totiuſq; mei cõſulatus memoriã poſtulo. Quę dũ erit vr̃is mẽtibus ĩfixa, firmiſſimo me muro ſeptũ eſſe arbitrabor. Quòd ſi meã ſpẽ uis ĩproborũ fefellerit, atq; ſuꝑauerit, cõmẽdo uobis paruũ meũ filiũ: cui ꝑfecto ſatis erit ꝓſidij, nõ ſolũ ad ſalutẽ, uerũ ẽt ad dignitatẽ, ſi eius, q hęc oĩa ſuo ſolus ꝑiculo cõſeruauerit, illũ eẽ filiũ memineritis. Quapp̃ đ ſũma ſalute vr̃a, po. q; Ro. P.C. de vr̃is cõiugibus, ac liberis, đ aris, ac focis, de fanis, ac tẽplis de totius vrbis tectis, ac ſedibus, de Impio, de libertate, de ſalute Italię, deq; vniuerſa Rep. decernite diligenter, vt inſtituiſtis, ac fortiter. Habetis enim conſulem, qui & parere veſtris decretis non dubitet, & ea q̃ ſtatueritis, quoad uiuet, defendere & per ſeipſum præſtare poſſit.

ſæpius à Cicerone. ut in oratione pro Domo ſua: Hanc noſtram coniunctionem, hanc cõſpirationem in Republica bene gerenda, hanc iucundiſſimam uitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines factis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt. Idem in libro de Officijs ſecundo: Magnas utilitates adipiſcimur, conſpiratione hominum atque conſenſu. In malam quoque partem pro hac coniuratione dicit idem in oratione ad Quirites antequam iret in exilium: Quoniam, inquit, animaduertiſtis illam cõſpirationem conflatam ita eſſe reſtinctam, ut nulla ſcintilla compareat incendij, uos quoque tribunitiam ſedate temeritatem. Amoris conſpirationem idem dicit in libro de Finibus primo: Epicurus, inquit, unus in domo, & ea quidem anguſta, quàm magnos, quantaq; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges! Pro imperio. } Conſulatus gloriæ cauſa petebatur. Conſulibus enim decernebantur,

prouinciæ

prouinciæ, dabantur exercitus. Iis re bene geſta triumphi decernebantur. Triumpho autem nihil in uita poſſe glorioſius contingere arbitrabantur. Ideo honorum populi Romani finem eſſe conſulatum, Cicero dicit in oratione pro Cn. Planco: pro imperio conſulari, pro exercitu, qui Ciceroni datus fuiſſet, ſi prouinciam ſortitus fuiſſet, quã neglexi præ ſtudio Reipub. Prouincialibus. } id eſt, quæ mihi in prouincia parauiſſem. Paruum meum filium. } M. Ciceronem, cui poſtea ſcripſit libros de Officijs. Quapropter de ſumma. } Hæc Ciceronis ſententia eſt, ad quam rediturum ſe promiſit, cum egrederetur. In deliberatiua autem oratione ſententia pro cõcluſione poni ſolet. Fortiter. } id eſt, ſine ullo metu. Parere ueſtris decretis non dubitet. } ſi cenſeatis coniuratos morte multandos. in quam ſententiam Senatus quantum poteſt inclinat.

PORCII LATRONIS

DECLAMATIO CONTRA L. SERGIVM CATILINAM.

SI quid precibus apud deos immortales ſanctiſſimi iudices, nobiſcum aliquãdo ualuiſſemus, iamdudum & poteremur Republica noſtra florentiſſima, & ciues noſtros haberemus, tum ſtudioſos rerum gerendarum, tum patriæ ſimul ac uirtutis amantiſſimos, idq; temporis eximia lætitia frueremur, cũ rationes omnes dicendi noſtras, in laudem ſummorum, atque optimorum ciuium conſumendas eſſe uideremus. Nihil enim ſtatuamus animo dignius, nec authoritate maiorum, nec opinione populari, q̃ in eo genere uerſari forenſis exercitatiõis, quæ canere laudes egregias ſummorum hominum poſſit, atq; animos inflammare noſtræ ciuitatis, ad imitandum. Verum ea dicendi uoluptas olim ſapientiſſimo uiro M. Catoni planè contigerit, necnon & Galbæ, Scipioni, Gracchis, Porcinæ, Craſſo, atq; Antonio, ſummis atque ornatiſſimis oratoribus, quorum tempora ſingulari præſtantia uirtutis, ac ſtudio penè incredibili pulcherrimarum artium floruerunt. Nobiſcum uero ſententia noſtra bene ageretur, ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum, atque hominum: nec incidiſſemus in atrociſſimos Reip fluctus, ac miſerãdæ temporum calamitatẽ. M. ſi quidem Catoni, & Scipioni coætaneo ſuo, monimentis immortalibus huius urbis & ſine dubio clariſſimis hominibus temporum ſuorum, de legibus dicendum erat, de inſtitutis maiorum, de gloria militari, perſæpe de laudibus, ac uictorijs. Nobis uero, qui deuenimus in hanc truculentam temporum cõditionem, ſublata eſt omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut iucundiſſimi ſermonis, aut concitandæ beneuolentiæ popularis. Nam ſi quando uox noſtra, ſiue à foro, ſiue à curia deſideratur, dicendum eſt perpetuo nobis, aut de teterrimis huius patriæ calamitatibus, aut de nefarijs oppreſſionibus ciuium, aut deperditæ iuuentutis nunc impudicitia flagitioſa, nunc ignauia ſingulari. Quare peſtium quanta in dies redundatio eſt, uos eſtis teſtimonio iudices, quorum aures caluerunt aſſiduitate penè quotidiana, copiaq; incredibili ciuilium controuerſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminiſſe poteſtis, de L. Glabrionis immanitate, atque audacia furioſiſſimi hominis, & ſine dubio crudeliſſimi: cuius in ſenatu ſica pridie deprehenſa eſt, cum qua M. Peperium, lucem omnis patritiæ dignitatis extinguere moliebatur. Nunc uero dicendum eſt de L. Catilinæ ſceleratiſſima mente, atq; inuſitata nequitia, quam nuper in omnium ciuium perniciem, ſtragemq; redundaturam, dij

immortales

immortales in authorem ſceleris, tum benignitate ſua, tum conſulari uigilia retorſerunt. Quæſo igitur iudices diligenter attendite. remq́; cognoſcite barbarā crudelitate, periculo uero, & calamitate Reip. pernicioſiſſimam. L. ſiquidem Catilina non ignobili genere præditus, neque infima uirtute, ſi dotes egregias, tum fortunæ, tum corporis ad dignitatem urbis, non ad perniciē cōferre ſtatuiſſet, Rēp. nuper ex atrociſſimis bellorum ciuilium uulneribus pauliſper reſpirantem, nouis inſidijs opprimere conatus eſt. Quid exhorruiſtis iudices? non modo opprimere conatus eſt, ſed crudeliſſime uexare: non uexare tantum, ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. Manum ad id comparat, diuerſam quidem genere, ſed magnitudine ſceleris, uitæq́; ſimilitudine penè eandem: quam manum exacerbatam continua penuria rei familiaris, & ob id deſiderio prædæ mirabiliter flagrantem, illecebræ ſibi facillime conciliauerūt. Conſilia nefarij facinoris in ampliſſimi ciuis M. Leccæ domo decoquebantur. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium, quorū hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat, conciliatam partim aſſuetudīe ſtupri, partim genere quodam nefariæ largitionis. Adhibiti ſunt & cuncti Barbarorum hominum, nobilitati, non ſolum magnitudine, & ſumma æris alieni, uerumetiam conſuetudine, ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Nec alæ muliebres ab eo cœtu religioſo, nocturno prorſus abfuiſſe indicatæ ſunt: nulla denique portēta urbis, nullæ finitimarum regionum peſtes repertæ ſunt, quæ non denotatæ ſolertiſſime per hunc, per magnitudinem inopiæ facillime concitatæ, repente deuolauerunt, in aream ipſam nefariæ, atq; flagitioſæ coniurationis. Ratio conſiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris, uniuerſi cum armis ad ipſius Leccæ domum præſto forent, ibiq́; dato ſigno collaberentur omnes, partim ad diripiēdam, inflammandamq́; urbem, partim ad trucidādum ſenatum, partim ad eos conficiendos, qui præſidium urbi ferre uoluiſſent, Catilinam interim omnes, & ducem, & Imperatorem appellarent. Audiſtis iudices ſatis euidenter, ut arbitror, cōſilium ſceleratiſſimi hominis Catilinæ, reiq́; indigniſſimæ miſerabilem, ac deteſtabilē crudelitatem. Nunc uero audienda cauſa eſt, agnoſcendæq́; faces, quibus ille flagrauit ad cupiditatē huiuſmodi ſcelerati facinoris obeundam quas ſi planè comprobatas uobis, ut arbitror, planeq́; illuſtratas euidentibus ſignis attulero, nihil erit impedimento, quin hoſtem Reip. crudeliſſimum, atq; infeſtiſſimum ſummis ſupplicijs, ſummis cruciatibus multandum, ac mactandum eſſe iubeatis. Tria iudices, ſententia mea, ſcelerata, crudelia, flagitioſa, inaudita, quæ mentem Catilinæ ſemper immoderatam, ſemperq́; nouis rebus ſtudentem, ad exitum patriæ commouerunt, nunc dicenda ſunt. Primū ratio quædam triſtis ſimultatis, qua ductus eſt, uniuerſum ſenatū ex memoria repulſæ conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper inſectatū. Secundo, rabies quædam temerariæ ambitionis, ſitiens immodicæ gloriæ, prorſusq́; inflammata perpetua quadam, & ſingulari cupiditate dominandi. Poſtremo, cœtus infames turpiſſimorum hominum, non modo fatigati diuturno malo domeſticæ neceſſitatis, uerumetiam imbuti flagitijs, ac conſuetudine ſcelerum ſempiterna comite & genitrice peſſimarū cupiditatum. Quod genus hominum Catilinam ſuum etiam dormientem è ſomno facillime excitare uoluiſſet. His autem oſtenſis, breuiter, ſaneq́; confutatis, quæ pro defenſione flagitiorū ſuorū noſtri aduerſarij dicenda eſſe putauerint finem adeſſe uobis intelligetis. Bello Mithridatico iudices lōgiſſimo quidem omnium & ſine dubio poſt Punicum periculoſiſſimo, cum diutius in Senatu de eligendo Imperatore dubitatum fuiſſet, planeq́; omnes ambigerent, quiſnam ſagaciſſimo regi ſagaciſſimus noſter Imperator opponeretur, Catilinam inter omnes competitores, incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem, omnes Senatoriæ ſententiæ reiecerunt. Eo telo percuſſus adeo Catilina fuit, ut poſtea nullam omiſerit, neq; perturbandæ curiæ, neq; inſectandi Senatus occaſionem. Videbat nanq; deteſtandam cupiditatem ſuam, illo ſuperſtite, nunquam in eum locum peruenturam fore, de quo illā pridem uniuerſæ omnium uoces eijciendam eſſe putauiſſent. Volebat item animo ſummas uitæ neceſſitates, quibus exuere ſe poſſe arbitrabatur, ſi qua ratione præclaris magiſtratibus aſpiraſſet. Nūc illas uero magis ac magis inſtauratas quotidie itelligebat, q̄nquidē inſpiceret oēs uitæ ſuæ rationes, ea ſententia iugulatas prorſus extitiſſe: ac quicquid increpuiſſet ulterius metuendam eſſe conſularem uigiliam, metuendū eſſe iudicium ſenatoriæ authoritatis. Hāc uero ſpeciem ita exanguem, ita conſternatam conſuetudo erexit uitæ prauiſſimæ ad omne facinus, neque otij ſui patiens, neque alieni. Qualis eius uita fuerit, & ſi præclare conſcientia publica teneatur, huic tamen illuſtrandæ ſeu patefaciendæ teſtes indubitati uideri poſſunt ij, qui ſacrarium illud libidinum colere, atque obſeruare conſueuerunt. Quæ nugæ, Dij immortales? quæ portenta ſcelerum? qui libidinum gurgites? quæ ſentinæ flagitioſorum? Verum is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinæ, eaq́; gentium opinio peruagata, quatenus exiſtimem uoces ipſas publicas non hominum eſſe, ſed oraculi potius nuncupandas. Famam uero popularem à maioribus noſtris ſæpenumero accepimus, neque temere unquam naſcituram eſſe, neque temere occaſuram. Decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriæ, ſicuti par erat homini nobiliſſima familia nato, ſed uti latro perditiſſimus ad omne genus flagitij conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt. Vires ad ſtuporem hominum præclaræ, atque inuſitatæ perpetua uoluptatum intemperantia ſunt labefactatæ. Flos pueritiæ uenuſtiſſimæ ad intuentium iucunditatem, cui non libidini patuit flagitioſæ iuuentutis? aut quam turpitudinis notam non ſubeūdam ultro, atque accerſendam eſſe cogitauit? Lux illa uero præclari, atq; excellentis ingenij, quam omnes diuinam ſemper & ſingularem, atque inuſitatam penitus eſſe arbitrabantur, non'ne inter fœdiſſimas uoluptatum ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis huius impuriſſimas uoces, mollitiem ſcenicā, obtutus impudicos, blanditias muliebres, & omnem deniq; copiam non mediocrium uitiorum, ſub illa frōtis erudita ſimul, atq; inſigni pulchritudine deliteſcētem. Prætereo mentem illius plus, quàm gladiatoriam, ſitim incredibilem humani cruoris, mirum inconſtantiæ genus, uultum nūc demiſſum, nūc alacrem, nunc anhelantem ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentem, ſummum pecuniæ deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem, contemptum incredibilem omnium bonorum, itemq́; eximiam cum ſummis, atque ornatiſſimis ciuibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro uerſipellius, aut mutabilius hominum memoria: ita ut res diuerſiſſimæ ſæpenumero uideantur in eodem ingenio, tāquam in ſentina quadam teterrima ſimul redundare. Quis igitur dubitādum eſſe putauerit hominem præditum huiuſce inſtitutione uitæ, remotiſſimum ab omni genere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo cuiq́;, atque immaniſſimo facinore fuiſſe accommodaturum? Fontē aperuimus iudices omnium Catilinæ morum, atque omnis conſuetudinis. Vnde illi damnauiſſe uis iſta præclara conſiliorum facillime intelligenda eſt. Nunc uidendum eſt ſpem atrociſſimi ſceleris, unde illi ſubminiſtratam fuiſſe iudicemus. Cum hic itaq; ſecum repeteret memoria miſerādam ignominiam comitiorum, turpeſq́; anguſtias afflictæ rei familiaris: ſimulq́; intueretur, uel ſibi uiuendum, ac mo

riendam fore, cum turpitudine ſumma, uel ſenatum nullũ eſſe oportere: de ratione tollendi ij ſius primum cogitare cœpit. Nam illo deleto, ſine dubio intelligebat uiam latiſſimam libidinibus ſuis continuo patere. Vertit itaq; oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis, qua dies, ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſuarum cupiditatum: cum putauit manum ipſam hominum, tanquam haſtam ualidiſſimam furoris ſui facillime ſibi accommodari poſſe, quam contorqueret in omnium noſtrum ruinam, atque interemptionem: ut quam cognouerat educatam uitæ prauiſſimæ inſtitutis, imbutam ſæpenumero ſanguine miſerorum ciuium, ardentem incredibili deſiderio prædæ, ſibi uero mira familiaritate conciliatã. Genus eſt hominum uehementer exercitatum ferro, atque inopia, duabus rebus ad omne genus facinoris paratiſſimum. Quod quidem ego ciuitati noſtræ maxime debilitatæ bellis ciuilibus, atque afflictæ magnitudine calamitatum magnopere pertimeſcendum eſſe iudico. Nihil enim illis præter ſpem, atque animum fortuna reſeruauit: alteram ad differendam uitæ neceſſitatem, alteram ad liuorem ſuum magnifice accommodatam. Nihil illis cõtemptibilius, quos ſi quidem rudimenta uitæ traducta, in hac tenuiſſima re depoſita, nunc in gladiatorijs muneribus nunc alia facinoris atrocitate partim ad oẽ ſcelus, partim ad oẽm patientiã erudierunt. Verũ hæ peſtes, ſententia mea, quo fuerint abiectiores, eo magis extimeſcendas eſſe reor, tanq̃ perpetuo ſeditionum ciuilium, ac rerũ nouãdarũ auidiſſimas: ſiue quia uoluptatẽ capiãt ex mœrore ſociæ calamitatis, ſiue quia ciuitatum uerſutiam, mutabilitatem rerũ ſuarum portendi quodammodo arbitrantur. Hi ſunt quidem, quos in foro quotidie in oculis ciuium calamiſtratos, ac ueſtibus collucentes paſſim obuolitare cernimus: fortunas omnium popularium, atq; otium ciuitatis luminibus conſignantes: qui non modo arrecti permanent ad opportunitatem cuiuſpiam præſentis commodi, uerumetiam geſtiunt ad opinionem ſperatæ utilitatis. Si feras quidem omnis generis, quo magis attenuatæ fuerint penuria eſcendi, eo magis præcipites, atq; effrenatas ruere in perniciem uidemus: quid hanc deſperatorum colluuiem ieiunam, ſitientem facultatum noſtrarum, quo impetu, qua'ne ſtrage ruiturã eſſe creditis aut debacchaturã, ſi ſe carceribus emiſerint, cũ illæ ratione careant, atq; intelligẽtia, hi uero non abſint penitus ab ipſa facultate itelligendi? Grauiſſimi q̃ſẽ ſunt morſus irritatæ neceſſitatis. Dij ĩmortales, q̃ clades ab illa feritate hoiũ, q̃ gñã flagitioſorũ emanauiſſent, ſi nocturnus iſte Imperator, quaſi quaſdã rapidiſſimas belluas in urbis penates immittere potuiſſet! Horret animus iudices, ea cogitatiõe cõplecti, quæ miſeri pertuliſſemus, ſi ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt itaque flamma nobis ſcelerata, & atrox, dum adhuc uelata cineribus, ac ſopita facultas reſtinguendi leuiſſime data eſt: ne cum omnia comprehenderit (quod immortales dij penitus auertant) nos fruſtra poſtmodum furibundam atq; exultantem reſtinguere cupiamus. Neq; rectorem nauis audiẽdum prorſus exiſtimo in ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis: quam illi fugere facillime licuiſſet cõſurgẽtẽ primo, ſibiq;, ac rebus ſuis naufragium minitantẽ. Neq; itẽ gubernatorem urbis in ipſo excidio, & calamitate ciuitatis, quam impendentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaq; prudentia ſuſtinere quodammodo, ac propulſare potuiſſet. Seræ ſunt hominum lamentationes prorſuſq; uituperandæ, quas occupatas in his lugendis cernimus, quæ uitio ſuo, deſidiaq; contigerunt. Callicratidã Lacedemoniorum duci, cum ornatiſſimam, cui præerat, claſſem funditus amiſiſſet propter immoderatam gloriæ cupiditatem, nihil ad eam reſtituendam nouiſſima conſilij ratio ſuffragata eſt: quã ita ſeruare poterat, ſi modo in ſtatione continuiſſet. Terentio Varroni ſempiternum dedecus, atque immortale monumentum erunt flagitioſæ turpitudinis deletæ ad Cannas temeritate ſua pulcherrimæ Romanorũ legiones, quæ ſeruatæ perieuloſiſſimo tempore Reip. ſine dubio fuiſſent, & robur eximium pulcherrimæ urbis, & perpetuum decus conſularis prudentiæ, diſciplinæq; militaris. Recte itaq; maiores noſtri ſummis laudibus efferendi ſunt, qui Sp. Melium, q Gracchos, qui Mãliũ Capitolinum, qui Druſum, qui Saturninũ fortiſſimos homines & Reip ſæpenumero nõ mediocriter opitulatos, q deueniſſent in affectatæ tyrãnidis ſuſpicionẽ, morte multandos eſſe putauerint. Nec Sp. Melio fauor ampliſſimus ciuitatis, nec Gracchis aut ſui Scipionis clariſſimi uiri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitolij liberati, nec Druſo ſciſſimi ſui penates, nec Saturnino ius ſacroſanctæ dignitatis auxiliata ẽ. Quid ita? q̃a necem paucorũ, aut unius hoĩs, calamitati publicæ maiores noſtri ſemper anteponendã eſſe putauerũt. Quid? genus crudelitatis eximiũ, nõ ſunt arbitrati ciues eos perimere, ſummiſq; affligere ſupplicijs, quorum in Rẽp. pſæpe clariſſima beneficiorũ genera extitiſſent? minime. Quid ita? quia nullum ſatis dignum ſupplicij genus in eos conſumi poſſe opinabãtur, qui patriæ ſuæ libertatem opprimere ſtatuiſſent: nec illos ciues eſſe iudicauerunt, quos abieciſſe rationem patriæ charitatis intuerentur. At contra, eos, qui tales interemiſſent, non modo dici, atq; appellari ciues, ut eſſent ſtatuebãt, ſed afficiendos fore immortalibus donis, ac ſempiternæ hominũ memoriæ cõſecrandos. Quid enim poteſt indignius dici, quàm uitam à patria ſuſceptam ad illius perniciem, calamitatemq; conferre? quid fingi ſceleratius, quàm eorum pœnas, ac crudeliſſimam ſeruitutem excogitare, quos iiſdem mœnibus ac tectis conſtitutos, eædem leges atq; eadem uiuendi ratio continuiſſet? Quid denq; poteſt intolerabilius exiſtimari, quàm inferre delubris deorum immortalium ac facultatibus noſtris, illinc ſceleratas faces, hinc acerbiſſimas expilationes? Hæc qui curauerunt, iudices, aut qui tentauerint, nunquam ego alienos ab hoſtibus, aut diſſimiles feritati beſtiarum exiſtimabo. Vidimus de ſpe perficiendi nefarij facinoris; uidendum eſt de loco, quam latebram commodiſſimãq; & tutiſſimam egregius artifex delegit cum tegendæ conſpirationi ſuæ, tum armis omnibus eius artificij comprehendendis: ne forſan temere domũ nobiliſſimi ciuis, atq; opulentiſſimi M. Leccæ delectam eſſe iudicetis: Primum homo delectus eſt huiuſmodi nefarijs cupiditatibus affinis, quo pñcipe ſemper uſus fuerat conſiliorum ſuorum adiutore, teterrimarum libidinum ſocio, maximorum periculorum, cui ſpectato frequenter in difficilimis rebus ſummam huiuſmodi atrociſſimi mali tuto committi poſſe, facilime ſibi pellicebatur. Præterea domum ſibi deligendam eſſe iudicabat ſolitudine locorum deſertam, & ab omni frequentia populari remotiſſimam, quæ ſcilicet uoces coniurationis tutiſſime continere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Leccæ domum, remotam ab omni celebritate, conſtipatam multitudine arbuſcularum, & ab oĩ ſuſpicione prodendi facinoris nõ mediocriter abhorrentem Quos uero tetenderit ibi coniurationis laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflauerit nobis, ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat: niſi primum benignitate deorum immortalium, deinde uigilantia conſulari, nefariæ ſicæ de manibus latronum excidiſſent. Nullas amplius tẽdiculas pertimeſcamus ab execrabili monſtro, nullas inſidias ab hoſte teterrimo. tenetur fera: nec, ſi uiri eſtis, declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctæ ueſtræ authoritatis. Nẽue Catilina neſcias, uigilantiſſimos conſules habere Remp. te quocunque ueneris, quocũque abieris, diligẽtia noſtra

circũſpectum

circumſpectum teneri: quid heſterna nocte conciunculis tuis agitatum ſit, licet mecum recognoſcas, cum ad M. Leccam ueniſſes, unũ ex fidelisſimis commilitonibus tuis ad multam noctem, teq; in interiorem unà cum illo cubiculi partem recepiſſes, tanquam in ſacrarium memorabile cupiditatum ueſtrarum, repente de Lecca ſciſcitari cœpiſti, num quis ex coniuratis aduenisſet: cũ ſubito Lentulus, ac Cethegus teterrima capita maleficiorum omniũ, furibundi atq; alacres irruperunt: moxq; ingresſi uociferare cœperunt: Quid agis Catilina? cur uoluptates noſtras diutius remoraris? præſto ſunt Saturnalia nobis otioſis, atque oſcitantibus, quem unum diem ſæpenumero nuncupare ſolitus es euerſorem ſuperbisſimi ordinis, fugatorẽ ærũnarũ noſtrarũ, lucem ac principem uniuerſæ noſtræ dignitatis. Num in gerendis negotijs ignoras ſequendas eſſe temporum opportunitates, & in occaſione rerum deſidiam, ac tarditatẽ omnem, quam diligentisſime fugiendam. Mutabilisſimæ quidẽ ſunt deorum uolũtates, & fortunam, cum abire pmiſeris, fruſtra poſtmodum diſcedentem, ac fugientem ſis imploraturus. Talia uero cõquerentem tu paucis pro re ſubſecutus. Aquilam argenteam proferri continuo iusſiſti, præclaram auſpicem, ac gubernatricem furoris tui futuram. Teſtor noctem ipſam impiarum molitionum tuarum conſciam, ac teſtem, nihil ex ijs me fugiſſe, quæ clandeſtini ueſtri conatus agitauerunt: per pauca ſatis attigiſſe fuerit, ne ſolitudine in ipſa latibulorum tuorum, cum ora uulgi planè deuitauiſſes, fefelliſſe te crederes diligentiam pariter, atque induſtriam conſularem. Linquo telorum innumerabilem, atque inexcogitatam copiã: quam in iſdem furialibus amplis conſtipandam, atque occultandã fore curauiſti. Mitto literas manu tua ſcriptas, diuerſis mancipijs reddendas, quæ furori tuo ſuccurrere, atque opitulari uellent. Trãſeo rem illam ſimillimam prodigio, cum mane iſto iam coacto ſenatu, redundantibusq; ſubſellijs, ſerius in Senatum præter conſuetudinem ueniſſes, quod nulli non oculi te Senatorũ ſtatim conſignarunt ingredientem, demiſſo uultu, pallore terribili, luminibus errãtibus, ac facie præ ſe ferẽte neſcio quid inuſitatæ crudelitatis. Præterea Saturnalibus proxime futuris rem adoriri placuit: quo die ciuitas omnis feriata publico edicto, conferre ſeſe in montem Auentinum, ac ruſticari quodam modo ſolita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam, atq; inſtructam primum ad cædem Senatus, ac conſulum, deinde ad occupandam Capitolij arcem munitisſimã fueras immiſſurus, atque his perfectis daturus operam, cum direptioni publicæ, tum inflammandis ædibus, atque his trucidandis, qui Rẽpub. defendere uoluiſſent. Videtis iudices lucem clarisſimam rationum, quam ego profecto cenſeo nullis inuolucris tenebrarum ſuarum obruturos eſſe: nec M. Leccam præclaram ſedem, atque officinam teterrimæ coniurationis, nec ipſum deteſtabile caput, atque obſcœnum artificem Catilinam. Cumq; hæc omnia conſtent, aiaduertendum eſt pariter uno maleficij genere Catilinam non modo deos, ac patriam, uerumetiam mores, leges, conſuetudinem urbis, atque inſtituta maiorum uiolaſſe. Primum XII. tabulis cautum eſſe cognoſcimus, ne quis in urbe cœtus nocturnos agitaret: deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones ullas clandeſtinas in urbe conflauiſſet, more maiorum, capitali ſupplicio multaretur. De te itaq; Catilina ſciſcitor, tun' cœtus iſtos commilitonum tuorum contra præcepta XII. tabularũ cõtra leges noſtras, contra uero ſenatus, ac plebis authoritatem noctu cogendos eſſe putauiſti? Deinde quæro, ſi quando in lucem ſepulchrales iſtæ conciunculæ tuæ prodijſſent, quid reſponſurus fuiſſes ſenatui? quid conſulibus? aut quid uiris optimis, atque amantisſimis patriæ? Quid leges igitur noſtras uiolas Catilina? quid Senatus authoritati contradicis? æquum enim eſt inſtituta maiorum, atque edicta grauisſimi ſanctisſimiq; ordinis, quæ perſtringere ueſania tua non es ueritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicij tui memorabili animaduerſione. Manlius Torquatus filium ſuum ſumma, & ſingulari uirtute adoleſcentem, quòd is in hoſtem contra mandatum patrium dimicaſſet, uictorem acriter percuti ſecuri iusſit: nos uero te tam temerario auſu tendentem contra mandata Senatus, contra uniuerſæ Romanæ Reipub. maieſtatem Catilinam perferemus? Maiores olim noſtri ſapientisſimi homines, & ſine dubio grauisſimi, num leges è Græcia per legatos ſuos accerſendas eſſe putauerunt, quibus hanc imperij magnitudinem perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recens, ſeueritate illarum cũ barbatulis tuis abutereris? Non ita uiſum Carthaginenſibus accepimus in Hannone ſuo morti condemnando, fortiſſimo ac triumphali uiro, quòd is edicto Senatus minus obtemperauiſſe putaretur. Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio doctisſimæ, atq; eruditisſimæ, cum è Sicilia, belloq; grauisſimo reuocandum eſſe Alcibiadem ſtatuerunt, ſummum & ſingularem imperatorem, quem iuberent expiare ſupplicio ſuo leges uiolatæ religionis. Non ita denique maioribus noſtris iudicatum eſt, cohortibus exoletorum tuorum, ſententia mea longe anteponendis: cum L. Sulpitium conſulari familia, ſummoq; ingenio uirum, propter exiguam notam libinoſæ ſuſpicionis, cenſuerunt remouendum è Senatu, multosq; dies in uinculis habendum eſſe putauerunt. Vos uero iudices Catilinã, nõ modo leges noſtras, atq; authoritatem Senatus crudeliter labefactantem, uerumetiam uniuerſos ciues ad perniciem ferro, flammaq; deuocãtem impune perferetis? Iacet homo proſtratus euentu maximarum molitionum, ut qui conatus ſuos conſcientia ueſtra patefactos, atque illuſtratos cernat: neq; contentos fuiſſe, ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti, ſeu tenebris nocturnis, ſeu ſolitudine locorum maxima & ſingulari. Contũdite igitur, contundite iudices genus iſtud inauditi furoris. Comprimite hominem geſtientem effrenata temeritate, flagrantem inuſitatis cupiditatibus, furentem incredibili ſuperbia, ſpe nouandarum rerum mirabiliter inflammatum: quin etiam rem ipſam publicam non modo euentu crudelisſimæ calamitatis, ueruMetiam metu, ac ſuſpicione liberate. Diximus quidem ſufficiẽter de ſenatoria ſimultate L. Catilinæ, capite, ac fonte ſceleratæ coniurationis: resq; oẽs complexi ſumus, quas aluiſſe furorem illum, ac primum excitauiſſe iudicauimus: nunc uidendum eſt de ratione ambitionis teterrimæ, atque exitiabili, qua deflagrauiſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diuiſione demonſtrauimus. Cupiditates equidem plurimas in illo monſtro calamitoſas, ac nefarias omnes perſæpe iudices animaduerti: libidinem unam pernicioſisſimam, in primis conſpicere uiſus ſum, temerariæ cuiuſdam, atque inconſideratæ ambitionis: qua duce properaſſe nec ullo ſtudio unquam conſciſcendarum opum, nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobilisſimo genere natum, fruſtra uirtutes eximias corporis, atque animi conſecutum fuiſſe, ni omnia diuina, atque humana truculentisſimo genere cupiditatis inquinauiſſet: quosq; cernebat excellere Romæ præſtantia quadam dignitatis, beatisſimos eos eſſe, & ſine dubio dijs æquiparãdos fore arbitrabatur. Id genus uæſanæ cogitationis hominem ſuapte natura præcipitem, atque incõſideratum compulit in abominandas, ac nefarias uitæ cupiditates: isq; nuper comitijs conſularibus, quandoquidem ſuffragia curiæ, ꝓpter impendentem metum Parthici belli, diligẽter enucleata ſunt: quas non adijt ſenatorum uoces, aut quos curiam cõſeſſus, partim

peccatis, partim obſecrationibus non obeundos ſuppliciter, ac contaminandos eſſe iudicauit? nulli tamen ad dignitatem gradus, neq; inſanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratæ libidinis illum ad maiorem uim ſcelerum paulo ante concitauerat. Piſonem meminiſtis egregia uirtute adoleſcentem, niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueuiſſet, calamitoſam ſibi, ac multis in urbe ſeditionem excitaſſe, cuius inſigni familiaritate, atque amicitia, Catilinam uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat: nec modo coniunxiſſe ſe temerario iuueni, uerumetiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem, in audacia ſimul, ac ſententia confirmaſſe: cum ſe illi uigilantiſſimum ſocium ac ſatellitem fideliſſimum regendæ, gubernandæq; cōiurationis fore polliceretur. Quòd ſi uotis ſceleratorum hominum ſucceſſus aſpiraſſent, quanta ſtrage ciuium creditis, aut quanto diluuio facultatum urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum, atque execrandam impietatem! uerum ij cœlites, quorum auſpicijs princeps, ac parens huius urbis Romulus pulcherrimi imperij Romani fundamenta iecit, triſtiſſimam cladem, ac conatus perditos nece adoleſcentis interceperunt. Piſone mortuo conquieuiſſe Catilinam dicemus, aut incepti temerarij pœnituiſſe? Non pœnituit modo, nec requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt, ſed rurſus alio furori acceſſit: non conſueuerat animus perpetuis cupiditatū flagitijs exercitatus, prima deſtitutione fortunæ refrigeſcere, ac conſternari, ſed uix ſepulta memoria Piſonianæ coniurationis, L. Sidicinum adeptus eſt, potentiſſimum quidem hominem, ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum nouandarum. Verum ea fax incendij, rurſum benignitate Deorum immortalium, ſummaq; uirtute conſulum reſtincta eſt. Non obdormiſcit tamen Catilina, his deſtitutus euentis uigiliarum ſuarum, ſed rurſus ſæuit immanior, & quam Rēp. ſeruitio non potuerat obruere, deſtrangulandam penitus, ac tollendam cogitauit. Sceleratus in omnem urbem, quam toties inſidijs appetiuiſſet. Sceleratiſſimus uero in patriam, cuius extant in illum ſumma, et commemoranda monimenta beneficiorum. Reminiſcere quæſo Catilina, reminiſcere ferrum illud ſceleſtum, atque illas nefarias faces, quas tibi ſanctiſſimis penatibus, atque iſti pulcherrimæ patriæ miniſtraris, nō ad oppugnandam urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuiſſe, ſed potius ad ſalutem ciuium, dignitatē imperij libertatisq; noſtræ defenſionem. Per deos immortales oro te Catilina, ſi patria tecum his uocibus uteretur, quid eſſes illi quæſo reſponſurus? Ego te paruulum Catilina, cum in primis ornatiſſimo genere gentis naſci uoluiſſem, deinde ſummis dotibus exornaſſem, tum corporis, tum animi, tum duabus rebus inſtituendum putaui, ferro, ac flamma, quibus eſſet parata tibi facultas, tum amplificandi imperij mei, tum defendendæ publicæ libertatis: quid eam uim armorum in uiſcera noſtra torques? aut quid conuertis in exitium ciuium meorum, inſtitutam diligentia mea, meisq; rationibus eruditam, dimicandi facultatem? Maiores cōtra tui ſummis à me beneficijs, atque honoribus aucti, pro magnitudine ſuſceptarum dignitatum, pulcherrimas in urbe ſæpenumero leges: pro præſtantia beneficiorum, clariſſimas ex hoſtibus uictorias referre conſueuerunt, tu mihi luctus acerbiſſimos paras, pro ſumma copia beneficiorum meorum, tu cædes ciuium, tu domorum incendia, tu uexationes uirginum, tu uaſtitatem urbis, tu genus atrociſſimæ ſeruitutis. O crudeliſſimum hominum genus, et ab omni penitus humanitate derelictum, tu ſtudio flagras eius urbis euertendæ, quam nec Carthaginēſium aſtutiſſimi doli, nec Numantinorum eximiæ uires, nec Græcorum erudita, & præclara ingenia labefactare, obſcurareq; potuerunt. Quòd ſi uteretur his populi rurſum diuinitus, atque iſtæ urbes redeant in ſtatum uetuſtiſſimæ dignitatis, certe nō ipſo ſcelere tuo quicquam in me crudelius, nec quicquam magis extimeſcendum moliturus fuiſſe prædicabūt. Sed ad te redeo. Temperarem ergo memet mihi, curſumq; iſtū uiolentæ orationis forſitan reuocandum eſſe iudicarem, tum ab odio tuo, tum ab ipſa dicendi acerbitate, ſi quem in te ſenſum patriæ charitatis aſpicerem, aut ullo te puncto poſſe arbitrarer ſceleratam iſtam mentem relinquere. Sed id genus eſt cupiditatum tuarum, ut reſtinguendarum forſan rationem aliquam conſequi poſſis, ſanandarum nullam: nec te prius amiſſurum peruerſitatem iſtam animi puto, quàm uitam amiſeris. Vellem reminiſceres Hala Seruili: non expectaremus ſententiam iudicum, neq; abuti maieſtate ſenatus, atque authoritate populi Romani, ſi magnitudinem tā ti flagitij ſanguine tuo ſtatim expiauiſſes. Nam de ſenatus uoluntate nihil ambigimus, modo non impediretur legibus: repente profecto fueras pœnas impietatis tuæ digniſſimas laturus. Vtinam deorum immortalium munere iudices, mentē atque animum huius introſpiceremus: ne qua uobis fieret puniendi dubitatio, qui tantum ſcelerum ingenio conflauiſſet. Videretis enim mentem anhelantem triſtiſſimum genus minarum, mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili ueſania, ſitientem cruoris urbani, prædæ auidiſſimam, uobis atque omnibus ferro flammaq; minitantem. Catilinam uobis demonſtrauimus, iudices, irritatum ſæpe, repulſis comitialibus, nullas uotū aut ſuffragiorū corruptelas fuiſſe prætergreſſum: deinde nullis rationibus infractum, ac perterritum de perſeuerantia ſcelerum ſuorum extitiſſe, quibus animaduertere ſanè poteſtis, quanta ſemper immanitate laborauerit ambitiōis. Supereſt nouiſſima pars diuiſionis. Grex ipſe ſodalium Catilinæ truculentus, atque amens: cuius in manu non exiguam rationem fuiſſe diximus excitandæ coniurationis. Lentulus ſiquidem & Cethegus terribilia portenta noſtræ ciuitatis, furiæq; uel certiſſimæ populi Romani, multa de magnitudine ſua in ipſis concionibus multa de dignitate imperij ſui futuri palàm prædicare conſueuerunt, tanquam ſi deorum immortalium conſilio interfuiſſent. Primum Lentulus in libris ſibyllinis, neſcio quid perſpexiſſe ſe prædicabat, quod uiri acutiſſimi atq; peritiſſimi L. Cornelius, ac Gn. Piſo cuſtodes publicarum ceremoniarum, nequaquam proſpicere potuerunt. Lucem nanque ait neſcio quam de domo Cornelia quondam produituram fore, quæ gloria nominis ſui Romanum imperiū ſimul, & complexura ſit, & illuſtratura: eoq; genere uaticinij dignitatem ſuam portendi fataliter putauit: planeq; opinatur fati ſui rationem in ipſa latebra Sibyllinæ diuinationis, tanquam in equo Troiano delitescentem. Ego uero ſibyllam ſine dubio ſapientiſſimam mulierem fuiſſe iudico: uiſamq; idoneam dijs immortalibus, cui ſingularem quandam uim diuinandi concederent: uerum illam deliram penitus, ac prorſus cæcam fuiſſe affirmarem, ſi quam ſpem dignitatis in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet. Si quid tamen uecinisſe uiſa eſt, quod ad Corneliam gentem pertinere uideretur, iam omnem illius diuinationis in uno L. Sylla conſumptam fuiſſe iudicemus: cuius paulo ante Reſp. ſenſit & crudeliſſimam ſimul, & ampliſſimam poteſtatem. Nec ego deos immortales huic imperio tam infeſtos eſſe reor neque à ſalute populi Roma. tam abhorrentes, ut homini dementiſſimo regnum concederent huius ſanctiſſimæ, atq; optimæ ciuitatis. Syllā profecto crudelitas uicit, at ipſe maximarū laudē uirtutū & rei militaris ſummā, ac ſingularē gloriā cōſecutus eſt. Lētulū uero nullæ uictoriæ noſtræ ciuitati, nullū ſtudium armorum, nulla præſtantia uirtutis, aut ingenij commendauit

uit. Quæ uero non tabernæ potius, aut qui non greges infamium hominum, Sibyllinum iſtum principem concelebrarunt? Nam uitam eius commemorare non eſt neceſſe, uerſatam ſemper in obeundis libidinibus, ac ſocietate turpiſſimorum hominum nobilitatam, nihil in eo ſanguinis auiti, nihil induſtriæ Romanæ, nihil ſplendoris domeſtici, nihil auitæ frugalitatis. Fingite nobis iudices, fingite dignitatem huius hominis, tum florentem ampliſſimo magiſtratu, tum omnibus populi Romani muneribus exornatam. quãti non quæſo ſanguinis ciuilis in foro, in curia redundaturum eſſe creditis? aut quantam uim libidinis, atque impudicitiæ per omnium ciuium cubicula demanaturam! profecto dignitate fretus ea, quæ priuatus cõcupiuiſſet, ſine dubio conſequeretur. Ferretur amẽs in omnia: nec illæ rationes conſiliorum aut pudoris, nec ulla ſtudia humanitatis refrenarent præcipitem, atque incitatum curſum uetuſtæ crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate, atque ingenio, uehementia furoris longe immanior, parum à Lẽtuli ſomnio diſcedere uiſus eſt: nerum inſaniam leuiſſimæ opinionis, modeſtiore loquendi ratione cõtegere uelle uidetur. Genus eſt idem tamen furoris, eademq; ſtudio celebratæ diuinationis. Tales hi ſcelerum artifices, amboq; concitati ad euertendam Remp partim à ueſana ſpe uaticinij commemorati, partim à nefaria ſcelerum aſſiduitate Catilinam offenderunt nouis rebus ſtudentem: cuius præſidio, conſilioq; cupiditates ſuas ita iuuari poſſe facilime crediderunt, ſi uiro ſociorum copioſiſſimo ſeſe coniunxiſſent. Eſt enim in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, uix eximia facetiarum, & ratio quædam adumbrata uirtutum facilis ad comprehendendum omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus, Lentulus, & ipſi lenocinijs ſuis inſignes, ad omne genus beneuolentiæ ſubeũdum deflagrare cœperunt, admirabili quadam cupiditate, ſeu diripiendæ urbis, ſeu potiundæ dominationis. Hæ ſunt iudices, huius nefarij facinoris abominandæ faces: hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinæ ferocem animum facilime, credendum eſt. Talibus initijs conſociati principes nefandæ coniurationis manum exiguam deſperatorum hominum atque obſcœnæ iuuentutis, pedetentim coegerunt: coactam, quid uellent, edocuerunt: edoctã, pari cupiditate ſceleris inflãmauerũt, inflãmatã deniq; pepulerũt, ut in oĩum ſtrum facultates, ac uitam facilime conſpirarent. Furias iſtas audiſtis iudices cõmodiſſimas, ac paratas, non modo ad uiuos commouendos in omne facinus, uerumetiã ad mortuos ex ipſo herebo, medijsq; buſtis excitandos. Reperti ſunt tum atrociſſimi ſceleris patroni, quique immanitatem deteſtandæ rei, tum cõtegere uerbis, tum excuſare conati ſunt. L. Hortenſius uir eximia charitate Reipub. ſummiſq; ornamentis præditus & ſcientiæ, & moderationis, nequaquam omnia credenda eſſe dicit: iubetq; grauiſſimis hominibus facultatem iudiciorum diligenter eſſe continendam. Primum affirmat Catilinam in perpetua cuſtodia Senatus extitiſſe: denique nunquàm ferme diſceſſiſſe à latere P. Cepionis nobiliſſimi ciuis, atque integerrimi uiri: ita ut lepide dicat diſſeparationi eorum, neque ſolem orientem unquàm, neque occidentem interueniſſe. Credo equidem ſapientiſſimum hominem Hortenſium, ut eſt innocentia ſingulari, ſummaq; uirtute, cuncta ipſa, quæ grauiſſime ſimul, atque ornatiſſime complexus eſt, ita uera eſſe, ſicuti dixerit exiſtimare: ſed longe graditur à ſententia mea. Quæro igitur de te L. Hortenſi, teq; obteſtor atq; obſecro p ipſum ius uetuſtiſſimæ noſtræ familiaritatis, ſi L. Catilinã conſtat dies oẽs, oĩum ciuiũ conſcientia, ſiue in foro, ſiue in termis agere, nunc ſtipatũ cateruis exoletorum ſuorũ, nũc uero gladiatorijs agminibus p ora uulgi palã obuolitare. ſi manifeſtũ eſt noctes oẽs, aut in luſtris ſcortorũ, aut in antris M. Lecæ ducere, uiri tuo iudicio, nõ abhorrẽtis à Reip. charitate, quid eſt, q illũ obuerſatum dicas in ppetua cuſtodia, atq; oculis Senatoriis? niſi forte cuſtodiã Senatoriã uocas, uel exiguã moram in ipſius curiæ cõcilijs obeũdis. Quod uero ptinet ad ipſius Cepionis familiaritatẽ aſſiduã, beneuolẽtiãq; ſingularẽ, nihil eſt qđ inſimulationi noſtræ derogandũ eſſe iudicẽtis. Diximus enim ſuperius ingenij Catilinæ miros, atq; occultiſſimos eẽ receſſus: nec qui cognoſci, ſeu p'luſtrari facilime poſſe. Vigẽt enim ĩ illa clade res diuerſiſſimæ pariter, cõtinẽtia & libido. Nihil illo pſeſe affixius ad tollenda bonorũ cõſortia, nihil ſolertius ad illis inſidiãdũ, nihil illius munificẽtia inſignius, nihil auidius rapacitate, nihil acutius conſilio, nihil temeritate cõtẽptibilius. quæ cũ ita ſint, Cepionẽ admiremur in tãtis uiarũ ambagibus errauiſſe? Me me, inquã fateor Iudices, uetuſtiſſima quadã familiaritate Catilinæ cõiũctũ pſæpe delirauiſſe miris perplexionibus illius, neq; unq̃ certi quicq̃ in illo ingenio cõprehẽdere potuiſſe. Nihil igitur erit miri, ſi uirũ integerrimũ Cepionẽ uerſutiſſimi hoĩs doli, atq; incõſtãtiſſimi mores fefellerũt. Nõ erit itaq; neq; prudẽtiæ tuæ, neq; grauitatis Hortenſi, cãdidiſſimã opẽ humanitatis tuæ, ſũmãq; accẽſis copiã ſontibus ipſis polliceri, aut q̃ beſtiã [illegible] iudicio tenemus, diſſolutã atq; exultãtẽ Reip. immittere. Quod te nũq̃ cõmiſſurũ fuiſſe arbitrarer, niſi q me mores, iidẽ te Catilinæ ſine dubio fefellerũt. Satis oſtẽtatas uobis putamus iudices, tũ rões periculi noſtri, tũ huius imaniſſimi ſceleris atrocitatẽ. Nã ſi odio Senatus p maximo Catilinã arſiſſe demõſtrauimus ſi rões uitæ ſuæ ueteres, ac nouas in excitatione teterrimarũ libidinũ collocatas, ſi ſpẽ pficiendi ſceleris hoĩ pſequentiſſimo inimicitiarũ: ſi deniq; locorũ ac tẽpis opportunitates extitiſſe: præterea ſi rabiẽ quandã ambitionis in illo fuiſſe diximus: ſi nullã ptẽ referẽdarũ libidinũ, aut ullũ pœnitẽtiæ locũ, poſtremo ſi copiã innumerabilẽ deſperatæ iuuẽtutis cũ illo cõiũctã fuiſſe patefecimus. & eũ ſimul oſtẽdimus ſuopte ingenio furentẽ incredibili audacia, ſũmaq; cupiditate pditæ ac uexãdæ urbis inflãmatũ: qđ erit iudices, qđ dubitetis de liberãda patria, deq; ulciſcẽdi crudeliſſimi ſceleris imanitate? Nouiſtis enim facinus inauditũ oĩum boĩum memoria, facinus atrox, ſupbũ, nefariũ, pnicioſum, remotiſſimũ ab oĩ humanitate, lege, cõſuetudine: cuius acerbitatẽ, ſi minus aĩo bene pſpexiſtis, quæſo mecũ diligẽter attẽdite ſcelus illud iudices. Euerſionẽ nefariam moliebatur ampliſſimæ noſtræ dignitatis, interitũ crudeliſſimum ſenatorij ordinis, cædẽ cõem oĩum bonorũ: huius ſceleris libido repoſita erat in diripiẽdis oĩum ciuiũ facultatibus, atq; opprimenda urbis libertate, huic ſceleri parabãtur teterrimæ cõiugũ, ac liberorũ noſtrorũ uexatiões: in hoc ſcelere uerſabãtur deniq; faces inferẽdæ penatibus noſtris, expilatiões ædiũ, ſtupra uirginũ Veſtaliũ, luctus, ac mœror miſerabilis uniuerſæ ciuitatis. Quæ ſi uobis, ut ſũt, indigna atq; intolerabilia uidẽtur, nõ iniquũ erit authores horũ malorũ mulctare teterrimis ſupplicijs, cladeq; oĩum crudeliſſimam è uiſceribus Reip. ppulſare. Tenetis exẽpla maiorũ, atq; oĩum gẽtium authoritatẽ, q ſemp ſummas ac ſingulares pœnas in eo genere hominũ conſumẽdas eſſe putauerũt, qui rõnes habuiſſent, aut pdendæ patriæ, aut opprimẽdæ publicæ libertatis. Nihil igitur erit ĩpedimẽto, qn audaciã crudeliſſimi hoĩs Catilinæ, crudeliſſimo genere ſuppliciorũ expietis, et ultionẽ ex illorũ cruciatibus, ac pœnis capiat Reſp. quorũ erat cõflagratura manibus, niſi ſanctiſſimi impe. Ro. cuſtodes, ac uindices Dij inmortales nefarijs uotis obſtitiſſent. Credite iudices hodierno die conſurrexiſſe uniuerſam urbem conſpecturam, ex iudicio ueſtro, planeq; aĩaduerſurã, quid in poſte

rum de ſalute ſua deq́; facultatibus ſuis ſperandum ſit. credite item nim uniuerſam flagitioſæ iuuentutis, aut hodierno Catilinæ ſupplicio ſimul cōficiēdum fore, aut illius liberatiōe lætā atque exultātē, non multo poſt in omnium noſtrū perniciē unà cum illo celerrime cōſurrecturam. Agitur ſiquidē hodierna ueſtra ſententia de ſalute huius pulcherrimæ, atq; optimæ ciuitatis, de ſtabilitate imperij Romani, de legū incolumitate, de libertate ciuili, de pudicitia liberorum ac coniugum ueſtrarum. Huius enim peſtis idē ſcelus erat, ut non graſſaturū p capita paucorum, ſed tanquā atrociſſima uis ueneni p oē corpus urbis demanaturum. qđ ſcelus, aut quā peſtē ſi uindicādum eſſe cēſebitis, ut reor, & reſpublica deſiderat, putate profecto Deos immortales, & in primis Capitolinum Iouē ſempiternū cuſtodē, ac uindicē huius imperij, p liberatis eorum tēplis, ac ceremonijs, gratias nobis ampliſſimas eſſe reddituros: putate pariter idē facturā eſſe curiā, p defenſa cōſulum uita, ſeruatoq́; Senatorij ordinis dignitate: putate matronas urbis, ac liberos noſtros obſeruatā pudicitiā, ſupplices ac cōgratulātes uniuerſos ad genua ueſtra ſeſe obuerſaturos fore: putate uirgines Veſtales, atq; ipſam maieſtatē ampliſſimi numinis, ob liberationē ſuā, ſumma uobis lætitia cōgratulaturā: putate deniq; ciues oēs, ob retētā uitā, ac libertatē ſuam, Penates publicos pro conſeruatis focis, atq; aris, parietes urbis p teterrimo genere uaſtitatis ppulſato, ferme incredibili gaudio exultaturos: putate tādē hodierno iudicio paratum eſſe uobis aut immortale dedecus, aut memoriam noīs ſempiternam. Multa ſunt equidē in hac uita, quæ turpiter, ac calamitoſe neglecta, reſtitutionem tñ quandā quodāmodo patiantur: huius uero uindicādi ſceleris, ſi præſentem facultatē neglexeritis, fruſtra poſtea recuperandi copiam quæretis: aut hodie uobis, ppulſanda eſt, è uiſceribus Reip. peſtifera uis calamitatis, aut ipſi patriæ ſine dubio concidēdum: utrum eligēdum ſit, uos uideritis. Quid eſtis iudices humanitate tanta, ne ſocordia dicā, ut eorum uitā, ac ſpiritū diutius in Rep. cōmorari patiamini, qui uitæ, ſalutiq́; ciuium crudeliter inſidiati ſunt? Proponite uobis ante oculos, ac meditatione crebra reuoluite diem illum nefarium, quo ſalus oīum ciuium, quo facultates noſtræ, quo ipſa reſpublica peritura fuerat: quando ſcilicet aſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus p urbem oēm, p domos noſtras furialiter exultantes: ipſumq; in primis miſerādi facinoris ducē ac principem Catilinā, cōfirmatum hoc iudicio, ſpe plenum, lætitia geſtientemq; nunc hos ad cædē noſtrā, nunc illos ad rapinā, atque inflāmationē ædiū deuocantē: coniuges è cōplexibus noſtris ad libidinē uictorū raptæ fuiſſent: liberi ad ſtupra de gremijs parentū extorti, pretioſa ſupellex aſportata, tecta conflagraſſent ignibus, corpora cæſa paſſim iacuiſſent, oīa deniq; gemitu fletuq́; redundaſſent. Hæc fuiſſet imago miſerrimæ urbis, ꝙ urbē à maioribus noſtris florentiſſimā accepimus, & ſi prohibueritis, clarā atque excellentē poſteris noſtris tradituri ſumus. Per humanitatē denique ueſtrā uos obteſtor, atque obſecro iudices, p amorē huius pulcherrimæ, atque inuictiſſimæ urbis, p omnia quæ uobis iucundiſſima ſunt in uita, puidete iterum, atq; iterum, ne liberati quōdā tot ampliſſimis bellorum periculis, tot imminētibus malis erepti, nūc p ignauiā noſtrā, ac deſidiā plectēmur. Eripite uitā ciuium à miſeranda crudelitate: phibete Penates ueſtros à nefarijs ignibus: ſeruate pudicitiā neceſſitudinū ueſtrarū à teterrimis uexationibus: liberate templa deorum à triſtibus rapinis: ſubtrahite fortunas publicas ab indigna direptione: protegite magiſtratus ueſtros ab inaudita feritate: defendite denique uniuerſam urbem ab hoc inuſitato prorſus & triſtiſſimo genere calamitatis.

ORATIO LEPIDI COS.

Ad pop. Ro. ex libris Hiſtoriarum. C Criſpi Salluſtij.

Clementia & probitas ueſtra Quirites, quibus p cæteras gētes maximi, & clari eſtis, plurimū timoris mihi faciunt aduerſus Tyrānidē L. Syllæ. Ne aut ipſi quæ nō æſtimatis, ea parū credendo de alijs circūueniamini, præſertim cū illis ſpes omnis in ſcelere, atq; pfidia ſit: neq; ſe aliter tutū putet, ꝙ ſi peior, atq; deteſtabilior metu ueſtro fuerit, quo captiuis libertatis ſuæ miſeria eximat: aut ſi puideretis, in tutādis periculis magis, ꝙ ulciſcēdo teneamini. Satellites quidē hominis maximi noīs, nō minus optimis maiorū exēplis, nequeo nō ſatis mirari, qui dñationis in uos ſeruitiū ſuum mercedē dāt, & utrūq; p iniuriā malunt, ꝙ optimo iure liberi agere. Præclara Brutorum atq; Aemiliorū, & Lutatiorū ples, geniti ad ea, quæ maiores uirtute peperere, ſubuertēda. Nā quid à Pyrrho, Hānibale, Philippoq́; & Antiocho defenſum ē aliud, ꝙ libertas, et ſuæ cuiq; ſedes, ne cui niſi legibus pareremus? quæ cūcta ſæuus iſte Romulus quaſi ab externis rapta tenet: nō tot exercituū clade, neq; Coſſ. & aliorū principum quos fortuna belli conſumpſerat ſatiatus; ſed tū crudelior, cū pleroſq; ſcdæ res in miſerationē ex ira uertunt. qui ſolus oīum poſt memoriā hominū ſupplicia, in poſt futuros cōpoſuit. quis prius iniuria, ꝙ uita certaſſet, prauiſſimeq́; p ſceleris immanitatē adhuc tutus fuerit, dū uos metu grauioris ſeruitij à repetēda libertate terremini. Agēdum atq; obuiā eūdum ē Quir. ne ſpolia ueſtra penes illos ſint. nō ꝓlatādum, neq; uotis paranda auxilia, niſi forte ſperatis p tædiū iā, aut pudorē tyrānidis eē. eum p ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum. At ille eò pceſſit, ut nihil glorioſum, niſi tutum, et oīa retinēdæ dñationis honeſta æſtimet. Itaq; illa quies, et otiū cum libertate, ꝙ multi pbi potius, ꝙ laborē cum honoribus capeſſebant, nulla ſunt: hac tēpeſtate ſeruiēdū, aut imꝑandū: hñdus metus ē, aut faciēdus Quir. Nam quid ultra? quæ ue humana ſuperāt, aut diuina impolluta ſunt. Po. Ro. paulo ante gētiū moderator, exutus imperio, gloria, iure, agitādi inops, deſpectusq́; ne ſeruilia quidē alimēta reliqua hēt. Sociorū, & Latij magna uis ciuitate p multis, et egregijs factis à uobis data p unū phibentur, & plebis innoxiæ patrias ſedes occupauere pauci ſatellites mercedē ſcelerum, leges, iudicia, ærarium prouinciæ, Reges penes unum. Deniq; necis ciuium, & uitæ licētia, ſimul humanas hoſtias uidiſtis, et ſepulchra infecta ſanguine ciuili. Eſt'ne uiris reliqui aliud ꝙ ſoluere iniuriā, aut mori per uirtutem? quoniā quidē unum omnibus finem, natura uel ferro ſeptis ſtatuit: neq; quiſꝙ extremam neceſſitatē, nihil auſus, niſi muliebri ingenio expectat. Verum ego ſeditioſus uti Sylla ait, qui præmia turbarum quæro, & bellum cupiens, quia iura pacis repeto ſcilicet: quia non aliter ſalui, ſatisq́; tuti in imperio eritis, niſi Vettius Picens, & ſcriba Cornelius aliena bene parta prodegerint: niſi approbaueritis omnes proſcriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus uirorum illuſtrium, uaſtatam urbem fuga & cædibus, bona ciuium miſerorum quaſi Cimbricam prædam uenum, aut dono datam. At obiectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum. quod quidem ſcelerum illius uel maximum eſt, non me, neque quenquam omnium ſatis tutum fuiſſe, ſi recte faceremus, atque illa quantum formidine mercatus ſum pretio ſoluto, iure dominis tamen reſtituto. Neque pati conſilium eſt, ullam ex ciuibus prædam eſſe. Satis illa fuerint, quæ rabie contracta tolerauimus, manus conferenteis inter ſe Romanos exercitus, & arma ab externis in noſmet uerſa, ſcelerum, & contumeliarum omnium finis

ſit: quorum

ſit, quorum adeo Syllam non pœnitet, ut & facta in gloria numeret & ſi liceat, auidius faceret. Neque iã quid exiſtimetis de illo, ſed quãtũ uos audeatis, uereor: ne alius aliũ principẽ expectantes ante capiamini, non opibus eius, quæ futiles, & corruptæ ſunt, ſed ueſtra ſecordia, quã raptum ire licet, et quã audeat tã uideri ſœlicẽ. Nã præter ſatellites cõmaculatos, qs eadẽ uult, aut qs non oia mutata? præter uictoriã, ſcilicet milites, quorum ſanguine Tarulæ, Scyroq; peſſimis ſeruorum diuitiæ partæ ſunt: an quibus prælatus in magiſtratibus capiendis Fuſidius ancilla turpis honorũ omnium dehoneſtamentũ. Itaq; maximã mihi fiduciã parit uictor exercitus, cui p tot uulnera, & labores nihil præter tyrãnũ quæſitũ eſt: niſi forte tribunitiã poteſtatem euerſum profecti ſunt per arma cõditã à maioribus ſuis, utique iura, & iudicia ſibimet extorquerent, egregia ſcilicet mercede cũ relegati in paludes, & ſyluas, in contumeliã atque inuidiã ſuã præmia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine, atque animis incedit? quia ſecundæ res mire ſunt uitijs obtẽtui, quibus labefactatis, quàm formidatus antea eſt, tam contẽnetur: niſi forte ſpe concordiæ & pacis, quæ ſceleri, & parricidio ſuo noĩa indidit. Neque aliter R.P. & belli finem ait, niſi maneat expulſa agris plebs, præda ciuilis acerbiſſima, ius, iudiciũq; omniũ rerũ penes ſe, quod po. Rom fuit. Quæ ſi uobis pax, & concordia intelliguntur, maxima turbamẽta Reip. atque exitia probate, annuite legibus impoſitis. Accipite otium cũ ſeruitio, & tradite exemplũ poſteris ad R.P. ſuimet ſanguinis mercede circũueniendã, mihi quanq̃ p hoc ſummum imperiũ ſatis quæſitum erat, nomini maiorum, dignitati, atque ẽt præſidio, tñ non fuit conſilium priuatas opes facere: potiorq; uiſa eſt periculoſa libertas quieto ſeruitio. Quæ ſi probatis, adeſte Quirites, & bene iuuãtibus dijs M. Aemilium Cos. ducem et authorem ſequimini ad recipiendam libertatem.

IN ORATIONEM LEPIDI EX

C. Criſpi Saluſtij hiſtoriarum libris, Ioannis Riuij Atthendorienſis Caſtigationes.

NEque ipſi nefanda non æſtimatis, ea parum credẽdo de alijs, circũueniamini.} Legendum diuiſim, ne quæ. ut ſint duæ dictiões. In Gymnico τὸ Nefanda. pperã deeſt. Satellites quidẽ eius hoĩes maxim noĩs. τὸ Eius, in Gymnico deeſt.} Nequeo ſatis mirari.} Perperã in alijs, nõ ſatis. Nã particulã negatiuã ſenſus ipſe repudiat. Ne cui n ſi legibus pareremus.} Venetũ exẽplar, neu cui. Id rectius eſt. p neue alicui. Quis prius iniuria, q̃ uita certaſſet.} Schurrerianũ, certa eſſet. id qđ ſententia quoq; poſtulat. Nã Sullã ait uniũ omnium poſt hominũ memoriã ſupplicia in poſt futuros cõpoſuiſſe, hoc eſt, proſcriptorũ liberos à rep. ſubmouiſſe, ac petẽdorũ honorum iure phibuiſſe. ut ita nimirũ iniuria ijs prius, q̃ uita, certa foret. Periculoſius demiſſurũ.} Legendũ, dimiſſurum. Prauiſſimeq; p ſceleris immanitatem adhuc tutus fuerit.} Legẽdũ, furit. Vocum affinitas errori anſam præbuit. Quã multi phi, potius q̃ laborẽ cum honoribus capeſſebant.} In Veneto & Argentoratenſi, Quæ multi probi. ut neutro genere ponatur, & ad ſubſtantiua illa diuerſorum generũ referatur, qetẽ et otium. Quia iura pacis repeto.} Venetũ, qui iura. Bonorũ omnium dehoneſtamentũ.} Venetum, honorũ. et ſic ſenſus exigere uidetur. ut per honores intelligas magiſtratus.

Per arma condita à maioribus ſuis.} Lege, conditã. nã refertur ad tribunitiã poteſtatẽ. In contumeliam atque inuidiam ſuam.} τὸ In, Exemplar Venetum non habet, neque Argentoratenſe.

Niſi maneat expulſa agris plebs.} Venetum plebes.

ORATIO PHILIPPI IN SENATV.

MAxime uellem P.C. Remp. quietam eſſe, aut in periculis à promptiſſimo quoque defendi: denique praua incepta cõſultoribus noxæ eſſe: ſed contra ſeditionibus omnia turbata ſunt, & ab ijs quos prohibere magis decebat. Poſtremo quæ peſſimi & ſtultiſſimi decreuere, ea à bonis & ſapiẽtibus faciẽda ſunt: nã bellũ atque arma, quanquã uobis inuiſa, tamen qa Lepido placent, ſumenda ſunt: niſi forte, cui pacẽ præſtare, & bellũ pati conſilium eſt. Prò dij boni, qui hanc urbem omiſſa cura adhuc regitis. M. Aemilius omniũ flagitioſorũ poſtremus (qui peior an ignauior ſit, deliberari nõ põt) exercitũ opprimendæ libertatis habet, & ſe è contempto metuendũ effecit. Vos muſſantes et retractantes uerbis & uatũ carminibus pacẽ optatis magis q̃ defenditis: neque intelligitis mollitia decretorũ uobis dignitatẽ, illi metũ detrahi: atque id iure: quoniã ex rapinis conſulatũ, ob ſeditionem prouinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob bene facta cepiſſet, cuius ſceleribus tanta præmia tribuiſtis? At ſcilicet eis, qui ad poſtremũ uſque legatos, pacem, concordiã & alia huiuſcemodi decreuerunt: gratiã habeo peperiſſe, imo deſpecti & indigni Rep. habiti, prædæ loco æſtimantur. Quippe metu pacẽ repetentes, quo habitam amiſerãt, Equidẽ à principio cũ Hetruriã cõiurare, pſcriptos accerſiri, largitiõibus Rẽp. lacerari uidebã, maturãdũ putabã, et Catuli cõſilia cũ paucis ſecutus ſum. Cæterũ illi qui gẽtis Aemiliæ bñfacta extollebãt, & ignoſcẽdo po. Ro. magnitudinẽ auxiſſe, nuſq̃ ẽt tũ Lepidũ pgreſſum aiebãt. et cum priuata arma opprimẽdæ libertatis cepiſſet. ſibi qſque opes aut patrocinia quærẽdo cõſilium publicũ corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cũ calonibus & paucis ſicarijs: quorũ nemo diurna mercede uitã mutauerit. nunc ẽ pconſul cũ impio nõ empto, ſed dato à uobis, cũ legatis adhuc iure parẽtibus. & ad eum cõcurrere hoĩes omniũ ordinũ corruptiſſimi, flagrãtes inopia, & cupiditatibus, ſcelerum cõſciẽtiis exagitati: qbus quies in ſeditionibus, in pace turbæ ſunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Saturnini olim, poſt Sulpitij, dein Marij, Damaſippiq;, nũc Lepidi ſatellites: præterea Hetruria, atque oẽs reliquæ belli arrectæ, Hiſpaniæ armis ſolicitatæ: Mithridates in latere uectigaliũ noſtrorum, qbus adhuc ſuſtẽtamur, diẽ bello circũſpicit: qn præter idoneum ducẽ nihil abeſt ad ſubuertẽdũ imperium. Quod uos oro, atq; obſecro P.C. ut animaduertatis, ne patiamini licẽtiã ſcelerũ, quaſi rabiẽ ad integros pcedere. Nã ubi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſq̃ gratuito bonus ẽ. An expectatis, dum exercitus rurſus admoto ferro, atq; flãma urbẽ inuadat? qđ multo ppius eſt ab eo, quo agitat ſtatu, q̃ ex pace, & cõcordia ad arma ciuilia, q̃ ille aduerſum diuina et humana oĩa cepit; nõ p ſua, aut quorum ſimulat iniuria, ſed legũ, ac libertatis ſubuertẽdæ. Agitur eñi, ac laceratur animi cupidine, & noxarũ metu, expers cõſilij, inqes, hæc atq; illa tẽtãs metuit otiũ, odit bellũ: luxu atq; licẽtia carẽdũ uidet: atq; interim abutitur ueſtra ſocordia. Neq; mihi ſatis cõſilij eſt, metũ an ignauiã, an demẽtiã eã appellẽ, q uidemini intenta mala quaſi fulmẽ optare ſe qſq; ne attingat. Sed phibete ne conari qđẽ, & q̃ſo conſiderate, q̃ conuerſa rerũ natura ſit. Antea malũ publicũ occulte, auxilia palã inſtruebãtur, et eo boni malos facile anteibãt: nũc pax, & concordia diſturbantur palàm, defenduntur occulte, quibus illa placent, in armis ſunt, uos in metu. Quid expectatis, niſi forte pudet, aut piget recte facere? An Lepidi mandata animos mo-

uent ; qui placere ait ſua cuiq; reddi, & aliena tenet; belli iura reſcindi, cum ipſe armis cogat; ciuitatem confirmari, qui ademptã negat; concordiæ gratia tribunitiam poteſtatem reſtitui, ex qua oẽs diſcordiæ accenſæ! Peſſime oĩum atque impudentiſſime, tibí ne egeſtas ciuiũ, & luctus curæ ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partũ, aut per iniuriã? Alterũ conſulatũ petis, quaſi primũ reddideris: bello concordiam quæris, quo parta diſturbatur: noſtri proditor, iſtis infidus, hoſtis oĩum bonorum: ut te neq; hominum, neque deorum pudeat, quos perfidia, aut periurio uiolaſti, qui quando talis es, maneas in ſententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in ſolicitudine attineas: neque te prouinciæ, neque leges, neque Dij Penates ciuem patiũtur. Perge quã cœpiſti, ut quàm maturiſſime merita inuenias. Vos autem. P.C. quouſq; cunctando Remp. intutã patiemini? & uerbis arma tentabitis. Delectus aduerſum uos habiti, pecuniæ publice & priuatim extortæ, præſidia deducta, atq; impoſita, ex libidine leges imperantur: cum interim uos legatos, & decreta paratis: & quanto mehercule auidius pacẽ petieritis, tanto bellum acrius, erit, cũ intelliget ſe metu magis, quàm æquo & bono ſuſtentatũ. Nã qui turbas, & cædem ciuium odiſſe ait, & ob id armato Lepido uos inermes retinet, quæ uictis toleranda ſunt, ea cum facere poſſitis, patiamini potius, cenſet: ita illi à uobis pacem, uobis ab illo bellum ſuadent. Hæc ſi placent, ſi tanta torpedo animos oppreſſit, ut obliti ſcelerũ Cinnæ, cuius in urbem reditu decus, atque ordines oẽs interierunt: nihilominus uos atq; coniuges, & liberos Lepido permiſſuri ſitis. Quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alij boni Rẽp. fruſtra curant. Agite ut libet. Parate uobis Cethegos, atque alia proditorũ patrocinia, qui rapinas, & incendia inſtaurare cupiunt, & rurſum aduerſum Deos Penates manus armare. Sin libertas, & bella magis placent, decernite digna nomine, & augete ingeniũ uiris fortibus. Adeſt nouus exercitus, & adhuc coloniæ ueterũ militũ nobilitas oĩs, duces optimi. Fortuna meliores ſeq̃tur. Iam illa, quæ ſecordia noſtra collecta ſunt, dilabẽtur. Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitum priuato conſilio paratũ cũ peſſimis, & hoſtibus Reip. contrahit, ordinis authoritatem ad urbem ducit, uti Ap. Claudius interrex cũ Q. Catulo pconſ. & cæteris, qbus imperiũ ẽ, urbi præſidio ſint, operãq; dẽt, neqd Reſp. detrimẽti capiat.

In orationem Philippi, Riuij Caſtigationes.

ET ſe contẽpto metuendũ effecit.} Legendũ, & ſe è contẽpto metuendũ effecit. Flagrãtes inopia et cupiditatibus.} Venetũ, cupidinibus. Id Salluſtianũ magis ẽ. Bellũ ex bello ſerit.} Per perã alij, ferũt. Cũ peſſimis & hoſtibus reip. cõtrahit, ordinis authoritatem ad urbem ducit.} Legendum, contra huius ordinis authoritatẽ, &c. Facilis quidẽ & pcliuis de ſimilitudine uocũ, ſed fœdiſſimus error. Operam dant, ne quid reſp.} Legendum dent.

ORATIO C. COTTAE CONSVLIS AD POPVLVM.

Q Virites multa mihi pericula domi, militiæ, multa aduerſa fuere: quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxilijs, & uirtute mea: inq; his omnibus, neq; animus negotio defuit, neque decretis labos. Malæ, ſecundæq; res opes, non ingeniũ mihi mutabant. At contra, in his miſerijs cuncta me cũ fortuna deſeruere. Præterea ſenectus per ſe grauis curã duplicat, cui miſero acta iam ætate, ne mortẽ quidẽ honeſtã ſperare licet: nã ſi parricida ueſtri ſum, & bis genitus hic. Deos Penates meos, patriamq́; & ſummũ imperiũ uilla habeo: quis mihi uiuo cruciatus ſatis eſt, aut quæ pœna mortuo? Cũ omnia memorata apud inferos ſupplicia ſcelere meo uici: à prima adoleſcẽtia ĩ ore ueſtro priuatus & ĩ magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia uoluere, uſi ſunt: neque ego callidam facundiã, neque ingeniũ ad malefaciendũ exercui: auidiſſimus priuatæ gratiæ maximas inimicitias pro Rep. ſuſcepi, qui uictus cum illa ſimul, cum egens alienæ opis plura mala expectarẽ. Vos Quirites rurſus mihi patriã, Deos Penates cũ ingẽti dignitate dediſtis: pro quibus beneficijs uix ſatis gratus uidear, ſi ſingulis animam, quam nequeo conceſſerim. Nam uita, & mors iure naturæ ſunt, ut ſine dedecore cum ciuibus, fama, & fortunis integer agas: id dono datur, atq; accipitur. Conſules nos feciſtis Quirites domi, belliq; impeditiſſima Republica. Nãq; imperatores Hiſpaniæ ſtipendiũ, milites, arma, frumentũ poſcunt: & id res cogit, quoniã defectione ſociorũ, & Sertorij per monteis neq; fuga, neque manu certare poſſunt, neq; utilia parare: exercitus in Aſia, Ciliciaq; ob nimias opes Mithridatis aluntur, Macedonia plena hoſtibus eſt: nec minus Italiæ maritima, & prouinciarum: cũ interim uectigal a parua, & bellis incerta, uix partẽ ſumptũ ſuſtinent: ita claſſe, qua cõmeatus uehebatur minore, q̃ antea nauigamus. Hæc ſi dolo, aut ſecordia noſtra contracta ſunt, agite ut libet, & ita ſupplicium ſumite: ſin fortuna cõmunis aſperior eſt, quare indigna uobis, nobiſq; & Reipub. incipitis? Atq; ego, cuius ætati mors propior eſt, nõ deprecor, ſi quid ea uobis incõmodi demitur: neq; mox ingenuo corpori honeſtius, q̃ pro ueſtra ſalute finẽ uitæ feceri, adſum. En C. Cotta Cos. facio, qđ ſæpe maiores aſperis bellis fecere: uoueo, dedoq; me pro Rep. quã deĩde cui mãdetis circũſpicite. Nã talẽ honorẽ bonus nemo uolet: cũ fortunæ & pacis, & belli ab eis acti ratio reddẽda, aut turpiter moriendum ſit. Tãtũmõ in animis habetote, non me ob ſcelus, aut auaritiã cæſum, ſed uolentẽ p maximis beneficijs aĩam dono dediſſe. Per uos igitur Quirites & gloriã maiorum precor, tolerate aduerſa & cõſulite Reip. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores, quos nequicquam abnuitis, & pacis opulentiam quæritis, cum oẽs prouinciæ, regna, maria, terræq; aſpera, aut feſſa bellis ſint.

In Orationem Cottæ, Riuij Caſtigationes.

NEq; decretis labos.} Sic recte, contra q̃ Schurrerius impreſſit. Nã teſtatur in 1. Aenei. Seruius, ubiq; penè Salluſtium labos dixiſſe, p labor. Macedonia plena hoſtibus eſt.} Venetiũ, hoſtiũ eſt, q̃uo & Argẽtoratẽſe. Tametſi qđ ad ſenſum attinet, parũ refert, utrũ legas. Quare indigna uobis, nobiſq; & reip incipitis!} Venetũ & Schurrerianũ, reip. caſu ablatiuo.} Per uos igitur Quirites et gloriã maiorum precor, tolerate aduerſa.} Tò Precor, non eſt in Veneto, neq; in Argentoratenſi. ac rectius abeſſe poterit, Nam & aliàs eodem modo Criſpus.

ORATIO MACRI TR. PL. AD PLEBEM.

SI Quirites parũ exiſtimaretis, quid inter ius à maioribus relictũ uobis, & hoc à Sylla paratũ ſeruitiũ intereſſet, multis mihi diſſerẽdum fuiſſet, docẽdiq; quas ob iniurias, & quoties à patribus armata plebes ſeceſſiſſet, utiq; uindices parauiſſet oĩs iuris ſui Tri. ple, nũc hortari mõ reliquũ eſt, & ire primum uia, qua capeſſendã arbitror libertatẽ. Neq; me præterit q̃tas opes nobilitatis ſolus ĩpotens inani ſpẽ magiſtratus pellere dñatione incipiã, q̃toq; tutius factio noxiorũ agat, q̃ ſoli innocẽtes. Sed præter ſpẽ bonã ex uobis, quæ metũ uicit, ſtatui certaminis aduerſa p libertate

bertate potiora eſſe forti uiro, ꝙ oĩno non certauiſſe: ꝙꝙ oẽs alij creati p iure ueſtro uim cũctã, & imperia ſua gratia, aut ſpe, aut præmijs in uos cõuertere, meliusq; hñt mercede delinquere, ꝙ gratis recte facere. Itaq; oẽs cõceſſere iã in paucorũ dñatione, q p militare nomẽ, ærariũ, exercitus, regna, prouincias occupauere, et arcẽ hñt ex ſpolijs ueſtris: cũ interim more pecorũ uos multitudo ſingulis hñdos, fruẽdosq; præbetis exuti oĩbus, quæ maiores reliquere: niſi quia uoſmetipſi p ſuffragia, ut præſides olim nũc dños deſtinatis. Itaq; cõceſſere illuc oẽs: et mox ſi ueſtra receperitis ad uos redibunt plerīq;. rarus enim aĩus eſt ad ea, quæ placẽt defendẽda; cætera ualidiorũ ſunt. An dubiũ hẽtis, ne officere quid uobis uno aĩo pgẽtibus poſſit quos languidos, ſecordesq; ptimuere! niſi forte C. Cotta ex factiõe media Cos. aliter ꝙ metu iura quædã Tri. pl. reſtituit. & ꝙꝙ L. Cin. ius primus de ptãe Tr. loq auſus, muſſantibus uobis circũuẽtus erat, tñ prius illi inuidiã metuere, ꝙ uos iniuriæ pteſum ẽ; qđ ego nequeo ſatis mirari Quir. Nã ſpẽ fruſtra fuiſſe ĩtellexiſtis. Sylla mortuo, qui ſceleſtũ impoſuerat ſeruitiũ, finẽ mali credebatis. ortus eſt lõge ſæuior Catulus, tumultus interceſſit Bruto, & Aemilio Mamerco Coſſ. Dein C. Curio ad exitiũ uſq; inſontis Tribuni dñatus ẽ. Lucullus ſ piore anno ꝗtis animis ierit in L. Quintiũ, uidiſtis, ꝗtæ deniq; nũc mihi turbæ cõcitãtur. quæ pfecto in caſſum agerẽtur, ſi prius ꝙ uos ſeruiẽdi finẽ, illi dñationis facturi erãt: præſertim cũ his ciuilibus armis dicta alia. Sed certatũ utriq; de dñatione in uobis ſit. Itaq; cætera ex licẽtia, aut odio, aut auaritia in tẽpus arſere: pmãſit una res mõ, quæ utrinq; quæſita ẽ, & erepta in poſterũ uis tribunitia, telũ à maioribus libertati paratũ. Quod ego uos moneo, ꝗſoq; ut aĩaduertatis, neu noĩa rerũ ad ignauiã mutãtes, otiũ p ſeruitio appelletis, quo iã ipſo frui, ſi uera et honeſta flagitiũ ſuperauerit, non eſt conditio: fuiſſet, ſi oĩno quieſſetis. Nũc animũ aduertite, & niſi uiceritis, quoniã oĩs iniuria grauitate tutior eſt, arctius hẽbunt. Quid cẽſes igitur, aliquis ueſtrũ ſubiecerit? primũ omniũ omittẽdũ morẽ hũc, quẽ agitis impigræ linguæ animi ignaui, nõ ultra cõcionis locũ memores libertatis, deinde ne uos ad uirilia illa uocẽ, quo tribunos plebei mõ patritiũ magiſtratũ. Libera ab authoribus patritijs ſuffragia maiores ueſtri parauere: ꝗuis Quir. in uobis ſit, & quæ iuſſa nũc p alijs toleratis, pro uobis agere, aut nõ agere certe poſſitis. Iouẽ aut aliũ quẽ deũ, cõſultorẽ expectatis, magna illa cõſulũ impio, & patrũ decreta uos exequẽdo rata efficitis Quir. ultroq; licẽtiã in uos auctũ, atq; adiutũ pperatis. Neq; ego uos ultũ iniurias hortor, magis uti requiẽ cupiatis: neq; diſcordias, ut illi criminãtur: ſed earũ finẽ uolẽs, iure gentiũ res repeto: et ſi ptinaciter retinebũt, nõ arma, neq; ſeceſſionẽ tantũmõ, ſed nec amplius ſanguinẽ ueſtrum præbeatis cẽſeo: gerãt, hẽantq; ſuo mõ imperia, quærãt triũphos, Mithridatẽ, Sertoriũ, et reliquias exulũ pſequãtur cũ imaginibus ſuis, abſit periculũ, & labor, quibus nulla pars fructus eſt, niſi forte repẽtina iſta frumẽtaria lege munia ueſtra pẽſantur: cũ tñ q his modis libertatẽ oĩum æſtimauere, hi pfecto nõ amplius pñt alimẽtis carere, nãq; utilis exiguitate mors phibetur. Seneſcũt uires, ſic ut neq; abſolua cura familiari tã parua res poſſit. At & ignauiſſimi quique tenuiſſima ſpe fruſtrãtur: quæ tñ ꝗuis ampla, quoniã ſeruitij pretiũ, oſtẽtarẽt, cuius torpedinis erat decipi, & ueſtrarũ rerũ ultro iniuria gratiã debere! Nãq; alio mõ, neq; ualẽt in uniuerſos, neq; conabũtur. Cauendus tñ dolus eſt. Itaq; ſimul cõparãt delinimẽta, & differũt uos in aduentũ Cn. Põp. quẽ ipſum, ubi ptimuere ſublatũ in ceruices ſuas, mox dẽpto metu lacerãt: neq; eos pudet uindices, uti ſe ferũt libertatis tot uiros ſine uno, aut remittere iniuriã nõ audere, aut ius nõ poſſe defendere. Mihi quidẽ ſatis ſpectatũ eſt Põpeiũ tãtæ gloriæ adoleſcentẽ malle principẽ uolẽtibus uobis eſſe, ꝙ illis dñationis et ſociũ, authorẽq; in primis fore tribunitiæ ptãtis. Verũ Quir. antea ſinguli ciues in pluribus, nõ in uno cũcti p æſidia hẽbatis, neq; mortaliũ quiſꝗ dare aut eripere talia unus poterat. Itaq; uerborum ſatis dictũ eſt, neq; enim ignorãtia res claudit: uerum occupauit neſcio quæ uos torpedo, qua neq; gloria mouemini, neq; flagitio, cũctaq; pñti ignauia mutaſtis, abũde libertatẽ rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet, atq; illuc munera ditiũ dñorũ: atq; hæc eadẽ nõ ſunt agreſtibus, ſed cedũtur inter potẽtiũ inimicitias, donoq; dãtur in prouincias magiſtratibus, ita pugnatur & uincitur à paucis plebs, qđ ũq; accidit p uicta ẽ, & in dies magis erit. Siquidẽ maiore cura dñationẽ illi retinuerũt ꝙ uos repetiueritis libertatem.

In Orationem Macri, Riuij Caſtigationes.

Niſi quia noſmetipſi p ſuffragia. } Lege, uoſmetipſi. Rarus enim aĩus eſt ad ea quæ placẽt defendẽda. } Legẽdũ, raris p paucis. hoc eſt, quoto cuiq; animus eſt? &c. Dein C. Curio ad exitium uſq; inſontis tribuni dominatus eſt. } Venetum, ad exitium uſque. Sed prior lectio mihi arridet magis.

EPISTOLA CN. POMPEII AD SENATVM.

SI aduerſus uos, pãtriãq;, et deos Penates toties labores, et picula ſuſcepiſſem, quoties à prima adoleſcẽtia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi, et uobis ſalus quæſita ẽ: nihil amplius in abſentẽ me ſtatuiſſetis, ꝙ adhuc agitis P. C. quẽ cõtra ætatẽ, piectũ ad bellũ ſæuiſſimũ cũ exercitu optime merito, ꝗtũ ẽ in uobis fame miſerrima oĩum et morte cõfecistis. Hac ĩ ſpe Po. Ro. liberos ſuos ad bellũ miſit? hæc ſunt præmia p uulneribus, et toties ob Rẽp. fuſo ſanguine? feſſus ſcribẽdo, mittẽdoq; legatos, oẽs opes & ſpes priuatas meas cõſumpſi, cum interim a uobis p triennium uix annuus ſumptus datus eſt. p deos ĩmortales, utrũ cẽſetis me uicẽ ærarij præſtare, an exercitũ ſine frumẽto & ſtipẽdio hẽre poſſe? Eqdẽ fateor me ad hoc bellũ maiore ſtudio, ꝙ cõſilio pfectum. Quippe, qui noĩe mõ imperij a uobis accepto diebus. XL. exercitũ paraui, hoſteisq; in ceruicibus iã Italiæ agẽteis ab alpibus in Hiſpaniã ſummoui: p eas iter aliud, atq; Annibal nobis opportunius patefeci: recepi Gal.ã Pyrenæũ, Lacetaniã indigetis, & primũ impetũ Sertorij uictoris, nouis quẽ militibus, & multo paucioribus ſuſtinui: hyemẽq; in caſtris inter ſæuiſſimos hoſtes, nõ p oppida, neq; ex ambitiõe mea egi. Quid deinde prælia, aut expeditiones hybernas, oppida exciſa, aut recepta enumerẽ, quando res plus ualent, ꝙ uerba? Caſtra hoſtiũ apud Sucronẽ capta, & prælium apud flumẽ Duriũ & Dux hoſtiũ. C. Herẽnius cũ urbe Valentia, & exercitus deleti, ſatis clara nobis ſunt, proq; his ô grati patres egeſtatẽ, & famẽ redditis. Itaq; meo, & hoſtiũ exercitui par conditio eſt: nãq; ſtipẽdiũ neutri datur, uictor uterq; ĩ Italiã uenire põt. Quod ego uos moneo, quæſoq;, ut aĩaduertatis, neu cogatis neceſſitatibus priuatim mihi cõſulere. Hiſpaniã citeriorẽ, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionẽ uaſtauimus, præter maritimas ciuitates quæ ultro nobis ſumptui, oneriq;. Gallia, ſuperiore anno Metelli exercitũ ſtipendio, frumẽtoq; aluit, et nunc malis fructibus ipſa uix agitat. Ego non rem familiarem modo uerum etiam fidem conſumpſi. reliqui uos eſtis: qui niſi ſubuenitis, inuito & prædicente me exercitus hinc & cum eo omne bellum Hiſpaniæ, in Italiam tranſgredientur.

In Epiſtolam Pompeij, Riuij Caſtigationes.

QVantū eſt in uobis, fame miſerrima omniū, & morte con
feciſtis.} Legēdū, fame, miſerrima omniū morte cōfeciſtis,
ut omiſſa copula, p appoſitionē, quā ſic Grammatici uocant, cōiun
gas. λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, ut ille canit. Famem alicu
bi Liuius ultimum ſupplicium humanorum uocat.

REX MITHRIDATES REGI ARSACI S.

OMnes, qui ſe cundis rebus ſuis ad ſocietatē orātur, cō
ſiderare debēt, liceat'ne tū pacē agere: deinde, quod
quæritur, ſatis'ne piū, tutū, glorioſum, an indecorum
ſit. Tibi pꝑetua pace frui liceret, niſi hoſtes opportu
ni, & ſceleſtiſſimi. Egregia fama, ſi Roma oppreſſeris futura ē,
neq; petere audeā ſocietatē, & fruſtra mala mea cū bonis tuis mi
ſceri ſperē. atq; ea, q̄ te morari poſſe uidētur, ira in Tigranē recen
tis belli, & mea res parū pſpe ſi uera exiſtimare uoles, maxime
hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualē tu uoles ſocietatē accipiet.
Mihi fortuna multis rebus ereptis uſum dedit bene ſuadendi & qđ
florentibus optabile eſt: ego nō ualidiſſimus prabeo exemplū, quo
rectius tua cōponas. Nanq; Romanis cū nationibus, populis, regi
bus cūctis una, & ea uetus cauſa bellandi eſt: cupido pfunda impe
rii, & diuitiarū: qua primo cū rege Macedonū Philippo bellū ſum
pſere. dū à Carthaginēſibus premebantur, amicitiā ſimulantes ei,
ſubuenientē Antiochū cōceſſione Aſiæ per dolū auertēre: ac mox
ſ Philippo Antiochus omni cis Taurū agro, & X. millibus talen
torū ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi F. poſt multa & uaria
certamina apud Samothracas Deos acceptū in fidē, callidi, et re
pertores perfidiæ, quia pacto uitam dederant, in ſomnis occidêre.
Eumenē, cuius amicitiā glorioſe oſtentāt, initio prodidere Antio
cho, pacis mercede poſthabita: cuſtodi agri captiui ſumptibus &
contumelijs ex rege miſerrimū ſeruorū effecere. ſimulatoq; impio
teſtamento, filiū eius Ariſtonicū, quia patriū regnū petiuerat ho
ſtiū more per triūphū duxere: Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo
totā Bithyniā, Nicomede mortuo, diripuere: cū filius Nuſa, quē re
gē appellauerat genitus haud dubie eſſet: nā quid ego me appellē?
quē diſiunctū undiq; regnis, & tetrarchijs ab imperio eorū, quia
fama erat diuitē, neq; ſeruiturū eſſe, per Nicomedē bello laceſſiue
runt, ſceleris eorū haud ignarū, & ea, quæ accidere teſtatū antea.
Cretenſes ſoli cūm liberi ea tēpeſtate, & rex Ptolemæus. Atque
ego ultus iniurias Nicomedē Bithynia expuli, Aſiamq; ſpoliū re
gis Antiochi recepi, et Græciæ dempſi graue ſeruitiū. icepta mea
poſtremus ſeruorū Archelaus exercitu pdito impediuit: illiq; quos
ignauia aut praua calliditas, ut meis laboribus tuti eſſent, armis
abſtinuerūt, acerbiſſimas pœnas ſoluūt. Ptolemæus pretio dië belli
prolatans, Cretenſes impugnati ſemel iam, neq; finē, niſi excidio ha
bituri. Equidē cū mihi ob ipſorū inter ea mala dilata prælia ma
gis, q̄ pacē datā intelligerē, abnuente Tigrane, qui mea dicta ſero
probat, te remoto procul, omnibus alijs obnoxijs, rurſus tamē bel
lum cepi: Marcumq; Cottā Ro. ducē apud Chalcedona terra fudi,
mari exui claſſe pulcherrima: apud Cyzicum magno cum exercitu
in obſidione morāti frumentum defuit, nullo circum adnitente ſimul
hyems mari prohibebat ita ſine ui hoſtiū regredi coactus in pa
triū regnū, naufragijs apud Parū & Heracleā militū optimos opti
mos cū claſſibus amiſi: reſtituto deinde apud Gaberā exercitu, et ua
rijs inter me, atq; Lucullū prælijs, inopia rurſus ambos inceſſit. Illi
ſuberat regnū Ariobarzanis bello intactū. Ego uaſtis circū omni
bus locis in Armeniā cōceſſi: ſecutiq; Romani nō me, ſed morē ſuū

omnia regna ſubuertendi, quia multitudinē arctis locis pugna pꝛ
buere, imprudētiā Tigranis pro uictoria oſtentāt. Nūc quæſo cōſide
ra nobis oppreſſis, utrū firmiorē te ad reſiſtendū, an finē belli futu
rū putes? Scio equidē tibi magnas opes uirorū, armorū, & auri eē,
& ea re à nobis ad ſocietatē, ab illis ad prædā peteris. Ceterū cō
ſiliū eſt Tigranis regno integro, meis militibus pcul ab domo, par
uo labore p noſtra corpora bellū cōficere: qn neq; uincere, neq; ui
ci ſine tuo piculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtq̄ ad occi
dentē pgēribus finē Oceanus fecit, arma huc conuertiſſe? neq; qcq̄
à principio, niſi paruū hēre, domū, cōiuges, agros, impiū, cōuenas,
olim ſine patria, ſine parentibus, peſte cōditos orbis terrarū qbus
nō humana ulla, neq; diuina obſtāt, quin ſocios amicos, pcul, iuxtaq;
ſitos inopes, potētesq; trahant, excidātq;: omniaq; & maxime re
gna hoſtilia ducāt. nāq; pauci libertatem, pars magna iuſtos dños
uolunt: nos ſuſpecti ſumus æmuli, & in tpe uindices affuturi. Tu ue
ro, cui Seleucia maxima urbiū, regnūq; Perſidis inclytis diuitijs ē,
quid ab illis, niſi dolū in præſens, & poſtea bellū expectas? Roma
ni arma in oēs hñt, acerrima in eos, qbus uicti ſpolia maxima ſunt
audēdo, & fallēdo, & bella ex bellis ſerēdo magni facti. p hūc mo
rē extinguent oia, aut occident: qđ difficile non eſt, ſi tu Meſopota
mia, nos Armenia circūgredimur: exercitus ſine frumēto, ſine au
xilijs, fortuna aūt noſtris uitijs adhuc incolumis. Tēq; illa fama ſe
quetur, auxilio pfectū magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſ
ſe: quod uti facias moneo, hortorq; neu malis pernicie noſtra tuum
imperium prolatare, quàm ſocietate uictor fieri.

In Epiſtolam Mithridatis, Riuij Caſtigationes.

IN ſomnis occidere eum. En ciuis amicitiam glorioſe oſten
tant, initio prodidere.} Legendum, in ſomnis occidêre. Eumenē,
cuius amicitiam oſtentant, &c.

AD C. CAESAREM DE REPVBLICA ORDINANDA.

POpulus Ro. antea obtinebat regna, atq; impe
ria, fortunā dono dare, itē illa, quæ per morta
les auide cupiūtur: quia & apud indignos ſæpe
erāt, quaſi p libidinē data, neq; cuiq̄ incorrupta
pmanſerāt. Sed res docuit id uerū eſſe, qđ in car
minibus Appius ait: Fabrū eſſe quēq; fortunæ, atq; in te maxime
qui tantū alios prætergreſſus es: ut prius defeſſi ſint hoīes laudan
do facta tua, q̄ tu laude digna faciēdo. Ceterū ut fabricata, ſic uir
tute parta, q̄ magna induſtria hēri decet, ne incuria deformentur,
aut corruāt infirmata. Nemo enim alteri imperiū uolēs cōcedit, et
q̄uis bonus, atq; clemēs ſit, qui plus pōt, tū qa malo eē licet, formi
datur. Id euenit, quia plerīq; rerū potētes puerſe conſulūt, & eo ſe
munitiores potentes peruerſe cōſulūt: & eo ſe munitiores putant,
quo illi, quibus imperitāt, nequiores fuere. At cōtra id eniti decet,
cū ipſe bonus, atq; ſtrenuus ſis, uti q̄ optimis imperites. Nā peſſi
mus quiſq; aſperrime rectorē patitur. Sed tibi hoc grauius ē, q̄ ante
omnibus te armis parta cōponere, bellū aliorū pace mollius geſſi
ſti. ad hoc uictores prædā petūt, uicti ciues ſunt. inter has difficul
tates euadēdū eſt tibi, atq; in poſterū firmāda Reſp. nō armis mō,
neq; aduerſum hoſtes, ſed qđ multo maius multoq; aſperius eſt, bo
nis pacis artibus. Ergo oēs magna mediocriq; ſapiētia res huc uo
cat, quæ quiſq; optum apōt, uti dicāt. Ac mihi ſic uidetur qualicūq;
mō tu uictoriā cōpoſueris, ita alia oia futura. Sed iā quo melius, fa
ciliusq; conſtituas, paucis, quæ me aīus monet accipe. Bellū tibi fuit
imperator cū hoīe claro, magnis opibus, auido potētiæ, maiore for
tuna, q̄ ſapientia: quē ſecuti ſunt pauci p ſuā iniuriā tibi inimici: itē

quos affi-

quos affinitas, aut alia neceſſitudo traxit. Nam particeps dominationis neq; fuit quiſquam, neq; ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. Cætera multitudo uulgi more magis, quàm iudicio poſt alius alium, quaſi prudentiorē ſecuti. Per idem tēpus maledictis iniquorū occupandæ Reip. in ſpem adducti homines, quibus oīa probro, ac luxuria polluta erant, cōcurrere in caſtra tua, & aperte quietis mortē, rapinas, poſtremo omnia, quæ corruptus animus iubebat, minitari: ex queis magna pars, ubi neq; creditū cōdonare, neq; te ciuibus ſicuti hoſtibus uti uident, defluxere. Pauci reſtitere, quibus maius otiū in caſtris, quàm Romæ futurū erat, tanta uis creditorū impendebat. Sed ob eaſdem cauſas (immane dictu eſt) quanti, & quàm multi mortales poſtea ad Pompeium diſceſſerunt, eoq; per omne tēpus belli quaſi ſacro, atq; inſpoliato fano debitores uſi. Igitur quoniā tibi uictori de bello, atq; pace agitandū eſt, hoc uti ciuiliter deponas, illa ut quàm iuſtiſſima, & diuturna ſit: de teipſo primū, qui cōpoſiturus es, quod optimū factu eſt, exiſtima. Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror. Neq; quenquam a multis metuendum eſſe, quin ad eū ex multis formido recidat, eam uitam bellum æternum, et anceps gerere: quoniā neq; aduerſus, neque ab tergo, aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites. Contra, qui benignitate, & clementia imperiū temperauere, his læta, & candida omnia uiſa, etiā hoſtes æquiores quàm alij ciues. An qui me his dictis corruptorem uictoriæ tuæ, nimiſq; in uictos bona uoluntate prædicent, ſcilicet quod ea, quæ externis nationibus natura hoſtibus, noſq; maioreſq; noſtri ſæpe tribuēre, ea ciuibus dāda arbitror? Neq; barbaro ritu cæde cædē, & ſanguine ſanguinem expiandū. An illa, quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, uictoriamq; Syllanam increpabātur, obliuio abſtulit: interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in prælio belli iure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam in uilla publica pecoris modo conſciſſam. Heu quàm illa occulta ciuium funera, & repentinæ cædes in parentum, aut liberorum ſinum fuga, mulierum et puerorum, uaſtatio domorū. Ante partā à te uictoriā omnia ſæua, & atq; crudelia erant. Ad quæ te illi ijdem hortantur, & ſcilicet id certatum eſſe utriuſq; ueſtrum arbitrio iniuriæ ut fierent: neq; receptam, ſed captā à te Rēp. & ea cauſa exercitus ſtipendijs cōfectis optimos, et ueterrimos oīum, aduerſum frēs, parēteſq;, alij liberos armis cōtēdere, ut ex alienis malis deterrimi mortales uētri, atque pfundæ libidini ſumptus quærerēt, atque eſſēt opprobria uictoriæ, quorum flagitijs cōmacularetur bonorū laus. Neq; enim te præterire puto qualis quiſque eorū more, aut modeſtia, ēt tum dubia uictoria ſeſe geſſerit: quoq; mō in belli adminiſtratiōe ſcorta, aut cōuiuia exercuerint nōnulli: quorū ætas ne p otium quidē taleis uoluptates ſine dedecore attigerit. De bello ſatis dictum. De pace firmanda, quoniā tuq;, et oēs tui agitatis; primum id quæſo cōſidera, quale ſit de quo cōſultas: ita bonis, maliſq; dimotis, patēti uia ad uerum pges. Ego ſic exiſtimo, quoniā orta oīa intereunt, qua tēpeſtate urbi Romanæ fatum excidij aduētarit, ciues cū ciuibus manus cōſerturos, ita defeſſos, & exangues, regi, aut natiōi prædæ futuros: aliter nō orbis terrarū, neq; cunctæ gētes cōglobatæ mouere, aut contundere queunt hoc impiū. Firmāda igitur ſunt & cōcordiæ bona, & diſcordiæ mala expellēda. Id ita eueniet, ſi ſumptū et rapinarum licētiā dēpſeris: nō ad uetera inſtituta reuocans quæ iāpridē corruptis moribus ludibrio ſunt. Sed ſi ſuā cuiq; rē familiarē, et finē ſumptuū ſtatueris: quoniā is inceſſit mos, ut hoīes adoleſcētuli ſua atq; aliena cōſumere, nihil libidini, atq; alijs rogātibus denegare, pulcherrimū putēt, eā uirtutē, et magnitudinē animi, pudorē, atq; modeſtiā p ſecordia æſtimēt. Ergo animus ferox prauam uiam ingreſſus, ubi cōſueta non ſuppetūt, fertur accēſus in ſocios modo, modo in ciues, mouet cōpoſita & res nouas ueteribus acquirit. Quare tollēdus fœnerator in poſterū, uti ſuas quiſq; res curemus. Ea uera, atq; ſimplex uia eſt, magiſtratū pplo nō creditori gerere: & magnitudinē animi in addendo, non demendo Reip. oſtēdere. Atq; ego ſcio quàm aſpera hæc res in principio futura ſit, præſertim ijs, qui ſe uictoria licētius, liberiuſq; quàm artius futuros credebant: quorum ſi ſaluti potius quàm libidini conſules, illoſq;, noſq; & ſocios in pace firma conſtitues. Si eadem ſtudia, arteſq; iuuentuti erunt, non iſta egregia tua fama ſimul cū urbe Roma breui concidet. Poſtremo ſapientes pacis cauſa bellum gerunt, laborem ſpe otij ſuſtinent. Niſi illam firmam efficis, uinci, an uiciſſe quid retulit? Quare capeſſe per Deos Rēp. & oīa aſpera, uti ſoles pſuade. Nāq; aut tu mederi potes, aut omittēda eſt cura oībus. Neq; quiſquā te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inuocat, quibus ciuitas uaſtatur magis, quàm corrigitur, ſed ut prauas artes, malaſq; libidines ab iuuētute prohibeas. Ea uero clementia erit, cōſuluiſſe, ne immerito ciues patria expellerētur: retinuiſſe ab ſtultitia & falſis uoluptatibus, pacē, cōcordiāq; ſtabiliuiſſe: nō ſi flagitijs obſecutus, delicta pmiſſus, præſens gaudiū, cū mox futuro malo cōceſſeris. Ac mihi animus, quibus rebus alij timent, maxime erectus eſt negotij magnitudine: & quia tibi terræ, & maria ſimul oīa cōponenda ſunt: quippe res paruas tantū ingeniū attingere nequit: magnæ curæ, magna merces eſt. Igitur puideas oportet, ut plebs largitionibus, & publico frumēto corrupta, habeat negotia ſua, quibus ab malo publico detineatur. iuuētus probitati & induſtriæ, nō ſumptibus, neq; diuitijs ſtudeat: id ita eueniet, ſi pecuniæ, quæ maxima omnium pernicies eſt, uſum atq; decus dempſeris. Nā ſæpe, ego cū animo reputans quibus quiſque rebus clariſſimi uiri magnitudinē inueniſſent, quæ res populos nationeſue magnis auctoribus auxiſſent, ac deinde quibus cauſis ampliſſima regna, et imperia corruiſſent, eadem ſemper bona, atque mala reperiebā, oēſq; uictores diuitias cōtempſiſſe, et uictos cupiuiſſe. Neque aliter quiſquā extollere ſeſe, & diuina mortalis attingere poteſt, niſi omiſſis pecuniæ, et corporis, gaudijs, animo indulgens, nō aſſentando, neque cōcupita præbendo, peruerſam gratiā gratificans: ſed in labore, patientia, boniſq; præceptis, & factis fortibus exercitando. Nā domū, aut uillā extruere, eamq; ſignis aulæis, alijſq; operibus exornare, & oīa potius quàm ſemet uiſendū efficere: id eſt nō diuitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe. Porro ij, quibus bis die uentrē onerare, nullā noctē ſine ſcorto quieſcere mos eſt, ubi animū quē dominari decebat, ſeruitio oppreſſere, nequaquā eo poſtea hebeti, atq; claudo pro exercitio uti nolūt. Nā imprudētia pleraq; et ſe præcipitāt. Verū hæc, & oīa mala pariter cum honore pecuniæ deſinent, ſi neque magiſtratus, neque alia uulgo cupienda uenalia erūt. Ad hoc prouidēdū eſt, quonā modo Italia, atque puinciæ tutiores ſint: id quod factu haud obſcurū eſt. Nā ijdē oīa uaſtant, ſuas deſerendo domos, & per iniuriā alienas occupando. Item ne uti adhuc, militia iniuſta, aut inæqualis ſit: cū alij triginta, pars nullū ſtipendiū faciat: et frumētū id, quod antea præmiū ignauiæ fuit, per municipia, & colonias illis dare cōueniet, cum ſtipendijs emeritis domos reuerterint. Quæ Reipub. neceſſaria, tibiq; glorioſa ratus ſum, quàm pauciſſimis abſolui. Nō peius uidetur pauca nūc de facto meo diſſerere. Plerique mortales ad iudicandū ſatis ingenij habent, aut ſimulāt: uerū ēnī ad reprehendēda aliena facta, aut dicta ardet oībus animus: uix ſatis apertū os, aut lingua prompta uidetur, quæ dicta pectore euoluat: quibus me

ſubiectũ haud pœnitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam ſiue hac, ſeu meliore alia uia perges, à me quidẽ pro uirili parte dictũ, & adiutum fuerit: reliquum eſt, optare, uti quæ tibi placuerint, ea dij immortales approbent, beneq; euenire ſinant.

In Orationem ad Cæſarem de Repub. ordinanda, Riuij Caſtigationes.

*Q*Vorum ætas ne per otium quidem talis uoluptas ſine dedecore attigerit. } Venetum, talis uoluptatis. *Et omnia aſpera, uti ſoles, perſuade,* } Legẽdum, peruade. ex Veneto. Id quod ſenſus quoq; ipſe poſtulare ita uidetur. *Quæ dicta pectore euoluat.* } Venetum, quæ edita. Badianum, quæ dicta pectore euoluat.

AD C. CAESAREM ORATIO DE REPVBLICA ORDINANDA.

SCio ego q̃ difficile atque aſperum factu ſit, cõſiliũ dare regi, aut imperatori, poſtremo cuiquam mortali, cuius opes in excelſo ſunt: quippe cum et illis cõſultorũ copiæ adſint, neq; de futuro quiſq̃ ſatis callidus, ſatisq; prudẽs ſit: quin etiam ſæpe praua magis q̃ bona cõſilia proſpere eueniunt: quia pleraſque res fortuna ex libidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Remp. capeſſere, atque in ea cognoſcenda multam, magnamque curam habui. nõ ita ut magiſtratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant, ſed etiam ut Remp. domi, militiæq;, quantumq; armis, uiris, opulentia poſſet, cognitum habuerim. Itaque mihi multa cum animo agitanti conſilium fuit, famam, modeſtiamq; meam poſt tuam dignitatem habere, & cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ accederet. Idq; non temere, aut ex fortuna tua decreui: ſed quia in te præter cæteras, artem unam egregie mirabilem comperi ſemper tibi maiorem in aduerſis, quàm in ſecundis rebus animum eſſe. Sed per cæteros mortales illa res clarior eſt, quòd & prius defeſſi ſunt homines laudando, atque admirando munificentiam tuam, quàm tu faciundo, quæ gloria digna eſſent. Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod nõ cogitanti tibi in promptu ſit. Neque ego quæ uiſa ſunt de Repub tibi ſcripſi, quia mihi conſilium, atque ingenium meum amplius æquo probaretur: ſed inter labores militiæ, interq; prælia, uictorias, imperium, ſtatui admonẽdum te de negotijs urbanis. Nanque tibi ſi id modo in pectore conſilij eſt, ut te ab inimicorũ impetu uindices, quoq; modo contra aduerſum conſulem beneficia populi retineas, indigna uirtute tua cogites: ſin in te ille animus eſt, qui iam à principio nobilitatis factionem diſturbauit, plebem Romanam ex graui ſeruitute in libertatem reſtituit, in prætura inimicorum arma inermis diſiecit, domi militiæq; tanta & tã præclara facinora fecit, ut ne inimici quidẽ queri quicquã audeant niſi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quæ dicã de ſumma Reipub. quæ profecto aut tu uera inuenies, aut certe haud procul à uero. Sed quoniã Cn. Põpeius, aut animi prauitate, aut quia nihil maluit quàm quòd tibi obeſſet, ita lapſus eſt, ut hoſtibus tela in manus iaceret. quibus ille rebus. Remp. conturbauit, eiſdẽ tibi reſtituenda eſt, primum omnium ſummam poteſtatem moderandi, de uectigalibus, ſumptibus, iudicijs, ſenatoribus, paucis tradidit plebs Romana, cuius antea ſumma ptãs erat: neq; his quidem legibus in ſeruitute reliqt iudicia. tametſi ſicut antea tribus ordinibus tradita ſunt, tñ ijdem illi factioſi regunt, dant, adimunt, quæ lubet, innocentes circũueniunt, ſuos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum, aut flagitium obſtat, quo minus magiſtratus capiant: quod cõmodum eſt, trahunt, rapiunt: poſtremo tanquam urbe capta, libidine, ac licentia ſua p legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, ſi uirtute partam uictoriam more ſuo per ſeruitium exercerent. Sed homines inertiſſimi, quorum omnis uis, uirtuſq; in lingua ſita eſt, forte atque alterius ſecordia dominationem ablatam inſolentes agitant. Nam quæ ſeditio, aut diſſenſio ciuilis tot, tamq; illuſtres familias ab ſtirpe euertit? aut quorum unquam uictoria animus tam præceps, tamq; immoderatus fuit? L. Sylla, cui omnia in uictoria lege belli licuerunt, tametſi à Sulpitio hoſtium partes muniri intelligebat, tñ paucis interfectis, cæteros beneficio, quàm metu retinere maluit. Hercule nunc cum Catone L. Domitio, cæteriſq; eiuſdem factionis, quadraginta Senatores, multi præterea cũ ſpe bona adoleſcentes, ſicuti hoſtiæ mactati ſunt: cum interea importuniſſima genera hominum tot miſerorum ciuium ſanguine ſatiari nequiuere. non orbi liberi, non parentes exacta ætate, nõ gemitus uirorum, luctus mulierum, immanem eorum animum inflexit, quin acerbius in dies male faciundo, ac dicundo dignitate alios, alios ciuitate euerſum irent. Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauiſſimi uita ſua commutare nolunt? Scilicet neque illis tantæ uoluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dñatio, quanto mœrore tua dignitas, qui optatius habent ex tua calamitate, periculum libertatis facere p te populi Ro. imperium maximum ex magno fieri. Quo magis tibi ẽs atq; etiam animo proſpiciendum eſt, quo nam modo rem ſtabilias, cõmuniaſq;: mihi quidem quæ mens ſuppetit, eloqui non dubitabo. Cæterum tui erit ingenij probare, quæ uera, atq; utilia factu putes. In duas parteis ego ciuitatem diuiſam arbitror, ſicut à maioribus accepi, in patres, & plebem. antea in patribus ſumma authoritas erat, uis multo maxima in plebe. Itaq; ſæpius in ciuitate ſeceſſio fuit: ſemperq; nobilitatis opes diminutæ ſunt, & ius populi amplificatum. Sed plebs eo libere agitabat, quia nullius potentia ſuper leges erat, neq; diuitijs, aut ſuperbia, ſed bona fama, factiſq; fortibus, nobilis ignobilẽ anteibat, humillimus quiſque in armis, aut militia, nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatiſq; patriæ erat. Sed ubi eos paulatim expulſos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere ſubegit, cœpere alienas opes petere, libertatem ſuam cum Repub. uenalem habere. Ita paulatim populus, qui dominus erat, & cunctis gentibus imperitabat, dilapſus eſt: et p cõmuni imperio priuatã ſibi quiſque ſeruitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in arteis, uitaſq; uarias diſſipata, nullo modo inter ſe congruens, parum mihi quidem idonea uidetur ad capeſſendam Rẽp. Cæterum additis nouis ciuibus magna me ſpes tenet, fore, ut oẽs expergiſcantur ad libertatẽ: quippe cum illis libertatis retinẽdæ, tum his ſeruitutis amittendæ cura orietur: hos ego cenſeo permiſtos cum ueteribus, nouos in colonijs conſtituas. Ita & res militaris opulentior erit, & plebs bonis negotijs impedita, malum publicum facere deſinet. Sed non inſcius, neque imprudẽs ſum, & quæ mea res agetur, quæ ſæuitia, quæue tempeſtates hominum nobiliũ futuræ ſint, cum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi, regnum denique ex libera ciuitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in ciuitatem peruenerit. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, malum facinus in ſe committere, qui incõmodo Reip gratiam ſibi conciliet. ubi bonũ publicum, etiam priuatim uſui eſt: id uero dubitare aggredi, ſecordiæ, atque ignauiæ duco M. Liuio Druſo ſemper conſilium fuit in

tribunatu

tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, niſi illi authores fierent homines factioſi, quibus dolus, atque malitia fide chariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem maximum beneficiũ multis mortalibus dari: uidelicet & ſibi quiſque conſcius, malo, atque infido animo eſſe, de M. Liuio Druſo iuxta ac de ſe exiſtimauerunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam ſolus rerum potiretur, contra eam nixi, ſua ipſius cõſilia diſturbauerunt: quo tibi imperatore maior cura fideq;, amici & multa præſidia paranda ſunt: hoſtem aduerſum deprimere ſtrenuo homini haud difficile eſt: occulta pericula neque facere, neque uitare bonis in promptu eſt. Igitur ubi eos in ciuitatem adduxeris, quoniam quidem renouata plebs erit, in ea re maxime animũ exercitato, ut colantur boni mores: concordia inter ueteres & nouos coaleſcat. Sed multo maximum bonum patriæ, ciuibus, tibi, liberis, poſtremo humanæ genti pepereris, ſi ſtudium pecuniæ, aut ſuſtuleris, aut quoad res feret minueris, aliter neq; priuata res, neq; publica, neq; domi, neq; militiæ regi põt. Nã ubi cupido diuitiarũ inuaſit, neque diſciplinæ, neq; artes, neque ingenium ullum ſatis pollet, quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tñ ſuccumbat. Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates & nationes per opulentiam magnã imperia amiſerint, quæ per uirtutẽ inopes ceperãt. Id adeo haud mirãdum eſt. Nam ubi bonus deteriorem diuitijs magis clarum, magisq; acceptum uidet. primo æſtuat, multaq; in pectore uoluit. Sed ubi gloria honorem magis in dies, uirtutem opulentia uincit, animus ad uoluptatẽ à uero deficit: quippe gloria induſtria alitur, ubi eam dempſeris, ipſa per ſe uirtus amara, atque aſpera eſt. Poſtremo ubi diuitiæ claræ habẽtur, ibi omnia bona uilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia: nã ad uirtutẽ una et ardua uia eſt. Ad pecuniã, q̃ cuiq; lubet, nititur: et malis & bonis rebus ea creatur. Ergo i primis authoritatẽ pecuniæ demito, neq; d capite, neq; de honore ex copijs quiſq̃ magis, aut minus iudicauerit, ſi neq; prætor, neq; cõſul ex opulẽtia, uerũ ex dignitate creetur. Sed de magiſtratu facile populi iudicium fit. Iudices à paucis ꝓbari regnũ ẽ, ex pecunia legi inhoneſtum: quare oẽs primæ claſſis iudicare placet ſed numero plures, quàm iudicant: neque Rhodios, neque alias ciuitates unquam ſuorum iudiciorum pœnituit: ubi promiſcue diues & pauper, ut cuique ſors tulit, de maximis rebus iuxta, ac de minimis diſceptat. Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgauerat, ut ex confuſis quinq; claſſibus ſorte centuriæ uocarentur: ita coæquantur dignitate, pecunia, uirtute anteire alius alium properabit: nec ego magna remedia contra diuitias ſtatuo. Nam perinde omnes res laudantur atque appetuntur ut earum rerum uſus eſt: malitia præmijs exercetur, ubi ea dempſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. Cæterum auaritia bellua fera, immanis, intolerãda eſt: quò intendit, oppida, agros, fana, atque domos uaſtat, diuina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque mœnia obſtant, quo minus ui ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales ſpoliat. Verũ, ſi pecuniæ decus adẽpſeris, magna illa uis auaritiæ facile bonis moribus uincetur: atq; hæc ita ſeſe habere tãetſi oẽs æqui, atq; iniq memorant, tñ tibi cũ factione nobilitatis, haud mediocriter certandum eſt: cuius ſi dolum caueris, alia omnia in procliui erunt. Nam hi, ſi uirtute ſatis ualerent, magis æmuli bonorum, quàm inuidiſſent: quia deſidia, & inertia, & ſtupor eos, atque torpedo inuaſit: ſtrepunt, obtrectant, alienam famam ſuum dedecus exiſtimãt. Sed quid ego plura, quaſi de ignotis memorẽ? M. Bibuli fortitudo, atque animi uis in conſulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quàm callidus ingenio. Quid ille audeat cui cõſulatus maximum imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitij magna uis eſt, cuius nullum membrũ a flagitio, aut facinore uacat? lingua uana, manus cruentæ, pedes fugaces, quæ honeſte nominari nequeunt, inhoneſtiſſima. Vnius tamen M. Catonis ingenium uerſutum, loquax, callidum haud cõtemno: parantur hæc diſciplina Græcorũ. Sed uirtus, uigilantia, labor apud Græcos nulla ſunt. Quippe cum domi libertatem ſuam per inertiam amiſerint, cenſes'ne eorum præceptis imperium haberi poſſe? Reliqui de factiõe ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus ſicut in titulo, præter nomen nihil eſt additamẽti. L. Poſthumius, M. Fauonius mihi uidẽtur quaſi magnæ nauis ſuperuacua onera eſſe, ubi ſalua peruenire uiſi ſunt. Si q̃a aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura fit, quia pretij minimi ſunt. Quoniam nunc, ut mihi uideor, de plebe renouanda, corrigendaq; diſſerui, de Senatu, quæ tibi agenda uidentur, dicam. Poſtquã mihi ætas, ingeniumq; adoleuit, haud fermè armis, atque æquis corpus exercui, ſed animum in literis, q̃ natura firmus erat, in laboribus habui: atque ego in ea uita multa legendo, atque audiendo ita comperi, omnia regna, ciuitates nationes uſque eò proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos uera conſilia ualuerunt: ubicunque gratia, timor, uoluptas, ea corrupere, poſt paulo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, poſtremo ſeruitus impoſita eſt. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, cuicunque in ſua ciuitate amplior, illuſtriorq; locus, q̃ alijs eſt, ei magnam curam eſſe Reip. Nam cæteris ſalua urbe tantummodo libertas tuta eſt. Qui per uirtutem ſibi diuitias, decus, honorem pepererunt, ubi paulum inclinata Reſp. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatẽ, aut rem familiarem defenſat. omnibus locis adeſt, feſtinat: quanto in ſecundis rebus florẽtior fuit, tanto in aduerſis aſperius magisq; anxie agitat. Igitur ubi plebs Senatui, ſicut corpus animo obedit, eiusq; cõſilia exequitur, patres conſilio ualere decet: populo ſuperuacanea eſt calliditas. Itaq; maiores noſtri, cum bellis aſperrimis premerentur, eq̃s, uiris, pecunia amiſſa, nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare: non inopia ærarij, non uis hoſtium, non aduerſa res ingentem eorum animum ſubegit: quin quæ uirtute ceperãt, ſimul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus conſilijs, quàm bonis prælijs patrata ſunt. Quippe apud illos una Reſp. erat, ei conſulebant, factio contra hoſteis parabatur: corpus atque ingenium patriæ, nõ ſuæ quisq; potentiæ exercitabat, at hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos ſocordia, atque ignauia inuaſit, ignari laboris, hoſtium, militiæ, domi factione inſtructi per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur. Itaq; patres, quorum conſilio antea dubia Reſp ſtabiliebatur, oppreſſi, ex aliena libidine huc atq; illuc fluctuãtes agitãtur. interdũ alia, deinde alia decernunt. ut eorũ, qui dñantur ſimultas ac arrogantia fert, ita bonum, maliũq; publicum exiſtimant: quòd ſi aut libertas æqua omnium, aut ſententia obſcurior eſſet, maioribus opibus Reſp. & minus potens nobilitas eſſet. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile eſt: quippe cum illis maiorum uirtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cætera multitudo pleraq; inſitia, ſit ſententia eorum à metu libera: ita occulto ſibi quiſque alterius potentia charior erit: libertas iuxta bonis, & malis, ſtrenuis, & ignauis optabilis eſt. Verũ eam pleriq; metu deſerunt, ſtultiſſimi mortales, quod in certamine dubium eſt quorſum accidat: id per inertiam in ſe, quaſi uicti recipiũt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe Senatum puto, ſi numero auctus per tabellam ſententiam feret. Tabella obtẽtui erit, quo

magis animo libero facere audeat: in multitudine, et præſidijs plus, & uſus amplior eſt. Nam ferè his tempeſtatibus, alij iudicijs publicis, alij priuatis ſuis, atque amicorum negotijs implicati, haud ſanè Reip. conſilijs adfuerunt. Neque eos magis occupatio, quàm ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cum paucis ſenatorijs, quos additamenta factionis habent, quecunque libuit probare, reprehendere, decernere, ea uti libido tulit, facere. Verum ubi numero Senatorum aucto per tabellam ſententiæ dicentur, illi ſuperbiam ſuam dimittent: ubi ijs obediendum erit, quibus antea crudeliſſime imperitabãt. Forſitan Imperator perlectis litteris, decernes, quem numerum ſenatorum fieri placeat, quoque modo in multa, et uaria officia diſtribuatur: & quoniam iudicia primæ claſſis mittenda putem, quæ deſcriptio, qui numerus, in quoq; genere futurus ſit, ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit, ſed prius laborandum uiſum eſt de ſumma conſilij, ibiq; tibi probãdum uerum eſſe, ſi hoc itinere uti decreueris, cætera in promptu erunt. Volo ego conſilium meum prudens, maximeq; uſui eſſe. Nã ubicunque tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet, ut quocunque modo, & quamprimũ Reſp. adiuuetur, libertatem gloria clariorem habeo. Atque ego te oro, hortorq;, ne clariſſimus imperator G. llica gente ſubacta, Populi Romani ſummum, atque inuictum Imperium tabeſcere uetuſtate, ac per ſummam ſecordiam dilabi patiaris. Profecto ſi id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedauerit, quin inſomnijs excitus furibundus, atque amens alienata mente feraris. Nãq; mihi pro uero conſtat, omnium mortalium uitam diuino numine iuſſi: neque bonum, neque malum facinus cuiuſquam pro nihilo haberi. Sed ex natura diuerſa præmia bonos maloſq; ſequi. Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuiq; animus, ex conſcientia ſpem præbet. Quòd ſi tecum patria, atque parentes poſſent loqui, ſcilicet hæc tibi dicerent: O Cæſar, nos te genuimus fortiſſimi uiri in optima urbe decus, præſidiũq; nobis, hoſtibus terrorem: quæ multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum anima ſimul tradidimus: patriam maximam in terris, domum familiamq; in patria clariſſimam: præterea bonas artes, honeſtas diuitias, poſtremo omnia honeſtamenta pacis, & præmia belli. Pro his ampliſſimis beneficijs, non flagitium à te, neque malum facinus petimus, ſed uti libertatem euerſam reſtituas: quare patrata, profecto per gentes omneis fama uirtutis tuæ uolitabit. Nãq; hac tempeſtate tametſi domi, militiæq; præclara facinora egiſti, tamen gloria tua cum multis uiris fortibus æqualis eſt. Si uero urbem ampliſſimo nomine, & maximo imperio propè iam ab occaſu reſtitueris, quis te clarior, quis maior in terris fuerit? quippe ſi morbo iam, aut fato huic imperio ſecus accidat, cui dubium eſt, quin per orbẽ terrarum uaſtitas, bella, cædes, oriantur? Quòd ſi tibi bona libido fuerit patriæ, parentibus gratificandi, poſteroq; tempore Rep. reſtituta ſuper omnes mortales gloria agnita, tuaq; unius mors uita clarior erit. Nam uiuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat. Vbi anima naturæ ceſſit, demptis obtrectatoribus, ipſa ſe uirtus magis, magiſq; extollit. Quæ mihi utiliſſima factu uiſa ſunt, quæq; tibi uſui fore credidi, quàm pauciſſimis potui, perſcripſi. Cæterum deos immortales obteſtor, ut quocunque modo ages, ea res tibi, reiq; publicæ roſpere ueniat.

IN IJ. DE REP. ORDINANDA ORATIONEM,

Riuij Caſtigationes.

QVonam modo rem ſtabilias communiceſq;. } Venetum, communicaſq;. Mihi legendum uidetur, ſtabilias communiaſq;. nec aliter ſenſus poſtulat. quantumuis reclamãtibus exemplaribus, pro conſirmes. Sed plebs eo libere agitabat. } Legendum, plebes. quo & aliàs ſæpe utitur.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE IN SALLVSTII HISTORIIS OBSERVATIONE

digna viſa ſunt.

A

ABorigines 53.
Adherbalis et Iugurthæ comparatio. 53.
Adherbal uictus Romã contendit. 45.
Adherbal ubuis tutior quàm in ſuo regno 46.
Adherbal copias aduerſus Iugurtham parat. 80.
Adherbalis exercitus noctu funditur. 53.
Adherbal Cirtham profugit. 53.
Adherbalis deditio & interitus. 56.
Adrumetum oppidum Libyphœniciæ. 51.
Aemilij ſcauri mores. 49.
Aemilius Scaurus à largitione Iugurthæ ſe continet 57.
Aemilius Scaurus à Iugurthæ legatis corrumpitur. 57.
Aethiopes. 51.
Africæ deſcriptio. 50.
Africam qui primo incoluerint 51.
Africæ pars inferior à Numidis poſſeſſa. 51.
Allobroges à Lentulo ſolicitati. 20.
Allobroges in ponte Miluio capti 23.
Allobrogibus præmia decreta. 129.
Ambitio uirtuti quàm auaritia affinior. 6.
Amici fide parantur. 46.
Amicitia non idem quod factio. 60.
Amicitia firma idẽ uelle, & idẽ nolle. 12.
Animus, uitæ mortalium dux atque imperator. 35.
Animi bona æterna. ibidem.
Animi atque corporis dotes et munera. 1.
Antiochus x. millibus talentorum à Rom. ſpoliatus 142.
Antonius orator excellens. 137.
Antronius & Sylla ambitus cõdẽnati. 11.
Antonius Catilinam cum exercitu perſequitur. 19.
Ap. Claudius Interrex.
Aquila ſignum Catilinæ. 33. et 125.
Archelaus Mithridatis incepta impediuit. 142.
Ariſtonicus Antiochi filius triumpho ductus ibidem
Armeniorum origo. 51.
Aſia à Romanis obſeſſa. 142.
Aſpar Numida. 107.
Athenæ urbs doctiſsima. 139.
Athenæ ſuam celebritatem ſcriptoribus debent. 5.
Auaritia belua fera. 144.
Auaritia corpus & animũ effœminat, 6.
Auaritiam bonos Romanorum mores ſubuertiſſe. 6.
A. Albinus fratris Sp. Proprætor. 67.
A. Albini caſtra circũuẽta à Iugurtha. 67.
A. Fuluius filium in Aciem Catilinæ euntẽ necare iuſſit. 20.
A. Manlius Marij legatus. 96.
Aurelia Oreſtilla Catilinæ coniux 9.

B

Bellum pacis cauſa 143.
Belli dolus. 78.
Bellorum cauſa dominandi libido. 1.
Bellũ ex arbitrio ſumitur, at non ponitur, 1.
Belli ſæuitia, 26.
Belli Macedonici cauſa 142.
Belli punici cauſa. ibidem
Bellum punicum Romanos in officio retinuit. 69.
Bellum Mithridaticũ periculoſiſsimũ. 138.
Bellum ſeruile Capuæ & in Apulia. 14.
Bellum Gallicum, 109.
Bithynia direpta. 244.
Bocchus Maurorum Rex. 51.
Bocchum Iugurtha aduerſus Roma. incitauit. 90.
Bocchi cum Iugurtha neceſsitudo. 89.
Bocchus cum Iugurtha coniungit exercitum. 101.
Bocchus apud Numantiam Latinam linguam didicit 104.
Boccho amicitia à Romanis datur. 104.
Bocchi purgatio ad Roma. expoſtulationem, 105.
Bocchi Punica fides 107.
Bocchus cũ Sylla per interpretẽ agit 107.
Bomilcar Maſiniſſæ inſidiatur. 64.
Bomilcar reus ex æquo & bono. 65.
Bomilcar uadibus datis indictũ fugit. 80.
Bomilcarem reum Iugurtha in Numidiam mittit. 65.
Bomilcari Metellus perſuadet ut ſibi Iugurtham tradat. 80.

C

Cæſari Catulus, & Piſo infenſi. 23.
Cæſarem Cicero inter coniuratos nominare noluit. 23.
Cæſaris de coniuratis ſententia. 24.
Cæſaris & Catonis comparatio. 31.
Cæſaris ciuilis uictoria 143.
Cæſaris bellum aliorum pace melius. 142.
Cæſaris laus. ibidem.
C. Annius Leptitanorum Præfectus. 87.
C. Bebius à Iugurtha corrumpitur. 64.
C. Cornelius pollicetur ſe Ciceronem confodere 13.
C. Cottæ conſulatus. 141.
C. Cotta nouit ſe patrie, ibidem.
C. Glaucia à Mario interfectus. 131.
C. Gracchus agrarios concitare conatus. 134.
C. Gracchi cædes. 60.
C. Iulius in Apuliam mittitur. 14.
C. Marius Aquilam Cymbrico bello habuit. 31.
C. Marius à Sylla ex ciuitate eiectus. 132.
C. Memmius Trib. pleb. deſignatur. 57.
C. Memmij facundia. 59.
C. Murena in citeriori Gallia plures coniuratos in uincula coniecit. 21.
Callicratides claſſem amiſit. 138.
Capitolium quando incenſum. 130.
Capſa ab Hercule condita. 97.
Capſe & Thale oppidorum ſitus & collatio. ibidem.
Capſa oppidum à Mario expugnatũ atq; incenſum. 97.
Carcer uindex nefariorum. 128.
Carthago æmula Romæ. Imperij à ſtirpe interijt 6.
Carthaginis laus 51.
Caſsij adeps. 131.
Caſsij munus ut urbem inflammaret. 135.
Catabathmos. 50. 51.
Catilinæ mores & ingenium. 4. 123.
Catilinæ ſcelera. 138.
Catilinæ domus ſacrarium ſcelerum. 120.
Catilina filium ueneno ſuſtulit. 9.
Catilina facetus, 140.
Catilinæ tolerantia 131.
Catilinæ ambitio 139.
Catilinæ repulſa. 138.
Catilina lege Plancia interrogatus. 14.
Catilina repetundarum reus prohibitus petere Conſulatum. 21.
Catilina Reip. inſidiatur. 138.
Catilina Ciceroni inſidias machinatur. 14.
Catilina à Cepionis amicitia defenditur. 140.
Catilinarium ſeminarium. 127.
Catilina nocturnus Imperator. 138.
Catilina partes Italiæ diſtribuit. 118.
Catilinæ conſcientiam uultus arguit. 9.
Catilinæ reſponſio ad Ciceronis inuectiuam. 14.
Catilina urbe eiectus 123.
Catilina in Manliana caſtra noctu profectus. 15.

Catilina & Manlius hoſtes à Senatu iudicantur. 19.
Catilina quã initio exercitũ habuerit. 45.
Catilina ſeruitia repudiat. 32.
Catilina fugam in Galliam parat. ibidem.
Catilina duobus exercitibus clauditur. ibi.
Catilinæ interitus. 34.
Catonis ingenium. 144.
Catonis dicendi uoluptas. 137.
Cato Scipioni coætaneus. ibidem.
Catonis de coniuratis ſententia 29.
Catuli & Cæſaris inimicitiæ. 23.
Catulus Syllæ fautor 141.
Cethegi uita. 139.
Cethegi temeritas. 131.
Cethegi munus, Cicero. ianuã obſidere. 21.
Cethegi literæ ad Allobroges in ſenatu recitatæ 130.
Cethegus captus familiæ atque libertorũ implorat opem. 24.
Ciceroni parantur inſidiæ. 14.
Cicero & Antonius Coſſ. declarantur. 13.
Ciceronis conſulatus quantis ſtipatus periculis. 133.
Cicero cõiurationem ad ſenatũ refert. 24.
Cicero Cos. Senatum in ædem Iouis Statoris uocat. 125.
Cicero Cos. Senatum in ædem Concordiæ conuocat. 23.
Cicero Cos. urbi præſidio eſſe iuſſus. 19.
Cicero Allobroges inſtruit, ut iuſiurandũ obſignatũ ad ciues pferendũ, exigãt. 21.
Cicero Cos. de captis in ponte Miluio ciuibus. 13.
Ciceroni ſupplicatio decreta præter exemplum. 131.
Ciceronis uita taxatur à Salluſtio. 110.
Cicero domi ſuæ una cum Terentia legis Planciæ iudicia fecit. 111.
Ciceronis uxor ſacrilega. 111.
Ciceronis Conſulatum nihil diſtare à Sylla Dictatura. 111.
Cicero togatus dux. 129.
Cicero in conſilio Deorum, 111.
Cicero Romulus Arpinas 112.
Cicero nouus homo Arpinas. 111.
Cicero inquilinus ciuis urbis Romæ. 15.
Ciceronis immoderata eloquentia. 111.
Ciceronem Minerua artes edocuit. 112.
Ciceronis domus. 111.
Cicero Clodij furori ceſsit. 114.
Cyrenenſes quando maxime floruerint 81.
Cyrenenſium cum Pœnis de finibus conditiones initæ. 89.
Cirtham Iugurtha obſidet. 56.
Cinnæ in urbem reditu, omnes interiiſſe ordines. 141.
Ciuis nomen quis mereatur. 135. 138.
Ciuem Romanũ uerberibus cædi nefas. 26.
Comedere bis die uitio datur 143.
Concordia paruas res creſcere, diſcordia contra. 43.
Cõiuratio ex quibus cõflata. 9. 114. 138.
Coniuratorum catalogus. 11.
Coniuratorum munia. 11.
Coniurati coniiciuntur in carcerem. 13.
Conſcientiæ uis 130.
Conſilia in re militari 144.
Conſularis poteſtas. 14.
Coſſ. Romæ imperantibus, quàm Reſp. creuerit. 5.
Conſulis uox in ſenatu princeps. 137.
Conſulem gerere & fieri differunt 92.
Conſultantes de rebus dubijs odio & amicitia uacare decet. 25.
Corporis bona facile dilabuntur. 35.
Craſſus orator ſummus. 137.
Curæ magnæ magna merces 143.
Cyrenæ 51.

D

Dabar Maſſagradæ filius. 107.
Dabar interpres inter Bocchum & Syllam. 107.
Damaſippus Syllæ iuſſu iugulatus. 26.
Decẽuiri Athenas profecti legũ cauſa. 139.
D. Bruti domus cõiuratiõis haud iſcia. 20.
D. Syllani de coniuratis ſententia 16.
Deorũ auxilia quibus parentur rebus. 19.
Dies quibus conſeruamur, non minus iucundi, quã natales. 119.
Dignitati magis ꝙ famæ confidendũ. 25.
Diſſenſionum ciuilium catalogus. 132.
Diuitiæ iniuriarum ſuſpitioni obnoxiæ 42.
Dolorem cruciatu leniri. 135.
Domum paternam uendere antiquitus infame. 115.

E

Elephanti XL. à Romanis interfecti. 76.
Elogium cenſorium Ap. Claudij & Piſonis. 115.
Eloquentia incunabula uirtutum. 114.
Ep'la Adherbalis in Senatu recitatur. 54.
Epiſtola Catilinæ ad Catulum. 19.
Epiſtola Lentuli ad Catilinam. 18.
Epiſtola Scipionis ad Micipſam. 42.
Equitibus Romanis indignum regum peregrinorum ſatellites agere. 82.
Exempla mala ex bonis initijs orta. 16.
Exercitus Rom. quomõ mollis euaſerit. 6.

F

Factio quo nõie ab amicitia differat. 60.
Fama popularis pro oraculo 138.
Fauonius ciuitatis onus. 144.
Fœdus nullum populi Romani iniuſſu fieri poterat. 67.
Fœderatores paci publicæ officere. 142.
Fortuna humanorum pleraq; regit. 104.
Fortuna nihil uel eripere, uel largiri poteſt. 35.
Fortunæ quiſque faber: dictum Apij. 142.
Fuluia nobile Curij ſcortum coniurationẽ patefecit, 13. 14.

G

Gabinij munus, urbis incendium. 11.
Galli gloria belli præſtantes. 10.
Galli infeſtiſsimi Romano nomini, 29.
Gaudæ Maſiniſſæ nepoti regios honores Metellus negat. 82.
Getulorum ſitus. 51.
Getuli initio habitabant Africam, 51.
Getulorum mores. 51.
Getulos armis aſſuefacit Iugurtha. ibidem.
Getuli & Mauri à Mario fuſi. fugatique 102.
Gloria maiorum poſteris lumen. 91.
Gloriæ itinera duo, pacis. ſ. ac belli 1.
Gloria induſtria alitur. 144.
Gn. Octauius collegam ex urbe armis expulit. 132.
Gn. Piſo factioſus. 11.
Gn. Piſo cuſtos publicarum ceremoniarum. 139.
Gn. piſo in citeriorem Hiſpaniã miſſus. 21.
Gracchi oratores ſummi. 137.
Gracchorum cædes 69. 112. & 138.
Græci facundia Rom. priores non item uirtute. 30. & 144.

H

Hala Seruilius Sp. Melium nouarum rerũ ſtudioſum occidit 117.
Hanno morti damnatus. 139.
Hercules in Hiſpania interijt 56.
Herẽnius cũ exercitu a Põpeio deletus 142.
Hetruria infamis latronibus. 14.
Hetruria propter Syllæ dominationem egeſtate laborat ibidem.
Hetruſcorum de prodigijs reſpõſum. 131.
Hiempſalis grauius dictũ Iugurtham exaſperat. 45.
Hiẽpſalis caput ad Iugurthã refertur. 45.
Hippo urbs Libyphœnicia. 51.
Hiſtorias ſcribere magno uſui eſſe. 35.
Hiſtorias ſcribere cur arduum. 1.
Hiſtoriam ſcribenti mentiri turpe 114.
Hoĩs ptes duæ, atq; utriuſq; munera. 153.

I

Ignauia nemo immortalis factus. 92.
Imagines maiorum ad uirtutes quoſdã accendiſſe. 35.
Imperia crudelia, acerba magis quàm diuturna. 143.
Imperium optimum quale. 92.
Imperio maximo maxima ineſt cura. 141.
Imperium quibus artibus retineatur. 1.
Imperandum quàm optimis 142.
Indici cõiuratiõis i mia cõſtituta. 14. et 134
Ingenium ſocordia torpeſcere. 35.

Inimicitiæ priuatæ Reip. aliq̃n pſunt. 113.
Iniuriæ cuiq; ſuæ graues. 26.
Inuidia uirtute parta gloria eſt 115.
Inuidia ex opulentia oritur. 5.
Ira atque cupido conſultores peſſimi 82.
Iracũdia apud alios, in impio ſupbia ẽ 16.
Iudicis officium 81.
Iudicijs acerbis ciuitas magis uaſtatur, q̃ corrigitur 143.
Iugurtha Romanis charus 42.
Iugurtha auxiliari exercitui præfectus 41.
Iugurthæ genus, mores, ſtudia & ingenium 39.
Iugurtha quare à Micipſa adoptatus. 53.
Iugurtha Micipſæ decreta reſcindi oportere contendit. 44.
Iugurthæ in Adherbalis amicos ac ppinquos crudelitas. 46.
Iugurthæ & Adherbalis comparatio. 53.
Iugurtha quibus coniecturis regnum ſibi pollicetur. 49.
Iugurtha Numidia potitur 44.
Iugurtha Romanos largiẽdo fatigat. 45.
Iugurtha Cirtham obſedit 56.
Iugurthæ cruẽta de Adherbale uictoria 52.
Iugurtha quàm potens gratia & largitione. ibidem
Iugurtha cum Caſſio Romam uenit. 62.
Iugurtha Italia decedere iuſſus. 65.
Iugurthæ uades quinquaginta ibidem
Iugurthæ exercitus funditur. 75.
Iugurtha pabulum & aquã corrũpit. 78.
Iugurtha Bomilcaris perfida perſuaſione deditionem facit. 80.
Iugurtha à Mario armis exutus. 96.
Iugurtha occiſis equitibus uix erupit. 104.
Iugurtha conditiones quidem accipit, Mario tamen diffidit 109.
Iugurtha uinctus traditur Syllæ. 109.
Iupiter Stator unde dictus. 115.
Iupiter Stator urbis cuſtos. 118

L

Largitiones, Reipublicæ officere 143.
Laris oppidum. 92.
Leccæ in domo coniuratio concoquebatur 118. 125. 138. & 140.
Legati Romanorum Adherbalem & Iugurtham arma deponere iubent. 54.
Legati Rom. Iugurthæ pacem imperantes fruſtra diſcedunt. 56.
Legati C. Manlij ad Q. Martium 15.
Legati Marij Bocchum à bello deſiſtere hortantur 90.
Legati Adherbalis ad Iugurtham de iniurijs querentes. 53.
Legati Iugur. Adherbalem Romæ falſo deferunt 49.
Legati Iugurthæ S.P.Q.R. pecunia corrumpunt. 49.
Legati à Iugurtha ad Metellum ſupplicatum miſsi 71.
Legati Bocchi à Iugurtha corrumpuntur. 105.
Legati alij Bocchi à Getulis ſpoliati, ad Syllam profugiunt. 105.
Lentulus dicendo multum ualuit 130.
Lẽtulus et Cethegus portẽta ciuitatis. 139.
Lentulus & Cethegus coniurationis capita. 159.
Lentulus ex libris Sibyllinis, ſibi regnum Rom. pollicetur. 25. 150. & 159.
Lentuli ſomnus. 152.
Lentuli ignauiam Catilina increpat. 33.
Lentulus Romæ nouarum rerum ſtudioſos ſolicitat. 20.
Lentulus ſolicitauerat Allobroges, 119.
Lentulus cum exercitu in agrum Feſulanũ ire parat. 13.
Lentulum, quia Prætor, Conſul manu in Senatum ducit. 25.
Lentuli literæ ſignumq; 130.
Lentulus abdicato magiſtratu in cuſtodiã traditur. ibidem
Lentulum opifices & ſeruitia eripere ſolicitant. 245.
Lentulo frangitur gula laqueo 31.
Lepidus Latro Proconſul 142.
Lepidus exercitũ ad urbem ducit. 142.
Leptis ſitus 51.
Leptim Sidonij condiderunt 82.
Leptitanorum lingua, leges, & mores. ibi.
Leptitani Romanis ſemper fideles. ibidem.
Leptitani ad Beſtiam, amicitiam rogatum miſerunt. ibidem.
Lex XII. Tabularum ne quis cœtus nocturnos in urbe agitaret. 132.
Lex Gabinia contra clandeſtinas conciones. ibidem.
Lex C. Gracchi de uocandis ex quinq; claſſibus, centurijs. 144.
Lex porcia 26. Lex Satyra, 58.
Lex Sempronia. 135.
Lex coniuratorum maxime impia 132.
Legum æra Romæ qñ liquefacta. 152.
Libertas maxime omnium tueatur 140.
Libertas omnibus ex æquo optabilis. 144.
Libri Punici, Hiempſalis 50.
Libyes Africam primo inhabitarunt. 51.
Libyes quàm Getuli minus bellicoſi 51.
Liguris cuiuſdam gregarij Mulucha per inſidias capitur. 99.
Linguæ pcacitate ſordes non eluuntur. 113.
Liuius Druſus patronus nobilitatis 143.
Locus medius apud Numidas honorificentior. 44.
L. Bellienus Prætor. 105.
L. Beſtiæ Calphurnio Cos. Numidia prouincia obuenit. 58.
L. Beſtia exercitum in Africam parat. 57.
L. Beſtiæ Cos. de deditione conſilium cum Iugurtha. 58.
L. Beſtia Cos. auaritia corrumpitur 57.
L. Cæſar ſororis uirum uita priuandum pronunciauit 155.
L. Caſsius Iugurthæ deditionem perſuadet. 64.
L. Caſsij munus ut urbem incenderet. 130.
L. Cincius de Tribunitia poteſtate loqui auſus. 142.
L. Cornelius cuſtos publicarum ceremoniarum 139.
L. Domitij uitia, 144.
L. Glabrionis ſica deprehenſa 152.
L. Hortenſij de Catilina ſententia. 140.
L. Manlius Trib. Pleb. de imperatore contra Iugurtham ad populum refert. 86.
L. Opimius C. Graccho et M. Fuluio Flacco interfectis, Cos. 49.
L. Opimius à Iugurtha corrumpitur. ibidẽ.
L. Poſthumius ciuitatis onus 144.
L. Saturnus C. Memmium occidit. 154.
L. Seruius in Senatu recitat literas, in quibus Manliũ arma cepiſſe ſcriptũ erat. 14.
L. Sidicinus rerum nouarum ſtudioſus. 139.
L. Sulpitius è ſenatu motus 139.
L. Tarquinij iudicio non habetur fides. 23.
L. Torquato & L. Cottæ Coſſ. Catilina et Antronius cædem parant 11.
L. Valerius Flaccus & C. Prõptinius Prætores ad Allobroges intercipiundos miſſi. 23.
L. Vargunteius in Ciceronis mortem iurat. 16.
L. Annius Trib. Pleb. magiſtratum continuare nititur. 66.

M

Magiſtratuum creandorum ratio, 144.
Magiſtratuum conditio miſera. 125.
Maleficiorum publicorum ac priuatorum diuerſa ratio. 18.
Malitiæ præmia 119.
Mammili Trib. Pleb. quæſtio in eos qui à Iugurtha corrupti, uel pactiones feciſſent. 87.
Manlius princeps belli Catilinarij. 13.
Manlij in Feſulis arma. 14.
Manlius in Hetruria 14.
Mãlius Capitolinus morte mulctatus. 138.
Manlij Torquati in filium ſeueritas. 139.
Mapalia Numidarum ædificia. 51.
M. Aemilius omnium flagitioſorum poſtremus. 141.
M. Bibulus quibus rebus in Conſulatum erupit. 144.
M. Ceparius paſtores in Apulia ſolicitat. 130.
M. Cotta à Mithridate fuſus. 142.

M. Craſſus nominatus inter coniuratos. 11. & 23.
M. Fuluij cædes. 60.
M. Marcellus uir fortiſſimus 120.
M Papyrium Glabrio extinguere conatus. 137.
M. Petreius exercitus aduerſus Catilinam committitur. 33.
M. Scaurum legatum Iugurtha timet. 56.
M. Syllanus Metelli in conſulatu collega. 71.
Marij imagines & nobilitas 81. & 91.
Marius Græcas literas noluit addiſcere. 92.
Mario Aruſpex felicia omnia portendit. 81.
Marius petendi gratia miſſionem à Metello rogat. 82.
Marius à Metello dimittitur. 86.
Mario Senatus licet aduerſus nihil abnuere audet. 91.
Marius nouus homo creatur Cos. 91.
Mario Cos. Numidia prouincia decernitur. 90.
Marij in Africam expeditio. 96.
Marius Gaudam aduerſus Metellum incendit. 82.
Marius quare ſordidus fuerit habitus. 93.
Marius caſtella Iugurthæ ui, præmijsq; tentat. 96.
Marij pugna cum Mauris & Getulis latrocinio ſimilima 101.
Marium Numidæ magis quàm ullum mortalem timent. 98.
Marius Cos. triumphat 109.
Marius uictoria nõ inſolentior factus. 102.
Marius Italiam bis obſidione liberauit. 137.
Maſiniſſa & Micipſa una cum Romanis Syphacem regno expulerunt 46.
Maſiniſſa proli Romani nominis ſtudium comendat. 46.
Maſiniſſa quando in Romanorum amicitiã uenerit. 39.
Maſsiua Iugurthæ regnum affectat. 64.
Maſsiua obtruncatur 65.
Mauri ac Getuli à Mario fuſi, fugatiq́. 101.
Mauri pro opibus uxores denas ducunt, aut amplius. 89.
Mauri pro Medis 51.
Medorum origo ibidem.
Metellus fortiter rem geſturus: omnia adiumenta ignauiæ ſuſtulit 71.
Metello Cos. Numidia prouincia obuenit. 71.
Metelli expeditio in Numidiam 72.
Metellus Iugurthæ legatos corrumpit. ibidem.
Metelli cum Iugurtha pugna. 74 & 75.
Metellus Numidiæ oppida capit, uaſtatq; agros 77.
Metellus Iugurtham inſidijs adgreditur. 80.
Metellus uictor milites pro meritis donat. 77.
Metello ſupplicationes decretæ 78.
Metelli ſuperbia 81.
Metellus Romæ excipitur. 96.
Metelli ſtratagema 84.
Metellus conſpectum Marij fugit. 96.
Micipſæ regis Numidiæ Genealogia. 39.
Micipſa Iugurtham, ut bello caderet, auxiliari exercitui præficit. 41.
Micipſa in Iugurtham beneficia 46.
Micipſa Iugurtham filijs commendat. 43.
Micipſa moritur. 44.
Militia ad pacem pertinet 143.
Militaris diſciplina non tam ex libris, quã in acie diſcitur 92.
Militaris diſciplina magis'ne ex animo, an corpore pendeat 1.
Minacius obæratus. 123.
Miſeris parum fidei 55.
Mithridates Nicomedem Bithynia expulit. 141.
Mithridates Aſiam ſpolium Antiochi recipit ibidem.
Mithridates in latere uectigalium Romæ. 141.
Mithridates Cottam fudit. 142.
Mithridatis apud Heracleam milites optimos amiſit. ibidem.
Mithridatis cum Lucullo prælia. ibidem.
Mithridates Græciæ graue ſeruitium dempſit. ibidem.
Mors ærumnarum requies 10. & 26.
Mori turpis uiro forti non poteſt accidere. 133.
Mulieres in comitatu Catilinæ. 13. & 138.
Mulucha flumen Mauros à Numidis diuidit. 51. 98.
Mulucha urbs (ita Florus caſtellum ab amne fortasſis appellat) à Mario capitur. 99.
Muthul flumen Numidiæ. 73.

N

Nabdalſa Bomilcaris in prodendo Iugurtha ſocius 85.
Nabdalſa apud Iugurtham proditionis ſuſpitionem deprecatur 85.
Naturæ iniquitas falſo ab hominibus incuſatur. 35.
Neceſsitas extrema non eſt expectanda. 140.
Neceſsitatis morſus grauisſimi 138.
Nigidianum ſacrilegum. 115.
Nobilibus in bello delirmentibus fortuna bona patrocinantur 92.
Nobilitas ignaua à Mario reprehenditur ibidem.
Numidiæ origo ac ſitus. 51.
Numidæ quare uocati. ibidem.
Numidiæ incrementum. ibidem.
Numidarum ingenia. 71.
Numidarum cibus & abſtinentia. 97.
Numidæ pecoris magis quàm armorum ſtudioſi. 77.
Numidarum ſtudia iuuenilia. 41.
Numidæ mobiles. 79. & 83.
Numidæ pro opibus denas aut amplius uxores ducunt. 89.
Numidarum ſpes in pedibus 77. 86.
Numidiæ reges Rom. nominis maxime ſtudioſi 46.
Numidarum ſalutem ex Romanis pendere 47.
Numidiæ regnum Micipſæ hæredes diuidunt. 44. 49.
Numidæ fuſi, fugatiq́. 86.
Nuſa Nicomedis filius regno fruſtratur. 141.

O

Obſcuriorum facta paucis nota. 26.
Obſcuri uitam uirtute & innocentiã tuentur. 91.
Opificum quæſtus ſuſtinetur frequentia, alitur otio. 136.
Oratio Adherbalis coram Senatu. 45.
Oratio Bocchi per interpretem ad Syllam 108.
Oratio Cæſaris. 31.
Oratio C. Memmij 59.
Oratio Catilinæ qua coniuratos hortatur. 12.
Oratio Catilinæ qua hortatur exercitum. 32.
Oratio Catonis aduerſus Cæſaris ſententiam. 25.
Oratio Marij popularis admodum. 91.
Oratio Micipſæ ad Iugurtham. 43.
Oratio Syllæ ad Bocchum 104.
Oratio moribus conſonet. 113.
Orbis diuiſio generalis. 50.

P

Patres Reip. præſides Romæ appellati 5.
Patria iucunda. 136.
Patria communis omnium parens. 119.
Parta amittere maius dedecus quàm nihil parauiſſe. 60.
Pax foris Romanos in laſciuiam coniecit. 69.
Pax diuerſis in mentibus eſſe nõ põt. 60.
Pacis fundamenta. 118.
Pecuniæ ſtudium paci communi officit. 143. & 144

Pecunia

Pecunia pernicies hominum. 143.
Perſarum origo atque ſitus. 51.
Perſæ ſe per connubia Getulis miſcuere. 51.
Perſarum tecta inuerſi nauium alueι. 51.
Phileni fratres propter fines patriæ uiui terra obruti 89.
Philenon aræ ibidem.
Piſonem ſeditiones cogitantem Catilina confirmant 159.
Piſonis & Cæſaris inimicitiæ. 23.
Plebs Catilinæ cœpta probat: 44.
Plebs antea nouarum rerum ſtudioſa Catilinæ conſilia execratur. 23.
Pœnitentiæ ſeræ locus atq; exempla. 138.
Pompeius Craſſo inuiſus. 11:
Pompeius tanquam finem debitorum. 143.
Pompeij remotior ab urbe exercitus Catilinæ ſpem perficiendi cœpti auxit. 11.
Pompeius de commeatu & ſumptibus queritur 142.
Pompeius ſua Martia facta enumerat. ibidem.
Pompeius hoſtes per Alpes in Hiſpaniam ſummouit. ibidem
Pompeii gloriæ & Solis curſus terminus idem. 137.
Pōpeius maiori fortuna ꝗ̃ ſapientia. 142.
Pompeium nihil aliud quam Cæſari obeſſe uoluiſſe 143.
Populus Rom quibus modis libertate exciderit. 145.
Porcinæ dicendi præſtantia. 131.
Porcius Latro Catilinæ familiaris. 140.
Præneſte Colonia Ciceronis iuſſu præſidijs munita. 118
Probitas parum per ſe tuta 46.
Prodigia. 132.
Proſopopœia patriæ. 140.
Ptolemeus pretio dié belli prolatatur. 42:
Publica à paucis emere periculoſum. 42:
Publicius obæratus. 123.
P.Cœpionis et Catilinæ amicitia. 140.
P.Lucullus Trib.Pl. Magiſtratum cōtinuare nititur. 66:
P.Rutilius Metelli legatus Mario exercitum tradit. 96.
P. Scipioni Naſicæ Cos. Italia prouincia obuenit. 51.
P.Scipio Gracchum interfecit. 116:
P.Sextus adoleſcens optimus. 120:
P.Sulpitius à Sylla oppreſſus. 132.
P.Sittius cum exercitu in Mauritania 13.

Q

Q.Catulus Proconſul. 141.
Q.Cæpio & M.Manlius male cum Gallis pugnauerunt. 109.
Q. Curius coniurationem patefecit. 13. & 14.
Q.Fabij Sangæ patrocinio ciuitas plurimum uſa. 20:
Q. Manlius Chilo Furij in Allobrogum ſolicitatione collega. 131.
Q.Martius Rex Sē.decreto Fæſulas mittitur. 14.
Q.Martij reſponſum ad legatorum poſtulata. 19.
Qu.Maximus maiorum imaginibus ad uirtutem accenſus. 35.
Qu.Metellus Celer ī agrum Picenum miſſus. 14.
Qu. Metellus plures coniuratos in uincula coniecit. 21.
Qu.Metellus Creticus in Apuliam mittitur. 14.
Qu.Metellus in agrum Gallicanum profectus. 128
Qu. Minutio cos. Macedonia prouincia obuenit. 64.
Qu.Pompeius Rufus Capuam Senatus decreto mittitur. 14.

R

Regere ui patriam, importunum. 55.
Regum antiquius ſtudia. 1.
Regi conſilium dare arduum. 118:
Regis nomen imperandi primum fuit 1.
Regibus Rom.imperantibus boni, quā mali ſuſpectiores. 5.
Res humanas ſemper ad deterius prolabi. 1.
Rempub.priuatis creſcere inimicitijs. 113.
Remp.quibus rebus Romani auxerint. 29.
Reip.prætextu pro ſua quiſq; potentia certat. 20.
Reſp.ex faucibus Catilinæ erepta. 119.
Res ſecundæ inſolentiam pariunt. 69.
Rhodiorum iudicia. 144.
Rhodij Bello Macedonico capti quare impuniti à Romanis ſint dimiſſi. 25.
Romæ urbis origo. 5.
Romanorum antiquorum mores & inſtituta. ibidem.
Roma in patres & plebem diuiſa. 145.
Roma lux orbis terrarum & arx gentium. 135.
Roma domicilium imperij. 129.
Romæ floreſcenti a finitimis inuidebatur. 5.
Romanis omnia regna aduerſa. 90.
Romani in pace ſeditioſi, in tumultu pacis ſtudioſi, ibidem
Romanos ſæpe parua manu fortiſſimos fudiſſe exercitus. 30:
Romāi præclara agere quàm ſcribere malebant. 5.
Romanorum beneficentia 5. & 104:
Romanis principio uiſum eſt melius amicos quàm ſeruos quærere. 104.
Romanorum antiquitus de honoribus certamen 5.
Romanorum poteſtas in curandis ſociorum iniurijs. 46:
Romanorum erga Pœnos fœdifragos fides. 25.
Romani imperij finis. 143.
Romani quàm à maiorum uirtutibus deſciuerint. 59.
Romani arma à Samnitibus, inſignia magiſtratuum à Thuſcis ſumpſerunt. 26:
Romanorum in ædificando luxuries. 9.12:
Roma ſicuti ſentina. 20.
Roma uenalis, ſi modo inuenerit emptores. 65.
Rome oīa uenalia 42. 55. 58. & 110:
Romani à Iugurtha ſub iugum miſſi 68.
Romulus parens urbis. 159.
Romulus in Deos relatus: 150.
Romulus inauratus in Capitolio de cœlo tactus. 132.
Rumoris publici authoritas inſtar oraculi. 138.

S

Salluſtij educatio, uita, atq; uitia 114. & ſequentibus:
Salluſtius Prætor Africam obtinuit. 115:
Salluſtij adulterium. 114.
Salluſtius à Repub. ad ſcribendas hyſtorias ſe transfert. 2. & 35:
Saturninus morte mulctatus. 117. & 135:
Saturnaliorum dies terminus coniurationis. 138: & 139.
Scipio ſummus orator. 131.
Scipio Annibalis nomine clarus. 137.
Scipio Africanus Numantiæ & Carthagini ſuum nomen debet. ibidem.
Scipio Iugurthæ populi Rom. ſtudium commendat. 42.
Scipio maiorum imaginibus ad uirtutem accenſus. 35.
Secundæ res, animos ſapientum fatigant. 6:
Seditiones Tribunitiæ Remp. agitant 66:
Sempronia in numero coniuratorum. 13.
Senatores quadraginta in uictoria ciuili interierunt. 143.
Senatus animus, Plebs corpus. 144.
S. C. de ſubueniendo Adherbali impeditur. 56.
S. C. de prohibendis à mœnibus Iugurthæ legatis. 58.
S.C.ut C.Marius & L.Valerius coss.uiderēt ne quid Reſp. detrimenti caperet. 117.
S.C.in coniuratos 14. 30: & 130:
S.C.ut L.Opimius cos. uideret ne qd Reſp.

detrimenti caperet. 117.
Seleucia. 141.
Senectus ipſa, morbus. 141.
Sententias per tabellas ferri ſolitas. 144.
Septimus Camers in agrum Picenum à Catilina mittitur. 14.
Serpentes accenduntur ſiti. 97.
Sertorius Hiſpaniam citeriorem uaſtauit. 142.
Sibylla. 139.
Sicca oppidum primum à Iugurtha defecit. 78.
Signa ſcelerum certisſima. 130.
Societatem belli inituri, quæ conſiderare debeant. 142.
Socordia humanæ imbecillitatis cauſa. 35.
Spes ſola hominem in miſerijs conſolatur. 134.
Sp. Albino Cos. Numidia prouincia obuenit. 64.
Sp. Albinus à Iugurtha ludificatus. 66.
Sp. Albinus Metello exercitum ignauũ tradit. 71.
Sp. Albinus Masſinæ ſuadet ut regnum à Senatu petat. 64.
Sp. Melius mulctatus. 117. 138.
Statilio & Gabinio negotium datur, uti urbem incenderent. 21.
Stipendia militum inæqualia. 143.
Sumptuum ratio ad pacem pertinet. 143.
Superbia commune nobilitatis malum 81.
Supplicijs inferorum remotis, mors nõ amplius pertimeſcenda. 134.
Suthul oppidum Numidiæ 67.
Sydonij Leptim condiderunt 87.
Sydonij quomodo in Numidiam peruenerint. ibidem.
Sylla eloquens. 104.
Sylla quo pacto ſibi exercitum fidum fecerit. 6.
Syllæ inconſternatus animus. 106.
Syllæ crudelitas. 6. & 139.
Syllæ omnia lege belli licuerunt 143.
Sylla C. Marium ex ciuitate eiecit. 132.
Sylla Damaſippum & alios iugulare iuſſit. 16.
Sylla P. Sulpitium oppresſit. 132.
Syllani milites rapinis aſſueti Catilinæ occaſionem augent. 11.
Syllani milites gregarij Senatores facti. 10
Syllæ Quæſtoris mores & natura. 101.
Sylla pollicetur pacem Boccho. 105.
Sylla à Mario ad Bocchum de communibus rebus agundis mittitur. 104.
Sylla una cum Voluce per hoſtium caſtra proficiſcitur. 106.
Syphacis agros urbeſq; Romani Masſinisſæ dono dant. 39.
Syrtes unde dictæ. 87.
Syrtes duæ. 51.

T

Tana flumen Africæ. 97.
Terentius Varro ad Cannas legiones perdidit. 138.
Thalæ oppidi ſitus. 86. 97.
Thala oppidum Numidiæ, ubi theſaurus. 86.
Thala capitur. 87.
Thereon. 51.
Thirmida à Iugurtha capitur. 44.
Tib. Gracchus iterum petit Tribunatum. 134.
Tib. Neronis ſententia de coniuratis. 24.
T. Turpilius Syllanus Vacenſium Præfectus unus ex omnibus Italicis euaſit. 84.
T. Turpilius ſupplicio afficitur. 85.
Tongilius à calumnia amatus. 123.
Tribunitia poteſtas materia diſcordiarum. 141.
Tribunitia poteſtas Pompeio & Craſſo Cos. reſtituta. 20.
Tribunitia poteſtas telum libertatis. 142.
Triginta Athenienſium Tyranni. 26.
Tullia Ciceronis, matris ſuæ pellex. 121.
Tullianum carceris locus. 31.
Tyrannidem affectantium catalogus. 117.

V

Vacca oppidum, forum totius Numidiæ. 73.
Vaccenſes Romanorum præſidia interficiunt. 83.
Vaccerſes perfidiæ pœnas luunt. 85.
Valentia à Pompeio deleta 142.
Victoris in manu eſt bellum mutare. 33.
Victoriæ externæ & inteſtinæ collatio. 137.
Victis quanta accidant incommoda. 26.
Viris labor, mulieribus munditiæ conueniunt. 93.
Virtutis iter arduum. 144.
Virtus poſt uitam magis ſe attollit. 144.
Virtus non eget compoſita oratione. 92.
Vitia uirtutum nomina ſortita. 28.
Vita ſilentio non tranſeunda. 1.
Viuere qui dicantur. 1.
Vmbrenus Allobroges ſolicitat. 20. 131.
Voluptas pugnat cum præmijs uirtutis. 93.
Volux filius Bocchi 103.
Volux à patre Syllæ obuiam miſſus. 106.
Volux dubiæ fidei apud Syllam. 106.
Vticæ magna negotiatorũ multitudo 81.
Vulgus ſeditioſum. 83.
Vulturtius cum Allobrogibus ad Catilinã proficiſcitur. 23.
Vulturtius in Ponte Miluio capitur. 25.
Vulturtius de itinere & literis interrogatur. ibidem.

Z

Zamæ ſitus 72.
Zama arx Numidiæ à Metello obſidetur. ibidem.

FINIS.

INDEX ALTER EORVM QVAE ABINTERPRETIBVS ANNOTATA SVNT. QVO VT

commodius vti poſſis, animum aduertas, vbi punctum vnicum inueneris, à fronte, vbi bina puncta, à tergo; quod quæris, legere poteris.

A

Abdicare. 33:
Abiurare 15.
Aborigenes. 5.
Abſurdum. 2:
Acceſo. 81.
Acer ingenio, Acris ingenij, & acri ingenio. 42.
Acierum ordo. 74.
Actio quid. 66.
Actus 72. Addicere. 14.
Addicti. 14.
Adoptatio. 43.
Adrumetum 52.
Ad populum ferre. 63.
Aemylius ſcaurus 48:
Aerarium. 62. 63.
Aerumnæ. 47.
Aethiopes 52:
Afficio. 83:
Agere. 78. 102:
Agere cum aliquo. 58.
Agere cum populo 27:
Ager Picenus. 25: 21.
Ager Piſtorienſis 32.
Agger. 87:
Agmen. 72. 74: Alla. 74.
Albinus contra Iugurtham. 39:
Algor. 4.
Alius de duobus. 31.
Allobroges 21.
Ambire 2: 22. 37.
Ambitio 2: 72. 81:
Ambitioſa uerba. 82:
Amicitia. 42: 62:
Amilcar. 87:
Anceps. 15:
Annales. 37.
Annibal. 40.
Aquila. 32: Arbitri. 11:
Arceſſo. 81.
Argumentis conuicti. 29:
Aries. 87.
Arpinas Cicero 25:
Arrogatio. 43.
Artes. 2. 36. Aruſpex. 81:
Aſpar. 107. Aſtutiæ. 51.
Aſciſcere. 15.
Auaritia. 4:
Auarus unde. 17.
Auxilia. 42: 68.
Auxiliarij equites. 73.

B

Baliſtæ. 79.
Bellorum punicorum deſcriptio. 40.
Bellum ciuile. 4. 65.
Bocchi ad Syllam Oratio. 208.
Bocchus Iugurthæ iungitur. 82:
Bocchus rex. 52: 86:
Bocchus Syllæ reſpondet. 204.
Bombardæ. 79.
Bomilcar. 65:
Bomilcar & Nabdaſa Iugurthæ inſidias tendunt. 85.
Bona animi, corporis, & fortunæ. 36.
Byrſa 52.

C

Calphurnius Beſtia contra Iugurthã. 39:
Camera. 31: Capite cenſi. 96.
Capitolij conflagratio. 23.
Capſa urbs ab Hercule condita 97.
Carptim. 2:
Carthaginienſium & Cyrenenſium de imperij finibus diſceptatio. 88:
Carthago. 52.
Caſtra. 76. 102:
Catabathmos. 50:
Catilinæ Oratio ad milites. 32.
Catonis & Cæſaris comparatio. 30.
Cato Stoicus. 28.
C. Bebius. 64:
C. Cæſaris oratio. 25.
C. Panus. 49.
C. Gracchi mors. 50.
C. Licinius, & L. Albinius, primi Trib. plebis. 60:
C. Memius. 57.
Cedere. 75:
Cenſum quis primum inſtituit. 96.
Centurio, & Centuria. 62: 72: 98.
Certus. 82:
Cethegi mores: 31:
Cicero Arpinas. 15.
Ciuem Ro. uirgis cædi, & capite plecti, lege cautum eſt. 26.
Clades. 61:
Cliens. 85. 92:
Clientela. 92: Coaleſcere. 5.
Cohors. 32. 67: 72:
Cohortes auxiliaria. 98:
Cohortes expeditæ. 72: 97:
Colonia. 21. 15: 70:
Comitium. 25. 59. 66:
Commeatus. 57: 66:
Commonefacio te huius rei. 74:
Commoratio 47:
Componere. 73:
Concio. 42: 59.
Condonare ſcelus. 57.
Conduplicatio. 47:
Confirmatio. 46: 148
Confutatio. 47:
Conſilium deſiderat factum, & e contra. 2.
Conſul. 12. faſces habebat. 67.
Conſules & proconſules. 71:
Conſulto. 1:
Contubernium. 82:
Conturbare rem. 89.
Conuenire. 91.
Cornicines. 100.
Credere 106.
Crimen leſæ maieſtatis: 63.
Cupiditas. 70:
Cuſtodiæ. 23:
Cyrenæ. 52:

D

Dabar. 107.
Damaſippus. 27.
Dare fidem. 80:
Debita & gratuita beneficia. 46:
Decernere 91.
Decius Brutus. 21.
Decurio. 74.
Dedere. 57: 62:
Democratia. 5.
Demonſtratiuum genus. 91:
Demum. 2.
Deſes. 30.
Deſidia. 2:
Dies. 26:
Dignitas 41: Diſcordia. 4.
Diſſimulator. 4.
Diſcordia oritur ex auaritia. 6:
Dolus. 15: 54: Domus. 9.
Dupondius. 16.

E

Effœta. 30.
Egeo conſilij. 27.
Elephanti. 74.
Elixum. 72.
Emeriti. 91:
Enixus. 56.
Euadere. 75:
Euocati milites. 33.
Exclamatio.
Excubiæ.

Exigere pœnas. 84.
Ex inopia conſilium capere. 72:
Expediti manipuli. 101:
Expers cum ablatiuo. 18
Ex rerum copia conſilium capere. 77:
Exta. 87:

F

Facetiæ. 15
Facies. 10: 40:
Factio. 3. 42: 61:
Factioſus. 11: 57:
Faſces. 19:
Ferentarij. 33: 73
Ferox. 77:
Feſulæ oppidum. 15. 15:
Fides. 63. 86.
Fides punica. 107. Firmus 81:
Flagitium. 9: 14: 59.
Florentia. 15:
Formidoloſus. 19.
Fornix. 32:
Fortitudo. 42: 93:
Forum rerum uenalium. 73
Frui. 2: Fretum. 50:
Fulda. 17:
Fuluij flacci mors. 50
Funda. 72:
Funditores. 72:

G

Gabinius. 21.
Gallorum laus 109:
Ganeæ. 94 Ganeum. 9:
Gaudia. 83.
Getuli. 58:
Glandes plumbeæ. 72:
Gloria. 42:
Gracchanicæ leges. 49:
Græci eloquentes. 30.
Graſſari. 36. 82:
Gratiam facere. 28.
Gregarij milites. 10. 35. 67:

H

Habere. 36:
Hecatombe. 6:
Hercules in Hiſpania mortuus. 51.
Hercules plures. 97.
Hippon. 51.
Hiſtoriæ. 37.
Hiſtoriæ diffinitio. 37:
Hiſtriones. 94:
Hominem ex corpore & animo conſtare. 36:
Honeſtum 45:
Hoſtiarum genera quæ ſint animales. 81:
Hoſtiæ. 82: Hyberna 81.

I

Id locorum. 81:
12: 72. 94.
62

Illecebræ. 10.
Imperium. 37.
Impius. 86.
Importunus. 37.
Improbus. 84.
Incolumis. 47:
Indemnatus. 26:
Index 85.
Inductæ. 89.
Induſtria. 42. 87:
Inedia. 4.
Inertia 36.
Inferre ſigna 78:
Ingenuus. 33:
Iniuriæ locum dare. 48.
Innoxius. 20:
Inquilinus 16.
In rem eſſe. 18:
Inſolens. 2:
Inſolentia. 14:
Inſoleſcere. 5
Inſomnia. 15:
Intempeſta nox. 16: 76:
Inſtrumenta luxuriæ 25
Intentum. 96:
Integrum. 107:
Interpellare. 57
Inteſtabilis 84
Inteſtatus. ibidem:
Iocundus. 7
Ioca 101.
Ire in ſententiam pedibus. 24
Iubere 97
Iudicare hoſtem. 19.
Iugurtha capitur. 109:
Iugurthæ dolus. 44.
Iumentum. 72.
Iurgia. 6:
Ius & fas 10.
Ius gentium 54. 63:
Iuſta in plurali tantum. 44.
Iuſtitia. 42:

L

Languidum 74.
Lar. 13
Latrones. 15:
L.Belliger. 105
Legatus 67:
Legio. 16: 67: 72:
Legio quot milites contineret. 40.
Lentuli ad Catilinam literæ. 22.
Lepos. 15
Leptis. 52. 88
Leptitani 87:
Lex ambitus. 11:
Lex Plautia. 16.
Lex Porcia. 86. 84
Lex quid. 54
Lex Satyra. 52. 109.
Lex Sempronia. 57
Liberos in numero plurali pro unico filio. 45:
Libido. 87. 70:
Licentia in bonam partem. 105.
Lictores. 44:
Lixa. 72.
Lixæ. 72.
Loci ſyllabica adiectio. 104.
L.Opimius. 49:
L.Sylla primus dictator. 4:
L.Syllæ mores. 100:
L.Tarquinius. 13:
Lubricus. 98
Lucullus contra Mithridatem & Tigranem. 30.
Lucullus contra Tigranem. 6.
Luxuria. 4. 15:

M

Maieſtas 68:
Malus. 4
Mancipium. 72
Mango. 40.
Manifeſtus ſceleris. 65:
Manipulus 78:
Manlius ad Q. Martium legatus. 16:
Manlius Torquatus 6:
Mapalia 58. 78:
Maria & montes 14:
Marij mores. 81.
Marij oratio 98:
Marius 7.
Marius in Iugurtham proficiſcitur. 39:
Maſiniſſæ filij. 39.
Maſſigrada. 107.
Maſceſuli 40.
Mature. 38:
Mauri. 52.
Mauri pro opibus plures uxores habebant. 90.
Medius fidius. 19:
Mehercule. 95.
Memii Agrippæ ad plebem Oratio. 60:
Metellus creticus. 16.
Metellus & Syllanus Coſs. 71
Metellus in Numidiam proficiſcitur. 39:
Miluius pons. 22:
Miſereor 16.
Miſereor cum genitiuo. 18:
Miſeror. 16.
Miſſio 82.
Mithridates. 80:
Moderati. 86.
Modeſtia. 7.
Modus. 7.
Mœnia. 31:
Mos. 5.
M.Porcij catonis oratio. 28.
M.Porcius Lecca. 15

Mulctatitia

Mulctatitia pecunia. 19.
Multarum imaginum homo. 23.
Mundi partes. 50.
Mulucha regnorum Bocchi & Micipſæ terminus. 108.
Municipium. 21.
Muralis corona. 6.
Myrtus. 24.

N

Narrationum tria ſunt genera. 4.
Narratio loci & montis. 73.
Neceſſarij. 47. 85.
Nefas. 19.
Negotium. 27.
Negotiũ po. R. melius quã otiũ cõmitti. 2.
Nequicquam. 15.
Nexi. 60.
Nobilis. 14.
Nobilitas. 45.
Nomen oppidi cum præpoſitione. 74.
Nouus. 14.
Noui homines. 38.
Noſtrum mare. 51.
Numidæ unde. 51.
Numantia. 104.

O

Obnoxius. 10.
Obrem. 60.
Obſideo & Obſido. 22.
Occido, media correp. & media pduc. 36.
Occupatio. 55.
Officium. 45.
Opis. 2. 20.
Operæpretium 9. 90.
Opus. 101.
Opportunus iniuriæ 63.
Orationis partes. 45.
Orbes facere in prælijs. 101.
Otium duplex. 37.

P

Participia in undus. 4.
Patres, 5. Papyrius cenſor. 6.
Pauere. 16.
Patrimonium. 18.
Parricida. 26.
Paries. 31.
Patres conſcripti. 45.
Patronus. 35. 92.
Penſum. 4. 70.
Penis. 9.
Permiſſio. 55.
Peculatus 63.
Perperam. 63.
Perfugæ. 64. 78.
Per manus. 81.
Perſes rex. 90.
Peregrinantes. 2.
Petulantia. 20.
Philenorum aræ. 58. 89.
Philenes fratres. 88.
Picenus ager. 15. 21.
Piſtorium. 32.
Pilum, 79. Pigere. 101.
Piacularia auſpicia. 81.
Plebs. 86.
Populares. 14. 41. 73.
Portentum. 16.
Pondus. 16.
Pœni fugantur à Sempronio in Sicilia. 40.
Pœni unde. 40.
Ponere. 50.
Pœnitet. 61.
Præſtare. 2. 63.
Prauus. 4.
Propinquus. 2.
Propatulum. 9.
Prob. 13.
Proſcribere 13.
Prodigium. 16.
Præter cum ablatiuo. 19.
Prolepſis. 33.
Prætorium 42.
Prætor urbanus, & peregrinus. 36.
Prælium inter Annibalem et Cornelium in tranſitu Rhodani. 40.
Prælium apud Ticinum. apud Trebiã. apud lacum Traſimenum prælium cãnenſe, & Nolanum Annibalis. 40 et aliud in Africa quo fugantur Pœni, cæduntur'q;. 40.
Prudentia. 42.
Prouincia 36.
Prætores decem. 64.
Profugus, 65.
Prætor faſces 12. habebat. 67.
Priſtinus. 74.
Principia. 74.
Prima claſſis, ſecunda, & tertia. 96.
Præſidium. 54. 105.
Præcipitem ire. 61.
Præceps. 98.
Præruptus. 67.
Primipilus. 67.
Proſcripti. 27.
Proſapia. 93.
Præpoſterus. 93.
Promulgare. 68.
Pſallere. 15.
Pudicitia. 7.
Pudor. 7.
Pudet. 62.
Pudere. 101.
Punicus. 40.
Puluinus. 85.
Puber 98.

Q

Quaſi. 75.
Quadratum agmen. 102.
Quæſtor. 58.
Quæſtiones. 6.
Quæſitores. 65.
Q. Martius legatis reſpondet 19.
Quirites. 59. Quin. 94.

R

Ratio quid. 35.
Redimere 9.
Reus pecuniarum. 12.
Reges ſacerdotes 16.
Referre in Senatu 14. 17.
Reus repetundarum. 24.
Relatiuum inter duo ſubſtantiua. 31.
Repetere. 40.
Repere. 99.
Reus quid. 65.
Remiſſum. 77. 96.
Religio. 17. Refert. 109.
Rhodos. 25.
Romani uſque ad quartumdecimum anñ. literis uacabant. 27.
Romam quis condiderit. 5.
Romani ab Hetruſcis inſignia magiſtratuũ ſumpſerunt. 37.
Rogare legem. 59.
Rogare magiſtratum. 59.
Ro. populus in tribus xxxv. diuiſus. 59.
Rogatio. 64.
Ro. ciuitas in duas partes & duas factiones diuiſa erat. 69.
Rorarij. 23.

S

Saluſtij uita. 2.
Saluſtius Liuio præſtantior. 2.
Saluſt. à criticis defenditur. 2.
Saluſtij laus. 21.
Saluſtij tempora. 37.
Salutare. 37.
Saluſtius prætor & quæſtor fuit. 37.
Sanctum quid 70.
Sæuitia, 72.
Satellites. 83.
Scrinium. 23.
Scipionis ad Micipſam literæ. 42.
Scipio Naſica. 62.
Sed. 2. Secus. 56.
Secordia. 2. 36.
Sempronia 35.
Seſtertium quid, & unde. 16.
Sentina. 80.
Seruitia. 28.
Seditio. 48.
Sempronius Gracchus. 70.
Sella. 83.
Syria. 105.
Simulator. 4.
Signa. 23.
Sin 26. Sicca urbs. 78.
Sinus. 88.
Sipare. 93.

I N D E X

...ather. 15

...parus. 32

Stipatorum 9

Stoicorum opinio. 18

Stipendium. 51. 81

Stirps maſc. & fœminini gene. 65

Stips. 8

Subdc...us. 4

Supplicium. 6

Superuacaneus. 26

Supplicia. 29. 78

Subſidia. 33. 74

Subiectio 47

Superare. 500

Sub iugum mitti. 65

Suffragium. 69

Sudes. 79

Sylla oratio ad Bocchum. 104

Sylla. 7

Syrtes. 5. 88

T

Tabulæ. 15

Tegere. 5

Tempe. 7

Tempeſtas. 11

Teſtamentorum ſignatores. 10

Tetrarchæ. 11

Temperantia. 41

Tenere. 77. 85

Teſtu quid. 100

Thala oppidum. 87

Tiberius Gracchus. 61

Tiberij corpus in Tiberim. 61

Toreumata. 13

Togati. 54

Tormenta. 79

Triumuiri. 31. 70

Tramites, 31

Trib. plebis decem. 64

Transfugæ. 78

Tullianum carcer. 31

Tugurium. 44. 51

Tutum. 45

Turres. 54. 87

Turma. 61. 74. 98

Tubicines. 100

V

Vaſtum. 4

Vallus, Vallum. 54. 87

Vacca ciuitas 58. 73

Vadoſus. 88. Vbi. 2

Vbi gentium ſit, neſcio. 77

Vbi locorum ſit, neſcio. 77

Verum enimuero. 8. 15

Venatio & agricultura, ſeruilia officia ſunt. 2

Venalia omnia habere 9

Verba ad accuſationem, uel defenſionem pertinētia, quomodo conſtruantur. 24

Verſus. 31

Vero. 31

Veterani. 35

Vernona 40

Venalia. 41

Vectigal 6. 102.

Vectigales populi. 102.

Vectigales tubicines. 102

Velites. 73. 106.

Veſtire. 74

Virtus. 2. 42

Vigiliæ. 4. 72

Villa. 9

Victi uictoris nomen ſumebant. 51

Vinea. 54. 82

Victimæ. 80

Vlciſcor paſsiue. 61

Vnus & in plurali declinatur. 8

Voluntas 70

Volux Bocchi filius. 103

Vſui eſſe. 73

Vti. 1

Vtile. 45

Vtica. 56

Vultus. 10

Z

Zama. 78

Zeugma. 61

F I N I S.

S E R I E S C H A R T A R V M.

* A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X Y Z aa.

* Duernus, cæteri ãij terniones.



Venetijs apud Hieronymum Scotum,

M D XLVI.